







S. HIPPOLYTI
OPERUM
VOLUM. II.

S. HIPPOLYTI

EPISCOPI ET MARTYRIS

OPERUM

VOLUM. II.

INEDITA HACTENUS NONNULLA ILLIUS COMPLEXUM,
GRÆCE ALIA CUM LATINA INTERPRETATIONE: ALIA
ARABICE, LITTERIS DESCRIPTA SYRIACIS
EX CATENA IN PENTATEUCHUM MS. BIBL. BODLEJ.
CUM VERSIONE

V. C. JOAN. GAGNIERII.

ACCEDIT

SPICILEGIUM PATRUM,

QUORUNDAM ALIORUM TERTII A CHRISTO NATO SÆCULI
ATQUE IN HOC

LEONIS ALLATII



DIATRIBA DE METHODIIS AC METHODIORUM SCRIPTIS
ET

CLAUDII SALMASII

COMMENTARIUS INCHOATUS IN ARNOBIUM
NUNC PRIMUM EDITUS.
DENIQUE APPENDICIS LOCO

CHALCIDIUS IN TIMÆUM PLATONIS PHILOSOPHI,

EMENDATUS ET NOTIS ILLUSTRATUS
A

JO. ALBERTO FABRICIO, LIPSIENSI,

SS. THEOL. D. ET PROF. PUBL. IN GYMN. HAMBURG.







HAMBURGI

APUD CHRISTIANUM LIEBEZEIT & THEODORUM CHRISTOPH. FELGINER.
A. C. M DCCXIIX.

VIRO SUMME REVERENDO
ATQVE ERUDITISSIMO

JO. CHRISTOPORO WOLFIO,

Pastori ad S. Catharinæ ædem Hamburg.
& Scholarchæ.

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.



Qvanqvam sum persvasus, nihil TE dubitare de meo in TE amore, meaqve observantia; qvemadmodum nec mihi in ambiguis est benevolentia Tua, tot annos continuata, aut demonstrata documentis: tamen jamdiu cogitavi, ecqvando daretur mihi, ut monumento digno aliqvo publice eandem testari omnibus, & pro Origene Tuo vicem retribuere Tibi aliqvam valerem. Bene igitur jam obtulit se mihi S. Hippolytus, priscæ ille Ecclesiæ Episcopus ac Martyr, cujus æmulatione olim accensus Origenes multis modis ipsum postea superavit ac præcucurrit. Illius itaqve λείψανα, priore præterita Volumine, ac nunc primum luci data à me, una cum aliis Patrum tertii à CHristo nato seculi monumentis, qvæ iisdem subjunxi, & Virorum doctorum ad illa illustranda lucubrationibus Tibi munus offero, charissimoqve Nomini Tuo consecro. Hoc rosarum violarumqve mihi & fragrantissimorum florum instar erit, qvibus piorum illorum Doctorum memoriam ac reliqvias coronari excolique à me fas est. Nam ne de spirantibus ingenii tui bonis dicam, variaqve ac recondita eruditione, indefesso studio & insignibus in litteras meritis, e qvibus jucundissimus odor famæ jam pridem longe lateqve efflatus etiam ultra Germaniæ oras emanavit: qvænam fragrantia potest cogitari svavior, qvam qvæ qvotidie hauritur ab omnibus qvi Te audiunt, ex Doctrina, Pietate, Candore, Zelo, Prudentia ac Dexteritate Tua. Faxit DEUS topiarius Ecclesiæ suæ, qvi Te, in beatorum meritissimorumqve decessorum Tuorum DD. DAV. KLUGII, ABR. HINCKELMANNI, & JO. VOLCMARI locum provida manu conseruit ac pangxit, ut lectissimus in horto DEI flos cum maximo eorum qvos salutari odore afficis fructu, qvam diutissime vigeas, seroqve deflorescas, cœlestibus pulchrior inserendus latifundiis. Scripsi Hamb. Nonis April. Anni CIↃ IↃ CCXVIII.

AD LECTOREM.

EN fidem promissi, qvod de ineditis qvibusdam S. HIPPOLYTI Martyris opusculis in lucem proferendis, priore volumine nuper dedi, qvantum opis meæ fuit, jam à me exsolutam. Non modo ipse iteratis litteris, sed etiam per amicos petii à Clariss. Viro, in cujus manibus Millianæ schedæ sunt, ut illas mecum communicaret, sed non potui hoc ab eo impetrare, qvod testor non ut illi hoc vitio vertam, qvi sui consilii rationes eum habere non dubito, neqve invideo ipsi laudem gloriamqve qvàm illis sive premendis sive edendis est consecuturus: sed tantum hoc profiteor, ut desinant mihi imputare in culpam, qvi properationis præcipitatæ Hippolytum meum arguerunt ideo, qvod non tam diu expectavi scilicet, donec Milliana mecum ab eo communicarentur. Hoc tamen propemodum jam satis mihi constat, neutiqvam tanta esse qvæ ex S. Hippolyti scriptis ille mihi præterita possidet, qvæ vel unicum folium totum impleant. Itaqve rogo ut proferat in lucem si habet plura, atqve publico bono me coarguat.

In his qvæ præsenti Volumine tibi à me offeruntur, familiam ducunt S. Hippolyti Demonstratio adversus Judæos, & præclarus adversus Noëtum * commentarius. Ea scripta utraqve nunc primum Græce lucem vident è Codice Vaticano, cujus apographum Parisiis ad me misit Vir illustris eruditione & maximis in litteras meritis D. BERNHARDUS à MONTFAUCON. Eidem debes fragmentum de Ezechia qvod p. 31. legitur & ex Codice Bibl. Segvierianæ, qvæ hodie Coisliniana est, descriptum. Fragmenta ex Commentariis in Genesin repetita sunt ex Catena qvæ MS. servatur Vindobonæ in thesauro librario vere Augusto Augustissimi Imperatoris. Inde excerpta ac descripta ad me venerunt beneficio Generosissimi atqve eruditissimi Viri JO. BENEDICTI GENTILOTI ab ENGELSBRUN, Bibliothecæ illius dignissimi Præfecti, per Nobilissimum & JCtissimum Virum JO. CHRISTOPHORUM BARTENSTEIN, qvorum utriusqve benevolentiæ & humanitati gratias conceptissimas eo nomine ago habeoqve, qvemadmodum & præ-

clarissimo

* Hujus commentarii meminit etiam G. Sirletus Cardinalis in præfat. ad Liturgiam S. Marci Evangelistæ, Græce & Lat. editam Paris. 1583. 8. ubi cum dixisset Liturgiam illam repertam in Abbatia B. Mariæ ὁδηγητρίας, qvæ vulgo dicitur *de lo patire*, antiqvissimo Monachorum S. Basilii monasterio, subjungit: *Ubi & D. Cyrilli Hierosolymorum Episcopi Catecheses, Dionysii Alex. adversus Noëtianos & Hippolyti Martyris adversus Noëti Haresin, & contra Paulum Samosatenum opuscula, qva omnia curabimus accurate describenda, ut ad communem utilitatem conferantur.* Opuscula adversus Samosatenum accipio non Hippolyti, sed Episcoporum Synodi Antiochenæ A. 264. diu post Hippolyti mortem scripta & à Dionysio Alex. qvæ Latine edidit Turrianus Rom. 1608. 8. Græce & Lat. Fronto Ducæus T. 1. Auctarii & Labbeus T. 1. Concil. p. 849. seq.

clariſſimo Viro JOANNI GAGNIERIO, qvi Oxoniæ Pocockium hodie reddit, & benigne mecum communicavit excerpta illa ex Catena Arabica, litteris exarata Syriacis, qvæ tibi à me exhibentur cum Latina laudati Gagnierii verſione. In Locis qvæ p. 32. Latine deſcripſi ex V. C. Euſebii Renaudoti Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum, pro Hippolyto Romano videtur legendum eſſe *Julius Romanus*. Nam ſane, ut exqviſitæ & reconditæ eruditionis Viro MAT. VEISSERIO LA CROSE in litteris qvibus me honoravit, pulchre obſervatum, eadem verba qvæ ibi ex Epiſtola ad Dionyſium Epiſcopum Cypri afferuntur, Græce exſtant in Epiſtola Julio Romano tributa ad Dionyſium Epiſcopum Alex. edita à celeberrimo Muratorio in Anecdotis Græcis p. 343. Ἀνάγκη γὰρ αὐτοὺς δύο λέγοντας φύσεις τὴν μὲν μίαν προσκυνεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν μὴ προσκυνεῖν, καὶ εἰς μὲν θεϊκὴν βαπτίζεσθαι εἰς δὲ τὴν ἀνθρωπίνην μὴ βαπτίζεσθαι. Εἰ δὲ εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου βαπτιζόμεθα, μίαν ὁμολογοῦμεν φύσιν τῆς ἀπαθοῦς θεότητος, καὶ τῆς παθητικῆς σαρκὸς, ἵνα οὕτως εἰς Θεὸν ᾖ τὸ βάπτισμα ἡμῶν, καὶ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου τελούμενον.

De Spicilegio Patrum tertii ſæculi, qvod Hippolyteis ſubnexui, Illud imprimis moneo, nihil ad me ex ſchedis præclari Viri J. E. GRABE, qvi & ipſe Spicilegium tale eſt molitus, ad me perveniſſe, ſed qvalecunqve illud, ſive inchoatum ſive affectum, adhuc latere in Anglia. Qvæ autem à me hic exhibentur, alia utiqve ſunt, de qvibus ipſe per te, illis inſpectis facile judicabis. Dum autem Grabii facio mentionem, non poſſum non deteſtari omnibus modis, & ſcio deteſtaturos mecum omnes qvi Grabium noverunt, calumnias qvibus paullo ante mortem, peregrinantibus qvibusdam habens temere fidem, famam Grabii jam extincti proſcindere non dubitavit Caſimirus Oudinus, in ſcripto qvo ipſe teſtatur ſe jam natum eſſe duodeoctoginta annos. Nimirum illo die uno plus vixit, ei qvam vivendum fuit, qvo non dubitavit de defuncto fratre, à qvo in vita læſus nunqvam fuerat, tam atroces & qvod omnes qvi Grabium noverunt confeſſuros mecum ſpero, omni deſtitutas veriſimilitudine calumnias publicare, & ad poſteros qvantum in ipſo fuit transmittere.

In SALMASII Commentario inchoato ad Arnobium ad hoc tempus inedito, erudita de nominibus veterum Romanorum diſputatio continetur, qvam cum ex apographo Gudiano nactus eſſem, luce donare volui, licet Arnobii ipſius ſcriptis lucem nullam affundat. ALLATII Diatribam de Methodiis & Methodiorum ſcriptis prælis iterum dare duxi operæ pretium, qvoniam raro obvia eſt, ac perinde ut ſimiles illius Viri commentarii libenter ab harum litterarum ſtudioſis evolvitur.

Volumen hoc claudit CHALCIDIUS eruditus & lectu dignissimus scriptor, atqve ut in notis demonstrasse me existimo, haud dubie Christianus, neqve à tertio sæculo longe remotus. Illum habes emendatum à me locis qvam plurimis ope veteris editionis Parisiensis apud Ascensium A. 1520. fol. & Codicis Bodlejani cujus Lectiones meum pro insigni sua in me voluntate communicavit celeberrimus Vir JO. HUDSONUS, cui post tot egregia in litteras merita proxime luculentam & emendatissimam Flavii Josephi editionem eruditi debebunt. Non parum etiam adjutum me fateor à Nobilissimo Viro DIETERICO de DOBLER, Hamburgensi, lingvarum & rei omnis Mathematicæ peritissimo, qvi singulari candore ac probitate ab annis viginti amplius mihi amicus, dum Chalcidius excuditur, magno dolore meo, puto etiam non parva rei Mathematicæ jactura, diem obiit supremum hoc anno MDCCXVIII. prid. Nonar. Martij. Deniqve jam supra laudatus mihi nec unqvam dicendus sine laude Vir eruditissimus M. V. LA CROSE mecum communicavit qvæ acuto judicio vir exqvisitaqve doctrina NIC. RIGALTIUS ad margines paginarum editionis Meursianæ annotaverat, & qvæ mihi non raro insignem usum præbuerunt, ut in notis meis libenter professus sum. Vale.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

HIPPO-

S. HIPPOLYTI
EPISCOPI ET MARTYRIS

DEMONSTRATIO ADVERSUS JUDÆOS.

EJUSDEM

ADVERSUS HAERESIN NOETI.

UTRAQUE

NUNC PRIMUM GRÆCE EDITA
E MS. VATICANO.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΑΠΟΔΕΙΚΤΙΚΗ ΠΡΟΣ ΙΟΥΔΑΙΟΥΣ.

S. HIPPOLYTI, EPISCOPI
ET MARTYRIS
DEMONSTRATIO * ADVERSUS JUDÆOS,
FRANCISCO TURRIANO INTERPRETE.

Ex Cod. Vatican. 1431. *p.* 361.

I.

Οὐκοῦν κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοὶ, καὶ εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου καὶ πρόσεχε ὦ Ἰουδαῖε. Σὺ δὲ πολλάκις ἐκκαυχώμενος, ὅτι τὸν Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον θανάτῳ κατέκρινας, καὶ ὄξος καὶ χολὴν αὐτὸν ἐπότισας, καὶ σεμνύνῃ ἐπὶ τούτῳ. Δεῦρο οὖν κοινῶς ἐπισκεψώμεθα μήπως ἀδίκως καυχᾶσαι ὦ Ἰσραήλ, μήπως σοι τὸ μικρὸν ἐκεῖνο ὄξος καὶ ἡ χολὴ τὴν φοβερὰν σοι ταύτην ἐπήγαγεν ἀπειλὴν, μήπως δι' αὐτοῦ ἐν τοῖς μυρίοις τούτοις ὑπάρχεις δεινοῖς.

II. Προαγέσθω τοίνυν εἰς μέσον ὁ διὰ Πνεύματος ἁγίου λαλῶν, ἀψευδὴς ὑπάρχων Δαυῒδ ὁ τοῦ Ἰεσσαί. οὗτος ψάλλων τινὰ προφητικῶς εἰς τὸν ἀληθῆ χριστὸν, τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐμελῴδησεν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάντα τὰ ὑπὸ Ἰουδαίων εἰς αὐτὸν ἐν τῷ πάθει γινόμενα σαφῶς κατηγγείλατο, ἐν ᾧ χριστὸς ὁ ταπεινώσας ἑαυτὸν καὶ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου Ἀδὰμ ἐνδυσάμενος, ὡς ἐκ προσώπου ἡμῶν ἐπικαλεῖται τὸν ἐν οὐρανοῖς Θεὸν Πατέρα, καὶ λέγει ἐν τῷ ξη' ψαλμῷ. Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, τουτέστιν εἰς τὴν φθορὰν τοῦ ᾅδου διὰ τῆς ἐν παραδείσῳ παρακοῆς. καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις, ἤγουν ἀντίληψις. Ἐξέλειπον οἱ ὀφθαλμοί μου ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν θεόν μου, πότε ἥξει καὶ σώσει με.

III. Εἶτα εἰπὼν τὰ ἑξῆς λέγει λοιπὸν ὡς ἐξ οἰκείου προσώπου ὁ χριστός. ἃ οὐχ ἥρπαζον, φησιν, τότε ἀπετίννυον. τουτέστιν, ἀφ' οὗ οὐχ ἥμαρτον, ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτήματος Ἀδὰμ ὑπέμεινα τὸν θάνατον. Ἐπεὶ, ὁ Θεὸς, σὺ οἶδας τὴν ἀφροσύνην μου, καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν. τουτέστιν, οὐ γὰρ ἐπλημμέλησα, φησὶν. δι' ὃ μὴ αἰσχυνθήησαν οἱ ὑπομένοντές

I.

INclina aurem tuam Judæe, & audi verba mea, & attende. Sæpe gloriaris tu qvod Jesum Nazarenum mortis condemnasti; & qvod acetum, & fel ei ad bibendum porrexisti; & hoc gloriosum putas. Accede igitur, & consideremus communiter, utrum ne iniuste glorieris o Israel, & illud parum aceti, & fellis has horribiles minas tibi intulit; utrum ne propter illud in istis infinitis calamitatibus es.

II. Procedat igitur in medium, qvi per Spiritum Sanctum loquitur, & verax est, David filius Jesse. Hic, cum qvædam prophetice de vero Christo caneret, & Deum nostrum per Spiritum sanctum canendo celebraret, omnia, qvæ à Judæis in passione ejus facta sunt, clare denunciavit, ubi Christus qvi se humiliavit, & formam servi Adam induit, tanqvam ex persona nostra, invocat Deum Patrem, qui in cœlis est, & ait Psalm. 68. *Serva me, DEus, (a) Quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi*, id est, in corruptionem inferni propter obedientiam in paradiso abjectam; *& non est substantia*, ist est, auxilium. *Defecerunt oculi mei, dum spero in Deo meo, quando veniet, & salvum me faciet*, & qvæ seqvuntur

III. Postea dicit tanqvam ex persona sua Christus: *quæ non rapui, tunc solvebam*, id est, qvi non peccavi, pro peccato Adæ sustinui mortem. *Quoniam tu Deus scis insipientiam meam; & delicta mea à te non sunt abscondita*, id est, non enim, inqvit, deliqvi, qvamobrem *non ebruscant, qui expectant videre* meam post triduum resurrectionem, id

τές

* Hujus demostrationis adversus Judæos mentionem fieri in monumento S. Hippolyti marmoreo, incerta admodum conjectura ex reliqviis literatum ΙΟΥΣ, persvasum quibusdam viris doctis, ut Tom. I. notavi p. 80. Alioqui non memini qvi inter veteres scripti præsentis meminerit. Attamen Hippolyto vindicatur ex auctoritate veteris Codicis MS. qvem Turrianus inspexit, atqve (nisi is ipse fuerit) Vaticani, cujus apographon accepi à præstantissimo Viro, cui Ecclesiasticæ & omnes literæ tantum debent, D. BERNARDO DE MONTFAUCON. Libenter etiam fatebitur qvi legerit, qvod nihil in se continet ætati Hippolyto incongruens aut ipso S. Martyre indignum. Fortasse autem est particula commentariorum Hippolyti in Psalmos. Totum enim est veluti paraphrasis Psalmi LXVIII. sive ut Hebræi Codices computant LXIX.

(a) Psalm. LXIX. 1. Annumerare Psalmos sive eorum numerum allegare, solenne illa jam pridem ætate fuit scriptoribus, ut ex Origene, Cypriano, Lactantio aliisqve etiam antiqvioribus constat.

τές μου ἰδεῖν τὴν τριήμερον ἀνάστασιν, τουτέστιν οἱ Ἀπόστολοι. Ὅτι ἕνεκά σου, χάριν τοῦ ὑπακοῦσαι σου, ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν, τουτέστιν τὸν σταυρόν. Ὅτε ἐκάλυψαν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτε ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς κατὰ σάρκα ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου, τουτέστι Συναγωγῆς. Διότι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου πάτερ, κατέφαγέ με, καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, καὶ θυόντων τοῖς εἰδώλοις, ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. Διὸ κατ' ἐμοῦ ἠδολέσχουν οἱ καθήμενοι ἐν πύλαις, ἔξω γὰρ τῆς πύλης με ἐσταύρωσαν. καὶ εἰς ἐμὲ ἔψαλλον οἱ πίνοντες οἶνον, τουτέστι τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ. Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρός σε, Κύριε, ἔλεγον. Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, τοῖς ἔθνεσιν, διότι καιρὸς εὐδοκίας τῶν ἐθνῶν. Μὴ τοίνυν καταποντισάτω με καταιγὶς πειρασμῶν, μηδὲ καταπιέτω με βυθός, τουτέστιν ὁ ᾅδης. Οὐ γὰρ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ, τουτέστιν τὸ μνημεῖον. Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου ῥῦσαί με, ἵνα μὴ καυχήσωνται οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες. Καταπίωμεν αὐτόν.

IV. Ταῦτα δὲ πάντα χριστὸς οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος ηὔχετο, Θεὸς ὢν ἀληθινός. Ἀλλ' ὡς φθάσας εἶπον, ἡ μορφὴ τοῦ δούλου ἦν ταῦτα λέγουσα καὶ πάσχουσα. Διὸ ἐπήγαγε λέγων. Ὀνειδισμὸν προσεδόκησεν ἡ ψυχή μου καὶ ταλαιπωρίαν, τουτέστιν ἑκουσίως ἔπαθον, οὐκ ἔκ τινος βίας. ὅμως ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε, ἀφέντες γὰρ πάντες οἱ ἐμοὶ μαθηταὶ ἔφυγον, καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὗρον.

V. Ἄκουσον συνεχῶς, ὦ Ἰουδαῖε. Τί φησιν ὁ χριστός. ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμα μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. καὶ ταῦτα μὲν ἔπαθεν ἐξ ὑμῶν. Ἄκουσον τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγοντος καὶ τί ἀνταπέδωκεν ὑμῖν ἀντὶ τοῦ μικροῦ ἐκείνου ὄξους; Λέγει γὰρ ὁ προφήτης ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν. ποίαν ἀνταπόδοσιν λέγει; εὔδηλον, τὴν νῦν κατέχουσάν σε δυστυχείαν.

VI. Εἶτα ἄκουσον καὶ τὰ ἑξῆς. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. Ἀλλ' ἐσκοτίσθητε τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς σκοτισμὸν ἀφεγγῆ καὶ αἰώνιον. Ἀνατείλαντος γὰρ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ, ὑμεῖς ὡς ἐν νυκτὶ πλανᾶσθε, καὶ ἀνοδίαις προσκόπτοντες καὶ κρημνιζόμενοι ὡς καταλείψαντες τὴν ὁδὸν τὴν λέγουσαν. ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Εἶτα ἄκουσον καιριώτερον. καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. τουτέστιν, ἵνα δουλεύωσιν τοῖς ἔθνεσιν, οὐ τετρακόσια ἔτη καὶ τριάκοντα, ὡς ἐν Αἰγύπτῳ. οὔτε ἑβδομήκοντα, ὡς ἐν Βαβυλῶνι, ἀλλὰ διαπαντός, φησιν, εἰς δουλείαν σύγκαμψον. Λοιπὸν τί κενὰς ἐλπίδας ἔχεις ἀπαλλαγῆναι προσδοκῶν τῆς κατεχούσης σε ταλαιπωρίας; τὸ γὰρ

est Apostoli; *quoniam propter te*, ut tibi obedirem, *sustinui opprobrium*, id est, crucem, qvando Judæi *operuerunt confusione faciem meam; quando alienus factus sum fratribus meis secundum carnem, & peregrinus filiis matris meæ*, id est, Synagogæ: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & improperia improperantium tibi*, & sacrificantium idolis *ceciderunt super me, quamobrem contra me loquebantur, qui sedebant in portis;* extra portam enim crucifixerunt eum; *& in me psallebant qui bibebant vinum*, id est, in festo Paschæ. Ego vero *oratione mea ad te, Domine* dicebam, *Pater remitte ipsis gentibus*, qvoniam tempus beneplaciti gentium: *ne igitur demergat me tempestas* tentationum, *nec absorbeat me profundum*, id est, infernus, (*b*) *non enim relinques animam meam in inferno, nec urgeat super me puteus os suum*, (*c*) id est, sepulchrum. Propter inimicos meos eripe me, ne glorientur Judæi dicentes absorbeamus eum.

IV. Hæc omnia Christus œconomice tantanqvam homo precabatur, qvi erat verus Deus. Sed ut antea dixi, (*d*) *forma servi erat*, qvæ hæc loqvebatur, & patiebatur. Quamobrem subjunxit: (*e*) *improperium expectavit anima mea, & miseriam*, id est, non inuitus passus sum, neqve per vim: *expectavi* tamen, *qui simul contristraretur & non fuit.* Domino enim derelicto, omnes discipuli fugerunt, & *expectavi qui consolaretur, & non inveni.*

V. Audi & aduerte Judæe, qvid dicat Christus, *dederunt in cibum meum fel, & in siti meâ potaverunt me aceto.* (*f*) & hæc passus est à vobis. Audi Spiritum sanctum dicentem, qvid retribuet vobis pro illo modico aceto: ait enim Propheta tanqvam ex persona Dei, (*g*) *fiat mensa eorum in laqueum, & in retributionem.* Qvam retributionem dicit? manifestum est, eam miseriam dicere, in qva nunc sunt Judæi.

VI. Audi deinde, qvæ seqvuntur: *obscurentur oculi eorum, ne videant.* Atqvi obscurati sunt vobis oculi animæ obscuratione tenebrosa, & æterna; si qvidem orto vero lumine, vos tanquam in nocte erratis, in invia vos impingentes, ac præcipitantes, qvia viam illam reliqvistis, qvæ ajebat, (*h*) *Ego sum via.* Præterea, audi qvod gravius, (*i*) & periculosius est, ait enim: *dorsa eorum semper incurua*, id est, ut serviant gentibus non qvadringentis triginta annis, ut Babylone, sed semper, inqvit, in servitutem incurva. Quid jam deinceps frustra, & vane liberationem hujus miseriæ speras? Qvod enim magis mirandum est, cœ-

(*b*) Psal. XVI. 10. (*c*) Psal. LXIX. 15. (*d*) Philipp. II. 7. (*e*) Psal. LXIX. 20. (*f*) Origines 2. contra Cels. pag. 82. γέγραπται ἐν ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ ἐν προσώπῳ χριστοῦ, ἢ λεγέτωσαν Ἰουδαῖοι, τίς ἐστιν ὁ ἐν τῷ προφήτῃ ταῦτα λέγων, καὶ παραστησάτωσαν ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὸν ἀνειληφότα εἰς τὸ χρῶμα ἑαυτοῦ χολὴν καὶ πεπωκότα ὄξος. (*g*) Psal. LXIX. 22. (*h*) Joh. XIV. 6. (*i*) Psal. LXIX. 24.

παραδοξότερον, καὶ οὐκ ἀδίκως τὴν τῶν ὀμμάτων σου τύφλωσιν ἐπηύξατο, ἀλλ' ὅτι ἐκάλυψας τὰ τοῦ Χριστοῦ ὄμματα. οὕτως αὐτὸν ἐράπιζες, καὶ διὰ τοῦτο τὸν νῶτόν σου διαπαντὲς σύγκαμψον εἰς δουλείαν. καὶ ἐπειδὴ τὸ αἷμα αὐτοῦ μετ' ὀργῆς ἐξέχεας, ἄκουσον τὸ ἀντίδωρον, ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς, καὶ γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη. πρόδηλον ὁ ναὸς ὁ περιβόητος.

citatem oculorum tuorum non injuste imprecatus est, qvia tu (k) oculos ejus velasti, cum eum alapis cædebas. & idcirco *dorsa eorum semper in servitutem incurva*: Et qvia sanguinem ejus cum ira effudisti, audi (l) remunerationem, *effunde*, inquit, *super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos, & fiat commoratio eorum deserta*, (m) templum scilicet illud celeberrimum.

VII. Διὰ τί, ὦ προφῆτα, εἰπὲ ἡμῖν, τίνος χάριν ὁ ναὸς ἠρημώθη; ἆρα διὰ τὴν πάλαι μοσχοποιΐαν; ἆρα διὰ τὴν τοῦ λαοῦ εἰδωλολατρείαν; ἆρα διὰ τὸ τῶν προφητῶν αἷμα; ἆρα διὰ τῆς μοιχείας καὶ πορνείας Ἰσραήλ; οὐδαμῶς, φησιν. ἐπὶ πᾶσι γὰρ ἐκείνοις πάντοτε συγγνώμης καὶ φιλανθρωπίας ἠξιοῦτο. ἀλλ' ὅτι τὸν υἱὸν τοῦ εὐεργέτου ἐθανάτωσαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῷ πατρὶ συναΐδιος, ὅθεν λέγει. γενηθήτω, ὦ Πάτερ, ὁ ναὸς αὐτῶν ἐρημωμένος. ὅτι ὃν σὺ πρὸς σωτηρίαν κόσμου ἐθέλοντι ἐπάταξας, αὐτοὶ κατεδίωξαν. σημαίνει δὲ, αὐτοὶ δὲ βιαίῳ καὶ καταδίκῳ θανάτῳ με κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. πρότερον μὲν ἄλγος ἦχον ὡς φιλάνθρωπος διὰ τὴν πλάνην τῶν ἐθνῶν. ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἄλγος προσέθηκάν μοι ἕτερον, πλανηθέντες καὶ αὐτοί. Διόπερ πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ θλῖψιν ἐπὶ θλῖψιν, καὶ μὴ εἰσελθέτωσαν ἐν δικαιοσύνῃ σου, τουτέστιν εἰς τὴν βασιλείαν σου. ἀλλ' ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν, τουτέστι, μετὰ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ πατριαρχῶν αὐτῶν.

VII. Sed qvare, o Propheta, edisſere nobis, cur templum devastatum est? an propter illam olim vituli fabricationem, an propter populi idololatriam? an propter sangvinem prophetarum? an propter adulteria, & fornicationes Israel? minime, inqvit; in omnibus enim illis semper veniam, & indulgentiam ferebant; sed qvia filium Auctoris beneficiorum interfecerunt, ipse enim est coæternus Patri. Unde ait, (n) *fit, Pater, templum eorum devastatum*: quoniam quem tu propter salutem mundi volens (o) percussisti, *ipsi persecuti sunt*, (p) id est, ipsi me violenta, & injusta morte persecuti sunt. Hoc enim significat, *& super dolorem vulnerum meorum addiderunt*. Prius habui dolorem tanqvam amator hominum propter errorem gentium, sed huic dolori alium suo errore adjunxerunt. Idcirco, Pater, *appone iniquitatem super iniquitatem eorum; & afflictionem super afflictionem, & non intrent in justitiam tuam*, id est, in regnum tuum, sed *deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur*, id est cum sanctis Patriarchis suis.

VIII. Τί λέγεις πρὸς τοῦτο, ὦ Ἰουδαῖε; οὐ λέγει Ματθαῖος, οὐδὲ Παῦλος, ἀλλὰ Δαυῒδ ὁ σὸς χριστὸς, ὁ τὰς φοβερὰς ἀποφάσεις διὰ Χριστὸν ἀντιδιδόμενος καὶ φθεγγόμενος. καὶ ὡς ὁ μέγας Ἰὼβ ἐρῶν πρὸς ὑμᾶς τῷ δικαίῳ καὶ ἀψευδεῖ λέγοντας, οὕτως. ἠγόρασας τὸν Χριστὸν δουλοπρεπῶς, ἦλθες πρὸς αὐτὸν λῃστρικῶς ἐν τῷ κήπῳ.

VIII. Qvid ad hæc dicis Judæe? non hæc dicit Matthæus, neque Paulus, sed David (q) Christus tuus, qvi contra te decernit, qvi propter Christum pertimescendam sententiam retribuit, & pronunciat, & tanqvam ille magnus Job (r) ad vos contra justum & verum loqventes ita effatur, emisti Christum tanqvam seruum, (s) venisti ad eum tanqvam ad latronem (t) in hortum.

IX. Φέρω δὴ ἐς μέσον καὶ τὴν προφητείαν Σολομῶν, τὴν λέγουσαν περὶ Χριστοῦ, τὰ πρὸς Ἰουδαίους σαφῶς καὶ ἀριδήλως διαγγέλλουσαν, οὐ μόνον τὰ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα αὐτοῖς συμβαίνειν διὰ τὴν αὐθάδειαν καὶ τόλμαν, ἣν ἐποίησαν ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης. οὐ διελογίσαντο, οἱ ἀσεβεῖς περὶ Χριστοῦ εἰπόντες, ὀρθῶς. ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν, καὶ ἐναντιοῦται τοῖς ἔργοις καὶ τοῖς λόγοις ἡμῶν, καὶ ὀνειδεῖ ἡμῖν ἁμαρτήματα νόμου, καὶ ἐπαγγέλλεται γνῶσιν ἔχειν Θεοῦ, καὶ παῖδα Θεοῦ ἑαυτὸν ὀνομάζει. Εἶτά φησιν. βαρὺς ἡμῖν ἐστι καὶ βλεπόμενος, ὅτι ἀνόμοιός ἐστι τοῖς ἄλλοις ὁ βίος αὐτοῦ,

IX. Producam in medium etiam prophetiam Salomonis de Christo, qvæ aperte, & perspicue, qvæ ad Judæos spectant, edisserit, non solum qvæ hoc tempore evenisse eis cerninus, sed qvæ in futuro evenient propter contumaciam, & id, qvod ausi sunt in Christum principem vitæ, ait enim Propheta: (u) *Non recte cogitaverunt impii* de Christo *dicentes: circumveniamus justum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus, & sermonibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & promittit se scientiam DEI habere, & filium DEI se nominat*. Postea dicit, (x) *gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimi-*

καὶ

(k) Marc. XIV. 65. (l) Psal. LXIX. 25. (m) Actor. I. 20. (n) Matth. XXIII. 38. (o) Joh. III. 16. (p) Psal. LXIX. 26. (q) unctus tuus. (r) Job. 16. & 21. (s) Matth. XXVI. 15. (t) Matth. XXVI. 55. (u) Sap. II. 1. & 12. seq. Confer Stephani le Moyne notas ad Varia sacrap. 595. seq. (x) vers. 15.

καὶ ἐξηλλαγμέναι αἱ τρίβοι αὐτοῦ. εἰς κίβδηλον ἐλογίσθημεν αὐτῷ, καὶ ἀπέχεται τὴν ὁδὸν ἡμῶν, ὡς ἀπὸ ἀκαθαρσιῶν, καὶ μακαρίζει ἔσχατα δικαίων. καὶ πάλιν ἄκουσον ὦ Ἰουδαῖε. Οὐδεὶς ἐκ τῶν δικαίων ἢ προφητῶν ἐκάλεσεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ. Λέγει οὖν αὖθις ὡς ἐκ προσώπου Ἰουδαίων ὁ Σολομὼν περὶ τούτου τοῦ δικαίου ὅς ἐστιν ὁ Χριστός, ὅτι ἐγένετο ἡμῖν εἰς ἔλεγχον ἐννοιῶν ἡμῶν, καὶ ἀλαζονεύεται πατέρα θεόν. εἴδωμεν οὖν εἰ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἀληθεῖς ἐστιν, καὶ πειράσωμεν τὰ ἐν ἐκβάσει αὐτοῦ· εἰ γάρ ἐστιν ὁ δίκαιος υἱὸς θεοῦ, ἀντιλήψεται αὐτοῦ, καὶ ῥύσεται αὐτὸν ἐκ χειρὸς ἀνθεστηκότων. Θανάτῳ ἀσχήμονι καταδικάσομεν αὐτόν, ἔστι γὰρ ἐπισκοπὴ αὐτοῦ ἐκ λόγων αὐτοῦ.

X. καὶ πάλιν ὁ Δαυὶδ ἐν ψαλμοῖς λέγει περὶ τὸν μέλλοντα αἰῶνα. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. καὶ πάλιν Σολομὼν περὶ Χριστοῦ καὶ Ἰουδαίων φησίν, ὅτι ὅτε στήσεται ὁ δίκαιος ἐν παρρησίᾳ πολλῇ κατὰ πρόσωπον τῶν θλιψάντων, καὶ τῶν ἀθετούντων τοὺς λόγους αὐτοῦ, ἰδόντες ταραχθήσονται φόβῳ δεινῷ καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ ἐροῦσιν ἐν ἑαυτοῖς μετανοοῦντες, καὶ διὰ στενοχωρίαν πνεύματος στενάζοντες. οὗτός ἐστιν ὃν ἔσχομέν ποτε εἰς γέλωτα καὶ εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ οἱ ἄφρονες. Τὸν βίον αὐτοῦ ἐλογισάμεθα μανίαν, καὶ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἄτιμον. πῶς κατελογίσθη ἐν υἱοῖς Θεοῦ, καὶ ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἐστιν; ἆρα ἐπλανήθημεν ἀπὸ ὁδοῦ ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης φῶς οὐκ ἀπέλαμψεν ἡμῖν. ὁ ἥλιος οὐκ ἀνέτειλεν ἡμῖν, ἀνομίας ἐνεπλήσθημεν τρίβους καὶ ἀπολείας, διοδεύσαμεν ἐρήμους ἀβάτους, τὴν δὲ ὁδὸν Κυρίου οὐκ ἐγνώσαμεν. Τί ὠφέλησεν ἡμᾶς ἡ ὑπερηφανία ἡμῶν; παρῆλθεν ἐκεῖνα πάντα ὡς σκιά.

lis est aliis vita illius : & immutatæ sunt viæ ejus, tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditiis, & præfert novissima justorum. Et rursus audi Judæe, nemo ex justis, vel Prophetis vocavit se filium DEI. Ait igitur iterum Salomon in persona Iudæornm de hoc justo, qui est Christus: *Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, gloriatur Patrem se habere DEum. Videamus ergo, si sermones illius veri sint, & tentemus, quæ erunt novissima illius, si enim est justus (y) DEI filius, suscipiet illum, liberabit illum de manibus contrariorum. Morte turpissima condemnemus eum, erit enim respectus ejus ex sermonibus illius.*

X. Et rursus David in Psalmis ait de futuro sæculo: (z) *tunc loquetur ad eos Christus in ira sua; & in furore suo conturbabit eos.* Et iterum Salomon de Christo, & Judæis, qvod qvando stabit justus in magna constantia ante faciem eorum, qvi eum afflixerunt, & sermones ejus repudiarunt, (*) *videntes*, inquit, *turbabuntur timore horribili; & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, & dicent intra se pænitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: hic est, quem habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii: nos insensati vitam illius exstimabamus insaniam, & finem illius sine honore. Quomodo computatus est in filiis DEI, & in Sanctis sors illius est? Ergo erravimus à via veritatis, & justitiæ lumen non luxit, & sol non ortus est nobis. Lassati sumus in via iniqvitatis, et perditionis. Ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia nostra? transierunt omnia illa tanquam umbra.* Desunt qvædam.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΙΡΕΣΙΝ ΝΟΗΤΟΥ ΤΙΝΟΣ.

HIPPOLYTI ARCHIEPISCOPI

ET MARTYRIS

CONTRA HÆRESIN NOETI CUJUSDAM.

FRANCISCO TURRIANO INTERPRETE,

è MSc. Vaticano.

I.

Ἕτεροί τινες ἑτέραν διδασκαλίαν παρεισάγουσιν, γενόμενοί τινος Νοήτου μαθηταί, ὃς τὸ μὲν γένος ἦν Σμυρναῖος, οὐ (πρὸ)

I.

Alii qvidam aliam doctrinam subintroducunt, facti discipuli cujusdam Noeti, qvi genere qvidem Smyrnæ-

B πολ-

(y) verus. (z) Psal. II. v. 5. (*) Sap. V. 3.

* Hoc insigne ἀποσπασμάτιον ex latina Francisci Torrensis sive Turriani versione vulgavit Gerhardus Vossius Tungrensis ad calcem Operum Gregorii Thaumaturgi, Moguntiæ A. MDCIV. 4. Græca nunc primum profero

πολλοῦ χρόνου γενόμενος. οὗτος φυσιωθεὶς εἰς ἐπηρμένον ἤχθη, οἰήσει πνεύματος ἀλλοτρίου ἐπαχθείς. Ἔφη τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ αὐτὸν τὸν Πατέρα γεγεννῆσθαι καὶ πεπονθέναι καὶ ἀποτεθνηκέναι. Ὁρᾶτε, ὅσον ἔπαρμα καρδίας καὶ φυσίωμα πνεύματος ἀλλοτρίου ὑπεισῆλθεν εἰς αὐτόν. ἤδη μὲν οὖν ἐκ τῶν ἑτέρων πράξεων εἰς τοῦτο φέρεται ὁ ἔλεγχος αὐτῶν, ὅτι μὴ καθαρῷ πνεύματι ἐφθέγγετο, ὁ γὰρ εἰς πνεῦμα ἅγιον βλασφημῶν ἔκβλητος γένηται κλήρου ἁγίου. οὗτος ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι Μωϋσῆν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀαρών. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι προσκαλεσάμενοι ἐνώπιον τῆς Ἐκκλησίας ἐξήταζον. ὁ δὲ ἠρνεῖτο, λέγων τὰς ἀρχὰς, μὴ φρονεῖν. ὕστερον δὲ ἐμφωλεύσας ἔν τισιν, καὶ συσκευάσας ἑαυτῷ συμπλανωμένους, καθαρὸν ὕστερον ἱστᾶν τὸ δόγμα ἐβούλετο. Ὃν πάλιν προσκαλεσάμενοι οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι ἤλεγξαν. Ὁ δὲ ἀντίστατο, λέγων. Τί οὖν κακὸν ποιῶ δοξάζων τὸν Χριστόν; πρὸς ὃν ἀνταποκρίνονται οἱ πρεσβύτεροι. καὶ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οἴδαμεν ἀληθῶς. οἴδαμεν Χριστόν. οἴδαμεν τὸν υἱὸν παθόντα, καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ ταῦτα λέγομεν ἃ ἐμάθομεν. Τότε τοῦτον ἐλέγξαντες ἐξέωσαν τῆς ἐκκλησίας, ὃς εἰς τοσοῦτο φυσίωμα ἠνέχθη, ὡς διδασκαλεῖον συστῆσαι.

II. Οἳ καὶ δεῖξαι βούλονται σύστασιν τῷ δόγματι, λέγοντες. εἶπεν ἐν νόμῳ. ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν. οὐκ ἔσονται ὑμῖν Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ. Ἐγώ,

us *a*) fuit non multo ante. *b*) Hic inflatus in elationem provectus est, alieni Spiritus existimatione elatus. Dixit hic Christum esse eundem Patrem, ipsumque Patrem genitum esse & passum. Videte qvanta elatio cordis, & inflatio Spiritus alieni in eum subiit. Jam igitur ex aliis actibus deprehensum est, qvod non loqvebatur Spiritu mundo. Qvi enim in Spiritum sanctum blasphemus est ex divina sorte ejectus est. Ajebat hic se esse Moysen, & fratrem suum esse Aaron. *c*) Hæc cum beati Presbyteri audirent, accersitum coram Ecclesia examinaverunt. Ille verò negabat principio sic se sentire. Postea vero in qvibusdam delitescens, & collectis aliis * qvi in eodem errore erant, volebat aperte dogma suum defendere. Qvem rursus accersitum presbyteri redarguerunt. Ille vero resistebat, inqviens: Qvid igitur mali facio si Christum honoro? *d*) Huic Presbyteri responderunt: Et nos unum Deum vere scimus; scimus Christum, ** scimus Filium passum, sicut passus est; mortuum, sicut mortuus est; & suscitatum tertia die, & sedentem ad dexteram Patris, venturumqve ad judicandum vivos & mortuos. Atqve hæc dicimus, qvæ didicimus. Tunc istum convictum ejecerunt ex Ecclesia *e*) qvi eo inflationis venit, ut docere institueret.

II. Volunt autem dogma suum constituere & confirmare, qvia est in Lege: *f*) *Ego sum Deus patrum tuorum. Non erunt vobis alii Dii præter me.* Et rursus in alio loco *g*) *Ego*

φη-

fero in lucem beneficio ejusdem, à qvo superiorem ἀπόδειξιν accepi, Viri eruditione ac meritis in literas & insigni virtute Venerandi Dom. BERNARDI de MONTFAUCON, qvi illa ex codice Vaticano descripta ad me misit. Notis Turriani, qvas nomen ejus distinguet, meas adspersi. Titulus erat in Turriani edit. *Homilia de DEO trino & uno, & de Mysterio incarnationis contra hæresin Noëti.* In MS. Vaticano etiam Ὁμιλία Ἱππολύτου εἰς τὴν αἵρεσιν Νοήτου τινός. Sed cum Photius testetur opus Hippolyti adversus hæreses in oppugnatione hæreseos Noëti desiisse, atqve initium hujus scripti manifeste prodat alia processisse, in qvibus de aliis dogmatibus, aliorum ut videtur hæreticorum disseruit, eaqve oppugnavit, habeo illud pro extrema parte libri Hippolytei adversus hæreses, sive *memoria hæresium*, ut S. Gelasius appellat, qvædam ex hoc ἀποσπασματίῳ referens ad verbum, ut ad caput XVIII. annotavi. Neqve obstat qvod fideles qvandoqve auctor alloqvitur, ut in homiliis fieri solet, nam hoc etiam in scriptis facere veteres, & ad lectores respicere, tralatitium.

a) Smyrnæum Noëtum fuisse ait etiam Theodoretus lib. 3. hæret. fab. c. 3. & Damascenus sect. 57 qvi solet Epiphanium seqvi, & tamen apud Epiphanium hæresi 57. legas Noëtum fuisse Ἀσιανὸν τῆς Ἐφέσου πόλεως.

b) Epiphanius ait Noëtum prodidisse hæresin suam ante annos circiter CXXX. οὐ πρὸ ἐτῶν πλειόνων, ἀλλ' ὡς πρὸ χρόνου τῶν τούτων ἑκατὸν τριάκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω. Scripsit Epiphanius anno Christi CCCLXXV. His si centum ac triginta demas, manet annus CCXLV. Mox idem testatur Noëtum, ἔναγχος *paulo post*, una cum fratre mortuum esse.

c) Ita & Epiphanius, & Damascenus. Sed Philastrius hæresi 53. *Noëtiani insensati* (ἀνόητοι) *cujusdam nomine Noëti - - hic etiam dicebat se Mosen esse, & fratrem suum Heliam Prophetam.*

* Tantum decem fuisse, Epiphanius annotavit.

d) Apud Epiphanium qvi ad verbum propemodum eadem de Presbyteris ex Hippolyto, licet haud nominato, refert: Τί γὰρ κακὸν πεποίηκα; ἕνα Θεὸν δοξάζω, ἕνα ἐπίσταμαι, καὶ οὐκ ἄλλον πλὴν αὐτοῦ, γεννηθέντα, ἀποθανόντα. p 480.

** Qvæ seqvuntur, sunt ipsa verba Symboli, quale exstat apud Irenæum lib. I. c. 2. seq. lib. 3. c. 4. Tertullianum contra Praxeam c 2. & de præscript. c. 13. & de virginibus velandis c. 1. &c.

e) Noëtum damnatum à Tranqvillo Episcopo Chalcedoniorum Syriæ, scribit auctor Prædestinati, c. 36. Qvod autem in Synodico libello qvem edidit Theologus celebratissimus Argentoratensis, Joannes Pappus, capite XX. leges in Synodo Romana damnatum Noëtum à Papa Victore, temporum ratio non patitur. Sed sunt quædam & alia in illo Synodico parum accurate tradita, licet scriptum ipsum alioqvi est neutiqvam contemnendum.

f) Exod. III. 6. XX. 3. *g*) Esai XLIV. XLV. 5.

φησιν, πρῶτος, καὶ ἔσχατος, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστιν οὐδείς. οὕτω φάσκουσιν συνιστᾶν ἕνα Θεόν, οἱ ἀποκρίνονται λέγοντες. εἰ οὖν Χριστὸν ὁμολογῶ Θεόν, αὐτὸς ἄρα ἐστὶν ὁ Πατήρ, εἰ γάρ ἐστιν ὁ Θεός. ἔπαθεν δὲ Χριστός, αὐτὸς ὢν Θεός, ἄρα οὖν ἔπαθεν Πατήρ, Πατὴρ γὰρ αὐτὸς ἦν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει, οὐδὲ γὰρ οὕτως αἱ γραφαὶ διηγοῦνται. χρῶνται δὲ καὶ ἑτέραις μαρτυρίαις, λέγοντες, οὕτω γέγραπται. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξηῦρεν πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ· μετὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ὁρᾷς οὖν, φησιν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Θεός, ὁ μόνος ὤν, καὶ ὕστερον ὀφθείς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς. (ἐν) ἑτέρῳ δέ, φησιν, λέγει. Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπόρια Αἰθιόπων καὶ οἱ Σαβαεὶμ, ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται (καί σοι ἔσονται δοῦλοι) καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι ἐν χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσκυνήσουσιν. ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστιν, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται. καὶ οὐκ ἔστιν Θεὸς πλὴν σοῦ. σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. Ὁρᾷς, φησιν, πῶς ἕνα Θεὸν κηρύσσουσιν αἱ γραφαί; τούτου ἐμφανοῦς δεικνυμένου, τῶν οὕτως μαρτυρουμένων, ἀνάγκην, φησὶν, ἔχω ἑνὸς ὁμολογουμένου, τοῦτον ὑπὸ πάθος φέρειν. Χριστὸς γὰρ ἦν Θεός, καὶ ἔπασχεν δι' ἡμᾶς αὐτὸς ὢν Πατήρ, ἵνα καὶ σῶσαι ἡμᾶς δυνηθῇ. Ἄλλο δέ, φησιν, οὐ δυνάμεθα λέγειν, καὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖ, λέγων, ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας.

III. καὶ ταῦτα βούλονται οὕτω διηγεῖσθαι καὶ αὐτοῖς μονόκωλα χρώμενοι, ὃν τρόπον εἶπεν Θεόδοτος ἄνθρωπον συνιστᾶν ψιλὸν βουλόμενος. ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοί τε νενοήκασιν ἀληθές, οὔθ' οὗτοι, καθὼς αὐταὶ αἱ γραφαὶ ἐλέγχουσιν αὐτῶν τὴν ἀμαθίαν, μαρτυροῦσαι τῇ ἀληθείᾳ. Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, πῶς προπετὲς καὶ τολμηρὸν δόγμα παρεισήνεγκαν, ἀναισχύντως λέγοντες, αὐτός ἐστι Χριστὸς ὁ Πατήρ, αὐτὸς υἱός, αὐτὸς ἐγεννήθη, αὐτὸς ἔπαθεν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἤγειρεν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. αἱ μὲν γραφαὶ ὀρθῶς λέγουσιν, ἄλλα ἂν καὶ Νόητος νοεῖ. Οὐκ ἤδη δὲ εἰ Νόητος μὴ νοεῖ, παρὰ τοῦτο ἔκβλητοι αἱ γραφαί. Τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ ἕνα Θεὸν εἶναι; ἀλλ' οὐ τὴν οἰκονομίαν ἀναιρήσει. Ὄντως μὲν οὖν τὰ κεφά-

sum primus, & ego novissimus; & post me non est alius. Sic ajunt se probare unum esse Deum. Et respondent: si Christum confitemur Deum, igitur ipse est Pater, si est Deus: passus vero est Christus Deus, passus igitur est Pater. Pater enim erat ipse. At non sic est. Non enim sic Scripturæ exponunt. Utuntur præterea aliis testimoniis. Sic enim ajunt scriptum esse: h) *Hic Deus noster; non reputabitur alius ad eum: adinuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Vides igitur, inqvit, qvod hic est Deus, qvi solus est, & postea in terris visus, & cum hominibus conversatus? Et in alio loco i) ait: *Laboravit Ægyptus, & mercatura Æthiopum, & Sabain; viri celsi in te transibunt, & tui servi erunt; & ibunt post te vincti vinculis manuum, & in te adorabunt; quia in te est Deus & in te precabuntur, quia non est Deus præter Te. Tu enim es Deus, & nescivimus; Deus Israel Salvator.* Vides, inqvit, qvomodo Scripturæ unum Deum prædicant? Cum hoc aperte declaratum sit, cum hæc sic contestata sint, necesse est, uno per confessionem constituto, hunc passioni subjicere. Christus enim erat Deus & propter nos passus est cum esset Pater, ut posset salvos nos facere. Aliud enim (inqvit) dicere non possumus. si qvidem Apostolus k) unum Deum confitetur, cum ait: *Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in secula.*

III. Sic volunt ista recitare, & uti mutilatis, sicut fecit Theodotus, l) cum vellet probare Christum esse hominem nudum. Sed nec illi, nec isti qvidqvam intellexerunt; ut ipsæ Scripturæ inscitiam eorum redarguunt, qvæ testimonium veritati tribuunt. Videte fratres, qvomodo præceps & audax dogma introduxerunt, cum impudenter ajunt: Ipse * Christus est Pater, ipse Filius; ipse passus est, ipse se excitavit à mortuis. At non sic est: recte enim dicunt Scripturæ, sed alia Noetus intelligit. At non qvia Noetus non intelligit, idcirco Scripturæ repudiandæ sunt. Qvis enim non dicet unum Deum esse? non tamen conti-

h) Baruch III. 36.
i) Esai. XLV. 14. k) Rom. XI. 5.
l) Μονόκωλα apparet adverbialiter poni pro μονοκώλως & μονοτύπως, qvibus verbis Epiphanius p. 481. Hippolyti vestigiis insistens utitur. Βούλονται δὲ διηγεῖσθαι μονοκώλως οὕτως τὸν τρόπον ὡς Θεόδοτος. Sensus est, Noëtianos ad unum tantummodo in explicandis S. Scripturæ de Christo dictis veluti membrum respicere, Divinam scilicet naturam, ita ut plane cum Patre & Spiritu S. eundem faciant Filium ὑποστατικῶς: uti vicissim Theodotus ad alterum recurrens extremum in sola hærebat humanitate, & Christum, nudum esse hominem affirmabat. De Theodoto præter alios meminit etiam Timotheus Presbyter à Cotelerio editus III. p. 389. Τοῦτον τὸν Θεόδοτόν φασιν τῆς τοῦ Σαμωσατέως αἱρέσεως ἀρχηγὸν καὶ πατέρα γενέσθαι, πρῶτον εἰπόντα τὸν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον. Deniqve observandum, qvod τῷ μονοκώλως, infra c. 4. opponitur ὁλοκλήρως.
*) Malim *idem, idem* &c.

λαια διὰ ταῦτα πρότερον δεῖ ἀνατραπῆναι κατὰ τὸν ἐκείνων νοῦν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν δειχθῆναι. Πρότερον γὰρ ὄντως ἐστὶν διηγήσασθαι, ὅτι εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ, δι' οὗ τὰ πάντα, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ.

nuo œconomiam, *m*) id eſt, incarnationem, negabit. Primum igitur oportet confutare qvidem hæc capita ſecundum ſenſum illorum; declarare vero ea ſecundum veritatem. Primum enim re vera eſt exponere Patrem eſſe unum Deum, *ex quo omnis paternitas*, *n*) *per quem omnia, & ex quo omnia, & nos in ipſo. o*)

IV. Ἴδωμεν, ὡς εἶπον, τὴν αὐτοῦ ἀνατροπὴν, εἶθ' οὕτως τὴν ἀλήθειαν διηγησώμεθα. Φησὶν γάρ. ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ, καὶ τὰ λοιπὰ, ἵνα εἴπῃ, σὺ γὰρ ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. Οὐ νοῶν τὸ προειρημένον. ὁπόταν γὰρ θελήσωσιν πανουργεύεσθαι, περικόπτουσι τὰς γραφάς. Ὁλοκλήρως δὲ εἰπάτω, καὶ εὑρήσει τὴν αἰτίαν πρὸς τίνα λέγεται. Ἀνωτέρω γὰρ μικρὸν ἀρχὴ τοῦ κεφαλαίου τυγχάνει, ὅθεν δεῖ ἀρξάμενον δεῖξαι, πρὸς τίνα λέγει καὶ περὶ τίνος. ἄνωθεν γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κεφαλαίου τοῦτ' ἔχει Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ τῶν θυγατέρων μου, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι. Ἐγὼ ἐποίησα γῆν καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς. ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν. ἐγὼ πᾶσιν τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψει. οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπεν Κύριος Σαβαώθ. Οὕτως εἶπεν Κύριος Σαβαώθ. Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων καὶ οἱ Σαβαεὶν, ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καί σοι ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσιν δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσκυνήσουσιν, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλήν σου. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. Ἐν σοὶ οὖν, φησιν, ὁ Θεός ἐστιν. Ἐν τίνι δὲ ὁ Θεὸς ἀλλ' ἢ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ πατρῴῳ Λόγῳ, καὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς οἰκονομίας. Περὶ οὗ πάλιν δεικνύων τὸ κατὰ σάρκα αὐτοῦ σημαίνει. Ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. Τί οὖν; περὶ τίνος μαρτυρεῖ Πατήρ; περὶ τοῦ υἱοῦ Πατὴρ λέγει. ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης. Ὅτι δὲ Πατὴρ ἤγειρεν αὐτοῦ τὸν υἱὸν ἐν δικαιοσύνῃ, μαρτυρεῖ ὁ Ἀπόστολος Παῦλος λέγων. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν. Ἰδοὺ συνέστηκεν τὸ διὰ τοῦ Προφήτου εἰρημένον. ἐγὼ ἤγειρα μετὰ δικαιοσύνης. Τὸ δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστιν, ἐδείκνυεν

IV. Videamus, ut dixi confutationem, deinde veritatem exponemus. Ait enim. *p*) *Laboravit Ægyptus, & mercatura Æbiopum, & Sabain*, & qvæ ſeqvuntur uſqve ad eum locum, ubi dicit: *Tu es Deus Iſrael Salvator.* Hæc reciat, non intelligens qvod prius dictum eſt. Cum enim volunt malitioſe ac dolo malo agere, circumcidunt ſcripturas. Recitet autem integre, & reperiet cauſam propter qvam hæc dicuntur. Paulo enim ſupra, principium capitis eſt, unde oportet incipere ad docendum cui & de qvo dicit. Superius enim principium capitis, ſic habet: *q*) *Interrogate me de filiis meis & de filiabus meis, & de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram, & hominem ſuper eam, ego manu mea firmavi cœlum; ego mandavi aſtris, ego excitavi eum, & omes viæ ejus rectæ. Hic ædificabit civitatem meam, & captivitatem reducet non cum precio, neque cum bonis, dixit Dominus Sabaoth. Sic dixit Dominus Sabaoth: Laboravit Ægyptus, & mercatura Æthiopum, & Sabain; viri celſi in te tranſibunt, & tibi erunt ſervi, & poſt te ſequentur ligati vinculis manuum, & in te adorabunt, & in te precabuntur; quoniam in te eſt Deus, & non eſt Deus præter te. tu enim es Deus, & neſcivimus; Deus Iſraël Salvator. In te igitur*, inqvit, *eſt Deus.* In qvo autem eſt Deus, niſi in Chriſto JEſu, Verbo Patris, & myſterio œconomiæ, id eſt, incarnationis? De qvo rurſus docens, carnem ejus ſignificat cum ait: *Ego excitavi eum cum juſtitia, et omnes viæ ejus recta.* Qvid igitur? de qvo teſtatur hoc loco Pater? de Filio dicit Pater: *Ego excitavi cum juſtitia.* Qvod autem Pater ſuſcitavit Filium in juſtitia, teſtatur Paulus Apoſtolus, *r*) cum ait: *Si autem Spiritus qui ſuſcitavit Chriſtum JEſum* * *à mortuis, habitat in vobis; qui ſuſcitavit Chriſtum JEſum à mortuis, vivificabit etiam mortalia corpora veſtra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis.* Ecce comprobavit qvod dictum eſt per Prophetam: *Ego ſuſcitavi cum juſtitia.* Qvod autem dixit: *In te eſt Deus*; o-

mu-

m) Frequens in veterum ſcriptis, οἰκονομίαν ponere pro Λόγου ἐνανθρωπήσει & Divinitati ejusdem opponere. Vide infra c. 14. & Iac. Billium c. 40. ſacrar. Obſervatr. Grabium ad Irenæum p. 419. Vulcanium ad Cyrillum contra Anthropomorphitas p. 116. Dounæum ad Chryſoſtomum T. 8. pag. 372. Svicerum in theſauro. Jo. Philippum Pfeiſerum & D. Eliam Veielium τὸν μακαρίτην in ſigularibus de Oeconomia diſſertationibus, Caſaubonum ad Epiſtolam Greg. Nyſſeni pag. 105. ſeq. Scorſum ad Homilias Theophanis Cerameı pag. 459. Dicitur autem κατ' οἰκονομίαν geri aliqvid, ubi aliud qvid oculiis ſe offert, aliud latet, ut pluribus expoſuit Gatakerus ad M. Antonini lib. XI. 18. p. 331.

n) Epheſ. III. 15. *o*) 1. Cor. VIII. 6. *p*) Eſai. XLV. 14. *q*) Eſa. XLV. 11. *r*) Rom. VIII. 11.

*) JEſu nomen hoc loco addunt Epiſtolæ ad Rom. Codices quidam, vetereſqve ſcriptores, ut à Jo. Millio annotatum.

μυστήριον οἰκονομίας, ὅτι σεσαρκωμένου τοῦ Λόγου καὶ ἐνανθρωπήσαντος ὁ Πατὴρ ἦν ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, ἐμπολιτευομένου τοῦ υἱοῦ ἐν ἀνθρώποις. Τοῦτο οὖν ἐσημαίνετο, ἀδελφοὶ ὅτι ὄντως μυστήριον οἰκονομίας ἐκ πνεύματος ἁγίου ἦν οὗτος ὁ Λόγος καὶ παρθένου, ἕνα υἱὸν Θεῷ ἀπεργασάμενος. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' αὐτὸς μαρτυρεῖ ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ (οὕτω γὰρ λέγει. οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου) ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Τί οὖν ζητεῖ παρὰ τὸ εἰρημένον; μήτι ἐρεῖ, ὅτι ἐν οὐρανῷ σὰρξ ἦν; ἔστιν μὲν οὖν σὰρξ ἡ ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦ πατρῴου προσενεχθεῖσα δῶρον, ἡ ἐκ πνεύματος καὶ παρθένου, τέλειος υἱὸς Θεοῦ ἀποδεδειγμένος. Πρόδηλον οὖν, ὅτι αὐτὸς ἑαυτὸν προσέφερεν τῷ Πατρί. Πρὸ δὲ τούτου ἐν οὐρανῷ σὰρξ οὐκ ἦν. Τίς οὖν ἦν ἐν οὐρανῷ ἀλλ' ἢ λόγος ἄσαρκος, ἀποσταλεὶς ἵνα δείξῃ αὐτὸν ἐπὶ γῆς ὄντα, εἶναι καὶ ἐν οὐρανῷ. Λόγος σὰρξ ἦν, πνεῦμα ἦν, δύναμις ἦν, εἰς τὸ κοινὸν ὄνομα καὶ παρὰ ἀνθρώποις χωρητὸν, ἀνελάμβανεν εἰς ἑαυτὸν τοῦτο, καλούμενος ἀπ' ἀρχῆς υἱὸς ἀνθρώπου διὰ τὸ μέλλον, καίτοι μήπω ὢν ἄνθρωπος, καθὼς ὁ Δανιὴλ μαρτυρεῖ, λέγων. εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενον ὡς υἱὸν ἀνθρώπου. Δικαίως οὖν ἐν τῷ οὐρανῷ ὄντα ἐλεγόμενον τούτῳ ὀνόματι, τοῦτο ἀπ' ἀρχῆς ὄντα, καλεῖσθαι ἀπ' ἀρχῆς Λόγον Θεοῦ.

V. Ἀλλὰ τί μοι, φησὶν, λέγει ἐν ἑτέρῳ. οὗτος ὁ Θεὸς, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Καλῶς εἶπεν. πρὸς γὰρ τὸν Πατέρα τίς λογισθήσεται; ὁ δὲ λέγει. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρεν πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Καλῶς λέγει. Τίς γάρ ἐστιν Ἰακὼβ ὁ παῖς αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ὁ ἠγαπημένος ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ οὗτος περὶ οὗ βοᾷ λέγων. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ἀγαπητὸς εἰς ὃν ηὐδόκησα, τούτου ἀκούετε. Πᾶσαν οὖν τὴν ἐπιστήμην παρὰ τοῦ Πατρὸς λαβὼν ὁ τέλειος Ἰσραὴλ, ὁ ἀληθινὸς Ἰακώβ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ἰσραὴλ δὲ τίς ἐστιν ἀλλ' ἢ ἄνθρω-

stendit mysterium œconomiæ, id est, incarnationis, qvod incarnato Verbo & facto homine Pater erat in filio, & filius in patre, conversante Filio cum hominibus. Hoc igitur, fratres, significabatur, qvod verè mysterium incarnationis ex Spiritu Sancto & ex Virgine erat hoc verbum, qvod s) operatum est Deo Filium unum. Hoc autem non ego dico, sed ipse testatur qvi de cœlis descendit. Sic enim ait: t) *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo.* Qvid igitur quærit iste præter hoc qvod dictum est? Numqvid dicturus est qvod caro erat in cœlo? Est igitur caro, qvæ à verbo patris oblata est dono, caro inqvam ex Spiritu Sancto & Virgine ostensa, perfectus Filius Dei. Manifestum igitur est, qvod se ipse obtulit Patri. Antea vero non erat in Cœlo caro. Qvis ergo erat in cœlo, nisi verbum sine carne, qvod missum est ut ostenderet se, qvi in terra erat, esse etiam in cœlo? Verbum enim erat, Spiritus erat, virtus erat. Unus commune nomen, & in usu apud homines sibi sumpsit, vocatus à principio filius hominis, propter futurum, qvamvis nondum esset homo, sicut Daniel testatur inqviens: u) *Vidi, & ecce in nubibus cœli venientem tanquam filium hominis.* Recte igitur dixit, eum qvi in cœlo erat verbum Dei, hoc nomine à principio vocari.

V. Sed qvid mihi, inqvit, dicit Scriptura in alio loco: x) *Hic est Deus, non reputabitur alius ad eum.* Recte dixit. Qvis enim reputabitur ad patrem? Hic, inqvit, Deus noster; non reputabitur alius ad eum. *Invenit omnem viam scientiæ, & dedit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo.* y) Bene dicit. Qvis enim est Jacob puer ejus, & Israel dilectus ejus, nisi hic de qvo clamat, inqviens: z) *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite:* Qvi omnem scientiam à patre accepit, perfectus Israel, & verus Jacob. Post hæc in terra visus est, & cum hominibus conversatus est. Qvis autem est Israel, nisi homo videns Deum? a) Videns

πος

s) *Verbum Dei operatum est Deo unum filium*) id est verbum Dei fecit, ut qvi erat unus Filius Dei, idem ipse esset unus Filius hominis, qvia in hypostasi sua assumpsit carnem. Sic enim verbum caro factum est, *Franciscus Turrianus.*

t) Joh. III. 13. u) Dan. VII. 13. x) Baruch. III. 36.

y) ibid. z) Matth. XVII. 5. III. 17.

a) Nomen ישראל Philoni de præmiis & pœnis pag. 710. atqve alibi exponitur ὁρῶν Θεόν. איש ראה אל Sic & constitutiones Apostol. VII. 37. VII. 15. Eusebius XI. 6. pag. 519. præparat. multiqve alii. Qvo etiam referes eos qvibus Israel est ὁρατικὸς ἀνὴρ καὶ θεωρητικὸς, ut Eusebio pag. 310. præparat. vel νοῦς ὁρῶν Θεὸν ut S. Optato in fine libri 2. Didymo apud Hieron. & Hieronymo ipsi pluribus locis, S. Maximo T. I. p. 284. Olympiodoro in c. 1. Ecclesiastæ, Leontio de sectis pag. 392. Theophani Cerameo homil. 4. p. 22. &c. Aliam etymologiam probat Justinus Martyr dialogo cum Tryphone pag. 354. ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. Τὸ γὰρ ἰσρα ἄνθρωπος νικῶν ἐστι, τὸ δὲ ἢλ δύναμις. Sane איש virum denotat, & שור est dominari ac vincere, אל & potentiam sonat & Angelum, unde Josephus lib. I. Antiq. pag. 33. exponit τὸν ἀντιστάντα ἀγγέλῳ Θεῷ, & DEum, unde Moyse ipso auctore Genes. XXXII. 28. inter-

πος ὁρῶν τὸν Θεόν. Ὁρῶν δὲ τὸν Θεὸν οὐδ' εἷς εἰ μὴ μόνος ὁ παῖς καὶ τέλειος ἄνθρωπος καὶ μόνος διηγησάμενος τὴν βουλὴν τοῦ Πατρός. Λέγει γὰρ καὶ Ἰωάννης. Θεὸν οὐδ' εἷς ἑώρακεν πώποτε, μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, αὐτὸς διηγήσατο. καὶ πάλιν. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὃ ἤκουσεν καὶ ἑώρακεν, μαρτυρεῖ. Οὗτος οὖν ἐστὶν ᾧ πᾶσαν ἐπιστήμην Πατὴρ ἔδωκεν, ὃς ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

VI. Ὃ δὲ λέγει ὁ Ἀπόστολος, ὧν οἱ Πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς ὁ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Καλῶς διηγεῖται καὶ λαμπρὸν *τὸ τῆς ἀληθείας μυστήριον. οὗτος ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός ἐστιν, λέγει γὰρ οὕτω μετὰ παῤῥησίας. Πάντα μοι παραδέδοται ὑπὸ τοῦ Πατρός. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς γεγένηται, καὶ ἄνθρωπος γενόμενος Θεός ἐστιν εἰς τοὺς αἰῶνας. οὕτως γὰρ καὶ Ἰωάννης εἶπεν. ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Καλῶς εἶπεν παντοκράτορα Χριστόν. Τοῦτο γὰρ εἶπεν ὅπερ καὶ αὐτῷ μαρτυρήσει ὁ Χριστός. Μαρτυρῶν γὰρ Χριστὸς ἔφη, Πάντα μοι παραδέδοται παρὰ τοῦ Πατρός, καὶ πάντων κρατεῖ, παντοκράτωρ παρὰ Πατρὸς κατεστάθη Χριστός. Ἤδη δὲ καὶ Παῦλος δεικνύς, ὅτι πάντα αὐτῷ παραδέδοται, οὕτως ἔφη. ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. (πάντα γὰρ ὑποτέτακται αὐτῷ.) ὅταν δὲ εἴπῃ, πάντα ὑποτέτακται αὐτῷ, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. Τότε καὶ αὐτὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς πάντα ἐν πᾶσιν. Εἰ οὖν τὰ πάντα ὑποτέτακται αὐτῷ ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος, πάντων κρατεῖ, αὐτοῦ δὲ ὁ Πατὴρ, ἵνα ἐν πᾶσιν εἷς Θεὸς φανῇ, ᾧ τὰ πάντα ὑποτάσσεται ἅμα Χριστῷ ᾧ τὰ πάντα Πατὴρ ὑπέταξεν παρὲξ ἑαυτοῦ. Τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἔφη, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ Πατέρα ἴδιον καὶ Θεὸν ὡμολόγησεν. λέγει γὰρ οὕτως, ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ

* Interpres legit λαμπρῶς.

autem Deum, nemo nisi solus puer b) & perfectus homo, & qvi solus enarrat consilium Patris. Ait enim Joannes: c) *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius qui est in sinu Patris; ipse enarravit.* & rursus: d) *Qui de cælo descendit, quod audivit & vidit, testatur.* Hic igitur est, cui omnem scientiam dedit pater: qvi in terra visus est, & cum hominibus conservatus est.

VI. Qvod autem dicit Apostolus: e) *Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus Benedictus in sæcula:* pulchre enarrat & dilucide mysterium veritatis. Hic qvi est super omnia, Deus est (sic enim audet dicere: f) *Omnia mihi tradita sunt à patre;* qvi est super omnia Deus benedictus) genitus est, & factus homo, Deus est in sæcula. Sic enim Joannes ait: g) *Qui est, & qui erat, & qui venturus est, Deus omnipotens.* h) Recte vocavit omnipotentem Christum. Hoc enim dixit, qvod qvidem Christus testabitur. Tribuens enim testimonium, i) *Omnia*, inqvit, *mihi tradita sunt à Patre:* & omnium dominatum tenet; omnipotens à patre constitutus est Christus. Imo & Paulus docens omnia ei data esse, sic dixit: k) *Primitiæ Christus, deinde, qui sunt Christi in adventu ejus; postea finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri; cum evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem & virtutem. Oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat: Omnia sujecta sunt ei; sine dubio, præter eum qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Si igitur omnia subjecta sunt ei præter eum qvi ei subjecit omnia, omnium tenet dominatum; ipsius vero dominatum tenet pater, ut in omnibus unus Deus reperiatur, cui omnia subjecta sunt simul cum Christo, cui omnia pater subjecit præter se ipsum. Hoc enim Christus dixit, sicut in Evangelio & patrem suum & Deum confessus est. Ait enim sic: l) *Vado ad patrem meum & patrem vestrum; & Deum meum & Deum*

Θε-

interprerantur alii *adversus Deum fortis*, ἄρχων πρὸς Θεόν, ita Symmachus. At Eucherius, *princeps cum Deo.* Aqvila: ἄρχων μετὰ Θεοῦ. ita & Gallus confessor p. 18. Theodotion & LXX. ἐνισχύσας μετὰ Θεοῦ. Symmachi interpretationem probat Hieronymus in qvæst. Hebr. Idem in Es. XLIV. *Proprie juxta Hebræos & literarum fidem Israël* εὐθύτατος Θεοῦ, rectus DEI ישר אל *dicitur.* Vir *autem* videns DEum, *non in elementis sed in sono vocis est.* Confer Drusium 2. animadvers. c. 27. Frontonem Ducæum ad Paullini Epist. 1. Cotelerium T. 1. Apostol. pag. 376. Joh. Dallæum de pseudepigraphis Apostolicis pag. 189. Combefisium ad S. Maximum T. 1. pag. 683.

b) Ὁ παῖς, Filius, ut infra c. VII. & XI. c) Joh. I. 18. d) Joh. III. 11. & 13.

e) Rom. IX. 5. f) Matth. XI. 7. g) Apoc. I. 8.

h) Quod Joannes in Apocalypsi cap. 1. ait. *Qui est, & qui erat, & qui venturus est*, Paulus ait ad Rom. cap. 9 *Deus in sæcula.* Propter divinitatem enim Deus ante sæcula, & propter carnem Deus in sæcula; & propter carnem qvi est, & qui erat, & qvi venturus est, Deus omnipotens. *Franciscus Turrianus.*

i) Matth. XI. 7. k) 1. Cor. XV. 23. l) Joh. XX 17.

Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. Εἰ οὖν Νόητος τολμᾷ λέγειν αὐτὸν εἶναι τὸν Πατέρα, πρὸς ποῖον Πατέρα ἐρεῖ πορεύεσθαι Χριστὸν κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνήν; εἰ δὲ ἀξιοῖ καταλείψαντας ἡμᾶς τὸ εὐαγγέλιον, τῇ αὐτοῦ ἀφροσύνῃ πιστεύειν, μάτην κάμνει. Πειθαρχεῖν γὰρ δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

VII. Ἐὰν δὲ λέγῃ, Αὐτὸς εἶπεν. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. ἐπιστανέτω τὸν νοῦν καὶ μανθανέτω, ὅτι οὐκ εἶπεν ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν εἰμι, ἀλλὰ ἕν ἐσμεν. Τὸ γὰρ ἐσμεν οὐκ ἐφ' ἑνὸς λέγεται, ἀλλ' ἐπὶ δύο πρόσωπα ἔδειξεν, δύναμιν δὲ μίαν. Αὐτὸς δὲ αὐτὸ ἀπέλυσεν εἰπὼν περὶ μαθητῶν πρὸς τὸν Πατέρα. Τὴν δόξαν ἣν ἔδωκάς μοι, ἔδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν. Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ Σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσιν τετελειωμένοι εἰς ἕν, ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι Σύ με ἀπέστειλας. Τί πρὸς ταῦτα ἔχουσι λέγειν οἱ Νοητιανοί; Μὴ πάντες ἓν σῶμά ἐστιν κατὰ τὴν οὐσίαν, ἢ τῇ δυνάμει καὶ τῇ διαθέσει τῆς ὁμοφρονίας ἓν γινόμεθα; τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὁ Παῖς ὁ πεμφθεὶς καὶ ὑπ' αὐτῶν μὴ γινωσκόμενος ὄντων ἐν κόσμῳ, ὡμολόγησεν εἶναι ἐν τῷ Πατρὶ δυνάμει, διαθέσει. Εἷς γὰρ νοῦς Πατρὸς ὁ Παῖς. Οἱ νοῦν Πατρὸς ἔχοντες οὕτω πιστεύομεν. Οἱ δὲ τὸν νοῦν μὴ ἔχοντες τὸν υἱὸν ἤρνηνται. Εἰ δὲ καὶ Φίλιππον ἐπερωτᾶν περὶ Πατρὸς, βούλοιντο λέγειν, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. πρὸς ὃν ἀπεκρίθη ὁ Κύριος, λέγων. Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, Φίλιππε, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με. Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα. Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; καὶ θέλουσι λέγειν, διὰ τούτου κρατύνεσθαι τὸ δόγμα αὐτῶν, ὁμολογοῦντος αὐτοῦ ἑαυτὸν Πατέρα. γνώτωσαν ὅτι μέγιστον [illegible]τοῖς ἐναντίωμα ἐπιφέρουσιν, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ῥη[illegible]εγχόμενοι. Τοῦ γὰρ Χριστοῦ ἑαυτὸν ἐν πᾶσιν [illegible] εἰπόντος καὶ δείξαντος, οὐκ ἐπέγνωσαν οὐδὲ καταλαβέσθαι ἢ ἀτενίσαι τὴν δύναμιν ἐδυνήθησαν. Καὶ τοῦ-

vestrum. Si ergo Noetus audet dicere, ipsum esse patrem; ad qvem patrem dicet ire Christum secundum vocem Evangelii? Sin vero vult ut relicto Evangelio, amentiæ ejus credamus, frustra laborat, *m) oportet enim obedire magis Deo, quam hominibus.*

VII. Si autem dicat: ipse dixit:) *Ego & pater unum sumus;* advertat animum, & intelligat qvod non dixit: *Ego & Pater unum sum;* sed *unum sumus.* Illud enim, *sumus*, non dicitur de uno, sed sic dixit, qvia duas personas demonstravit, unam autem potentiam, sive virtutem. Ipse hoc explicavit, cum dixit de discipulis ad Patrem: *o) Gloriàm quam dedisti mihi, dedi eis; ut sint unum, sic ut nos unum sumus. Ego in ipsis, & tu in me; ut sint perfecti in unum; ut cognoscat mundus quod tu me misisti.* Qvid ad hæc dicere possunt Noëtiani? Numqvid omnes unum corpus sunt secundum substantiam? an vero *p)* potestate & afflictione consensionis & concordiæ unum efficimur? Ad eundem modum puer *q)* missus, & iis qvi in mundo erant, non cognitus, *r)* confessus est se esse in Patre potestate, *s)* affectione consensionis: una *t)* enim mens Patris est puer. Qvi autem mentem Patris habemus, sic credimus: qvi vero non habent, Filium negaverunt. Si autem velint dicere, qvod Philippus de Patre interrogans: *u) ostende*, inqvit, *nobis Patrem & sufficit nobis*: cui respondit Dominus inqviens: *Tanto tempore vobiscum sum Philippe, & non cognovisti me? Qui vidit me, vidit & Patrem. Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* Et volunt dicere qvod his verbis eorum dogma confirmatur, ipso consitente se esse Patrem; sciant maximam repugnantiam in se ipsos inducere, Scriptura eos redarguente & convincente. Cum enim Christus in omni-

Το

m) Actor. IV. 19. V. 29. *n)* Joh. X. 30. *o)* Joh. XVII. 22.

p) δυνάμει καὶ διαθέσει ὁμοφρονίας.

q) Filius, ut supra, cap. 5. *r)* Joh. I. 10.

r) Confessus est se esse in Patre, potestate & affectione, multis in locis Evangelii. Joan. cap. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite; ut cognoscatis & credatis qvia Pater in me est, & ego in Patre. Opera autem erant non solum miracula qvæ secundum divinitatem operabatur, sed virtutes, qvas secundum humanitatem, sicut de eo scriptum est, Hebr. cap. 1. ex Psal. 44. Dilexisti justitiam, & odisti inqvitatem; propterea unxit te Deus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Item Joan. cap. 12. Qvi videt me, videt eum qvi misit me. *& paulo post*: Sed qvi misit me Pater, ipsi mihi mandatum dedit, qvid dicam, & qvid loqvar; & scio qvia mandatum ejus est vita æterna. Erat igitur in Patre potestate secundum operationem mandatorum ejus, id est, charitatis & omnis virtutis & cap. 14. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis qvia ego in Patre, & Pater in me est? alioqvi propter opera ipsa credite. Quia semper hic homo operabatur justitiam, misericordiam, charitatem, & cæteras virtutes immutabiliter secundum Dei voluntatem, hac etiam ratione, id est, potestate & consensione mentis & voluntatis, & non solum secundum substantiam, ipse & Pater unum erant, sicut volebat discipulos suos esse unum in Christo & in Patre, potestate & consensione voluntatis suæ cum voluntate Patris, & Filii. *Fr. Turrianus.*

t) Una mens Patris est puer.) Id est, mens humana Christi non discrepat à mente divina Patris; & hac ratione mens humana Christi etsi non erat essentialiter mens divina, erat tamen potestate & affectione, sive dispositione consensionis, quia afficiebatur secundum voluntatem Dei voluntas & mens humana Christi, ita ut δυνάμει una esset, qvæ erant secundum substantiam duæ mentes. *Fr. Turrianus.* Per puerum, iterum ut paullo ante & c. XI. Filium intellige.

u) Joh. XIV. 8.

το μὴ χωρήσας Φίλιππος, καθ' ὃ ἦν ἰδεῖν, τὸν Πατέρα ἠξίου βλέπειν. πρὸς ὃν ὁ Κύριος ἔφη. Φίλιππε, τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με. Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, Τουτέστιν, εἰ ἐμὲ ἑώρακας δι' ἐμοῦ, τὸν Πατέρα γνῶναι δύνη. Διὰ γὰρ τῆς εἰκόνος ὁμοίας τυγχανούσης εὔγνωστος ὁ Πατὴρ γίνεται. Εἰ δὲ τὴν εἰκόνα, ἥτις ἐστιν ὁ υἱὸς, οὐκ ἔγνως, πῶς ἰδεῖν θέλεις τὸν Πατέρα; ὅτι ταῦτ' οὕτως ἔχει, τὰ ἐπικείμενα τῷ κεφαλαίῳ καὶ ὑποκείμενα ἀπολύει, τὸν προκείμενον υἱὸν ἀπεσταλμένον παρὰ Πατρὸς καὶ πρὸς πατέρα πορευόμενον σημαίνονται.

busse Filium dixisset & demonstrasset, non tamen cognoverant eum, neqve virtutem ejus intelligere, aut intueri potuerant Et hoc Philippus cum capere non posset, qvoad videre licebat, volebat videre Patrem. Cui Dominus dixit: *Philippe, tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me? qui vidit me, vidit Patrem.* Id est, si me vidisti, per me potes Patrem cognoscere. Per imaginem enim qvæ similis est, potest facile Pater cognosci. Sin vero imaginem, qvæ est Filius, non cognovisti: qvomodo vis Patrem videre? Qvod autem hæc ita sint, qvæ in ipso capite adjecta & subjecta sunt, explicant, qvæ significant, Filium *propositum* w) *missum esse à Patre* x) & *ad Patrem ire.* y)

VIII. πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα, μᾶλλον δὲ πάντα ἐστὶν μαρτυροῦντα τῇ ἀληθείᾳ. Ἀνάγκην οὖν ἔχει καὶ μὴ θέλων ὁμολογεῖν πατέρα Θεὸν παντοκράτορα, καὶ χριστὸν Ἰησοῦν υἱὸν Θεοῦ Θεὸν ἄνθρωπον γενόμενον, ᾧ πάντα πατὴρ ὑπέταξε παρεκτὸς ἑαυτοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου, καὶ τούτους εἶναι οὕτως τρία. Εἰ δὲ βούλεται μαθεῖν, πῶς εἷς Θεὸς ἀποδείκνυται, γινωσκέτω ὅτι μία δύναμις τούτου, καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὴν δύναμιν, εἷς ἐστι Θεός, ὅσον δὲ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, τριχὴς ἡ ἐπίδειξις, ὡς ὕστερον ἀποδειχθήσεται ἀποδιδόντων ἡμῶν περὶ ἀληθείας λόγον. Ταῦτα μὲν οὖν, ἀδελφοὶ. δείκνυται ἡμῖν συμφώνως εἰρημένα. Εἷς γὰρ Θεός ἐστιν ᾧ δεῖ πιστεύειν, ἀλλ' ἀγένητος, ἀπαθὴς, ἀθάνατος, πάντα ποιῶν ὡς θέλει, καθὼς θέλει, ὅτε θέλει Τί οὖν πρὸς ταῦτα τολμήσει Νόητος μὴ νοῶν τὴν ἀλήθειαν; Ἐπειδὴ οὖν ἤδη καὶ ὁ Νόητος ἀνατέτραπται, ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν, ἵνα συστήσωμεν τὴν ἀλήθειαν. καθ' ἧς πᾶσαι τοσαῦται αἱρέσεις γεγένηνται μηδὲν δυνάμεναι εἰπεῖν,

VIII. Multa alia, immo omnia huic veritati adstipulantur. Necesse ergo est, ut qvamvis nolit, confiteatur Patrem Deum omnipotentem, & Christum Jesum Filium Dei, Deum factum hominem, cui omnia Pater subjecit præter se, & Spiritum Sanctum, & hos esse vere tres. Qvod si vult scire qvomodo unus Deus demonstratur, sciat unam esse virtutem sive potentiam hujus: & qvantum ad virtutem pertinet, unus est Deus; qvantum vero ad incarnationem pertinet, tertia est ostensio; ut paulo post docebimus, cum reddemus rationem de veritate. Hæc igitur fratres, dicta nobis sunt, de qvibus inter omnes convenit. Unus enim est Deus, cui credere oportet, sed ingenitus, impatibilis, immortalis, qvi omnia facit qvæ vult, sicut vult, & qvando vult. Qvid igitur ad hæc audebit dicere Noëtus, non intelligens veritatem? Qvandoqvidem igitur hactenus Noëtus confutatus est, veniamus ad demonstrationem veritatis; ut confirmemus veritatem, contra qvam tot & tantæ hæreses * ortæ sunt, qvæ nihil dicere potuerunt.

IX. Εἷς Θεὸς, ὃν οὐκ ἄλλοθεν ἐπιγινώσκομεν, ἀδελφοὶ, ἢ (ἐκ) τῶν ἁγίων γραφῶν. Ὃν γὰρ τρόπον ἐάν τις βουληθῇ τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου ἀσκεῖν, οὐκ ἄλλως δυνήσεται τούτου τυχεῖν, ἐὰν μὴ δόγμασι φιλοσόφων ἐντύχῃ, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὅσοι Θεοσέβειαν ἀσκεῖν βουλόμεθα, οὐκ ἄλλοθεν ἀσκήσομεν ἢ ἐκ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. Ὅσα τοίνυν κηρύσσουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ, ἴδωμεν, καὶ ὅσα διδάσκουσιν, ἐπιγνῶμεν, καὶ ὡς θέλει πατὴρ πιστεύεσθαι, πιστεύσωμεν, καὶ ὡς θέλει υἱὸν δοξάζεσθαι, δοξάσωμεν, καὶ ὡς θέλει πνεῦμα ἅγιον δωρεῖσθαι, λάβωμεν. Μὴ κατ' ἰδίαν προαίρεσιν, μηδὲ κατ' ἴδιον νοῦν, μηδὲ βιαζο-

IX. Unus Deus est, qvem non aliunde, fratres, agnoscimus, qvam ex sanctis Scripturis. Qvemadmodum enim si qvis vellet sapientiam hujus sæculi exercere, non aliter hoc conseqvi poterit, nisi dogmata Philosophorum legat: sic qvicumqve volumus † pietatem in Deum excercere, non aliunde discemus, qvam ex Scripturis divinis. Qvæcunqve ergo sanctæ Scripturæ prædicant, sciamus; & qvæcunqve docent, cognoscamus: & sicut vult Pater credi, sic credamus, & sicut vult Filium glorificari, sic glorificemus; & sicut vult donari

me-

w) Rom. III. 25.
x) Joh. V. 30. VIII. 16. 18. &c.
y) Joh. XIII. 1. XIV. 12.
* Non Noëti tantum sed & aliæ XXXI. qvas hactenus Hippolytus oppugnaverat. Ex his verbis clarissime apparet clausulam hanc esse libri, adversus hæreses. Apparet etiam Epiphanium Hippolyti exemplo opus suum adversus hæreses expositione fidei obsignasse.
† Insigne Testimonium de S. Scripturæ sufficientia.

μενοι τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένα. ἀλλ᾽ ὃν τρόπον αὐτὸς ἐβουλήθη διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεῖξαι, οὕτως ἴδωμεν.

Spiritum Sanctum, sic accipiamus. Non secundum propriam voluntatem, neqve secundum proprium sensum, neque vim inferentes in ea, qvæ ab eo data sunt; sed qvomodo ipse per sanctas Scripturas docere voluit, sic intelligamus.

X. Θεὸς μόνος ὑπάρχων καὶ μηδὲν ἔχων ἑαυτῷ σύγχρονον, ἐβουλήθη κόσμον κτίσαι. ὁ κόσμον ἐννοηθεὶς, θελήσας τε καὶ φθεγξάμενος ἐποίησεν, ᾧ παραυτίκα παρέστη τὸ γενόμενον ὡς ἠθέλησεν. αὐταρκὲς οὖν ἡμῖν ἐστιν μόνον εἰδέναι ὅτι σύγχρονον Θεοῦ οὐδέν, πλὴν αὐτὸς ἦν, αὐτὸς δὲ μόνος ὢν πολὺς ἦν, οὔτε γὰρ ἄλογος, οὔτε ἄσοφος, οὔτε ἀδύνατος, οὔτε ἀβούλευτος ἦν, πάντα δὲ ἦν ἐν αὐτῷ, αὐτὸς δὲ ἦν τὸ πᾶν. ὅτε ἠθέλησεν, καθὼς ἠθέλησεν, ἔδειξε τὸν Λόγον αὐτοῦ καιροῖς ὡρισμένοις παρ᾽ αὐτῷ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν. Ὅτε μὲν θέλει, ποιεῖ, ὅτε δὲ ἐνθυμεῖται, τελεῖ, ὅτε δὲ φθέγγεται, δεικνύει, ὅτε πλάσσει, σοφίζεται. πάντα γὰρ τὰ γενόμενα διὰ λόγου καὶ σοφίας τεχνάζεται, λόγῳ μὲν κτίζων, σοφίᾳ δὲ κοσμῶν. Ἐποίησεν οὖν ὡς ἠθέλησεν, Θεὸς γὰρ ἦν. Τῶν δὲ γινομένων ἀρχηγὸν καὶ σύμβουλον καὶ ἐργάτην ἐγέννα Λόγον, ὃν Λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ ἀόρατόν τε ὄντα τῷ κτιζομένῳ κόσμῳ, ὁρατὸν ποιεῖ, προτέραν φωνὴν φθεγγόμενος, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς γεννῶν, προῆκεν τῇ κτίσει Κύριον, τὸν ἴδιον νοῦν, αὐτῷ μόνῳ πρότερον ὁρατὸν ὑπάρχοντα, τῷ δὲ γινομένῳ κόσμῳ ἀόρατον ὄντα, ὁρατὸν ποιεῖ, ὅπως διὰ τοῦ φανῆναι ἰδὼν ὁ κόσμος σωθῆναι δυνηθῇ.

X. Deus solus cum esset, nihilqve sibi coævum haberet, voluit mundum efficere, & muudum cogitans, ac volens, & dicens effecit; continuoqve extitit ei factus, sicut voluit perfecit. Satis igitur nobis est scire solum, nihil esse Deo coævum. Nihil erat præter ipsum; ipse solus multus erat. Nec enim erat sine ratione, sine sapientia, sine potentia, sine consilio. Omnia erant in eo, ipse erat omnia. Qvando voluit, & qvomodo voluit, ostendit verbum suum temporibus apud eum definitis; per qvem omnia fecit. Qvi cum vult, facit; qvando z) cogitat perficit, qvando a) loqvitur, ostendit; qvando b) format, sapientiam edit. Omnia enim qvæ facta sunt, ratione qvidem creat, sapientia vero ornat. Fecit igitur sicut voluit: Deus enim erat. Eorum c) autem qvæ facta sunt, ducem, consiliarium & operarium generabat verbum: qvod verbum cum in se haberet, essetqve mundo creato inaspectibile, fecit aspectabile, d) emittens priorem vocem, & lumen ex lumine e) generans depromsit ipsi creaturæ dominum, f) sensum suum. & qvi prius ipsi tantum erat visib lis, mundo autem invisibilis, hunc visiibilem fecit, ut mundus cum eum qvi apparuit, videret, salvus fieri posset.

XI. καὶ οὕτως παρίστατο αὐτῷ ἕτερος. Ἕτερον δὲ λέγων οὐ δύο Θεοὺς λέγω, ἀλλ᾽ ὡς φῶς ἐκ φωτός, ἢ ὡς ὕδωρ ἐκ πηγῆς, ἢ ὡς ἀκτῖνα ἀπὸ ἡλίου. Δύναμις γὰρ μία ἡ ἐκ τοῦ παντός, τὸ δὲ

XI. Atqve ita adstitit ei alius. g) Cum alium dico, non duos Deos dico; sed tanquam lumen ex lumine, & aqvam ex fonte, aut radium à sole. Una enim virtus ex toto:

z) Deus facit qvæ vult Psal. CXV. 3. Gen. VI. cogitavit DEus qvod fecit hominem. *Fr. Turrianus.*

a) Dixit, fiat lux, & facta est lux, hoc est loqui id est ostendere. *id.*

b) Formavit hominem de limo terræ, maximam sapientiam ostendit Deus in formatione hominis, *id.*

c) Qvia est, sicut Apostolus Coloss. I. 15. ait, primogenitus omnis Creaturæ *id.*

d) Tunc emisit Pater priorem vocem, cum dixit: Hic est Filius meus dilectus. Matth. 3. *Ita idem Turrianus. Sed Hippolyti sententia non alia quam Tertulliani c. 13. de præscipt. docentis* Patrem omnia condidisse per Verbum suum primo omnium emissum. Id verbum Filium ejus apellatum, in nomine DEI varie visum à Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremo delatum ex Spiritu Patris DEI & virtute in virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, & ex ea natum egisse JEsum Christum. *Et contra Praxeam c. 5.* Ut primum DEus voluit ea qvæ cum Sophiæ ratione & sermone disposuerat intra se & substantias & species suas edere, ipsum primum sermonem, habentem in se individuas suas rationes Sophiam, ut per ipsum fierent universa, per qvem erant cogitata atqve disposita, imo & facta jam, qvantum in DEI sensu. *Gregorius M. Lib. XXXII. moral. in Jobum c. 6.* Filius ipse Vox, qvia eum Pater gignendo dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Quod vero Hippolytus addit Verbum ex inspectabili factum esse aspectabile, ad Oeconomiam pertinet, nam ut Phœbadius libro contra Arianos c. 34.* nec Filium usqvam invenimus sine transfiguratione fuisse visibilem, anteqvam Patri obediens fieret ex æternitate corporeus.

e) Sic locuti ante Patres Nicænos, præter Hippolytum nostrum sunt Justinus Martyr, Tatianus & Athenagoras ut notatum doctissimo Grabio ad Irenæum lib. 2 c. 23. His adde Methodium in homilia de Simeone & Anna pag. 152. σὺ εἶ φῶς ἀληθινὸν ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. Athanasius postea dixit λύχνον ἐκ λύχνου. T. 1. pag. 881. edit. Lipsiens.

f) Filius νοῦς, σοφία Patris, & infra c. XIII. Voluntas.

g) Justino Martyri qvando Filius ἕτερόν τι à Patre esse dicitur, & Tertulliano qvando *Filium & Patrem esse aliud ab alio* affirmat, eadem qvæ Hippolyto mens, ut personarum distinctionem ostendant, non ut ὁμοούσιον inficientur.

πᾶν Πατὴρ, ἐξ οὗ δύναμις Λόγος. οὗτος δὲ Νοῦς ὃς προβὰς ἐν κόσμῳ ἐδείκνυτο παῖς Θεοῦ. Πάντα τοίνυν δι' αὐτοῦ, αὐτὸς δὲ μόνος ἐκ Πατρός. Τίς τοίνυν ἀποφαίνεται πλῆθυν Θεῶν παρεμβαλλομένην κατὰ καιρούς; Καὶ γὰρ πάντες ἀπεκλείσθησαν εἰς τοῦτο ἄκοντες εἰπεῖν, ὅτι τὸ πᾶν εἰς ἕνα ἀνατρέχει. Εἰ οὖν τὰ πάντα εἰς ἕνα ἀνατρέχει, καὶ κατὰ Οὐαλεντῖνον καὶ κατὰ Μαρκίωνα, Κήρινθόν τε καὶ πᾶσαν τὴν ἐκείνων φλυαρίαν, καὶ ἄκοντες εἰς τοῦτο περιέπεσαν, ἵνα τὸν ἕνα ὁμολογήσωσιν αἴτιον τῶν πάντων, οὕτως οὖν συντρέχουσιν καὶ αὐτοὶ μὴ θέλοντες τῇ ἀληθείᾳ ἕνα Θεὸν λέγειν ποιήσαντα ὡς ἠθέλησεν. Οὗτος δὲ ἔδωκεν νόμον καὶ προφήτας, καὶ δοὺς διὰ πνεύματος ἁγίου ἠνάγκασεν τούτους φθέγξασθαι, ὅπως τῆς πατρῴας δυνάμεως τὴν ἀποπνοίαν λαβόντες τὴν βουλὴν καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς καταγγείλωσιν.

totum vero Pater, *b*) ex qvo virtus verbum: hoc vero mens, sive sensus, qvi prodiens in mundum, ostensus est puer *i*) Dei. Omnia igitur per eum facta sunt, *) ipse solus ex Patre genitus. Qvis ergo profert multitudinem Deorum, qvæ per curricula temporum appulsa fuit? Omnes enim eo redacti sunt inviti, ut dicant omnia ad unum recurrere, etiam secundum Valentinum, & Marcionem, & Cerinthum, *k*) & omnem illorum nugacitatem; & huc nolentes reciderunt, ut unam omnium causam confiteantur. Igitur veritati nolentes consentiunt, esse scilicet unum Deum, qvi fecit omnia sicut voluit. Hic autem dedit legem & Prophetas; & dando *l*) coëgit hos per Spiritum Sanctum loqvi, ut accipientes virtutis paternæ inspirationem, consilium & voluntatem Patris nuntiarent.

XII. Ἐν τούτοις τοίνυν πολιτευόμενος ὁ Λόγος ἐφθέγγετο περὶ ἑαυτοῦ, ἤδη γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ κῆρυξ ἐγένετο, δεικνύων μέλλοντα Λόγον φαίνεσθαι ἐν ἀνθρώποις, δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐβόα. ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. Τίς δέ ἐστιν ὁ ἐμφανὴς γινόμενος ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος τοῦ Πατρός; ὃν ἀποστέλλων Πατὴρ ἐδείκνυεν ἀνθρώποις τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἐξουσίαν. Οὕτως οὖν ἐμφανὴς ἐγένετο ὁ Λόγος, καθὼς λέγει, ἀνακεφαλαιοῦται γὰρ ὁ μακάριος Ἰωάννης τὰ διὰ τῶν Προφητῶν εἰρημένα, δεικνὺς τοῦτον εἶναι τὸν Λόγον, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Φησὶν γὰρ οὕτω· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. ὑπο (βὰς) δὲ ἔφη. Ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Εἰ οὖν, ἔφη, ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ γεγένηται, καθὼς λέγει ὁ προφήτης. Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Λόγος ὁ καὶ ἐμφανὴς δεικνύμενος. Οὐκοῦν ἔνσαρκον Λόγον θεωροῦμεν, Πατέρα δι' αὐτοῦ νοοῦμεν, Υἱῷ δὲ πιστεύομεν, Πνεύματι ἁγίῳ προσ-

XII. In his igitur verbum versabatur, loqvens de ipso. Jam enim ipse suus præco erat; ostendebatqve futurum esse, ut verbum in hominibus appareret. Idcirco sic clamabat: *m*) *Factus sum manifestus iis qui non quærebant me; inventus sum ab iis qui non interrogabant me.* Qvis vero est qvi factus est manifestus, nisi verbum Patris? qvod cum Pater misit, potestatem suam ostendit hominibus. Sic igitur factum est manifestum verbum, sicut ait beatus Joannes. Repetit enim summatim, qvæ à Prophetis dicta sunt, demonstrans hoc esse verbum, per qvod omnia facta sunt. Sic enim ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* *o*) & infra ait: *p*) *Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt.* Si mundus (inqvit) per ipsum factus est, sicut ait Propheta *q*) *Verbo Domini cæli firmati sunt;* igitur hoc est verbum, qvod factum est manifestum. Ergo verbum incarnatum cernimus, Patrem per eum intel-

κυνοῦ-

b) Sic idem Tertullianus c. 9. adversus Praxeam Noëti anteambulonem: *Pater tota substantia est, Filius vero derivatio totius & portio.* Et c. 2 *quasi non sic quoque unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiæ scilicet unitatem.* Et lib. 3, adversus Marcion. c. 6. *concedas necesse est eos qui Patrem non agnoverint, nec Filium agnoscere potuisse, per ejusdem substantiæ conditionem, cujus si plenitudo intellecta non est, multo magis portio; certe qua plenitudinis consors.*

i) ὁ παῖς τοῦ Θεοῦ, DEI Filius, ut supra c. V. & VII. *) Joh. I. 3.

k) Valentini Æonas tangit, & Marcionis Deum Demiurgum à Deo bono ac summo diversum & Cerinthi angelicas Potestates Mundi opifices.

l) Coëgit hos per Spiritum Sanctum loqvi.) Cogebat sanctos Prophetas, qvatenus volentes seqvi voluntatem Dei, non poterant non loqvi illa qvæ loqvebantur. Sic Petrus in Actis Apostol. c. 3. Non possumus, inqvit, qvæ vidimus & audivimus non loqvi. Sic Prophetæ audiebant Spiritum verbi Dei intus loqventem, & non poterant, sicut Petrus hic dixit, non loqvi qvæ audiebant. *Fr. Turrianus.*

m) Esai. LXV. 1. *n*) Joh. I. 1.

o) Post οὐδὲ ἕν in verbis Iohannis στιγμὴν præter Hippolytum faciunt Irenæus, Clemens Alex. Origenes, Theophilus Antiochenus & Eusebius pluribus locis, atqve è Latinis Tertullianus ac Lactantius, Victorinus, Augustinus & longe post Honorius Augustodunensis lib. 1. de imagine Mundi, c. 2. Qvoniam vero eadem interpunctio placuit etiam hæreticis Valentino, Heracleoni, Theodoto, & *Macedonianis*, Eunomianisqve, hinc ab Epiphanio T. 2. pag. 80. & à Chrysostomo rejicitur.

p) Joh. I. 10. *q*) Ps. XXXIII. 6.

κυνῶμεν. Ἴδωμεν οὖν τὰ γεγραμμένα, ὅτι μὲν ἐμφανὴς ὁ Λόγος ἐσόμενος ἐκηρύσσετο.

XIII. Καὶ Ἱερεμίας λέγει. Τίς ἔστη ἐν ὑποστήματι Κυρίου, καὶ ἴδεν τὸν Λόγον αὐτοῦ; Λόγος δὲ Θεοῦ μόνος ὁρατός, ἀνθρώπου δὲ ἀκουστός. Ὅπου ὁρᾶν τὸν Λόγον λέγει, ἀνάγκην ἔχω πιστεύειν ὁρατὸν τοῦτον ἀπεσταλμένον. οὐκ ἄλλος ἦν ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος. Ὅτι δὲ ἀπεστάλθη, μαρτυρεῖ Πέτρος, πρὸς τὸν ἑκατόνταρχον Κορνήλιον λέγων, Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Λόγον αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διὰ κηρύγματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ πάντων Κύριος. Εἰ δὲ οὖν Λόγος ἀποστέλλεται διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ Θέλημα τοῦ Πατρός ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός.

XIV. Ταῦτα μὲν οὖν ἀδελφοὶ σημαίνουσιν αἱ γραφαί, ταύτην τὴν οἰκονομίαν παραδίδωσιν ἡμῖν καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ἐν Εὐαγγελίῳ μαρτυρῶν, καὶ τοῦτον τὸν Λόγον Θεὸν ὁμολογεῖ οὕτως λέγων, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Εἰ δὲ οὖν ὁ Λόγος πρὸς τὸν Θεόν, Θεὸς ὤν, τί οὖν φήσειεν ἄν τις δύο λέγειν Θεούς; δύο μὲν οὐκ ἐρῶ Θεοὺς ἀλλ' ἢ ἕνα, πρόσωπα δὲ δύο, οἰκονομίαν δὲ τρίτην, τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Πατὴρ μὲν γὰρ εἷς, πρόσωπα δὲ δύο, ὅτι καὶ ὁ υἱός, τὸ δὲ τρίτον τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Πατὴρ ἐντέλλεται, Λόγος ἀποτελεῖ, Υἱὸς δὲ δείκνυται δι' οὗ Πατὴρ πιστεύεται. Οἰκονομία συμφωνίας * Συνάγεται εἰς ἕνα Θεόν, εἷς γάρ ἐστιν

* Ita legit interpres. Possis etiam legere οἰκονομίας συμφωνία. Certe in MS. meo apographo est οἰκονομίας συμφωνίας.

ligimus, Filio credimus, Spiritum Sanctum adoramus. Videamus igitur qvæ scripta sunt, qvod prædicabatur qvidem verbum futurum manifestum.

XIII. Hieremias etiam dicit.: r) *Quis stetit in hypostasi Domini, & vidit verbum ejus?* Verbum autem Dei solum est visibile, verbum vero hominis audibile. Qvando dicit videre verbum, necesse est mihi ut credam, hunc visibilem missum esse. Missus autem non est alius qvam Verbum. Qvod autem missum fuit, testatur Petrus, cum dixit Cornelio centurioni: s) *Misit Deus verbum suum filiis Israel per prædicationem JEsu CHristi Hic est Deus omnium Dominus.* Si ergo verbum mittitur per JEsum CHristum, voluntas Patris t) est JEsus Christus.

XIV. Hæc igitur fratres, significant nobis scripturæ. Hanc œconomiam, id est, incarnationem tradit nobis Joannes in Evangelio, testimonio suo; & hoc verbum confitetur DEum, sic inqviens: u) *In principio erat verbum, & verbum erat apud DEum, & DEus erat verbum.* Si ergo verbum erat apud Deum, & Deus erat, qvid ergo? dicet ne aliqvis dicere Joannem duos Deos? Duos qvidem non dicam, sed unum; personas vero duas, x) œconomiam tertiam, y) gratiam dico sancti Spiritus. Pater qvidem unus, Personæ vero duæ, qvia Filius; tertia autem Spiritus Sanctus. Pater mandat, z) verbum perficit, Filius autem ostenditur, per qvem Pater creditur. Oeconomia a) consensionis redigitur ad unum Deum, unus enim est Deus, qvi mandat, Pater; qvi

r) Jer. XXIII. 18. τίς ἔστη ἐν ὑποστήματι Κυρίου καὶ εἶδε τὸν λόγον αὐτοῦ; Victor in Catena: ἐν τῇ ὑποστάσει pro qvo Symmachus ἐν τῇ ὁμιλίᾳ edidit. s) Actor. X. 36.

t) Sic Filium βούλησιν sive θέλημα Patris dixere multi veteres, quorum loca vide si placet apud Petavium lib. VI. de SS. Trinitate c. 8. §. 21. & lib. VII. c. 12. §. 12. u) Joh. I. 1.

x) Oeconomia apud antiqvos Patres aliquando significat incarnationem Filii Dei; aliqvando, ut hic, operationem Spiritus Sancti in mysterio incarnationis, ita fit, ut aliquando œconomia ad secundum Personam, aliqvando ad tertiam referatur, aliqvando ad primam id est ad Patrem, ut paulo post ait hic auctor: Oeconomia, & voluntas Patris, qui voluit sic glorificari & manifestari per Filium incarnatum. *Franciscus Turrianus.*

y) *Gratiam dico Sancti Spiritus.*) Gratiam scilicet substantialem, sive per se gratiam, quæ est Spiritus Sanctus, qui supervenit in virginem, ex qua conceptus est Filius Dei, ideo dixit, œconomiam tertiam. sic postea Julius Pont. in epist. de incarnatione, quam Cyrillus in Synodo Ephesina citavit, in numeratione Trinitatis dixit contineri incarnationem, qva Filius Dei, qui est, inquit, ordine confessionis persona secunda Trinitatis, factus est superveniente Spiritu Sancto ex Virgine Filius hominis, qui est idem una & eadem filiatione Filius Dei. *idem.*

z) Hoc *mandandi* & *præcipiendi* vocabulo de Patre, & *obediendi* de Filio sine ulla offensione usi sunt non modo ante Concilium Nicænum S. Irenæus, Hippolytus noster, Origenes & alii: sed & post illud Concilium adversarii & hostes Arianæ hæreseos acerrimi, Athanasius, Basilius, Marius Victor. Hilarius. Prosper &c. Vide Petavium lib. 2. de Trinitate c. 7. §. 7. Georg. Bullum in defensione fidei Nicænæ p. 133. 165. 179. 170.

a) Quia in mysterium incarnationis uno consensu & operatione concurrerunt Pater & Filius. *Fr. Turrian.*

b) *Qui est super omnia.*) Cùm Paulus ait de Deo ad Ephes. IV. 6. *Qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus*; tres personas designat, & unitatem Dei in illis; quia unius ejusdemque virtutis ac potentiæ est, esse super omnia, & per omnia, & in omnibus; & secundum ordinem confessionis Sanctæ Trinitatis, primum tribuit Patri, secundum Filio, tertium Spiritui Sancto, quia est tertia Persona secundum ordinem confessionis, ut antiqui Theologi loqvuntur, & nos loqvi docuerunt. *Franc. Turrianus.*

c) Ex decem leprosis non novem Judæi sed unus tantum gratias Christo egit sanatus & in eum credens Samaritanus. Luc. XVII. 16.

d) Hoc dicit propter Petrum, quem legimus in Evangelio negasse. *Fr. Turrian.*

ὁ Θεός. Ὁ γὰρ κελεύων Πατὴρ, ὁ δὲ ὑπακούων Υἱὸς, τὸ δὲ συνετίζον, ἅγιον Πνεῦμα. Ὁ ὢν Πατὴρ ἐπὶ πάντων, ὁ δὲ Υἱὸς διὰ πάντων, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἐν πᾶσιν. Ἄλλως τε ἕνα Θεὸν νομίσαι μὴ δυνάμεθα, ἐὰν μὴ ὄντως Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι πιστεύσωμεν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ἐδόξασαν Πατέρα, ἀλλ' οὐκ ηὐχαρίστησαν, Υἱὸν γὰρ οὐκ ἐπέγνωσαν. Μαθηταὶ ἐπέγνωσαν Υἱὸν, ἀλλ' οὐκ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, διὸ καὶ ἠρνήσαντο. Γινώσκων οὖν ὁ Πατρῷος Λόγος τὴν οἰκονομίαν καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ὅτι οὐκ ἄλλως βούλεται δοξάζεσθαι ὁ Πατὴρ ἢ οὕτως, ἀναστὰς παρέδωκεν τοῖς μαθηταῖς λέγων. Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δεικνύων ὅτι πᾶς ὃς ἂν ἕν τι τούτων ἐκλίπῃ, τελείως Θεὸν οὐκ ἐδόξασεν. Διὰ γὰρ τῆς Τριάδος ταύτης Πατὴρ δοξάζεται. Πατὴρ γὰρ ἠθέλησεν, Υἱὸς ἐποίησεν, Πνεῦμα ἐφανέρωσεν. Πᾶσαι τοίνυν αἱ γραφαὶ περὶ τούτου κηρύσσουσι.

XV. Ἀλλ' ἐρεῖ μοί τις. ξένον μοι φέρεις λόγον λέγων Υἱόν. Ἰωάννης μὲν γὰρ λέγει λόγον, ἀλλ' ἄλλως ἀλληγορεῖ. οὕτως γὰρ δεικνύων τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τοῦτον ὄντα ἀπ' ἀρχῆς καὶ νῦν ἀπεσταλμένον, ὑποβὰς ἐν τῇ Ἀποκαλύψει ἔφη. καὶ ἶδον τὸν οὐρανὸν ἠνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτοῦ πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρινεῖ καὶ πολεμεῖ. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ φλὸξ πυρός. Διαδήματα πολλὰ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἔχων ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός, καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον ἐρραντισμένον αἵματι. καὶ κέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Ὁρᾶτε οὖν, ἀδελφοὶ, πῶς ἐν συμβόλῳ τὸ ἱμάτιον τὸ ἐρραντισμένον αἵματι, τὴν σάρκα διηγήσατο, δι' ἧς καὶ ὑπὸ πάθος ἦλθεν, ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καθὼς μαρτυροῦσιν μοι οἱ Προφῆται. Λέγει γὰρ οὕτως ὁ μακάριος Μιχαίας. Οἶκος Ἰακὼβ παρώργισε πνεῦμα Κυρίου. Ταῦτα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῖς ἐστιν. οὐχ οἱ λόγοι αὐτοῦ καλοὶ μετ' αὐτῶν καὶ ὀρθοὶ πορεύονται. Καὶ αὐτοὶ ἀντέστησαν εἰς ἔχθραν κατὰ πρόσωπον τῆς εἰρήνης αὐτοῦ, τὴν δόξαν ἐξέδειραν αὐτοῦ, τουτέστιν, τὸ σαρκὶ παθεῖν αὐτόν. Ὡσαύτως καὶ ὁ μακάριος Παῦλος λέγει. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, κατέκρινεν τὴν ἁμαρτίαν τῇ σαρκὶ, ἵνα

obedit, Filius; qvi docet scientiam, Spiritus Sanctus. Pater qvi, b) est *super omnia*, Filius *per omnia*, Spiritus Sanctus *in omnibus*. Aliter Deum unum intelligere non possumus, nisi vere Patri & Filio & Spiritui S. credamus. Etenim Judæi Patrem glorificaverunt, sed non egerunt gratias; c) siqvidem non agnoverunt Filium. Discipuli agnoverunt Filium sed non in Spiritu Sancto, idcirco d) negaverunt. Sciens igitur verbum Patris, œconomiam & voluntatem Patris, qvod non vult aliter Pater glorificari, nisi sic; cum resurrexisset, tradidit hoc discipulis: e) *Euntes*, inqvit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Docuit hic, qvod qvicumqve unum qvid horum omiserit, is perfecte Deum non glorificavit. Per hanc enim Trinitatem Patur glorificatur. Pater enim voluit, Filius fecit, Spiritus Sanctus manifestum fecit: omnes igitur Scripturæ de hoc prædicant.

XV. Sed dicet mihi aliqvis: Novum verbum mihi affers, cum Filium vocas. f) Joannes enim verbum qvidem dicit, sed aliter per allegoriam interpretatur. Immo non aliter g) per allegoriam interpretatur: sic enim ostendens hoc verbum Dei qvod ab initio erat, & nunc missum est, dixit postea, in Apocalypsi: *Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat in eo, fidelis & verax, & in justitia judicat & pugnat. Oculi ejus sicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa; habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatum est nomen ejus, Verbum Dei.* Videte igitur fratres, qvomodo h) vestis sanguine aspersa, in symbolo i) significavit carnem, qva venit, ad subeundam passionem impatibile Dei verbum, sicut mihi Prophetæ testantur. Sic enim ait beatus Michæas: k) *Domus Jacob irritavit Spiritum Domini, hæc sunt eorum studia, non boni sermones ejus, & recte cum ipsis ambulant. Et ipsi suscitaverunt inimicitiam contra pacem ejus, l) gloriam ejus detraxerunt.* Id est, fecerunt eum pati in carne. Similiter beatus Paulus ait: m) *Quod enim impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem; Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati, n) damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis ostendere-*

δὲ

e) *Matth.* XXVIII. 19.

f) Hunc locum puto à Turriano minus bene expressum, atque Hippolytum potius in hanc sententiam scripsisse: *Novum mihi affers, cum Filium Verbum vocas*, sive Verbi appellas nomine.

g) *Per allegoriam.*) Verbum Dei non allegorice, sed proprie Filium Dei significat. Hoc ipsum beatus Cyrillus l. 7. Thesauri cap. 1. contra Eunomium docuit, & per scripturas probavit, esse verbum proprium nomen Filii; id est, hanc vocem, Verbum, proprie & decenter, & non per abusionem, aut allegoriam Filium Dei significare. *Franciscus Turrianus.*

h) Apocal. XIX. 11.

i) Hoc est in figura, qua utitur etiam Propheta Esaias LXIII. 2.

k) *Michæ* II. 7.

l) *Gloriam ejus detraxerunt.*) Sic habebant LXX. in exemplari Hippolyti, δόξαν, non δωρεὰν, ut nunc in nostris. Convenit hæc lectio cum Esai. cap. 53. Vidimus eum, & non erat species, neque decor. *Franc. Turrianus.*

m) Rom. VIII. 3. n) omittit verba καὶ περὶ ἁμαρτίας, quæ & in uno Covelli Codice absunt, sed ab aliis Codicibus, qvemadmodum & versionibus antiquis Epistolæ ad Romanos agnoscuntur.

τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου φανερωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ Πνεῦμα. Ποῖον οὖν υἱὸν ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς διὰ τῆς σαρκὸς κατέπεμψεν ἀλλ' ἢ τὸν Λόγον, ὃν υἱὸν προσηγόρευε διὰ τὸ μέλλειν αὐτὸν γενέσθαι, καὶ τὸ κοινὸν ὄνομα τῆς εἰς ἀνθρώπους φιλοστοργίας ἀναλαμβάνει ὁ υἱὸς καλούμενος. Οὔτε γὰρ ἄσαρκος καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Λόγος, τέλειος ἦν υἱός, καίτοι τέλειος Λόγος ὢν μονογενής, οὔθ' ἡ σὰρξ καθ' ἑαυτὴν δίχα τοῦ Λόγου ὑποστῆναι ἠδύνατο, διὰ τὸ ἐν Λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχειν· Οὕτως οὖν εἷς Υἱὸς τέλειος Θεοῦ ἐφανερώθη.

tur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum. Qualem igitur Filium suum Deus per carnem misit, nisi Verbum, qvod a principio scilicet Filium vocavit, qvia futurum erat ut ortum caperet ? & cum Filius vocatur, *o)* commune nomen amoris erga homines sumit. Nec enim verbum per se & sine carne *p)* perfectus Filius erat, cum tamen esset perfectum verbum, unigenitus. Neqve caro per se sine verbo subsistere poterat, qvia in verbo habebat τὴν σύστασιν, id est, in verbo subsistebat. Sic ergo unus Filius Dei perfectus, manifestatus est.

XVI. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ σαρκώσεως τοῦ Λόγου μαρτύρια. ἔστιν δὲ καὶ ἕτερα πλεῖστα. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὸ προκείμενον. Ὅτι ὄντως, ἀδελφοί, ἡ δύναμις ἡ πατρῴα, ὅ ἐστιν Λόγος ἀπ' οὐρανοῦ κατῆλθεν, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Πατήρ. Λέγει γὰρ οὕτως. Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. Τί δέ ἐστιν τὸ. ἐξῆλθον ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος ; Τί δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννηθὲν, ἀλλ' ἢ Πνεῦμα, τουτέστιν ὁ Λόγος ; Ἀλλ' ἐρεῖς μοι.

XVI. Atqve hæc qvidem sunt de incarnatione verbi testimonia, & alia plurima. Videamus nunc qvod propositum nobis est, qvod vere, fratres, virtus Patris, qvod est verbum Dei, è cœlo descendit, & non ipse Pater, sic enim ait: *q) Ego ex Patre exivi, & venio.* Qvid est autem qvod ex Patre exivit, nisi verbum? Qvid est qvod ex ipso genitum est nisi Spiritus, *r)* id est, verbum? Sed dices mihi:

o) Commune nomen amoris. Filius Dei Filius hominis nominatus est, & fuit, ut nos Filii Dei nominemur & simus, quod fuit summæ erga nos charitatis. Videte, inquit Joannes in epist. 1. cap. 3. qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur & simus. Nisi enim sic Pater dilexisset mundum, ut Filium suum factum Filium hominis pro nobis in mortem tradidisset, adoptionem Filiorum Dei, qvam accepimus, non accepissemus. *Fr. Turrianus.*

p) Perfectus Filius non erat.) Nihil deerat Filio Dei ad perfectionem generationis æternæ ex Patre, anteqvam fieret Filius hominis: sed ad perfectum mysterium œconomiæ deerat Christo Filio Dei, ut fieret Filius hominis, & sic esset perfectus Christus. Cum carne itaqve factus est perfectus Christus, & perfectus sive completus Filius; Filius scilicet Dei & Filius hominis: qvin hypostasis Christi, ut antiqvi Theologi, & Ecclesiastici Patres tradunt, est qvid completum ex duabus naturis, divina scilicet & humana unita verbo. Et beatus Cyrillus libro 2, contra Nestorium: *Corpus*, inqvit, *ex muliere natum unitum verbo secundum hypostasim, Christum unum & Filium & dominum perfecit, sive complevit eundem Deum & hominem*, qvod perinde est, ut diceret; Filium Dei & eundem Filium hominis. Conveniunt cum his, qvæ Leontius Byzantius lib. primo contra Nestorianos, & Eutychianos scripsit, duplicem esse perfectionem in Christo, unam qvæ simpliciter dicitur, alteram qvæ in habitudine cernitur, secundum magnum Gregorium. *Perfectum enim*, inqvit, *est verbum, & plenum, & prabens perfectionem; perfecta autem est & anima hominis quantum ad definitionem essentia sua: sed samen neque verbum est perfectus Christus non unita humanitate, quamvis perfectus Deus sit, sicut nec anima perfectus homo est sine corpore, etsi perfectam substantiam habet.* hactenus Leontius. *idem.*

Scilicet non ita insaniit Hyppolytus, ut diceret, qvod dixisse illum Zvvickerus voluit, Verbo sive Unigenito qvicqvam intrinsecæ perfectionis revera accessisse ex carnis assumtione; imo contrarium aperte docet. Nam primo diserte ait, Dominum nostrum perfectum fuisse Verbum & unigenitum ante incarnationem. Deinde clare docet Verbum sive unigenitum adeo ex carne humana non melioratum esse, ut caro illa ipsam suam subsistentiam Verbo debeat. Qvid ergo, inqvies, voluit Hippolytus, cum ait Verbum & unigenitum sine carne perfectum non fuisse Filium? Voluit, inqvam, manifeste, τὸν λόγον ante incarnationem non omni filiationis genere, ut ita dicam, defunctum fuisse, sive nondum fuisse omni modo, qvo Pater voluit, Dei Filium. Scilicet Domino nostro triplicem nativitatem & filiationem attribuerunt Veteres. Prima est, qva ut λόγος ex mente Patris ab æterno natus fuit. Ex hac navitate perfecta hypostasis divina extitit; neu ipsi qvicqvam postea accessit, sed potius cæteræ nativitates συγκαταβάσεις fuerunt sive condescensiones Filii Dei. Altera nempe nativitas est, qva ὁ λόγος à Deo Patre, apud qvem, cum nihil adhuc præter Deum existeret, adeoqve ab æterno fuerat, κατ' ἐνέργειαν exivit, ac tanqvam ex utero ejus prodiit, seqve demisit ad condenda universa. (Hæc est illa γέννησις λόγου προφορικοῦ apud Theophilum Antiochenum lib. 2. p. 80. Sic & Judæi qvidam ætate Justini affirmabant ἀτμήτους καὶ ἀχωρίστους Θεοῦ δυνάμεις esse angelos ἃς ὁ Θεὸς ὅταν βούληται προπηδᾷν ποιεῖ καὶ πάλιν ἀναστέλλει πρὸς ἑαυτόν. p. 280. dial. cum Tryphone) Tertia demum Nativitas tum fuit, cum idem ὁ λόγος caro factus est, & è sinu Patris in uterum beatissimæ virginis illapsus, homo ex ipsa natus est per inumbrationem Spiritus S. Hæc fuit τοῦ λόγου extrema συγκατάβασις, (à nobis hominibus, adeoqve ab ipsis Angelis æternum adoranda,) qva peracta, perfectus Filius Dei factus est, hoc est. ut dixi, omni filiationis genere defunctus est: siqvidem cæteræ filiationes, qvæ humanam Christi naturam spectant, ex hac dependent, atqve ex ipsa conseqvuntur. *G. Bullus defens. fidei Nicana p. 164.*

q) Joh. XVI. 28. *r)* Divina Christi natura, uti est, ita passim etiam dicitur Spiritus antiqvis Ecclesiæ Doctoribus διὰ τὸ ἀσχημάτιστον ut loqvitur Proclus C. Politanus. Vide Hugonem Grotium ad Marci cap. 2. vers. 8.

Πῶς γεγέννηται; Τὴν μὲν κατά σε διήγησιν, ὡς ἐγέννησαι, οὐ δύνῃ ἐξειπεῖν, καίτοι τῆς ἑκάστης ἡμέρας, ὁρῶν τὴν κατὰ ἄνθρωπον αἰτίαν, καὶ τὴν περὶ τοῦτον οἰκονομίαν ἀκριβῶς ἐξειπεῖν οὐ δύνασαι. οὐ γὰρ πάρεστίν σοι γινώσκειν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος ἔμπειρον καὶ ἀνεκδιήγητον τέχνην, ἀλλ' ἢ μόνον ὁρῶντα νοεῖν καὶ πιστεύειν ὅτι ἔργον Θεοῦ ἄνθρωπος. Περὶ δὲ λόγου γένεσιν ζητεῖς, ἥνπερ βουληθεὶς ὁ Θεὸς Πατὴρ ἐγέννησεν ὡς ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ αὐταρκές σοί ἐστιν μαθεῖν ὅτι κόσμον ὁ Θεὸς ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ πόθεν ἐποίησεν, τολμᾷς ἐπιζητεῖν. ἢ οὐκ αὐταρκές σοί ἐστιν μαθεῖν, ὅτι υἱὸς Θεοῦ σοι ἐφανερώθη εἰς σωτηρίαν, ἐὰν πιστεύσῃς, ἀλλὰ καὶ πῶς ἐγεννήθη κατὰ πνεῦμα, πολυπραγμονεῖς. Καὶ τὴν μὲν κατὰ σάρκα γέννησιν αὐτοῦ οὐ πλείονες ἐπιστεύθησαν διηγήσασθαι πλὴν δύο. Καὶ σὺ τολμᾷς ἐπιζητεῖν τὴν κατὰ πνεῦμα διήγησιν, ἣν παρ' ἑαυτῷ φυλάττει Πατὴρ, ἀποκαλύπτειν μέλλων τότε τοῖς ἁγίοις καὶ ἀξίοις ἰδεῖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Αὐταρκές σοι ἤτω τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Ὅτι τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν. Καθὼς διὰ τοῦ Προφήτου τὴν τοῦ Λόγου γέννησιν σημαίνων ὅτι γεγέννηται, τὸ δὲ πῶς φυλάσσει καιρῷ ὡρισμένῳ παρ' αὐτῷ μέλλων ἀποκαλύπτειν. Λέγει δὲ οὕτως. Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐξεγέννησά σε.

Qvomodo genitum est? Explicationem qvomodo tu genitus es, non potes expromere, qvamvis qvotidie vides causam humanam, & modum generationis non potes perfecte efferre. Non enim licet tibi cognoscere artem ejus qvi creavit, in experientia & usu positam, & non enarrabilem; sed solum videndo intelligere & credere qvod opus Dei est homo. De verbi autem generationis ratione qværis, qva Deus Pater generare voluit; generavit sicut voluit. Non satis est tibi scire qvod Deus mundum condidit, nisi audeas inqvirere, qvomodo condidit? Non sufficit tibi cognoscere, qvod Filius Dei tibi apparuit ad salutem, si tamen id credis; sed insuper qvomodo genitus est secundum Spiritum, curiose indagas? Atqvi generationem ejus secundum carnem enarrare non pluribus qvam duobus s) concreditum est, & tu audes generationem secundum Spiritum scrutari, qvam apud se Pater servat, revelaturus tunc Sanctis, qvi ut faciem ejus videant digni erunt? Satis habe qvod à Christo dictum est: t) *Quod natum est ex Spiritu, Spiritus est*, sicut per Prophetam u) significat verbi generationem qvod genitus est: qvomodo vero, reservat apud se in tempus certum ac præfinitum, cum illud revelaturus est. x) Sic enim ait: *Ex utero ante luciferum genui Te.*

XVII. Αὐτάρκεις αὗται αἱ μαρτυρίαι πιστοῖς ἀλήθειαν ἀσκοῦσιν. οἱ δὲ ἄπιστοι οὐδενὶ πιστεύουσιν. Καὶ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τῶν Ἀποστόλων διεμαρτύρατο, λέγων. καὶ τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ὥστε μὴ γενώμεθα ἄπιστοι, μήποτε ἐφ' ἡμῖν τελεσθῇ τὸ εἰρημένον. Πιστεύσωμεν οὖν, μακάριοι ἀδελφοὶ, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν Ἀποστόλων, ὅτι Θεὸς λόγος ἀπ' οὐρανῶν κατῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, ἵνα σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς, λαβὼν δὲ καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, λογικὴν δὲ λέγω, γεγονὼς πάντα ὅσα ἐστὶν ἄνθρωπος, ἐκτὸς ἁμαρτίας, σώσῃ τὸ πεπτωκότα, καὶ ἀφθαρσίαν ἀνθρώποις παράσχῃ τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐν πᾶσιν οὖν ἀποδέδεικται ἡμῖν τῆς ἀληθείας λόγος, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Πατὴρ, οὗ πάρεστι λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν. ὃν ὑστέροις καιροῖς, καθὼς εἴπαμεν ἀνωτέρω, ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων. οὗτος διὰ νόμου καὶ Προφητῶν ἐκηρύχθη παρεσόμενος εἰς τὸν κόσμον. Καθ' ὃν οὖν τρόπον ἐκηρύχθη, κατὰ τοῦτον καὶ παρὼν ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ἐκ παρθένου καὶ ἁγίου Πνεύματος, καινὸς ἄνθρωπος γενόμενος, τὸ μὲν οὐράνιον ἔχων τὸ πατρῷον ὡς Λόγος, τὸ δὲ ἐπίγειον ὡς ἐκ παλαιοῦ Ἀδὰμ διὰ παρθένου σαρκούμενος. οὗτος

XVII. Sufficiunt hæc testimonia fidelibus veritatis studiosis, infideles enim nulli credunt. Etenim Spiritus Sanctus ut terreret, in Persona Apostolorum testatus est y): *Domine, quis credidit auditui nostro?* Qvamobrem nesimus infideles, ne qvando in nobis, qvod dictum est, impleatur. Credamus igitur fratres secundum traditionem Apostolorum, z) qvod Deus verbum è cœlis descendit in sanctam virginem Mariam, ut ex ea incarnatus sumpta anima humana, rationis inqvam participe, factus omnia qvæcunqve homo est, excepto peccato, salvaret Adam qvi ceciderat, & immortalitatem hominibus largiretur iis, qvi crederent in nomine ejus. In omnibus igitur demonstratum est nobis verbum veritatis, qvod unus est Pater, cujus adest verbum, per qvod omnia fecit, qvod posterioribus temporibus, sicut superius diximus, a) misit Pater ad salutem hominum. Hoc per legem & Prophetas prædicatum est venturum esse in mundum. Sicut ergo prædicatum est, sic præsens se ipsum manifestum fecit ex Virgine & Spiritu Sancto novus homo factus, habens cœleste qvod paternum erat, tanqvam verbum; ter-

προελ-

s) Matthæo & Lucæ in Evangel. t) Joh. III. 6. u) Davidem in loco mox afferendo.
x) Psal. CX. 3. y) Esai. LIII. 1. Joh. XII. 38. Rom. X. 16. z) En παράδοσιν Ἀποστολικὴν, sed qvam mox ex scriptis Apostolicis clarissime testatam facit Hippolytus.
a) Supra cap. VII.

προελθὼν εἰς κόσμον Θεὸς ἐν σώματι ἐφανερώθη, ἄνθρωπος τέλειος προελθών. οὐ γὰρ κατὰ φαντασίαν ἢ τροπὴν, ἀλλ' ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος.

renum vero tanqvam ex vetere Adam per Virginem incarnatus. Sic in mundum egressus Deus corporatus apparuit, egressus perfectus homo. Non enim per fictionem, aut mutationem, *b*) sed vere factus est homo.

XVIII. Οὕτως οὖν καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἑαυτοῦ οὐκ ἀπαναίνεται ἐνδεικνύμενος Θεὸς ὤν, ὅτε πεινᾷ καὶ κοπιᾷ, καὶ κάμνων διψᾷ, καὶ δειλιῶν φεύγει, καὶ προσευχόμενος λυπεῖται, καὶ ἐπὶ προσκεφάλαιον καθεύδει ὁ ἄυπνον ἔχων τὴν φύσιν ὡς Θεός, καὶ ποτηρίου πάθος παραιτεῖται ὁ διὰ τοῦτο παραγεγονὼς ἐν κόσμῳ, καὶ ἀγωνιῶν ἱδροῖ, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου ἐνδυναμοῦται ὁ ἐνδυναμῶν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καὶ θανάτου καταφρονεῖν ἔργῳ διδάξας. καὶ ὑπὸ Ἰούδα παραδίδοται ὁ γινώσκων τὸν Ἰούδαν τίς ἐστιν. καὶ ἀτιμάζεται ὑπὸ Καϊάφα, ὁ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ ἱερατευόμενος ὡς Θεός. καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἐξουθενεῖται ὁ μέλλων κρίναι πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ μαστίζεται ὑπὸ Πιλάτου ὁ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναδεξάμενος. καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν παίζεται ᾧ παρεστήκασι χίλιαι χιλιάδες καὶ μυρίαι μυριάδες ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων. καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων ξύλῳ προσπήγνυται, ὁ πήξας ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν· καὶ πρὸς Πατέρα βοῶν παρατίθεται τὸ πνεῦμα ὁ ἀχώριστος τοῦ Πατρός. καὶ κλίνων κεφαλὴν, ἐκπνεῖ, ὁ εἴπας, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Ὅτι δὲ οὐκ ἐκυριεύετο ὑπὸ θανάτου, ὡς ζωὴ, εἶπεν. Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ τίθημι αὐτήν. καὶ πλευρὰν λόγχῃ νύσσεται, ὁ τὴν ζωὴν πᾶσιν χαριζόμενος. καὶ σινδόνι ἑλισσόμενος ἐν μνημείῳ τίθεται ὁ τοὺς νεκροὺς ἐγείρων. καὶ τριήμερος ὑπὸ Πατρὸς ἀνίσταται, αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. Ταῦτα γὰρ πάντα ἡμῖν κατόρθωσεν ὁ δι' ἡμᾶς γέγονεν καθ' ἡμᾶς. Αὐτὸς γὰρ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνεδέξατο καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν, καὶ περὶ ἡμῶν ὠδυνᾶτο, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ Προφήτης. Ὁ ὑπ' ἀγγέλων ὑμνούμενος καὶ ὑπὸ ποιμένων θεωρούμενος, καὶ ὑπὸ Συμεῶνος προσδοκώμενος, καὶ ὑπὸ Ἄννα μαρτυρούμενος. Οὗτος ἦν ὁ ζητούμενος ὑπὸ Μάγων, καὶ σημειο-

XVIII. Sic igitur humana sua non recusat qvi demonstrabatur esse Deus, cum esurit *c*) & laborat, *d*) & defatigatus sitit; *e*) cum formidans fugit, *f*) & super pulvinum dormit, *g*) qvi naturam habet insomnem ut Deus: cum calicem passionis refugit, *h*) qvi propter hoc in mundum advenerat: *i*) cum in anxietate sudat, *k*) & ab Angelo roboratur, qvi eos qvi in eum credunt, roborat; & opere docuit mortem contemnere: cum à Juda proditur, *l*) qvi cognoscebat Judam qvis esset; *m*) & à Caipha inhonoratur, *n*) qvi erat ab eo sacerdotio fungente, paulo ante *o*) tanqvam Deus honoratus: cum ab Herode spernitur, *p*) qvi totam terram judicaturus est, *q*) & verberatur à Pilato *r*) is qvi infirmitates nostras suscepit: *s*) & à militibus illuditur *t*) is, cui adstant millia millium, *u*) & decies centena millia Angelorum & Archangelorum: & à Judæis in ligno figitur, *x*) qvi tanqvam cameram cœlum fixit: *y*) & clamans ad Patrem Spiritum commendat, *z*) qvi est à Patre insperabilis: *a*) & inclinato capite exspirat, *b*) qvi dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam. & potestatem habeo iterum sumendi eam.* *c*) Qvod autem non dominabatur ei mors qvi vita erat, significat cum dixit: *d*) *Ego à me ipso pono eam.* Et latus lancea aperitur ei, *e*) qvi vitam omnibus * largitur: & linteo involutus, in monumento ponitur, *f*) qvi mortuos suscitat: & tertia die à Patre excitatur *g*) qvi est ipse resurrectio & vita. ** Hæc enim omnia nobis operatus est, qvi propter nos factus est sicut nos. Ipse enim infirmitates nostras suscepit, & languores nostros portavit; & pro nobis dolet, sicut dixit Esaias Propheta. *h*) Ab Angelis laudatus, *i*)

νόμε-

b) Adversus hæresin Docetarum, qvæ latissime serpserat propugnata à Simone *Mago*, *Menandro*, Saturnilo, Gnosticis, Cerinthiis, Basilide, Valentino, Secundo, Epiphane, Isidoro, Heracleonitis, Ptolemæo, Marcosianis, Ophitis, Sethianis, Cerdone, Marcione, Apelle, Bardesane, Harmenio, uti deinceps à Manichæis & Priscillianistis.

c) Matth. IV. 2. *d*) Matth. XXVI. 37. *e*) Joh. XIX. 28. *f*) Joh. IV. 3. *g*) Matth. VIII. 24. *h*) Matth. XXVI. 39. Marc. XIV. 36. Luc. XXII 42. *i*) Joh XII. 27. XVIII. 11. *k*) Luc. XXII. 44. *l*) Matth. XXVI. 15. *m*) id. vers. 25. *n*) id. 65. seq.

o) *Tanquam Deus honoratus.*) Quia cum esset Pontifex illius anni, prophetavit Caiphas, Joan. cap. 11. quod JEsus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qvi erant dispersi, congregaret in unum; qvod qvidem facere non poterat, nisi Deus esset. *Franciscus Turrianus.*

p) Luc. XXIII. 11. *q*) Actor. XVII. 31. *r*) Matth. XXVII. 26. Ioh. XIX. 1. *s*) Esai. LIII. 4. *t*) Matth. XXVI. 67. *u*) Daniel. VII. 10. *x*) Matth. XXVII. 35. *y*) Esa. XL. 22. *z*) Luc. XXIII. 46. *a*) Joh. XIV. 11. *b*) Joh. XIX. 30. *c*) Joh. X. 18. *d*) Ibid. *e*) Joh. XIX. 34. * Joh. XI. 25. XIV. 6. *f*) Joh. XIX. 40. *g*) Actor. X. 40. ** Joh. XI. 25. *h*) Esaiæ LIII. 4. *i*) Luc. II. 13.

νόμενος ὑπ' ἀστέρος. ὁ καὶ ἐν οἴκῳ Πατρὸς πολιτευόμενος, καὶ ὑπὸ Ἰωάννου δακτυλοδεικτούμενος. ὁ ὑπὸ Πατρὸς ἄνωθεν μαρτυρούμενος. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἀκούετε αὐτοῦ. οὗτος στεφανοῦται κατὰ διαβόλου. οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος ὁ ἐν Κανᾷ ἐν γάμοις κληθεὶς, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλὼν, καὶ θαλάσσῃ ὑπὸ βίας ἀνέμων κινουμένῃ ἐπιτιμῶν, καὶ ἐπὶ θαλάσσης περιπατῶν ὡς ἐπὶ ξηρᾶς γῆς, καὶ τυφλὸν ἐκ γενετῆς ὁρᾷν ποιῶν, καὶ νεκρὸν Λάζαρον τετραήμερον ἀνιστῶν, καὶ ποικίλας δυνάμεις ἀποτελῶν, καὶ ἁμαρτίας ἀφεὶς, καὶ ἐξουσίαν διδοὺς μαθηταῖς. καὶ αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξ ἁγίας πλευρᾶς ῥεύσας, λόγχῃ νυγείς. Τούτου χάριν Ἥλιος σκοτίζεται, ἡμέρα οὐ φωτίζεται, ῥήγνυνται πέτραι, σχίζεται καταπέτασμα. Τὰ θεμέλια γῆς σείεται, ἀνοίγονται τάφοι καὶ ἐγείρονται νεκροὶ, καὶ ἄρχοντες καταισχύνονται, τὸν γὰρ κοσμήτορα τοῦ παντὸς ἐπὶ σταυροῦ βλέποντες καμμύσαντα τὸν ὀφθαλμὸν καὶ παραδώσαντα τὸ πνεῦμα, ἰδοῦσα ἡ κτίσις ἐταράσσετο, καὶ τὴν αὐτοῦ ὑπερβάλλουσαν δόξαν χωρῆσαι οὐ δυναμένη ἐσκοτίζετο. Οὗτος ἐμφυσῶν δίδωσι τὸ Πνεῦμα μαθηταῖς, καὶ θυρῶν κεκλεισμένων εἰσέρχεται, καὶ βλεπόντων μαθητῶν ὑπὸ νεφέλης ἀναλαμβάνεται εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκ δεξιῶν Πατρὸς καθίζεται, καὶ ζώντων καὶ νεκρῶν παραγίνεται κριτής. Οὗτος ὁ Θεὸς, ὁ ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γεγονὼς, ᾧ πάντα ὑπέταξεν Πατήρ. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

*) à paſtoribus viſus, k) à Symeone expectatus, l) ab Anna teſtatus m) à magis qvæſitus, n) ab ſtella ſignificatus, o) in domo patris verſatus, p) à Joanne digito oſtenſus q) cui Pater ſuperne teſtimonium dedit, r) dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, ipſum audite.* Hic coronatur s) contra diabolum. Hic eſt JEſus Nazaræus, qvi in Cana Galilææ ad nuptias vocatus, aqvam in vinum mutavit; t) & mare vi ventorum agitatum, increpavit; u) & ſuper mare tanquam ſuper terram ſiccam ambulavit; x) cœcum à nativitate videre fecit; y) Lazarum jam qvatriduo mortuum excitavit, z) varia miracula edidit; peccata remiſit; a) dedit Apoſtolis poteſtatem, b) lancea ictus ſanguinem & aqvam c) ex latere fudit. Propter hunc ſol obtenebreſcit, d) dies non illuminatur, rumpuntur petræ, e) ſcinditur velum, f) fundamenta terræ qvatiuntur, g) aperiuntur ſepulchra, & reſurgunt mortui; & principes pudore afficiuntur h) cum vident in cruce eum qvi univerſum ornavit, claudentem oculos, & tradentem Spiritum. Hæc cum creatura videret turbatur, & cum gloriam illius capere non poſſet, i) tenebras ſibi obducebat. Hic inſufflans dat diſcipulis Spiritum k) & januis clauſis ingreditur. l) Hic videntibus Apoſtolis à nube in cœlum ſuſceptus eſt, m) ſedetqve ad dexteram Patris, n) venturus judex vivorum & mortuorum. o) Hic Deus & homo propter nos factus, cui omnia ſubjecit Pater. p) Ipſi gloria & imperium cum Patre & Sancto Spiritu, in Sancta Eccleſia, & nunc & in ſæcula ſæculorum, Amen.

* Qvæ hic ſeqvuntur ad verbum fere conveniunt cum iis qvæ ex S. Hippolyti memoria hæreſium laudat S. Gelaſius in loco quem habes ſupra T. I. p. 225. Vide & qvæ Theodoritus p. 268.

k) Luc. II. 26. l) Luc. II. 25. m) id. verſ. 36. n) Matth. II. 2. o) id. verſ. 9.

p) Luc. II. 49. q) Ioh. I. 29 & 15. r) Matth. XVII. 5.

s) Matth. XXVII. 29. Victores in certaminibus coronabantur; de qvo multa Carolus Paſchalius libro ſexto de Coronis.

t) Joh. II. 9. u) Matth. VIII. 26. x) Matth. XIV. 25. y) Joh. IX. 7. z) Joh. XI. 44. XII. 17.

a) Matth. IX. 2. 6. b) Matth. XVI. 19. XVIII. 18. Joh. XX. 22. c. Joh. XIX. 34. d) Matth. XXVII. 45.

e) Id. verſ. 51. f) Id. g) id. verſ. 52. h) id. verſ. 54.

i) Matth. XXVII. 45. k) Joh. XX. 22. l) Joh. XX. 19. m) Actor. I. 9.

n) Hebr. XII. 2. o) Actor. X. 42. 2. Tim. IV. 1. p) 1. Cor. XV. 27.

S. HIPPO-

S. HIPPOLYTI
Episcopi & Martyris
FRAGMENTA
Ex Commentariis in Genesin,
Nunc primum edita Græce & Latine
è Catena Patrum Græcorum LXXXVIII.
Quæ exstat in Bibliotheca Augustissimi Imp.

Fragmenta ex Catena in Pentateuchum
quæ exstat Arabice, litteris descripta Syriacis
in Codice Bibl. Bodleianæ,
itidem nunc primum edita, cum versione
V. C. IOANNIS GAGNIERII.

Ejusdem Hippolyti de Ezechia,
è Codice Bibl. Coisliniana, XI. Sæculi:
Et alia nonnulla.

F



S. HIPPOLYTI,

Episcopi Rom. & Martyris

Fragmenta, excerpta ex

COMMENTARIO IN GENESIN

Ex 88. Patribus collecto, qui exstat MStus *Vindobonæ in Bibl. Augustissimi Imperatoris.*

Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία.

HIPPOLYTUS. Οὐκ εἶπεν νυχθήμερον, ἀλλ' ἡμέρα μία, εἰς τὴν τοῦ φωτὸς προσηγορίαν. Οὐκ εἶπεν ἡμέρα πρώτη. εἰ γὰρ πρώτη ἡμέρα εἶπεν, ἀνάγκην εἶχεν εἰπεῖν καὶ β' γινομένην. Ἀλλ' ἔδει μὴ πρώτην λέγειν ἀλλὰ μίαν, ἵνα διὰ τοῦ μίαν εἰπεῖν ταύτην δείξῃ κυκλουμένην καὶ ἑβδομάδα διατελοῦσαν, μίαν δὲ ὑπάρχουσαν.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος.

HIPPOLYTUS. Τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὅσα ἐποίησεν, ἐκ μὴ ὄντων. Ταῖς δὲ ἄλλαις οὐκ ἐκ μὴ ὄντων, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐποίησε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ μετέβαλεν, ὡς ἠθέλησεν.

καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα. καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος, καὶ ἐγένετο οὕτως.

HIPPOLYTUS. Τῆς τοῦ ὕδατος περιουσίας ἐπιφερομένης εἰς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, διὸ καὶ ἀόρατος ἦν ἡ γῆ καὶ ἀκατασκεύαστος, ἡνίκα ἠθέλησεν ὁ πάντων δεσπότης ὁρατὸν τὸ ἀόρατον ποιῆσαι, τότε τὸ τρίτον μέρος τῶν ὑδάτων πήγνυσιν ἐν μέσῳ. Τὸ τρίτον δὲ εἰς τὸ ἄνω ἐχώρισεν ἀναλαμβάνων τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει ἅμα τῷ στερεώματι. Τὸ δὲ τρίτον εἰς τὸ κάτω κατέλιπε πρὸς χρῆσιν καὶ ἀπόλαυσιν τοῖς ἀνθρώποις. (Ἔνθα κεῖται ἀστερίσκος. Κεῖται μὲν ἐν τῷ ἑβραϊκῷ, οὐ φέρεται δὲ παρὰ τοῖς ό.)

Καὶ ἤκουσαν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν.

HIPPOLYTUS. Μᾶλλον δι' αὔρας τινὸς ἐνενόουν τὴν τοῦ Κυρίου ἐπιφοίτησιν. εὐθὺς τοίνυν ἡμαρτηκόσιν ὁ Θεὸς ἐπεφάνη. αἴσθησίν τε τοῦ ἁμαρτήματος ἐμποιῶν καὶ πρὸς μεταμέλειαν ἐκκαλούμενος.

Ρουβὴν πρωτότοκός μου, σὺ ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ τέκνων μου, σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης. Ἐξύβρισας ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς.

Ρουβεὶμ πρωτότοκός μου. σὺ ἰσχύς μου, καὶ κεφάλαιον λύπης μου. περισ-

Genes. I. 5. *Et fuit vespera, & fuit mane dies unus.*

NOn dixit *nox & dies*, sed *dies unus*, ad lucem significandam. Non dixit *dies primus*, si enim *primus dies* dixisset, oportuisset & secundum diem factum dicere. At enim fas erat non *primum diem* dicere sed *unum*, ut *unum* dicendo ostenderet eum in orbem redire, atque unus cum sit, hebdomadem perficere.

Genes. I. 6. *Et dixit Deus, fiat Firmamentum in medio aquæ.*

Primo quidem die ex non existentibus fecit DEus quæcunque fecit. At per cæteros dies non ex nonexistentibus, sed ex his quæ primo die fecerat, ut voluit immutavit.

Genes. I. 6. *Et sit discernens inter aquam & aquam. Et factum est sic. Et fecit DEus firmamentum, & divisit DEus inter aquam quæ erat sub firmamento, & inter aquam quæ supra firmamentum. Et ita factum est.*

Cum aquæ copia super facie terræ ferretur, *invisibilis* erat terra & *incomposita*: Omnium itaque Dominus quod invisibile erat visibile volens reddere, tertiam aquarum partem in medio statuit: tertiam in sublime suscipiens potentia sua separavit in firmamento: tertiam infra reliquit, ut homines illa uterentur ac fruerentur. (* *Hoc loco positus est asterisus. Leguntur hæc in Hebraico sed apud LXX. Interpretes non exstant.*)

* Hæc non sunt Hippolyti.

Genes. III 8. *Et audierunt vocem Domini DEi deambulantis in Paradiso ad vesperam.*

Potius per auram quandam intellexerunt Domini præsentiam. Statim itaque simul ac peccaverunt, DEUS illis apparuit, sensumque indidit peccati, & ad pœnitentiam eos invitavit.

Genes. XLIX. 3. *Ruben primogenitus meus. Tu robur meum & principium filiorum meorum, durus adferendum, & durus insolens. Fecisti contumeliam, sicut aqua ne effervescas.*

AQVILA. *Ruben primogenitus meus. Tu Fortitudo mea, & caput doloris mei. Præstans di-*

σῶς

σὸς ἄρσει, καὶ περισσὸς κράτει. ἐθάμβευσας ὡς ὕδωρ, μὴ περισσεύσῃς.

Ρουβεὶμ πρωτότοκός μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου. περισσὰ λαβεῖν καὶ ἐκ περισσοῦ ὑπερζέσας ὡς ὕδωρ, οὐκ ἔσῃ περισσότερος.

HIPPOLYTUS. Ἐπὶ γὰρ τῷ πρωτοτόκῳ ἐξ Αἰγύπτου λαῷ πολλὴ ἰσχύος ἐπίδειξις γέγονε, παρὰ Θεοῦ, ἐκολάζετο γὰρ κατὰ πλείστους τρόπους τῶν Αἰγυπτίων ἡ χώρα. ὁ πρῶτος λαὸς ὁ ἐκ περιτομῆς ἰσχύς μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου. καθὼς ὑπέσχετο ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ τὴν ἐπαγγελίαν καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. σκληρὸς δὲ φέρεσθαι, ἐπειδὴ παρεσκληρύνθη ὁ λαὸς πρὸς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Θεοῦ. καὶ σκληρὸς αὐθάδης, ὅτι οὐ μόνον σκληρὸς πρὸς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐθάδης ἐγένετο πρὸς τὸ χεῖρα ἐπιβαλεῖν τῷ Κυρίῳ. ἐξύβρισας, ἐπειδὴ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξύβρισεν ὁ λαὸς τὸν Πατέρα. μὴ ἐκζέσῃς δὲ λέγει τὸ Πνεῦμα παρακλητικῶς, ἵνα μὴ τέλεον ἐκζέσας ὑπερχυθῇ, ἐλπίδα δοὺς αὐτῷ σωτηρίας. Τὸ γὰρ ἐκζέσαν καὶ ἐκχυθὲν ἀπώλετο.

ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τῆς κοίτης τοῦ Πατρός σου.

HIPPOLYTUS. Πρῶτον μὲν τὸ συμβὰν λέγει. Ὅτι ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν μέλλει ὁ λαὸς ἐπιβουλεύειν τῇ κοίτῃ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν τῇ νύμφῃ ἐκκλησίᾳ, πρὸς τὸ βούλεσθαι αὐτὴν διαφθεῖραι. ὅπερ καὶ πράττει μέχρι καὶ τήμερον ἐπιβουλεύων αὐτῇ διὰ τῶν βλασφημιῶν.

Συμεὼν καὶ Λευὶ ἀδελφοί.

HIPPOLYTUS. Ἐπειδήπερ ἐκ τοῦ Συμεὼν γραμματεῖς, ἐκ τοῦ Λευὶ ἱερεῖς. γραμματεῖς γὰρ καὶ ἱερεῖς συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξαιρέσεως αὐτῶν μίαν γνώμην ἔχοντες ἀνεῖλον τὸν Κύριον.

Συμεὼν καὶ Λευὶ ἀδελφοὶ συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξαιρέσεως αὐτῶν. εἰς βουλὴν αὐτῶν μὴ ἔλθοι ἡ ψυχή μου, καὶ ἐπὶ τῇ συστάσει αὐτῶν μὴ ἐρεῖσαι τὰ ἥπατά μου. ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον.

HIPPOLYTUS. Τοῦτο λέγει ἐπὶ τῇ συνελεύσει, ᾗ ἔμελλον συνέρχεσθαι ἐπὶ τὸν Κύριον, ὅτι δὲ ταύτην τὴν συνέλευσιν λέγει, δῆλον [illegible] ἡ ἐὰν, ψάλλει γὰρ ὁ μακάριος Δαυίδ. ἄρχοντες συνήχθησαν κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπὶ ταύτην δὲ τὴν συνέλευσιν προηγόρευσε τὸ Πνεῦμα λέγον. μὴ ἐρεῖσαι τὰ ἥπατά μου. ῥύσασθαι βουλόμενος αὐτοὺς ὡς, εἰ δυνατὸν, μὴ γενέσθαι δι' αὐτῶν τὸ μέλλον κακόν. ἀπέκτεινε μὲν τοὺς ἀνθρώπους, ἐνευροκόπησαν δὲ ταῦρον. ἔτι ταῦρον ἰσχυρὸν τὸν Χριστὸ λέγει. ἐνευροκόπησαν δὲ, ἐπειδὴ ἐν τῷ ξύλῳ πεπηγότος αὐτοῦ διέτρησαν τὰ νεῦρα. Ὅτι καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον. καὶ ὅρα τοῦ λόγου τὴν ἐπι-

* Pſ. II. 2.

gnitate, præſtans fortitudine, obſtupuiſti ut aqua, ne excellas.

SYMMACHUS. *Ruben primogenitus meus & principium do[illegible]oris mei. Abundanter accipiendo & ex abundanti effervescens ut aqua, non eris excellentior.*

Erga primogenitum ſuum ex Ægypto populum multa virtutis demonſtratio facta à DEo fuit. Nam plurimis modis punita ab eo eſt regio Ægyptiorum. Primus ille populus, ex circumciſione, *robur meum, & principium filiorum meorum,* ſicut DEus promiſerat Abraamo, & ſemini ejus receperat. At *durus* populus ille *ad ferendum*, ſiquidem ad obſequium DEo præſtandum obduruit, *durus & inſolens*, quandoquidem non tantum durus ad obſequium DEo præſtandum ſed etiam inſolens, ut manus Domino inferret. *Feciſti contumeliam*, quoniam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum contumelia Patrem populus affecit. Ait autem Spiritus, *ne efferveſcas*, conſolationis cauſſa, ne penitus efferveſcendo effundatur; ſed ſpem ipſi ad huc dat ſalutis. Quod enim efferbuit effuſumque eſt, periit.

Geneſ. XLIX. 4. *Aſcendiſti enim ſuper cubile Patris tui.*

Primum quidem rem exponit: Quod nimirum di bus ultimis populus inſidias ſtruet lecto Patris, hoc eſt ſponſæ Eccleſiæ, eandem volens corrumpere. Quod & hodie etiamnum facit dum inſidias ipſi molitur per blasphemias.

Geneſ. XLIX. 5. *Simeon & Levi Fratres.*

Quoniam ex Simeone ſcribæ, & ex Levi ſacerdotes. Scribæ enim & ſacerdotes perpetrarunt injuſtitiam, atque voluntate ſua in unam ſententiam conſpirantes, Dominum occiderunt

Geneſ. XLIX. 5. *Simeon & Levi fratres, conſummaverunt iniquitatem propoſiti ſui; In conſilium eorum non veniat anima mea, & in congregatione eorum non contendant viſcera mea, quia in furore ſuo interfecerunt homines, & in cupiditate ſua ſubnervaverunt taurum.*

Hoc ait de conſpiratione qua eſſent coituri adverſus Dominum. Quod enim de hac coitione loquitur, manifeſtum & nobis cum dicat beatus David*: *Principes congregati ſunt contra Dominum,* & quæ ſequuntur. Hunc eventum prædixit Spiritus, cum ait: *ne contendant viſcera mea*, cupiens eos, ſi fieri poſſit, eripere, ne per illos malum illud futurum perficeretur. *Interfecerunt homines & ſubnervaverunt taurum.* Per taurum validum, CHriſtum innuit. Hunc ſubnervaverunt, quando ad lignum affixi nervos perforarunt. *In ira ſua ſubnervaverunt taurum.* Vide dicti ſententiam. *Interfecerunt homines, &*

τηρη-

τήρησιν. Ἀπέκτειναν μὲν γὰρ τοὺς ἀνθρώπους, ἐνευροκόπησαν δὲ τὸν ταῦρον. Θανάτῳ μὲν γὰρ περιβεβλήκασι τοὺς ἁγίους. καὶ μεμενήκασι νεκροὶ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν περιμένοντες. ἀλλ' οἷα τις μόσχος νευροκοπούμενος ὤκλασε μὲν οἱονείπως εἰς γῆν, ὁ Χριστὸς ἑκὼν ὑπομείνας τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον· πλὴν οὐ γέγονε τῷ θανάτῳ κάτοχος. Ἀλλ' εἰ καὶ γέγονεν ἐν νεκροῖς ὡς ἄνθρωπος, ἀπομεμένηκε ζῶν τῇ τῆς θεότητος φύσει. Ταῦρος γὰρ ὁ Χριστός. εὐσθενὲς γὰρ ὅτι μάλιστα ζῶον καὶ καθαρόν τε καὶ ἱερατικόν. Κύριος δὲ τῶν δυνάμεων ὁ Υἱὸς, ὃς οὐ πεποίηκεν ἁμαρτίαν, ἑαυτὸν δὲ μᾶλλον ἔθυε ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. ἀκουέτωσαν τοίνυν οἱ τὸν οὕτως σεπτὸν νευροκοπήσαντες ταῦρον. ἐπικατάρατος ὁ θυμὸς αὐτῶν ὅτι αὐθάδης, καὶ ἡ μῆνις αὐτῶν, ὅτι ἐσκληρύνθη. Ἀλλ' ὅγε τῶν Ἰουδαίων δῆμος τετόλμηκεν εἰπεῖν νευροκοπῶν τὸν ταῦρον. Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐξέχεον τοῦτο, ἕτερον γὰρ οἶμαι παρὰ τοῦτό ἐστιν οὐδὲν, τὸ ἀσυνέτως εἰπεῖν, τὸ αἷμα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀνακαλεῖται μωυσῆς τὴν κατὰ τοῦ Λευὶ κατάραν, μᾶλλον καὶ εἰς εὐλογίαν αὐτὴν ἀνατρέπει διὰ τὸν ὕστερον ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ζῆλον τῆς φυλῆς καὶ τοῦ Φινεέ. τὴν μέντοι κατὰ τοῦ Συμεὼν οὐκ ἀνεκαλέσατο, διὸ δὴ καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη, ὁ γὰρ Συμεὼν οὐκ εἴληφε μὲν ὡς αἱ λοιπαὶ φυλαὶ κληρονομίαν, ἐν γὰρ μέσῳ τοῦ Ἰούδα κατοικήθη. ἐσώζετο δὲ, εἰ καὶ ὀλίγη τὸν ἀριθμὸν ἦν.

subnervavere taurum. Morte affecerunt sanctos, qui usque ad resurrectionis tempus mortui manent. Sed ille sicut vitulus subnervatus, quodammodo humi procubuit, morte carnis tolerata. At morti tamen non succubuit. Verum licet mortuus est tanquam homo, tamen secundum Divinitatis naturam mansit vivus. Taurus itaque CHristus, robustum ut maxime animal purumque & sacrificio aptum. Dominus vero virtutum Filius qui peccatum non admisit, seipsum autem potius obtulit pro nobis in odorem fragrantiæ DEo Patri. Audiant igitur qui vere venerabilem subnervarunt taurum: *Maledictus furor eorum, quia pervicax, & ira eorum, quia indurata est.* Sed Judæorum populus ausus est jactare se taurum subnervasse. *Manus nostræ hunc sanguinem effuderunt.* Aliud enim, opinor, nihil est quod dixerunt stolide: * *sanguis ejus super nos*, & quæ sequuntur. Revocat Moyses † maledictum ad versus Levi, vel potius convertit in benedictionem propter zelum quem tribus illa pro Deo postea testata est & propter Phineam. Sed maledictum adversus Symeonem non revocavit, quare etiam eventus illud comprobavit. Neque enim Simeon ut cæteræ tribus hæreditatis sortem consecuta est, sed in medio Juda habitavit. Servata tamen est, licet exiguo numero.

Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ.

HIPPOLYT. Πῶλον λέγει καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν, ἄλλον τὴν ἐκ περιτομῆς κλῆσιν. ὄνον δὲ μίαν, τουτέστιν ἐκ μιᾶς πίστεως οἱ δύο πῶλοι. ὅπερ ἐστὶν αἱ δύο κλήσεις. καὶ τὸν μὲν πῶλον προσδεδέσθαι ἐν τῇ ἀμπέλῳ, τὸν δὲ ἕτερον ἐν τῇ ἕλικι. Ἤτοι τὴν μὲν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν προσδεδέσθαι τῷ Κυρίῳ. Τὸν δ' ἐκ περιτομῆς τῇ τοῦ νόμου παλαιότητι. Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ. Τουτέστι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας καθαριεῖ τὴν σάρκα, ὅπερ ἐμφαίνει τὴν στολήν. καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς θλιβείσης καὶ ἀνιείσης αἷμα, ὅπερ ἐστὶν, ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου πᾶσαν τὴν ἐξ ἐθνῶν κλῆσιν καθαρίζει.

Genes. XLIX. 11. *Alligans ad vitem pullum suum, & ad helicem pullum asinæ suæ: lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ amictum suum.*

Pullum vocat alteram ex gentibus, & alteram ex circumcisione vocationem: asinam vero unam fidem, ita ut ex una fide sint duo pulli, hoc est duæ vocationes. Et unum quidem pullum alligatum esse viti, alterum helici. Hoc est Ecclesiam è gentibus alligatam esse Domino, illorum vero è circumcisione antiquæ Legi. *Lavabit in vino stolam suam*, hoc est, per Spiritum Sanctum & per Verbum Veritatis mundabit carnem, quæ per stolam significatur: *& in sanguine uvæ* calcatæ & sanguinem emittentis, quæ est Domini caro, omnem è Gentibus vocationem purgat.

Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα. Ζαβουλὼν παράλιος κατοικήσει καὶ αὐτὸς παρ' ὅρμον πλοίων καὶ παρατενεῖ ἕως Σιδῶνος. Ἰσσάχαρ τὸ καλὸν ἐπεθύμησεν, ἀναπαυόμενος ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, καὶ ἰδὼν τὴν ἀνάπαυσιν ὅτι καλὴ, καὶ τὴν γῆν ὅτι πίων, ὑπέθηκε τὸν ὦμον αὐτοῦ εἰς τὸ πονεῖν, καὶ ἐγενήθη ἀνὴρ γεωργός.

HIPPOLYTUS. Τουτέστι, φαιδροὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, ἐπιβλέπουσι γὰρ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας

Genes. XLIX. 12. *Gratifici oculi ejus à vino, & candidi dentes ejus præ lacte. Zabulon juxta mare habitabit, & ipse secus accessum navium, & pertendet usque ad Sidonem. Issachar bonum desideravit, requiescens inter medios cleros. Et videns requiem quia bona est, & terram quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola.*

Hoc est, pulchri sunt oculi ejus à sermone veritatis, respiciunt enim ad omnes qui credunt in ipsum. *Et candidi dentes ejus præ-*

* Matth. XXVII. 25. † Deut. XXXIII. 8.

οντας

οντας εἰς αὐτόν. καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα. Τὸ φωτοειδὲς αὐτοῦ τῶν ῥημάτων δηλοῖ. Διὰ τοῦτο λευκοὺς ὀνομάζει, γαλακτι δὲ παρεικάζει, ὥσπερ καὶ σάρκα καὶ ψυχὴν διατρέφοντα. Ζαβουλὼν δὲ ἑρμηνεύεται εὐωδία καὶ εὐλογία.

lacte. Lucidum candorem verborum ejus significat, ideo candidos appellat & cum lacte confert, quo caro & anima nutritur. *Zabulon*, si interpreteris, est fragrantia & benedictio.

Deinde post Cyrilli nonnulla:

HIPPOLYT. Πάλιν ἀπορρήτως τῆς καινῆς διαθήκης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὰ μυστήρια ἡγοῦμαι διαγορεύειν· καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα, τὸ λαμπρὸν καὶ καθαρὸν τῆς μυστηριώδους τροφῆς δηλοῖ. καὶ τό, λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα, λαμβάνομεν, ὅτι τὰ ῥήματα αὐτοῦ φωτεινὰ γίνονται τοῖς πιστεύουσι δι' αὐτοῦ.

Πάραλιος θαλασσῶν κατοικήσειν γε μὴν τὸν Ζαβουλὼν τὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ γείτονα χώραν προλέγει, καὶ ὡσανεὶ ἀναμιγῆναι τοῖς ἔθνεσι τοῦ Ἰσραήλ. Ἅτε δὴ καὶ εἰς μίαν ποίμνην ἠγμένων τῶν δύο λαῶν. Δῆλον δὲ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ καὶ τὰ ἑξῆς. Σωματικώτερον δὲ νοήσεις τὴν ἑκατέρωθεν γῆς καὶ θαλάσσης χορηγίαν καὶ αὐτὸς παρ' ὅρμον πλοίων, τουτέστιν ὡς ἐν λιμένι ἀσφαλεῖ, ἀνάπτων εἰς Χριστὸν τὰ τῆς ἐλπίδος πείσματα. Δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν ἐξ ἐθνῶν κλῆσιν, ὅτι εἰς πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν ἐξελεύσεται ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ. Λέγει γὰρ καὶ παρ' ὅρμον πλοίων καὶ παρατενεῖ ἕως Σιδῶνος. Ὅτι δὲ εἰς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν τοῦτο προκηρύσσει, δηλοῦται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἡμῖν. Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα. Κατοικήσειν γε μὴν αὐτὸν ἤτοι Ζαβουλὼν τὴν τῇ θαλάσσῃ γείτονα χώραν. διεβεβαιοῦτο σαφῶς οἱονείπως ἐκεῖνα λέγων, ὅτι τοῖς ἔθνεσι ἀναμὶξ ἔσται λοιπὸν ὁ Ἰσραήλ. ἅτε δὴ καὶ εἰς μίαν ποίμνην συνηγμένων τῶν δύο λαῶν, καὶ ὑπὸ χεῖρα τὴν ἑνὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἀγαθοῦ γεγονότος ἀρχιποιμένος τουτέστι Χριστοῦ. Τοῦτον εὐλογῶν ὁ Μωυσῆς εἶπεν· εὐφρανθήσεται Ζαβουλών, καὶ ὑπὸ χεῖρα τὴν ἑνὸς ἐν τῇ λήξει τῆς γῆς καὶ τὴν ἑκατέρωθεν ἔχειν χορηγίαν, Τῶνδε ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης καλῶν ὁ Μωυσῆς προφητεύει. Παρ' ὅρμον πλοίων, τουτέστιν ὡς ἐν λιμένι τυχὸν ἀσφαλεῖ, καὶ εἰς Χριστὸν ἀνάπτων τῆς ἐλπίδος τὰ πείσματα. ἐκ πολλῆς γὰρ ἀποφοιτήσας ζάλης ὁρμισθήσεται λοιπὸν τῇ παρ' αὐτῷ χάριτι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν λιμέσιν ὁλκάδες. καὶ μέχρι δὲ αὐτῆς παρατείνεσθαι τῆς Σιδῶνος εἶπεν. ὑποδηλῶν ὡς ἔοικεν ὅτι τοσαύτη προσένωσις τῇ πνευματικῇ δρομῇ τῶν δύο γενήσεται λαῶν, ὡς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ αὐτὰς ἐκπλῆσαι τὰς πόλεις τὰς ἐν πολλῇ παρὰ τῷ Θεῷ γεγενημένας αἰτίᾳ καὶ διαβολῇ.

Iterum mystice puto Novi Testamenti Salvatoris nostri Sacramenta innui. Nam verba *candidi dentes ejus præ lacte*, præclarum purumque in Sacramento cibum significare existimo. Etiam verba illa accipere possumus, quod dicta ipsius lumen afferunt iis qui credunt in eum.

Juxta mare habitaturum Zabulon, dum ait, vicinam mari regionem ipsi prædicit, & quod gentibus sit permiscendus Israel, amboque populi in unum gregem adducendi, perspicuum enim illud in Evangelio: *Terra Zabulon, & terra Nephthali*, & quæ sequuntur. Plenius vero intelliges utraq; terram & mare abunde suppeditatum iri. *Et ipse secus accessum navium*, hoc est tanquam in tuto portu, referens ad Christum spei firmitatem. Significat autem hoc vocationem ex gentibus, quod in omnem terram mariaque omnia exitura sit gratia Christi. Ait enim & *secus accessum navium, & pertendet usque ad Sidonem.* Quod quidem de Ecclesia è gentibus hæc prædicta sint, declarat nobis Evangelium: *Terra Zabulon & terra Nephthalim, viam maris trans Jordanem, Galilæa gentium. Populus sedens in tenebris videt lucem magnam.* Habitaturum itaque ipsum, Zabulon nempe, vicinam mari regionem cum ait, perspicue id confirmavit, perinde ac si dixisset gentibus deinceps permixtum fore Israëlem, duobus nempe populis in unum gregem congregatis, sub manu unius natura boni Principis pastorum, hoc est Christi. Illi benedicens Moyses dixit**: *Lætabitur & Zabulon*, sub manu unius in sortitione terræ, utraque præsto illi fore bona ex terra marique, Moyses prænunciat. *Secus accessum navium*, hoc est in portu, tutô nimirum, ad Christum referens spei firmamenta. Ex multa enim evadens fluctuatione per illius gratiam appellet deinceps tanquam in portu naves. Etiam *pertingere* ait ad ipsam *usque Sidonem*, significans, ut videtur, quod tanta fiet duorum illorum populorum unio per cursum Spiritus, ut ex sanguine Israëlis procreati etiam ad ipsas civitates gentium exscendant, quæ magna culpa & criminatione gravatæ fuerant apud Deum.

Post Cyrilli nonnulla.

HIPPOLYTUS. Καὶ τὴν γῆν ὅτι πίων. Ὅπερ ἐστὶν ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἡ πίων

Et terram, quod pinguis. Hoc est caro Domini nostri. Pinguis, hoc est pulchra,

G τευ-

* Matth. IV. 15. ** Deut. XXXIII. 18.

τουτέστιν ἡ λιπαρὰ, αὕτη γὰρ ἡ ῥέουσα μέλι καὶ γάλα. Τῶν ἀφορισθέντων αὐτῷ ἐν μέρει κληρονομίας, καὶ κτήσεως τόπων γῆς, τουτέστιν τῆς διδασκαλίας τοῦ Κυρίου. ἀνάπαυσις γὰρ αὕτη καλὴ, καθὼς καὶ αὐτὸς λέγει. δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ οἱ τὰς ἐντολὰς φυλάσσοντες οὐκ ἀποταξάμενοι τοῖς νομικοῖς διατάγμασιν, ἐπαναπαύονται καὶ ἐπ' αὐτοῖς καὶ τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν διδασκαλίᾳ. Ὅπερ ἐστὶν ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, καθὼς ὁ Κύριος λέγει. Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι. καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν τῷ τὰς ἐντολὰς φυλάσσειν οὐ καταλύει τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληροῖ, καθὼς ἐν εὐαγγελίοις φησίν.

melle ac lacte fluens. Destinata ipsi in hæreditatem ac possessionem loca terræ, hoc est doctrinæ Domini : bona enim hæc requies, ut ipse ait : ** *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis*, & quæ seqvuntur. Siquidem præcepta custodientes, nec renunciantes legis constitutionibus & in illis & in Domini nostri Doctrina requiescunt, quod est *inter medios cleros.* Sicut dicit Dominus : † *non veni dissolvere Legem ac Prophetas, sed implere* Nam & Dominus noster præcepta Legis servando non dissolvit Legem & Prophetas, sed implet, ut ait in Evangeliis.

Ὑπέθηκε τὸν ὦμον αὐτοῦ εἰς τὸ πονεῖν, καὶ ἐγενήθη ἀνὴρ γεωργός. Ὅπερ ἐποίησαν οἱ Ἀπόστολοι λαβόντες τὴν δύναμιν παρὰ Θεοῦ καὶ ὑποθέντες ἑαυτοὺς εἰς τὸ πονεῖν, ἐγενήθησαν γεωργοὶ τοῦ Κυρίου ἐργασάμενοι τὴν γῆν. τουτέστι τὴν ἀνθρωπότητα διὰ τοῦ κηρύγματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola. Hoc fecerunt Apostoli; acceptaque à DEo facultate seipsos labori subdiderunt, & facti sunt agricolæ Domini, terramque hoc est humanum genus excoluerunt prædicatione de Domino nostro.

Δὰν κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ ὡσεὶ καὶ μία φυλὴ ἐν Ἰσραήλ. καὶ γενηθήτω Δὰν ὄφις ἐφ' ὁδοῦ ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου, δάκνων πτέρναν ἵππου. καὶ πεσεῖται ὁ ἱππεὺς εἰς τὰ ὀπίσω, τὴν σωτηρίαν περιμένων Κυρίου. Γάδ, πειρατήριον πειρατεύσει αὐτὸν, αὐτὸς δὲ πειρατεύσει αὐτὸν κατὰ πόδας. Ἀσὴρ πίων αὐτοῦ ὁ ἄρτος, καὶ αὐτὸς δώσει τρυφὴν ἄρχουσι.

Genes. XLIX. 16. *Dan judicabit populum suum tanquam & una tribus Israël. Et fiat Dan serpens in via, sedens in semita, mordens calcaneum equi : & cadet equus retrorsum, salutem exspectans Domini. Gad, sedes piratarum prædabitur eum : & ipse prædabitur eam secus pedes. Aser, pinguis ejus panis : & ipse dabit delicias principibus.*

Post nonnulla ex Cyrillo, Apollinari & Diodoro:

HIPPOLYTUS. Δηλοῦται ἡμῖν εἶναι ἱππεὺς ὁ Κύριος. Πτέρνα δὲ, ἔτι πρὸς ἔσχατον τῶν καιρῶν. Τὸ δὲ ὅτι πεσεῖται, τὸν θάνατον αὐτοῦ δηλοῖ, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν. Λαμβάνομεν τὸν πειρατὴν τὸν ἐπίβουλον. Οὐδεὶς δὲ ἄλλος ἐπίβουλος ἐγένετο τοῦ Κυρίου, ἢ ὁ λαός. Πειρατεύσει, τουτέστιν ἐπιβουλεύσει αὐτῷ κατὰ πόδας. δηλοῦται ἡμῖν ἡ ἀντίληψις ἡ παρὰ τοῦ Κυρίου τοῖς ἐπιβουλεύσασιν αὐτῷ. τὸ δὲ κατὰ πόδας, ὅτι ἐν τάχει ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν ὁ Κύριος. Καλῶς ὁπλισθήσεται τὸν πόδα. καὶ τὸ εὑρημένον πειρατήριον πειρατεύσει αὐτόν. εὔζωνος εὐζωνήσει αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ ἔνοπλος ἀνὴρ καὶ πολεμικὸς ἐνοπλίσει αὐτόν. καὶ ὁπλιστὴς τὸν πόδα ἔσται. μᾶλλον τοῦτο θέλει εἰπεῖν, ἔνοπλος Γὰδ κατόπιν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἀκολουθήσει. κἂν γὰρ ὁ κλῆρος αὐτοῦ πέραν ἦν Ἰορδάνου, ἀλλ' οὖν ἐτάγησαν συνακολουθῆσαι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν ἔνοπλοι, ἕως οὗ λάβωσι κἀκεῖνοι τοὺς ἑαυτῶν κλήρους. Ἢ τάχα τοῦτο εἶπεν, ὅτι λῃ-

Innuitur nobis per equitem Dominus, per calcaneum extrema temporum. Quod cadet, mortem ejus significat, sicut scriptum in Evangelio: †† *Ecce positus est hic in casum & resurrectionem multorum.* Piratam pro insidiatore accipimus, nec quisquam alius insidiator Domini fuit qvam populus Judæorum. Prædabitur, hoc est insidiabitur illi, *secus pedes*, significatur nobis auxilium à Domino adversus insidiantes ei. Et *secus pedes* ait, quod subito vindictam sumet Dominus. Bene armabitur pes ejus, atque repertam sedem piratarum ipse deprædabitur. AQVILA: *accinctus accinget illum*, hoc est armatus: & bellator armabit illum, *& armabitur pede*: sive hoc potius innuit, armatus Gad post fratres suos subsequetur. Nam quamvis sors ejus erat ultra Jordanem, tamen fratres suos armati sequi jubebantur, donec & ipsi sortes suas consecuti fuissent. Aut fortasse vult innuere, quod latronum more victuri essent Gaditæ, & sodalitium latronum adsciturí, eos-

στρικῶ

** Matth. XI. 28. † Matth. V. 17. †† Luc. II. 34.

στρικῷ τρόπῳ ἔμελλον ζῆν οἱ περὶ τὸν Γάδ. καὶ σύστημα λῃστῶν, ὅ ἐστι πειρατήριον, λαβεῖν σὺν αὐτῷ τοῦτον, καὶ ὅτι μέλλει κατόπιν αὐτῶν ἰέναι. καὶ αὐτὸς ὁμοίως πειρατεύων, ὅ ἐστι λῃστεύων.

Ἐπειδὴ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς οἱονείπως συνεσταλμένης, καὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθοῦς λατρείας εἰσκεκοσμημένης, λαμπροτέρων ἔδει τῷ κόσμῳ, εἰσκέκληνται πρὸς τοῦτο λοιπὸν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ εἰς τὸν τῶν κατὰ νόμον καθηγητῶν εἰσέφρησαν κλῆρον. οὕτως γάρ τοι πρὸς μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐλέγετο παρὰ Θεοῦ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς. ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου. τουτέστιν οἱ σοὶ χρηματίζοντες υἱοὶ τὴν τῶν πατέρων τάξιν διέλαχον. Πρὸς δέ γε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ μετ' ὀλίγα, πλὴν ὅτι τὸ ἄρχειν αὐτοῖς οὐκ ἀταλαίπωρον ἔσται παντελῶς. ἔμελλον δὲ μᾶλλον καὶ ἀναριθμήτων πειρᾶσθαι κακῶν. παραποδισθήσονται δὲ, καὶ οὐκ εἰς ἅπαν εὑρήσουσι τῆς ἀποστολῆς τὸν δρόμον κινδύνων ἀπηλλαγμένον. ὡς ἐν τύπῳ παραδείγματος ὑπέφηνεν εἰπὼν, ὅτι γενηθήτω. ἀντὶ τοῦ ἔσται ἐν τῷ Δὰν ὁ τῶν διωκόντων δῆμος ὡς ὄφις ἐν ὁδῷ καθήμενος ἐπὶ τρίβου, δάκνων πτέρναν ἵππου. τουτέστι δεινὰ καὶ ἄφυκτα δήγματα διδούς. τάχα τι τὰ τῶν ἐχέων δήγματα δυσδιάφυκτά πως ἐστίν. κατάγε αὐτὴν ἐγένοντο τὴν πτέρναν. αὐτὸς γάρ σου τηρήσει τὴν κεφαλὴν, καὶ σὺ αὐτοῦ τηρήσεις πτέρναν. ἐπεβούλευσαν δὲ οὕτω τινὲς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ὡς καὶ αὐτὸν ἐπαγαγεῖν τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον. καὶ δὴ τοιοῦτον ὑποστῆναι φαμὲν αὐτοὺς ὁποῖον πάθοι ἂν τυχὸν ποὺς ὀκλάσαντος ἵππου καὶ ἀνόπιν ὥσπερ ὑφεξηκότος. ὑπεραρθήσεται γὰρ ἐπιβάτης καὶ εἰς γῆν οἶμαί που περιπεσὼν περιμένει τὸν ζῶντα. περιμεμενήκασι δὲ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὸν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καιρὸν καθ' ὃν εἰσκεκλήσονται εἰς βασιλείαν ἀκλόνητον, ἐπιφωνοῦντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ τὸ, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ πάλιν. εἰ δὲ μὴ βούλητό τις οὐχὶ τῷ Δὰν ἔσεσθαί τινας ὡς ὄφις ἐγκαθημένους, ἀλλ' αὐτὸν ἑτέροις ἐπιβουλεύειν τὸν Δὰν ἐκεῖνον, ἐροῦμεν ὅτι τὸ κρίνειν καὶ καθηγεῖσθαι λαῶν ἔχοντες οἱ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὑποκριταὶ ἐχέων δίκην ἐπεφύοντο τῷ Χριστῷ, καὶ οἱονείπως τοῦ ἐκ τοῦ πίπτειν διὰ ὑψηλῆς ὁδεύοντα καὶ λείας ἄττοντα τρίβον δήγμασιν παρακόπτοντες ἀνοσίως ἐσπούδαζον. ἀλλ' εἰ καὶ πέπτωκεν ὁ ἱππεὺς, ἐθελοντὴς ἀνατλὰς τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον. ἀλλ' οὖν καὶ ἀναβιώσεται συλλήπτορα καὶ ἐπαγωγὸν ποιούμενος τὸν Πατέρα. δύναμις γὰρ ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ υἱὸς, τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἐζωογόνει ναόν. Ταύτῃ σεσῶσθαι λέγεται παρὰ τοῦ Πατρὸς κεκινδυνευκὼς ὡς ἄνθρωπος, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, καὶ ὅλην

que sectaturi, ac similiter latrocinium facturi.

Umbra legis quodammodo sublatâ, introductoque cultu spiritali veroque, majore luce mundus indigebat: vocati itaque in hoc sunt deinceps divini discipuli, atque in Doctorum legis sortem adsciti. Ita enim ad matrem Judæorum, Hierosolymam innuo, dictum est à DEo per vocem psallentis: * *pro patribus tuis nati sunt tibi filii*, Hoc est, qui filii tui vocantur, locum & ordinem Patrum sortiti sunt. Atque ad Dominum nostrum JEsum CHristum: ** *constitues eos principes super omnem terram.* Verum mox principatus hic illis non omnino calamitatis expers erat futurus: innumera enim potius experiri mala debebant, & impediri: nec omnino cursum Apostolatus invenire immunem à periculis, quod velut exempli figurâ significavit, cum dixit: *fiat*, hoc est fiet in Dan persecutorum multitndo tanquam *serpens in via sedens in semita, mordens calcaneum equi*, hoc est, graves & periculosos morsus figet, ut solent esse serpentium ac viperarum morsus periculosi. Calcaneo autem infligentur, Nam † *ipse conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus*. Ita vero insidiati sunt quidam sanctis Apostolis, ut mortem etiam carnis intulerint. Itaque & tale aliquid sustinuisse eos licet dicere, quale pati solet pes equi vacillantis & retro veluti succussi. Eques enim dejicietur: atque in terram datus hic spirans adhuc permanet. Superstites mansere etiam divini discipuli & salutis suæ tempus exspectant quo vocabuntur in regnum immune ab omni perturbatione, quando CHristus eis acclamabit: †† *Venite benedicti Patris mei*, & quæ seqvuntur.

Quod si quis nolit intelligere aliquos serpentium instar ipsi Dan insidiantes, sed ipsum aliis insidias struere: dicemus per Dan illum, denotari scribas & Pharisæos hypocritas, qui cum jus dicere populo eique præesse deberent, serpentium instar CHristo insidiati sunt, impieque studuerunt impactis morsibus efficere, ut is per altam planamque omnino semitam ingrediens caderet. Quamquam vero cecidit eques, spontanea obita morte carnis, tamen iterum revixit, adjutorem & reductorem in vitam habens Patrem. Cum enim potentia DEi & Patris sit Filius, templum suum vitæ restituit. Itaque qui ut homo periculum subierat, à Patre salvatus esse affirmatur, quanquam natura

* Psal. XLV. 16. ** ibid. † Gen. III. 15. †† Matth. XXV. 34.

ὅλην αὐτὸς εἰς τὸ εὖ εἶναι συνέχων ὁρατήν τε καὶ ἀόρατον κτίσιν. Οὕτω που συνεὶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ αὐτοῦ φησὶ, εἰ καὶ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῆ καὶ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ.

Ἀσὴρ ἐκληρονόμησε τὰ περὶ Πτολεμαΐδα καὶ Σιδῶνα, καὶ διὰ τοῦτο φησὶ, πίων αὐτοῦ ὁ ἄρτος, καὶ αὐτὸς δώσει τροφὴν ἄρχουσι. Τοῦτο λαμβάνομεν εἰς τύπον τῆς κλήσεως τῆς ἡμετέρας. Τὸ γὰρ πίον λιπαρόν ἐστι, λιπαρὸς δὲ τίνος ἄρτος ἢ ἡμῶν; Ὁ γὰρ Κύριός ἐστιν ἡμῶν ὁ ἄρτος, καθὼς λέγει καὶ αὐτός. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. Τίς δὲ ἄλλος δώσει τροφὴν ἄρχουσιν, ἢ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. οὐ μόνον τοῖς ἐξ ἐθνῶν πισεύουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ περιτομῆς, ἐξάρχουσι τῆς πίστεως, τουτέστι πατράσι καὶ πατριάρχαις καὶ προφήταις, καὶ πᾶσι τοῖς πισέυουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ εἰς τὸ πάθος.

Νεφθαλεὶμ στέλεχος ἀνειμένον ἐπιδιδοὺς ἐν τῷ γεννήματι κάλλος. Ἰωσὴφ υἱὸς ηὐξημένος ζηλωτὸς, υἱός μου νεώτατος. πρός με ἀνάστρεψον εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων. καὶ συνετρίβη μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ ἐξελύθη τὰ νεῦρα βραχιόνων χειρῶν αὐτῶν διὰ χεῖρα δυνάστου Ἰακώβ. ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας Ἰσραὴλ παρὰ Θεοῦ τοῦ πατρός σου. καὶ ἐβοήθησέ σοι ὁ Θεὸς ὁ ἐμὸς, καὶ εὐλόγησέ σε εὐλογίαν οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ εὐλογίαν γῆς ἐχούσης πάντα εἵνεκεν εὐλογίας μαστῶν καὶ μήτρας, εὐλογίας πατρός σου καὶ μητρός σου. ὑπερίσχυσεν ἐπ' εὐλογίαις ὀρέων μονίμων, καὶ ἐπ' εὐλογίαις θινῶν αἰωνίων, αἳ ἔσονται ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς, ὧν ἡγήσατο ἀδελφῶν.

HIPPOLYTUS. Τίς ἄλλος ηὐξημένος υἱὸς καὶ ζηλωτὸς ἕως τῆς σήμερον, εἰ μὴ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. ζηλωτὸς μὲν οὖν ἄρα καὶ τοῖς μισεῖν θελομένοις, πλὴν οὐκ εἰς ἅπαν ἀλώσιμος. Εἰ γὰρ καὶ ἀνέτλη σταυρὸν, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἀνεβίω, πατήσας τὸν θάνατον. μόνον δ' οὐχὶ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπιφωνοῦντος καὶ λέγοντος. Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅτι γὰρ ὑποπεπτώκασι καὶ οἱ πλείστην ὅσην τὴν κατ' αὐτὴν μανίαν ὠδίνοντες, ἐδίδαξεν εἰπών. εἰς ὃν διαβουλευόμενοι καὶ ἐλοιδόρουν καὶ ἐνεῖχον αὐτὸν κύριοι τοξευμάτων. Συνέδρια γὰρ συνεγείροντες ἐβουλεύοντο πικρὰ τῶν τοξευμάτων οἱ κύριοι, τουτέστιν οἱ τῶν λαῶν ἡγούμενοι. Πλὴν συνετρίβη τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ ἐξελύθη νεῦρα βραχιόνων αὐτῶν διὰ χεῖρα δυνάστου Ἰακώβ, τουτέστι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὅς ἐστι τῶν δυνάμεων Κύριος, ὃς καὶ εὐλογεῖσθαι παρεσκεύασε τὸν υἱὸν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αὐτὸς εἰς τύπον τῶν ἡμετέρων παραλαμβάνεται, καθὼς δηλοῖ τὸ Εὐαγγέλιον. γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. ποῖον δὲ ἄλλο φῶς ἦν, ἢ

sua existens DEus, & universam ipse visibilem creaturam in bono statu conservans. Ita intelligens etiam divinus Paulus de illo, * *etsi crucifixus est*, inquit, *ex infirmitate*, *vivit ex virtute DEI.*

Aser forte accepit Ptolemaidem & Sidonem, ideo ait: *pingis ejus panis*, *& ipse dabit delicias principibus.* Hoc figuram vocationis nostræ interpretamur. Quod enim pingue, bonum lautumque est. Quinam vero panis melior nostro? Noster enim panis Dominus est, ut ipse ait: ** *Ego sum panis vitæ.* Ecquis vero alius dabit cibum Principibus, quam Dominus noster JEsus CHristus? Non tantum iis qui credunt è gentibus, sed etiam ex circumcisione, qui principatum tenent in fide, hoc est Patribus & Patriarchis & Prophetis omnibus que credentibus in nomen ejus ac passionem.

Genes. XLIX. 21. *Nephthalim virgultum resolutum, dans in germine pulchritudinem. Filius auctus Joseph, Filius auctus meus Zelatus, Filius meus adolescentior: ad me revertere. In quem consilia conferentes maledicebant, & intendebant in eum Domini sagittationum. Et contriti sunt cum potentia arcus eorum, & dissoluti sunt nervi brachiorum manuum eorum per manum potentis Jacob. Inde qui confortavit Israël à DEo Patris tui. Et adjuvit te DEus meus, & benedixit te benedictione cæli desuper, & benedictione terræ habentis omnia, propter benedictionem uberum & vulvæ, benedictionem patris tui & matris tuæ: prævaluit super benedictiones montium stabilium, & in benedictionibus collium æternorum: erunt super caput Joseph, & super caput fratrum, quorum dux fuit.*

Ecquis alius *Filius auctus & Zelatus* in hunc usque diem, quam Dominus noster JEsus CHristus? Zelatus quidem sive invidia petitus ab iis qui odio eum prosequi gaudent, at non omnino expugnatus. Quanquam enim crucem sustinuit, tamen ut DEus rediit in vitam, mortemque conculcavit, DEo & Patre ipsi acclamante ac dicente: * *Sede a dextris meis* & quæ seqvuntur. Quod enim succubuerunt ipsi etiam illi, qui plurimam adversus eundem insaniam parturibant, docet cum ait: *in quem consilia conferentes maledicebant, & intendebant in eum Domini sagittationum.* Synedria enim convocantes, acerba inierunt consilia *Domini sagittationum*, hoc est Populorum Principes. At enim *contriti sunt arcus eorum, & dissoluti sunt nervi brachiorum illorum per manum potentis Jacob*, hoc est DEI & Patris, qui est Dominus Potentatuum, qui etiam benedici fecit Filium in Cœlo & in terra. Et Nephthalim in typum rerum nostrarum assumitur, ut docet Evangelium: ** *Terra Zabulon & terra Nephthalim, viam maris ultra Jordanem* & quæ sequuntur. Et ††

ἡ κλη-

† 2. Cor. XIII. 4. ** Joh. VI. 35. * Ps. CX. ** Matth. IV. 15. †† ibid. 16.

ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν, ἥτις ἐστὶ τὸ σέλεχος, τουτέστι τὸ ξύλον τοῦ Κυρίου, ᾧ ἐγκεντρισθεῖσα καρποφορεῖ. Τὸ δὲ ἐπιδοὺς ἐν τῷ γεννήματι κάλλος, τὸ ὑπερβάλλον τῆς κλήσεως δηλοῖ ἡμῖν. Εἰ δὲ καὶ ἐφ' ἡμῶν νοοῖτο τυχὸν τὸ ἐπιδιδοὺς ἐν τῷ γεννήματι κάλλος, οὐκ ἀσυμφανὴς ὁ λόγος, προκόπτοντες γὰρ ἀεὶ κατ' ἀρετὴν καὶ τῶν ἀμεινόνων ἀφικνούμενοι, ἤτοι τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενοι κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Εἰς κάλλος ἀεὶ τὸ περιφανέστερον ἀναθρῴσκομεν. Κάλλος δὲ φημὶ τὸ πνευματικὸν, ἵνα καὶ ἡμῖν λέγοιτο λοιπὸν, ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου.

illis qui sedent in tenebris exortum est lumen. Quod nam vero lumen aliud quam vocatio gentium, quæ est virgultum, hoc est lignum Domini, cui inoculatum fructus fert. At verbis: *dans in germine pulchritudinem*, abundantiam vocationis nobis significat. Si vero & de nobis intelligantur verba: *dans in germine pulchritudinem*, non incongruens erit oratio. Proficientes enim semper in virtute, & ad meliora penetrantes, sive secundum beati Pauli * vocem *ad priora nos extendentes* ad pulchritudinem semper splendidiorem enitimur, pulchritudinem inquam spiritalem, ut & nobis dicatur deinceps: ** *Concupivit rex decorem tuum.*

Post nonnulla Apollinarii,

S HIPPOLYTUS. Ἐπ' αὐτὸν δὲ πάλιν τὸν Ἐμμανουὴλ ὁ τῆς προφητείας διέρπει λόγος. ἐπειδὴ οἶμαι που τὸ ἐξ αὐτῆς δηλούμενον ἕτερον οὐδέν ἐστιν, ἢ ὅπερ ἔφη ἀρτίως, ἐπιδιδοὺς ἐν τῷ γεννήματι κάλλος. Τὸ γὰρ ηὐξῆσθαι λέγει αὐτὸν τὴν εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐπίδοσιν καὶ ἀναδρομὴν τῆς ἐνούσης εὐκλείας αὐτῷ φυσικῶς σημαίνει. Τοῦτο πάντως κατάγετο ὀρθῶς ἔχειν ὑπειλημμένον, ἐπειδὴ γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος Θεὸς ὑπάρχων ἐκ Θεοῦ, κεκένωκεν ἑαυτὸν κατὰ τὰς γραφὰς, καθεὶς ἐθελοντὴς ἑαυτὸν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, καὶ τὴν ἄδοξον ταύτην σάρκα ἠμπέσχετο. λοιπὸν καὶ ὑπερυψοῦσθαι λέγεται καὶ ὡς οὐκ ἔχων διὰ τὸ ἀνθρώπινον μονονουχὶ καὶ ἐν χάριτος μοίρᾳ λαμβάνει τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Ἀλλ' ἦν τὸ χρῆμα καὶ τὸ ἀληθὲς οὐ δόσις ὡς ἐν ἀρχῇ τῶν οὐκ ἐνόντων αὐτῷ φυσικῶς, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, νοοῖτο δ' ἂν μᾶλλον ἀναφοίτησις καὶ ἀναδρομὴ πρὸς τὸ ἐν ἀρχῇ καὶ οὐσιωδῶς καὶ ἀναποβλήτως ὑπάρχον αὐτῷ. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὁ τῆς ἀνθρωπότητος τὸ σμικροπρεπὲς ὑποδὺς οἰκονομικῶς. Πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀεὶ γὰρ ἦν ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ τῷ ἰδίῳ συνυπάρχων γεννήτορι πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου καὶ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς.

Ad ipsum iterum Emmanuel, prophetiæ serpit oratio. Quoniam, ut existimo, aliud ex illa significatum nihil est, quam quod jam modo dixit, *dans in germine pulchritudinem*, ait enim eum augescere incrementis in id quod ab initio fuerat, & reditu ad naturalem quæ in illo est nobilitatem ferri significat. Hoc omnino recte intelligitur quod assumserat. Nam unigenitum DEI Verbum cum Deus esset è DEo, seipsum *secundum* Scripturas *exinanivit* † sponteque se in id quod non erat induit, atque ingloriam carnem sibi induxit. Porro deinceps etiam *superexaltatus* † dicitur, veluti qui non haberet id jam, propter humanitatem, & solum modo per gratiam acciperet *nomen super omne nomen*, secundum beati Pauli vocem. Sed reipsa ac veritate hoc in illo non datio erat rerum quas ipse à principio non habuisset naturaliter: multum abest ut ita sentiamus. Potius intelligendus reditus ac recursus ad id quod ab initio per essentiam atque ita, ut deponere non posset, habuit. Quamobrem & cum per oeconomiam indutus esset humilitate carnis, ait Dominus: *** *Pater glorifica me gloria quam habui*, & quæ sequuntur. Semper enim fuit in gloria divina, qui ante omne ævum & tempus & ante Mundi jacta fundamenta proprio Patri coëxstitit.

Νοοῖτο δ' ἂν εἰκότως καὶ νεώτατος. Πέφηνε γὰρ ἐν τελευταίοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. καὶ μετὰ τὸν τῶν ἁγίων προφητῶν εὐκλεᾶ τε καὶ ἀξιάγαστον χορὸν καὶ ἅπαξ ἁπλῶς μετὰ πάντας τοὺς πρὸ τῆς ἐπιδημίας ὡς ἐν υἱῶν τάξει λελογισμένους δι' ἀρετήν. Ζηλωτὸς δὲ ὅτι γέγονεν ὁ Ἐμμανουὴλ πῶς ἐστὶν ἀμφιβάλλειν. ἀλλὰ ζηλωτὸς μὲν ἁγίοις οἱ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάζοντες καὶ πρὸς τὸ θεῖον αὐτοῦ μορφούμενοι κάλλος, αὐτόν τε ποιούμενοι τῶν πρακτέων ὑπογραμμὸν, τὴν ἁπασῶν ἀρίστην ἀποφέρονται δόξαν. Ζηλωτός γε μὴν καὶ καθ' ἕτερον ἂν νοοῖτο τρόπον τοῖς οὐκ ἀγαπᾷν εἰρημένοις. Φημὶ δὴ τοῖς

Intelligitur etiam convenienter per *adolescentiorem* sive *juniorem*. Apparuit enim in ultimis ævi temporibus, & post sanctorum Prophetarum gloriosum & dignum amore chorum, & simpliciter ac semel ut dicam post omnes quotquot ante tempus incarnationis Domini, in ordine filiorum, ob virtutem computati sunt. *Zelatus* autem quod dicitur Emanuel, est quodammodo ambiguum. Nam Zelatus sive æmulandus quidem est sanctis, qui vestigia ejus sectari studentes ad divinam ejus pulchritudinem se conformant, & ipsum

H τῶν

* Philipp. III. 13. ** Psal. XLV. 12. † Philipp. II. 7. †† Philipp. II. 9. *** Ioh. XVII. 5.

τῶν Ἰουδαίων καθηγηταῖς, ἤτοι τοῖς γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις, οἳ πικρὸν ἐν ἑαυτοῖς ὠδίνοντες ζῆλον καὶ βασκανίας ὑπόθεσιν τὴν ἀπαράβλητον αὐτοῦ ποιούμενοι δόξαν κατὰ πολλοὺς ἤλισκον τρόπους. Διανίστη μὲν γὰρ τοὺς νεκροὺς ὁ Χριστὸς ὀδωδότας ἤδη καὶ διεφθαρμένους, καὶ τὰς ἄλλας θεοσημείας ἐπετέλει, τοὺς δὲ καταπεθηπέναι δεόν καὶ πρὸς τὸ χρῆναι πιστεύειν ἰέσθαι λοιπὸν οὐδὲν ἐνδοιάζοντας. οἱ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων, ἐδάκνοντο δὲ τῷ φθόνῳ, καὶ πικρὰς εἰς νοῦν ἐδέχοντο λύπας.

sibi proponunt præscriptum eorum quæ agere debeant, summamqve inde gloriam referunt. Zelatus vero etiam in alium intelligi modum potest, hoc est invidia petitus ab iis qui eum non diligunt, Ducibus inquam Judæorum, sive scribis atque Pharisæis qui acerbum in se parturientes Zelum, & invidiæ materiam facientes sibi ex ejus quæ eripi illi non potest gloria, multis modis eum captabant. Christus quidem in vitam revocaverat mortuos jam fœtentes & corruptos, & alia divina signa ediderat, unde fas erat illos stupentes ad ista, credere neque amplius dubitare. At illi hoc neutiquam faciebant, verum invidia vexabantur & acerbum animo mœrorem concipiebant.

Post Cyrilli nonnulla:

HIPPOLYTUS. Τίς ἄλλος οὗτος, ἢ καθὼς δείκνυται ἡμῖν διὰ τοῦ ἀποστόλου, ὅτι ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, τὸν ποιήσαντα τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς εἶπεν ὁ ἔσχατος. Τῷ δὲ, πρός με ἀναστρέψον, δηλοῦται ἡμῖν ἡ μετὰ τὸ πάθος ἀνάληψις εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν Πατέρα. Τῷ δὲ εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν. Τίνες εἰ μὴ ὁ λαὸς κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν; καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ. Τίνες ἐνεῖχον αὐτῷ; οἱ καὶ μέχρι σήμερον ἐνέχουσιν. οὗτοι κύριοι τοξευμάτων οἱ καταπολεμεῖν τὸν Κύριον δοκοῦντες. εἰ γὰρ καὶ ἐνίσχυσαν τοῦ ἀναιρεθῆναι αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ συνετρίβησαν μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν. Φανερῶς δὲ ἡμῖν δηλοῦται, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν συντέτριπται τὰ τόξα αὐτῶν μετὰ κράτους. τουτέστιν οἱ τῶν λαῶν ἡγούμενοι, οἱ ἐπ' αὐτὸν παραθήγοντες τὰς οἱονεὶ τραυματίζοντας ἀκίδων ἐν τάξει. Μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐμπεπηγυμένους, διὰ τὸ δρᾶν ἃ μὴ θέμις, καὶ ἀποτολμᾶν οἳ καὶ θηρίων ἀγρίων ἐπέθρωσκον δίκην.

Ecquis alius iste, sicut quam demonstratum nobis est ab Apostolo, * *secundus homo Dominus de Cœlo.* Atque in Evangelio, ** postremum ait fecisse voluntatem Patris. Verbis autem: *ad me revertere*, declaratur nobis CHristi post passionem assumtio in Cœlum ad Patrem. Illis vero: *in quem consilia conferentes maledicebant*, quinam innuuntur nisi populus Judaicus adversus Dominum nostrum? *Et intendebant*, quinam intenderunt adversus illum atq; in hunc usque diem intendunt? Hi *Domini sagittationum* qui putant se adversus Dominum debellasse. Licet vero valuerunt eum de vita tollere, attamen *contriti sunt cum potentia arcus eorum.* Manifeste his nobis declaratur, quod post resurrectionem cum potentia arcus eorum, hoc est Principes populi, qui velut in acie adversus Dominum acuerunt sua tela ad infligenda vulnera, & tantum non inflixerunt, quandoquidem fecere quæ minime fas, atque ausi sunt etiam ferarum bestiarum more in eum irruere.

Ὑπερίσχυσας ὑπὲρ εὐλογίας ὀρέων μονίμων. ὄρη αἰώνια καὶ μόνιμα ταῦτα καὶ θῖνας αἰωνίους, τοὺς ἁγίους φησὶ διὰ τὸ ἦρθαι τῆς γῆς. καὶ φωνεῖν μὲν οὐδὲν τῶν κατερριμμένων, ζητεῖν δὲ τὰ ἄνω, καὶ εἰς τὰ τῶν ἀρετῶν εὖ μάλα διάττειν ὑψώματα. Κατέπιν οὖν ἄρα τῆς Χριστοῦ δόξης καὶ οἱ τῶν πατέρων ἐπισημότατοι καὶ εἰς λῆξιν ἥκοντες ἀρετῆς. οἱ μὲν γὰρ ἦσαν οἰκέται. Ὁ δὲ Κύριος υἱὸς τὰ δι' ὧν ἐκεῖνοι γεγόνασι λαμπροὶ, κεχωρήγηκεν αὐτοῖς. Τοιγάρτοι καὶ λέγουσιν, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν.

Prævaluisti super benedictiones montium stabilium, per Montes sempiternos & stabiles maxime & colles æternos, innuit sanctos, quoniam terrenis subtracti sunt, & nihil rerum caducarum crepant, sed quærunt quæ supra sunt, & ad virtutum sublimia cacumina vehementer desiderant eniti. Post gloriam CHristi nimirum etiam Patrum insignes maxime & qui ad summum virtutis pervenerunt. Hi porro servi. Dominus autem tanquam Filius illis suppeditavit ea quibus ipsi præclari facti sunt. Quamobrem & ipsi profitentur, † quod *ex plenitudine ejus omnes accepimus.*

Καὶ ἐβοήθησέ σοι ὁ Θεός· σαφῶς ἡμῖν δείκνυται ὅτι ἡ βοήθεια καὶ ἡ ἀντίληψις τοῦ παιδὸς οὐ παρ' ἄλλου τινὸς ἢ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τῷ δὲ, Θεός μου, δηλοῦται, ὅτι τὸ πνεῦμα λέγει διὰ τοῦ Ἰακώβ.

Et adjuvit te Deus meus. Perspicue nobis ostenditur quod auxilium & adjumentum Filii non ab alio quam à Patre & DEo nostro qui in cœlis est. Verbis *DEus meus*, declaratur, quod Spiritus ait per ** Jacobum.

Eu-

* Cor. XV. 47.
** Matth. XXI. 31. ubi Codices nostri habent ὁ πρῶτος, alii teste Hieron. (ut Cantabrius legit) ὁ ἔσχατος. Vide Millium ad h. l. † Joh. I. 16. ** Gen. XLVIII. 3.

EUSEB. Τὰ νεῦρα βραχιόνων. Οὐκ ἠδύνατο χειρῶν εἰπεῖν ἢ ὤμων. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ ἐν μέσῳ τοῦ τόξου πλατέα βραχίονες λέγεται, εὐκαίρως βραχίονας λέγει.

HIPPOLYTUS. Εὐλογίας μαστῶν καὶ μήτρας. Τούτῳ ἡμῖν δηλοῦται ὅτι ἡ μὲν εὐλογία ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα κατελθὸν διὰ τοῦ Λόγου ἐπὶ τὴν σάρκα. Μαστῶν δὲ καὶ μήτρας τῆς παρθένου εὐλογίας λέγει. Τὸ δὲ Πατρὸς καὶ μητρός σου τοῦτο λέγει καὶ εὐλογίαν Πατρὸς ἣν ἐλάβομεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Βενιαμὶν λύκος ἅρπαξ, τὸ πρωϊνὸν ἔδεται ἔτι, καὶ εἰς τὸ ἑσπέρας δίδωσιν τροφήν.

HIPPOLYTUS. Συναρμόζει πάνυ τῷ ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν Παύλῳ. Ὅτε γὰρ ἦν νέος, λύκος ἦν ἅρπαξ. δέδωκε δὲ τροφὴν πιστεύσας. δηλοῦται ἡμῖν καὶ τοῦτο διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἡ Βενιαμὶν φυλὴ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ὅπερ ἐστὶ τὸ πρωϊνὸν, διώκει. ὁ γὰρ Σαοὺλ ἦν ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς τὸν εἰς τύπον τοῦ Κυρίου κείμενον Δαυὶδ ἐδίωκεν.

Nervi brachiorum. Non potuit manuum dicere vel humerorum, ſed quandoquidem media lata in arcu brachia dicuntur, opportune dixit *brachia*.

Benedictionem uberum & uteri. His verbis nobis ſignificatur, quod benedictio de cœlo eſt Spiritus deſcendens per Verbum in Carnem. Uberum vero & uteri, Virginis notat benedictiones. *Patris tui & Matris tuæ*, hoc deſignat benedictionem Patris quam accepimus in Eccleſiam per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum.

Geneſ. XLIX. 27. *Benjamin lupus rapax, mane comedet adhuc, & ad veſperam dat eſcam.*

Omnino quadrat in Paulum Apoſtolum qui e tribu Benjamin fuit. Cum enim juvenis eſſet, lupus fuit rapax: poſtquam vero credidit, præbuit cibum. Declaratur nobis & hoc per gratiam Domini noſtri JEſu CHriſti, quod tribus Benjamin in principatibus, hoc enim eſt *mane*, perſequitur. Saul enim qui è tribu Benjamin fuit, Davidem figuram CHriſti gerentem eſt perſecutus.

ἹΠΠΟΛΎΤΟΥ ἘΠΙΣΚΌΠΟΥ ῬΏΜΗΣ, ΠΕΡῚ ἘΖΕΚΊΟΥ.

S. HIPPOLYTI EPISCOPI ROMÆ, DE EZECHIA.

Ex Codice Bibl. Coislinianæ num 193. *fol.* 36. *Codex eſt XI. ſæculi.*

Ἔτι μαλακισθέντος τοῦ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, καὶ κλαύσαντος, ἦλθεν ἄγγελος καὶ εἶπεν αὐτῷ. Εἶδον τὰ δάκρυά σου, καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς σου. Ἰδοὺ προστίθημι εἰς τὸν χρόνον σου ἔτη ιε΄. Τοῦτο δέ σοι τὸ σημεῖον παρὰ Κυρίου, ἰδοὺ στρέφω τὴν σκιὰν τῶν ἀναβαθμῶν τοῦ οἴκου τοῦ Πατρός σου, οὓς κατέβη ὁ ἥλιος, τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς, οὓς κατέβη ἡ σκιὰ, ὥστε γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν λβ΄. τοῦ γὰρ ἡλίου δραμόντος ἐπὶ τὴν δεκάτην ὥραν, πάλιν ἀνεπόδισε, καὶ πάλιν ἡνίκα Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ ἐπολέμει τοὺς Ἀμορραίους, τοῦ ἡλίου ἤδη εἰς δυσμὰς κλίνοντος, καὶ τοῦ πολέμου ἀθρόως ἐπικειμένου, εὐλαβηθεὶς Ἰησοῦς, μήποτε νυκτὸς ἐπιγενομένης διαφύγωσιν οἱ ἀλλόφυλοι, ἐβόησε λέγων· στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλὼν· ἕως ἂν ἐκπολεμήσω τὸν λαὸν τοῦτον. καὶ ἔστη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἐν τῇ στάσει αὐτῶν, ὥστε γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν κδ΄ καὶ ἀνέστρεψεν ἐπὶ Ἐζεκίου σὺν τῷ ἡλίῳ, καὶ σελήνη εἰς τοὐπίσω· ἵνα μὴ ἡ σύγκρουσις τῶν δύο στοιχείων γένηται ἀτάκτως ἀλλήλων ἐπιφερομένων· καὶ καταπλαγεὶς τότε Μαροδαχὼν ὁ Χαλδαῖος ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, διὰ τὸ τὴν ἀστρολογικὴν τέχνην ἀσκεῖν, καὶ τὸν τούτων δρόμον ἀκριβῶς καταμετρεῖν, μαθὼν τὴν αἰτίαν· ἔπεμψεν ἐπιστολὴν καὶ δῶρα τῷ Ἐζεκίᾳ, ὃν τρόπον ἐποίησαν καὶ οἱ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν πρὸς Χριστόν.

Adhuc ægrotante Ezechia Rege Judææ & flente, acceſſit Angelus & dixit ad eum: * *Vidi lacrymas tuas & audivi vocem tuam. Ecce addo ætati tuæ annos quindecim. Hoc vero tibi ſignum eſto à Domino. Ecce converto umbram graduum domus Patris tui quos deſcendit ſol, decem gradus quos deſcendit umbra*, ut dies iſta fiat horarum XXXII. Sol enim cum jam ad decimam horam decucurriſſet, iterum reverſus eſt. Itidem ut cum Ieſus Nave belligeraret adverſus Amoræos, ſole jam ad occaſum vergente, & bello confertim incumbente, veritus Joſue ne per noctem ingruentem alienigenæ effugerent, exclamavit: ** *ſtet ſol in Gabaon, & luna in valle Elon*, donec populum hunc debellavero. *Et ſtetit ſol ac Luna in ſtatione ſua*, ut eſſet dies illa horarum XXIV. Atque ſub Ezechia etam cum ſole receſſit Luna, ne duo elementa cœli inordinate invicem congredientes colliderentur. Et perculſus tunc Marodachon Chaldæus Rex Babylonis, quod Aſtrologicam artem colebat, aſtrorumque curſum accurate metiebatur, cauſſa cognita Epiſtolam & dona miſit ad Ezechiam, quem in modum CHriſto fecere etiam ex oriente Magi.

* Eſaiæ XXXVIII. 5. ** Joſ. X. 12.

FRAGMENTUM EX S. HIPPOLYTO IN DANIELEM.

Euſtratius Presbyter Cpol. c. 19. adverſus Pſychopannychitas.

ΛΈγει τοίνυν Ἱππόλυτος ὁ μάρτυς καὶ Ἐπίσκοπος Ῥώμης ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τῷ εἰς τὸν Δανιὴλ τοιαῦτα· Τότε μὲν οὖν στὰς Ἀζαρίας ἅμα τοῖς λοιποῖς δι' ὕμνου καὶ εὐχῆς ἐξωμολογοῦντο τῷ Θεῷ ἐν μέσῳ τῆς καμίνου· Ἀρξάμενοι οὖν ἀπὸ τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου καὶ μεγαλοπρεποῦς ὀνόματος, ἦλθον ἐπ' αὐτὰ τὰ ἔργα Κυρίου, πρῶτον τὰ ἐπουράνια ὀνομάζοντες, καὶ ἐδόξαζον λέγοντες· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον. Ἔπειτα μετῆλθον ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατὰ τάξιν τὸν ὕμνον ἀναφέροντες, ἔπειτα τὰ καταχθόνια ὠνόματαν πνεύματα ταρταρούχων Ἀγγέλων καὶ ψυχὰς δικαίων, ἵνα καὶ αὐτοὶ σὺν αὐτοῖς τὸν Θεὸν ὑμνῶσιν.

AIt igitur Hippolytus Martyr & Epiſcopus Romæ ſermone ſecundo in Danielem, ſic: *Tunc ſtans Azarias cum cæteris hymno & precibus laudabat DEum in medio camino. Incipientes itaque à ſancto, glorioſo & magnifico nomine, devenerunt ad ipſa Domini opera, primum cœleſtia compellantes, celebrantesque cum ajunt:* Benedicite omnia opera Domini Domino. *Deinde deſcendunt ad filios hominum, ordineque hymnum applicantes, poſtea nominant ſpiritus ſubterraneos tartarum tenentium angelorum, juſtorumque animas, ut & ipſi ſecum DEum concelebrent.*

FRAGMENTA EX ALIIS S. HIPPOLYTI SCRIPTIS.

Joannes Antiochenus in Synodica ad Mennam Alexandrinum, ſcripta A-C. 968.

Apud Euſebium Renaudotum V. C. in Hiſtoria Patriarcharum Alex. p. 360.

S. Hippolytus Romanus Epiſcopus in Tractatu adverſus eos qui impugnant incarnationem Verbi DEi ob conſubſtantialitatem ejus cum Patre): *Virgo*, ait, *cum peperit corpus, Verbum quoque peperit, & idcirco eſt Deipara: Judæi quoque cum crucifixerunt corpus, crucifixerunt Deum Verbum: neque diſtinctio ulla inter Verbum, & corpus hominis occurrit in divinis ſcripturis; ſed ipſe eſt natura una, perſona una, ſuppoſitum unum, operatio una: Verbum Deus, Verbum homo, quemadmodum erat.* Item in Tractatu de Unione Corporis Chriſti & ejus divinitatis, profitetur, *illum qui creatus eſt, increatum eſſe per unionem: & illum increatum per eamdem unionem creatum fieri, quandoquidem natura una ex duabus illis integris partibus conſtat.* Idem quoque in Epiſtola ad Dionyſium Epiſcopum Cypri ſic ait: *Dum confitentur naturas duas, coguntur unum adorare, & alterum non adorant: in eo qui divinus eſt baptiſantur, in eo qui homo eſt non baptiſantur. Porro cum in nomine Chriſti baptiſemur, naturam unam confitemur, divinitatem impaſſibilem, & corpus paſſibile, ut baptiſmus noſter ſit in Deo & in morte Domini.*

Idem Renaudotus p. 471. 472. memorat *Sanuti, Epiſcopi Miſræ orationem adverſus Phantaſticos, A. C.* 1102. ad Alexandrinos habitam, in qua è Sacræ Scripturæ Patrumque teſtimoniis oſtendit doctrinam Eccleſiæ ſemper fuiſſe, quod *Deus verbum humanam naturam aſſumſerit ex B. Virgine, ſimilem nobis in omnibus, excepto peccato: eamque ſibi conjunxerit per intimam unionem, conſervatis utriusque naturæ proprietatibus: futurum alioquin ut omnia quæ facta erant dum in terris JEſus CHriſtus converſaretur, operareturque myſterium redemtionis noſtræ, imaginaria tantum & phantaſtica fuiſſent.* Laudat autem ſanctos Patres, Gregorium Thaumaturgum, Nazianzenum, Joannem Chryſoſtomum, Epiphanium Cypri, Hippolytum & Paulum Romanos Pontifices: Cyrillum Alexandrinum: tum ex Jacobitis Severum Antiochenum, Jacobum Scrugenſem, & quosdam alios. Ex illorum ſententiis concludebat Epiſcopus eum qui contra ſentiret, indoctum eſſe, & ſacrarum literarum expertem.

Pentateuchus Arab. MSS. *(Huntling. 84. Literis Syriacis fol. & Bodl. NE. c. 3. 3 Literis Syriacis fol.)*

cum Commentariis S. Patrum

Sic incipit, nullo titulo five alia inscriptione præmissa.

Præfatio.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Dei unius. Hoc est Exemplar Legis excellentis.

Verum operæ pretium est, priusquam incipiamus describere Exemplar Libri Legis; ut doceamus te, o Frater, de excellentia ejus, & dignitate dispositionis ejus. Prima ejus excellentia est, quod tradidit illam Deus per manum Domini beatissimi, principis Prophetarum, & primi Apostolorum, sive eorum, qui missi sunt ad filios Israelis, nempe MOSIS, filii Amran, filii Cahath, e filiis Levi.

Ipse autem omnigena scientia ornatus fuit, & præditus optima indole, illustris dignitate, morum probitate conspicuus, ratiocinandi facultate egregius, colloquutus fuit cum Deo. Elegitque illum tanquam instrumentum pretiosum. Per principem & Prophetam suum descendere fecit (tradidit) illam (Legem) Deus optimus Maximus, glorificetur nomen ejus, in Lingua Syriaca Targum, quam transtulerunt Septuaginta in linguam Hebræam, nempe in linguam populi ejus, & Idioma plebis. *v. Castel. Lex. 1735.*

Suscepit itaque illam Moses a Domino seculorum, & primus fuit cui concredita est, quique illius canonibus & regulis morem gessit. Deinde illam docuit filios Israelis, qui & illam amplexi sunt. Et explicuit eis profunda ejus mysteria & obscuritates; exposuitque ea, quæ erant minus facilia, prout Deus ipsi permisit; & celavit eos illa Legis arcana, prout prohibuit illum Deus. Neque extitit inter illos, qui peritior esset in Judiciis & decretis ejus & abdita doctrinæ ejus sensa planius impertiretur, donec transferret illum Deus ad se, postquam eum perfectum reddiderat in deserto per totos quadraginta annos.

Atque hæc sunt nomina Doctorum (ab Hebr. חבר Socius) qui continua successione tradiderunt Legem post Mosem Prophetam usque ad adventum Messiæ.

Scito itaque, o frater, benefaciat tibi Deus, quod Deus tradidit Legem præstantissimam in manus Mosis Prophetæ, filii Amran.

Tradiditque illam Moses Josuæ, filio Nun.

Tradiditque illam Josua filius Nun τῷ Anathal.

Tradiditque illam Anathal τῷ Jehud.

Rubr. [illegible]

Nigr. [illegible]

Rubr. [illegible]

Nigr. [illegible]

Tradiditque illam Jehud τῷ Samgar.

Tradiditque illam Samgar τῷ Baruk

Tradiditque illam Baruk τῷ Gideon

Tradiditque illam Gideon τῷ Abimelech

Tradiditque illam Abimelech τῷ Taleg

Tradiditque illam Taleg τῷ Babin Gilaaditæ.

Tradiditque illam Babin τῷ Jiphtach.

Tradiditque illam Jiphtach τῷ Ephran.

Tradiditque illam Ephran τῷ Elul ex Tribu Zebalon.

Tradiditque illam Elul τῷ Abdan.

Tradiditque illam Abdan τῷ Shimshon forti.

Tradiditque illam Shimshon τῷ Helkanah, filio Jerachmu, filio Jehud. Ille autem fuit pater Samuelis Prophetæ. De quo Helkana mentio est initio Libri Regum primi.

Tradiditque illam Helkana τῷ Eli sacerdoti

Tradiditque illam Eli Samueli Prophetæ.

Tradiditque illam Samuel Nathani Prophetæ.

Tradiditque illam Nathan τῷ Gad Prophetæ.

Tradiditque illam Gad Propheta Shemajæ Doctori (Socio).

Tradiditque illam Shemaia τῷ Iddo Doctori.

Tradiditque illam Iddo Achiæ,

Tradiditque illam Achia τῷ Abihu.

Tradiditque illam Abihu Eliæ Prophetæ.

Tradiditque illam Elia discipulo suo Elisæo.

Tradiditque illam Elisæus Malachiæ Prophetæ.

Tradiditque illam Malachia τῷ Abdiahu.

Tradiditque illam Abdiahu τῷ Jehuda.

Tradiditque illam Jehuda Zachariæ doctori.

In diebus illis venit Bachthansar, Rex Babel, & vastavit domum sanctuarii, & in captivitatem duxit filios Israelis in Babel. Et post captivitatem Babel,

Tradidit illam Zecharia Doctor Esaiæ Prophetæ, filio Amos

Tradiditque illam Esaia Ieremiæ Prophetæ.

Tradiditque illam Ieremia Propheta Chizkieli.

Tradiditque illam Chizkiel Propheta Hoseæ Prophetæ, filio Bazi.

Tradiditque illam Hosea Ioieli Prophetæ.

Tradiditque illam Joiel τῷ Amos Prophetæ.

Tradiditque illam Amos Obadiæ.

Tradiditque

Tradiditque illam Obadia τῷ Jonan Prophetæ, filio Mathi, filii τȣ̃ Armelah, qui fuit frater Eliæ Prophetæ.

Tradiditque illam Jonan Michæ Morashitanitæ, (qui

Tradidit illam) τῷ Nachum Alkoufitæ.

Tradiditque illam Nachum τῷ Chabakuk Prophetæ.

Tradiditque illam Chabakuk Sophoniæ Prophetæ.

Tradiditque illam Sophonia Chaggæo Prophetæ.

Tradiditque illam Chaggæus Zechariæ Prophetæ filio Bershiæ.

Tradiditque illam Zecharia Malachiæ captivus.

Tradiditque illam Malachia Ezræ Doctori.

Confer Tſemach David, & Maimon. Præfat. ad Seder Zeraim in Pocokii Porta Moſis p. 36.

Tradiditque illam Ezra τῷ Shamai Antiſtiti. Et Jadua τῷ Samean, Samean tradidit illam Antigono.

Tradiditque illam Antigonus Joſepho filio Johezeris (&) Joſepho filio Gjuchanan.

Tradiditque illam Joſeph Jehoſuæ filio Barachiæ.

Tradiditque illam Jehoſua Nathani Arbelitæ.

Tradiditque illam Nathan Shimeoni, Seniori filio Shetach.

Ipſe eſt, qui portavit Meſſiam in ulnis ſuis.

Simeon tradidit illam Jehudæ

Jehuda tradidit illam Zechariæ ſacerdoti.

Tradiditque illam Zecharia ſacerdos, pater Johannis Baptiſtæ, Joſepho Doctori ex Tribu ſua

Tradiditque illam Joſeph Hanani & Caiaphæ. Ab iſtis autem ablatum eſt Sacerdotium, & regnum, & Prophetia.

Iſti fuerunt doctores usque ad Adventum Meſſiæ; ambo erant ſacerdotes filiorum Iſraelis.

Fuit itaque ſumma Antiſtitum venerabilium honorabilium fides de hac Lege præſtantiſſima quinquaginta ſex Sacerdotum, exceptis Hanan & Caiapha.

Iique ſunt qui illam tradiderunt in ultimis diebus Reipublicæ filiorum Iſraelis, neque amplius extitere Sacerdotes poſt iſtos.

Hæc eſt Hiſtoria eorum, quæ contigerunt circa legem præſtantiſſimam.

Dixit Armius, Author Libri Temporum. Anno decimo nono regni Ptolomæi Regis, juſſit ut congregarentur

Seniores filiorum Israelis, ut sibi in manus præsentarent Librum Legis, & ut singuli eorum præsto essent ad explanandos sensus ejus.

Adstiterunt itaque Seniores, secum habentes Legem præstantissimam. Tunc jussit, ut unusquisque eorum interpretaretur sibi librum Legis.

At ille repugnabat (dissentiebat ab expositione) Expositioni, quam transtulerant Seniores. Et jussit Seniores detrudi in carceres & vincula.

Et arreptum Librum Legis conjecit in altam fossam, & immisit super illam ignem & cineres fervidos, per septem dies. Tum postea præcepit, ut conjicerent lutum civitatis in illam fossam, in qua erat Liber Legis. Et impleta fuit fossa usque ad summum.

Mansit Lex sub stercore in illa fossa per septuaginta annos, & non periit, neque corruptum fuit ex ea vel unum folium.

Anno vigesimo primo regni *Apianuti Regis* eduxerunt Librum Legis e fossa, & ne unum quidem folium ex ea erat corruptum.

Et, post Ascensionem Christi in cœlum, venit Rex Titus, filius Aspasiani, Regis Romæ, in Ierusalem, obseditque & cepit illam. Et destruxit ædificium domus secundæ, quam ædificaverant filii Israel. Destruxit Titus Rex domum sanctuarii; Interfecit omnes, qui erant in ea ex Judæis, & ædificavit Tsionem in sanguine eorum. Et post illam deportationem (captivitatem) dispersi sunt Judæi in servitutem. Neque amplius congregati sunt in civitatem Jerusalem, neque usquam revertendi spes est.

Postquam igitur vastata fuit Jerusalem; tradidit (tradiderunt) illam (Legem) Shemaia & Antalia (Abtalion) Reges Baalbach * civitatis, quam ædificaverat olim Soliman (Salomo), filius Davidis Regis, quæque denuo restaurata fuit in diebus Menasse Regis, qui medium secuit Esaiam Prophetam cum serra.

*Heliopolis Syriæ

Rex Adrianus ex filiis Edom obsedit Baalbach, cepitque illam & occidit omnes, qui erant in illa ex Judæis, quotquot erant de Prosapia Davidis, in servitutem redegit.

Et dispersi sunt Judæi per universam terram, quemadmodum prædixerat Deus excelsus: & dispergam vos inter gentes, & dissipabo vos inter populos.

Atque hæc sunt, quæ ad nos pervenerunt de Historia istius Libri præstantissimi.

Explicit Præfatio.

In

IN nomine Dei Æterni, Sempiterni, Maximi Misericordis Miseratoris.

Rubr. ܒܣܡ ܐܠܠܗ ܐܠܣܪܡܕ ܐܠܐܙܠܝ ܐܠܟܒܝܪ
ܐܠܪܚܡܢ ܐܠܪܚܝܡ ܀

Incipimus cum auxilio Dei describere librum Legis, & Expositionem ejus prout exposuerint Patres puri (sancti), docti, optimi.

Nigr. ܢܒܬܕܝ ܒܡܥܘܢܬ ܐܠܠܗ ܒܟܬܒ
ܟܬܐܒ ܐܠܬܘܪܗ ܘܬܦܣܝܪܗ ܟܡܐ ܦܣܪܘܗ
ܐܠܐܒܐ ܐܠܛܐܗܪܝܢ ܘܐܠܡܥܠܡܝܢ ܐܠܐܒܪܐܪ ܀

Hæc itaque Expositio Libri primi. Qui quidem est Liber creationis, Entium creatorum.

ܘܗܕܐ ܬܦܣܝܪ ܣܦܪ ܐܠܐܘܠ. ܘܗܘ ܣܦܪ
ܐܠܟܠܝܩܗ ܬܟܘܝܢ ܐܠܟܐܝܢܐܬ ܀

Sectio Prima

De creatione Cœli & Terræ

ܐܠܐܨܚܐܚ ܐܠܐܘܠ.
ܦܝ ܟܠܩܗ ܐܠܣܡܐ ܘܐܠܐܪܨ. Gen. I, 1.

Gen. I, 1. Initio creavit Deus &c.

ܦܝ ܐܠܒܕܝ ܟܠܩ ܐܠܠܗ
ܕܐܬ ܐܠܣܡܐ ܀ ܘܕܐܬ ܐܠܐܪܨ ܀

Laud. A. 182.

في البدي خلق الله السما والارض
وكانت الارض غير منظورة وغير
مستعدة والظلمة علي الغمر ✡

2. ܘܟܐܢܬ ܐܠܐܪܨ ܓܝܪ ܡܢܛܘܪܗ ܀
ܘܓܝܪ ܡܗܝܐ ܘܓܝܪ ܡܣܬܥܕܗ ܘܟܐܢܬ
ܐܠܛܠܡܗ ܥܠܝ ܘܓܗ ܐܠܓܡܪ ܘܪܘܚ
ܐܠܠܗ ܬܪܦ ܥܠܝ ܘܓܗ ܐܠܡܐ ܀

[* In hoc MS. codice Laudiano (num. A. 182.) cujus initium e regione apposui, eadem extat Præfatio Arabicis literis, cum ea, quam descripsi. Sed nulli sunt Commentarii ad versionem. Hunc codicem laudat Pokockius in sua Præfatione ad variantes Lectiones Arabici Pentateuchi Saadiani. Tomo Sexto Bibl. Polyglott. Londin., atque etiam mentionem facit istius Successionis Pontificum usque ad Annam & Caipham. Ibi quoque laudat nostram Catenam sub nomine duorum Commentariorum in Pentateuchum literis Syriacis dialecto Arabica &c. quorum versionis Specimen exhibet in numer. 5.]

3. ܘܩܐܠ ܐܠܠܗ ܬܟܘܢ ܐܠܢܘܪ ܦܟܐܢ ܐܠܢܘܪ ܀

4. ܘܪܐܝ ܐܠܠܗ ܐܠܢܘܪ ܚܣܢ ܀ ܘܦܨܠ
ܒܝܢܗ ܘܒܝܢ ܐܠܛܠܡܗ ܦܝܠ ܀

5. ܘܣܡܝ ܐܠܠܗ ܐܠܢܘܪ ܢܗܐܪ ܀
ܘܣܡܝ ܐܠܛܠܡܗ ܠܝܠ. ܘܟܐܢ ܡܣܐ
ܘܟܐܢ ܨܒܐܚ ܝܘܡ ܘܐܚܕ ܀

Expositio in illud, quod dixit Deus.

Rubr. ܐܠܬܦܣܝܪ ܦܝܡܐ ܩܐܠ ܐܠܠܗ ܀

Et quidem Beatus Propheta, Magnus ille Moses, scripsit Librum hunc, appellavitque & titulo insignivit Librum Entis, id est, Entium creatorum كون enim significat id quod existit &c.

Nigr. ܦܐܡܐ ܐܠܛܘܒܐܢܝ ܐܠܢܒܝ ܐܠܥܛܝܡ
ܡܘܣܝ ܟܬܒ ܗܕܐ ܐܠܣܦܪ ܘܣܡܐܗ
ܘܠܩܒܗ ܣܦܪ ܐܠܟܝܢ ܐܥܢܝ ܬܟܘܝܢ
ܐܠܡܟܘܢܐܬ ܀ ܘܬܦܣܝܪ ܟܝܢ ܐܠܡܘܓܘܕܐܬ ܀ ܐܠܝ
ܐܠܐܒܐ ܟܐܢ ܟܬܒܗ ܓܡܥܗ ܟܐܠܐܬܝ ܀
ܘܠܗܡ ܢܚܘ ܡܢܗܐ ܦܝ ܦܐܘܠ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܀ ܘܠܐ
ܣܦܝܗܡ ܒܥܕܗ .....

[* Patrum nomina, ex quibus concinnatus est hic Commentarius sive Catena in Pentateuchum, sunt hæc præcipua, quæ hic apponam, prout occurrunt in decursu Operis. Primus est Mar Ephrem Syrus, deinde Basilius Episcop. Cæsareæ, Mar Jacobus Rohaviensis, Joh. Chrysostomus, Origenes, Mar Jacobus Episc. Serugiensis, Epiphanius Episcopus insulæ Cypri, Dionysius, Ibn. Selib, Cyrillus, uterque Episcop. Hierosolym & Alex., Ibn. Batrik, Hippolytus, qui ubique appellatur Expositor sive Interpres Targum, Philoxenes Episcop. منبيحي, Evagrius, Athanasius Patriarcha Alexandrinus &c.

** Hippolytus noster circiter 40 loca commentatus est, in hoc opere. Primus locus, ubi occurrit nomen Hippolyti, est in Gen. cap. VI, 17. ut sequitur.]

Sectio 2. 3.

Gen. VI, 17. ET dixit Dominus; Et ego missurus sum aquas Diluvii super terram ad perdendum omne corpus, in quo &c.

Dixit Hippolytus expositor Targhumista, Nomina uxorum filiorum Noah hæc sunt: nomen uxoris Sem Nahalath Mahnuk, et nomen uxoris Cham Zedkat Nabu, et nomen uxoris Japheth Arathka. Hæc autem sunt nomina earum in Syriaco Targhum (*quæ sequuntur sic erant expressa ut puto Syriace in versione aliqua Syriaca*) Uxoris Sem, nomen Nahalath Mahnuk. Uxoris Cham nomen Zedkat Nabu. Uxoris Japheth nomen Arathka.

Indicavit itaque Deus Noacho, certioremque illum fecit de adventu Diluvii & de interitu vastatorum (impiorum).

Jussitque Deus Altissimus, ut descenderet de monte Sancto, ipse & filii ejus & uxores filiorum ejus, & ut fabricaret Navem (Arcam) trium contignationum (sive Tabulatorum).

Contignatio inferior erat pro bestiis (feris) rapacibus, agrestibus, noxiis. Inter illas erant Asseres sive trabes ligneæ, quæ eas ab invicem separarent, quominus mutuo coirent. Contignatio media erat pro avibus variisque earum generibus.

Confer. Pirke R. Eliezer cap. 23.

Contignatio denique superior erat pro Noacho ipso, filiisque ejus, pro conjuge ipsius, & uxoribus natorum ejus.

Fecit etiam Noah ostium navi a latere orientali.

Fabricavit etiam conditoria aquæ & promptuaria ciborum.

Postquam igitur imposuit finem fabricandæ navi, ingressus est Noah cum filiis suis Sem, Cham & Japheth in cavernam Thesaurorum.

Et quidem primo aditu feliciter invenerunt corpora Patrum, Adami, Sethi, Enoshi, Kainanis, Mahalalielis, Jaredi Mathusalachi, Lamechi. Octo illa Corpora erant in conditorio Thesaurorum, videlicet Adami, Sethi, Enosi, Kainanis, Mahalalielis, Jaredi, Mathusalachi, Lamechi.

Tulit autem Noah corpus Adami. Tuleruntque Filii ejus Munera. Portabat Sem Aurum, Cham Myrrham, Japheth Thus. Deinde egressi e caverna Thesaurorum, transtulerunt Munera & corpus Adami in Montem Sanctum.

Gen. VI, 17. [illegible]

Cumque

Cumque sedissent juxta corpus Adami ex adverso Paradisi, cœperunt lamentari & flere jacturam Paradisi.

[illegible]

Tum descendentes de Monte Sancto sublatisque oculis versus Paradisum redintegrarunt fletum & ejulatum, æternum vale dixerunt his verbis: Vale (Pax tibi) o Paradise Dei. Vale, o domicilium Religionis & puritatis. Vale o Sedes voluptatis & deliciarum.

[illegible]

Tum amplexi sunt Lapides montis Sancti & arbores, fleveruntque & dixerunt: Vale o domicilium bonorum. Vale o mansio corporum Sanctorum.

[illegible]

Deinde triduo completo, descendit Noah, cum filiis suis & uxoribus natorum suorum de monte Sancto ad radices montis Sancti ad locum Navis. Erat enim (Arca) sub prominentia (l' Abry) montis Sancti.

[illegible]

Et ingressus est Noah in Navem; deposuitque corpus Adami & Munera in medio Navis super Feretro ligneo, quod recipiendo corpori præparaverat

[illegible]

Admonuitque Deus Noachum dicens: Fac tibi crepitacula e ligno Buxi (vel cupressi). שמשאר autem est lignum dictum Sagh i. e. Platanus Indica.

[illegible]

Fabrica etiam malleolum ejus (tintinnabulum) ex eodem (ligno). Longitudo autem crepitaculi erit trium cubitorum integrorum & latitudo ejus unius cubiti cum dimidio.

[illegible]

Et præcepit ei Deus, ut pulsaret crepitacula per singulos dies tribus vicibus. Videlicet prima vice summo diluculo; secunda vice, in medio diei; & tertia vice ad occasum solis.

[illegible]

Accidit autem, statim atque pulsasset Noah crepitacula, ut protinus accurrerent filii Cainis & filii Vahimi ad ipsum; quos admonuit & perterruit narrando de adventu proximo Diluvii, & de interitu jam jam festinante & imminente.

[illegible]

Ea vero fuit misericordia Dei erga illos, ut converterentur & resipiscerent, sed non morem gesserunt filii Cainis Noacho, in eo quod illis prædicabat. Et congregavit Noah ex omnibus volucribus omnis generis paria, mares & fœmellas; atque ita etiam ex omnibus bestiis, tam cicuratis quam sylvestribus, paria & paria.

[illegible]

Sectio 4.

ad Genes. Cap. VII, v. 6.

Gen. 7, 6. DIxit Hippolytus Expositor Syrus Targum: invenimus in Exemplari antiquo Hebræo, Deum præcepisse Noacho, ut ordine disponeret bestias feroces in contignatione sive Tabulato inferiore, & divideret Mares a fœmellis, asseribus ligneis interpositis.

Atque ita fecit omnibus bestiis (feris) jumentis; & etiam volucribus in Tabulato medio.

Jussit autem (Deus) ita separari mares a fœminis decentiæ & honestatis causa, ne scilicet commiscerentur ad invicem.

Dixit porro Deus Mosi: provide cibaria tibi ipsi & natis tuis. Et sint ex tritico molito, pisto, subacto aqua, exsiccato. Et jussit illico Noach conjugi suæ & uxoribus filiorum suorum, ut strenue incumberent subigendo massam & reconderent in furno. Subegerunt ergo massam, & pinsuerunt ferme quantum ipsis sufficeret, adeo ut non remaneret nisi perparum.

Et admonuit Deus Noachum dicens ei: Quisquis annunciaverit tibi de adventu Diluvii primus. Perdes illum ipso momento. Interea vero uxor Chami adstabat immissura panem ingentis molis in furnum. Et subito profluxit aqua e furno juxta verbum Domini, & penetravit, dissolvit scaturigo aquæ panem. Exclamavit itaque uxor Cham ad Noachum dicens ei. O Domine venit Verbum Dei, *Venit illud quod promisit (prædixit) Deus.* Exequere igitur id, quod præcepit Dominus.

Cumque audivisset Noah verba uxoris Cham, dixit ei; jam ergo venit Diluvium. Dixit ei uxor Cham: Tu dixisti hoc.

Admonuit autem Dominus derepente dicens Noacho, ne perdas uxorem Chami; nam ab ore tuo cœpit perditio, (primus dixisti: venit Diluvium). Ad vocem Noachi venit Diluvium, et subito scaturigo dissolvit illum panem.

Et apertæ sunt Cataractæ Cœli, & aquæ pluviæ ingruerunt super terram. Nempe illa vox, quæ olim dixerat: *Congregentur aquæ in locum unum & appareat terra.* Eadem vox permisit, ut sponte sua erumperet scaturigo aquarum, & fluxus marium & eduxit aquas.

Gen. 7, 6. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] *Hæc sunt Syriaca*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Recogita

Recogita, quid dixerit Deus de Mundo: Humilientur omnia excelsa ejus, & humiliata sunt; & eleventur humilia ejus de profundis ipsius.

[illegible]

Et facta fuit terra vacua privata Entibus suis, quemadmodum erat initio.

[illegible]

Et quidem pluvia descendebat desursum, & terra erumpebat deorsum. Et periit compositio mundi, abruptus fuit ordo ille primitivus. Factusque est Mundus, qualis erat ab initio desolatus ab aquis, quæ illum inundaverunt. Neque relictum fuit ex ejus Entibus quicquam in integritate sua.

[illegible]

Pessumdata fuit structura prior, & deformis fuit terra fluctu aquarum ingruentium super illam, & magnitudine inundationum ejus, & multitudine imbrium, & eruptione abyssorum ejus, aquis perpetuo erumpentibus. Denique relicta fuit qualis erat antea.

[illegible]

Sectio 5.

ad Genes. Cap. VIII. v. 1.

Gen. VIII, 1. Dixit Hippolytus, Expositor Targum, & Dominus meus, Jacobus Rohaviensis, vigesimo septimo die mensis Jiar, qui est mensis secundus Hebræus, elevata fuit Arca ab introitu (a radicibus) Montis Sancti, jamque illam portabant aquæ, & super illis in gyrum circumacta fuit versus quatuor Mundi cardines. Arca igitur a monte sancto tetendit Orientem versus, tum reversa est in Occidentem, deinde conversa fuit ad Meridiem denique Orientem versus tendens appulit ad montem Kardu, die primo mensis decimi. Atque is est Mensis Kanun secundus.

Ita Targum Onkelos Gen. 8,4. Targum Jonathan קרדון

Gen. VIII, 1. [illegible]

Et egressus est Noah ab Arca vigesimo septimo die mensis Jiar anno secundo; nam Arca morata per quinque menses integros natando fluctuavit super aquas, & spatio dierum quinquaginta & unius appulit ad terram. Neque postea adhuc fluctuavit. Sed tantummodo successive obversa fuit versus quatuor cardines terræ, ac denique iterum substitit Orientem versus. Dicimus autem id fuisse Signum Crucis. Arca autem fuit instar Christi, qui expectabatur. Illa enim Arca fuit causa salutis Noachi & filiorum ejus; itemque Jumentorum, ferarum, & volatilium. Christus autem, quando passus fuit in Cruce, liberavit nos a criminibus & peccatis, & abluit nos in sanguine suo purissimo.

[illegible]

L Et

Ita Targum Onkelos Gen. 8,4.

Et quemadmodum reversa fuit Arca in Orientem, appulitque ad montem Kardu; ita etiam Christus perfecto & completo opere, quod sibi proposuerat, reversus est in cœlum in sinum Patris sui, & sedit super solio gloriæ suæ, ad dextram Patris.

[illegible]

V. Fuller. Misc. Sacr. lib.1,c.4.& Bochart. Phaleg. p.22.

Quoad montem Kardu, is est in Oriente in regione filiorum Rabaa, appellántque illum Orientales montem Godash (*Gordyæum*), vocant autem Arabes & Persæ Ararat.

[illegible]

Et est civitas, cui nomen est Kardu, & mons iste ab ea sic appellatur, qui quidem altissimus est & inaccessibilis, ad cujus verticem nemo unquam potuit ascendere propter vim ventorum & aeris procellarum, quæ ibi perpetuo regnant. Quod si quis autem attentaverit conscendere, irruunt in illum Dæmones, & de montis jugo in planitiem præcipitem dejiciunt, & moritur. Nemo autem novit, quid sit in superficie montis, nisi quod quædam reliquiæ ligni Arcæ adhuc jacent in superficie verticis montis.

[illegible]

Sectio 10.

ad Deut. Cap. XXXIII, v. 1.

Deut. XXXIII. 1.

Dixit Hippolytus Expositor Targum, quod Moses, cum absolvisset hanc Prophetiam, benedixit etiam super omnes filios Israel, per singulas tribus seorsim, & precatus est pro illis.

[illegible]

Deut. XXXIII. 1.

Deinde admonuit Deus Mosen dicens ei: Ascende in montem Nebo, qui quidem cognitus est nomine Montis Hebræorum qui est in terra Moab contra faciem Jericho.

[illegible]

Et dixit ei; Contemplare terram Canaan, quam Ego daturus sum filiis Israel in hæreditatem. Tu vero nequaquam ingredieris in illam, quapropter intuere illam a longe. Quum ergo contemplaretur illam Moses, vidit illam terram, terram virentem, omni copia & ubertate abundantem, frequentibus consitam arboribus, & obstupuit Moses & flevit.

[illegible]

Et cum descendisset Moses de monte Nebo, vocavit Josuam filium Nun, & dixit ei coram filiis Israel; confortare & esto robustus. Tu enim introducturus es filios Israel in terram, quam promisit Deus Patribus eorum, se illis daturum in hæreditatem. Ne ergo timeas a populis, neque reformides a gentibus; nam Deus erit tecum.

[illegible]

Et

Hoc nomine Mohammedani suas Traditiones appellant præter Alkoranum.

Et scripsit Moses illam Sennam [Hebr. משנה Secundariam Legem sive Deuteronomium] tradiditque illam sacerdotibus filiis Levi, præcepitque illis dicens: Usque ad septem annos occultate hanc Sennam, neque manifestetis illam in integro decursu septem annorum. (*Tuncque*) in festo Tabernaculorum legent sacerdotes filii Levi hanc Legem coram filiis Israel, ut observent, omnis populus, tam viri, quam fœminæ, Sermones Dei. Præcipe, ut custodiant verbum Dei, quod est in illa Lege. Quisquis autem violaverit unum ex istis præceptis, esto maledictus.

Postquam itaque complevisset Moses Scriptionem Legis, tradidit illam Josuæ filio Nun præcepitque, ut traderet eam filiis Levi sacerdotibus. Præcepit quoque illis Moses & jussit, ut reponerent librum Legis intra Arcam fœderis Domini, ut ibi maneret in testimonium in æternum.

Quumque finem præcipiendi fecisset Moses, jussit ei Deus, ut ascenderet in montem Nebo, qui est ex adverso Jericho. Ostendit illi Dominus universam terram Promissionis a quatuor cardinibus ejus, a Deserto usque ad Mare, & a mari usque ad Mare. Dixitque illi Deus. Tu quidem illam vidisti oculis tuis, at vero nequaquam ingredieris in illam. Mortuus est itaque illic Moses, Servus Dei, jussu Dei. Et sepelierunt eum Angeli in monte Nebo, qui est ex adverso Beth Phegor.

Et nemo novit Sepulchrum ejus usque ad hunc diem. Occultavit enim Deus sepulchrum ejus.

Vixit autem Moses centum & viginti annos; neque caligaverat visus ejus, neque corrugata erat pellis vultus ejus.

Mortuus fuit Moses die quodam hora tertia diei, Septimo die mensis secundi, qui est mensis Jiar.

Et lamentati sunt super eo filii Israelis in campestribus Moab per tres dies.

Impletusque fuit Josua filius Nun Spiritu sapientiæ; Nam Moses imposuerat manum suam super illo. Et obedierunt ei omnes filii Israelis. Admonuitque Deus Josuam filium Nun die quodam, nempe die septimo mensis Nisan.

Vixit autem Josua filius Nun, centum & decem annos, & mortuus est die quarto, qui fuit dies primus mensis Elul. Et sepelierunt eum in civitate Thamnatserach in monte Ephraim.

Laus Deo pro perfectione (operis).

ܘܥܐܫ ܝܫܘܥ ܐܒܢ ܢܘܢ ܡܐܝܗ ܘܥܫܪܐ
ܣܢܝܢ. ܘܡܐܬ ܦܝ ܝܘܡ ܐܠܪܐܒܥ (ܐܠܐܪܒܥܐ)
ܦܝ ܐܘܠ ܝܘܡ ܡܢ ܫܗܪ ܐܝܠܘܠ. ܘܕܦܢܘܗ
ܦܝ ܩܪܝܗ ܬܡܢܐܬܣܪܚ ܦܝ ܓܒܠ ܐܦܪܐܝܡ.
ܘܐܠܡܓܕ ܠܠܗ ܟܡܐܠܗ ܐܡܝܢ.

Tempus, quo exaratus est codex Huntlingdonianus num. 84.
ex quo hæc potissimum descripsimus,
sic notatur.

Fuit autem finis Scriptionis hujus Legis, & Expositionis ejusdem ultimo (die) Tishrin primi, die Parasceves (Veneris) hora nona. Eratque Annus Millesimus octingentesimus octogesimus nonus, Per manum contemptibilem Servi Dei Kas Marpha Nam.

ܘܟܐܢ ܐܠܦܪܐܓ ܡܢ ܟܬܐܒܗ ܗܕܗ ܐܠܫܪܝܥܗ
ܘܬܦܣܝܪܗܐ ܐܟܪ ܬܫܪܝܢ ܐܠܐܘܠ ܦܝ ܝܘܡ
ܐܠܓܡܥܗ ܦܝ ܣܐܥܗ ܬܐܣܥܗ ܘܟܐܢ ܦܝ ܣܢܗ
ܐܠܦ ܘܬܡܐܢܡܐܝܗ ܬܣܥܗ ܘܬܡܐܢܝܢ ܥܠܝ ܝܕ
ܐܠܚܩܝܪ ܥܒܕ ܐܠܠܗ ܩܣ ܡܪܦܗ ܢܐܡ.

In fine paginæ Arabicis Literis
hæc habentur.

Operam dabamus huic Libro benedicto optimo (scribendo,) nomine (jussu) Schamas Ibn Kas Ibrahim e civitate celeberrima Kathor, Amen.

تغير في هذا الكتاب المبارك حسن
باسم شامس ابن قس ابرهيم من قرية
المعمورة القصور امين ۞

continet folia 240.

Alter codex inter Bodleianos
num. NE. c. 3. 3. sic habet.

Fuit finis Exemplaris hujus Libri benedicti præstantissimi, Anno Millesimo octingentesimo nonagesimo primo Græco, ex annis (sive Æræ) Ascandri Græci filii Philippi. Idque per manum hominis contemptibilis, peccatoris - - - - - qui dignus non est, cujus nomen inscribatur Libro Spirituali, qualis est hic.

ܟܐܢ ܐܠܦܪܐܓ ܡܢ ܢܣܟܗ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ
ܐܠܡܒܐܪܟ ܐܠܫܪܝܦ ܦܝ ܣܢܗ ܐܠܦ ܘܬܡܐܢ
ܡܐܝܗ ܘܘܐܚܕ ܘܬܣܥܝܢ ܝܘܢܐܢܝܗ ܡܢ ܣܢܝܢ
ܐܣܟܢܕܪ ܐܠܝܘܢܐܢܝ ܐܒܢ ܦܝܠܝܦܘܣ.....
ܘܒܝܕ ܐܠܥܒܕ ܐܠܚܩܝܪ ܐܠܟܐܛܝ.....ܐܠܕܝ
ܐܣܬܚܩ ܐܢ ܝܟܬܒ ܐܣܡܗ ܦܝ ܟܬܐܒ
ܪܘܚܐܢܝ ܡܬܠ ܗܕܐ.

Et in Margine idem annus notatur numericis literis.

Scribebat Anno 1891 Græcorum in Beroea civitate.

ܟܬܒ ܣܢܗ ܐܨܦܐ ܝܘܢܐܢܝ ܒܡܕܝܢܬ ܚܠܒ.

Continet folia 254.

Leontius Byz. lib. I. contra Nestorium & Eutychen

Græce MS. in Bibl. Bodlej. inter Codices Laudanos A. 33.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου Ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τῶν Εὐλογιῶν τοῦ Ἀβραάμ.

Ἵνα δὲ δειχθῇ τὸ συναμφότερον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τήν τε τοῦ Θεοῦ οὐσίαν καὶ τὴν ἐξ ἀνθρώπων, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. Ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς ἀνθρώπου οὐ γίνεται, ἀλλὰ δύο. Ἔδει οὖν τὸν Χριστὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτην γενόμενον παρ' ἀμφοτέρων ἀῤῥαβῶνά τινα εἰληφέναι, ἵνα φανῇ δύο προσώπων μεσίτης.

S. Hippolyti Episcopi & Martyris ex Benedictionibus Abraam. *

Ut demonstretur utramqve qvidem in se habere substantiam, scilicet DEI, & Hominum, sicut Apostolus ** ait *Mediator qvidem DEI & hominum homo CHristus JEsus: mediator autem unius* hominis *non est* sed duorum. Oportebat ergo, ut Christus factus mediator DEI & Hominum, ab utriusqve arrhabonem qvandam acciperet, ut appareat mediator duarum naturarum.

* In Latina versione edita Leontii, *ex Benedictionibus Balaam*, vitiose, ut opinor. ** Galat. III. 20.

Isidorus Hispalensis in Genes. XXIII. p. 296.

Jam seqvitur deinde ipsa benedictio Jacob, qvæ tamen qvid figuraliter indicaverit, Hippolyti martyris verba, sicut ea excellentissimæ scientiæ ac doctrinæ Hieronymus replicavit, in hoc loco ponenda sunt. Isaac, inqvit, portat imaginem DEI Patris. Rebecca &c. *Eadem qvæ supra T. 1. p. 266. ex S. Hieronymi Epistola CXXV. ad Damasum adscripsi.*

Concilium Lateranense A. C. 649. * Martino I. Papa, sessione V.

T. VI. edit. Labbeanæ p. 281.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου Ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τοῦ περὶ Θεολογίας λόγου.

Τὸ θέλειν ἔχει ὁ Θεός, οὐ τὸ μὴ θέλειν. Τρεπτοῦ γὰρ τοῦτο καὶ προαιρετοῦ. ἀϊδίῳ γὰρ θελήματι Θεοῦ ἕπεται τὰ γινόμενα, ᾧ καὶ γενόμενα μένει σωζόμενα.

Sancti Hippolyti Martyris, de sermone Theologiæ, id est Deitatis.

Velle habet DEus, non enim non velle, qvoniam hoc vertibilis est & eligentis: sed sempiternam voluntatem seqvuntur qvæ fiunt, per qvam & facta manent servata.

* Perperam excusum A. 642. supra T. 1. p. 235. & 281.

Idem p. 287.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου, Ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς εἰς τὸ Πάσχα ἐξηγήσεως.

Ὅλος ἦν πᾶσι καὶ πανταχοῦ, γεμίσας δὲ τὸ πᾶν πρὸς πάσας τὰς ἀερίους ἀρχὰς γυμνὸς ἀντεπεδύσατο, καὶ πρὸς ὀλίγον βοᾷ παρελθεῖν τὸ ποτήριον, ἵνα δείξῃ ἀληθῶς ὅτι καὶ ἄνθρωπος ἦν, μεμνημένος δὲ καὶ διὸ ἀπεστάλη, καὶ βοᾷ· Πάτερ, μὴ τὸ θέλημά μου· Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

S. Hippolyti Episcopi & Martyris de Homilia Dominicæ Paschæ.

Totus erat in omnibus & ubiqve, adimplens vero omnia a) ad omnes aërios principatus nudus re despoliatus est; b) & ad parvum clamat transire calicem c) ut ostendat vere qvia & homo erat; reminiscens autem & propter qvod missus est & clamat. d) *Pater, non mea voluntas,* Et e) *Spiritus qvidem promptus, caro autem infirma.*

a) Luc. XXI. 22. b) Psal. VIII. 5. c) Matth. XXVI. 27. d) Luc. XXII. [illegible] e) Matth. XXVI. 41.

Vetus Calendar. Mutinense ad calcem libri Pontificalis Agnelli à V. C. Benedicto Bacchino editi Mutinæ 1708. 4.

Idibus August.	*S. Hippolyti & Cassiani.*
X. Cal. Sept.	*S. Hippolyti & Timothei.*

Menologium apud H. Canisium T. 2. Antiqvar. Lect. p. 833.

Post S. Stephanum ordinatus est Pontifex Sixtus, interfectus & ipse postea cum sanctis Martyribus, Laurentio & Hippolyto.

M SAMUE-

SAMUELIS PETITI

Eclog. Chronolog. lib. III. cap. 2. p. 122. seq.

(*edit. Parif. 1632. 4.*)

ILLUSTRARUNT viri magni luculentam illam Hippolyti Episcopi Inscriptionem, qva ejus Heckædecaëteris describitur, ex eodem nos etiam, Deo dante, aliqvod attollere lumen, eidémqve præferre conabimur:

ΕΤΟΥC. Α. ΒΑCΙΛΕΙΑC. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. &c. *ut supra T. I. p. 38.*

Habes hâc Tabellâ Cyclum Paschalem septem Heckædecaeteridum, qvi ab Hippolyto institutus est, qvo, non tantum in eundem mensis diem recurrit qvartadecima Nisan, qvod fit Octaeteride, sed etiam in eandem feriam .: Eccam tibi.

ANNI. HECKÆDECAETERIDIS.	ANNI QVALITAS	DIES. IN. QVEM. CADIT. XIV.	FERIÆ. IN. QVAS. CAD. XIV. NIS. I. HECK.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
I.	Embol.	XIII. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
II.		II. Aprilis.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
III.	Bissext.	XXI. Martij.	I.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.
IV.	Embol.	IX. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
V.		XXIX. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
VI.		XVIII. Martij.	I.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.
VII.	Bissext. Embol.	V. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
VIII.		XXV. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
IX.	Embol.	XIII. Aprilis.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV.
X.		II. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
XI.	Bissext.	XXI. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
XII.	Embol.	IX. Aprilis.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV.
XIII.		XXIX. Martij.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
XIV.		XVIII. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
XV.	Bissext. Embol.	V. Aprilis.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV.
XVI.		XXV. Martij.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.

Primus annus Cycli harum Heckædecaëteridum Paschalium cadit in primum annum imperij Alexandri Mammeæ Filij. Habes in hujus Inscriptionis fronte ἔτους ά βασιλείας Ἀλεξάνδρου Αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΔΙ τοῦ Πάσχα εἰδοῖς Ἀπριλλίαις σαββάτῳ, ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου. Idémqve in altero latere : ἔτει Ἀλεξάνδρου Καίσαρος τῷ α ἀρχῇ. Eusebius Historia VI. cap. XXII. Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων, μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα, ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος; καί ἵνα κανόνα ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προσθείς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. E qvibus verbis (nam capite præcedenti scripse-

ſcripſerat Euſebius Alexandrum Imperatorem factum fuiſſe,) liqvido conſtat de ætate Hippolyti, floruit nempe Alexandro Mammeæ Filio imperante. Qvod autem præſcribit frons hujus Inſcriptionis, primum Periodi Heckædecaëteridum Hippolyti annum fuiſſe primum Alexandri, Chriſti Dionyſianum ducenteſimum viceſimum ſecundum, verum eſt: Nam ut Qvartadecima Luna incidat in Eidus Aprileis Sabbato, eo ſeculo non potuit contingere, niſi anno Chriſti Dionyſiano ducenteſimo viceſimo ſecundo, numero aureo XIV. Cyclo Solis VII. litera Dominicali F. ut optimè obſervat vir Illuſtris: Nihil autem novi ad hanc rem attulit Hippolytus, ut aliqvid in emboliſmis, aut Neomeniis immutaverit atqve innovaverit, ſed propter aliqvam feriarum ſeriem à ſe in duabus Octaëteridibus deprehenſam & obſervatam, ex Octaëteride Heckædecaëteridem fecit. Habebant igitur antiqviores illam Octaëteridem, qvam ab iis accepit, nec interpolavit Hippolytus. Ejuſqve Octaëteridis titulus & epocha fuit, ſi qvid judicio, ab anno Natali Domino noſtri Jeſu Chriſti. Id ut conjiciamus facit hæc Periodus Heckædecaëteridum Hippolyti: Nam primus Octaëteridis annus is eſt, qvo vertente natus eſt Dominus, nimirum annus ab Orbe condito termilleſimus nongenteſimus qvadrageſimus ſeptimus. Id liqvebit, ſi ab hoc anno termilleſimo nongenteſimo qvadrageſimo ſeptimo numeres ad annum Dionyſianum ducenteſimum viceſimum primum, utroqve termino incluſo, ſunt enim anni ducenti viginti qvatuor; qvos ſi per Octaëterides dividas, nulli anni reliqvantur, ſed ſunt viginti octo Octaëterides integræ, ſive qvatuordecim Heckædecaëterides, ſive duæ ſeptem Heckædecaëteridum Periodi: Anno vero ducenteſimo viceſimo ſecundo Dionyſiano nova cepit Octaëteris. Diximus in ſuperioribus annum, qvo in crucem actus eſt Dominus, fuiſſe qvintumdecimum Tiberii vertentem, duobus Geminis Coſſ. viceſimum nonum Dionyſianum, ab Orbe condito termilleſimum nongenteſimum ſeptuageſimum octavum, Cyclo Solis X, literâ Dominicali B. Eundem annum Paſſionis Dominicæ habes in hoc Hippolyti laterculo; nam anno ultimo ſecundæ Heckædecaëteridis adſcribitur Lectio ΠΑΘΟΣ. ΧΤ, qvo anno Qvartadecima Niſan cadebat in diem viceſimumqvintum Martij, feria ſexta, qvia nempe feria ſexta, viceſimo qvinto Martij die Chriſtus in crucem actus eſt, qvod fieri non potuit, niſi litera Dominicali B. hoc eſt, hoc anno termilleſimo nongenteſimo ſeptuageſimo octavo: & certè ab anno termilleſimo nongenteſimo qvadrageſimo ſeptimo ad annum termilleſimum nongenteſimum ſeptuageſimum octavum, anni ſunt, utroqve termino incluſo, triginta duo. Qvare optimè annus ultimus ſecundæ Heckædecaëteridis, ſive triceſimus ſecundus, is dicitur, qvo celebratur τὸ πάθος Χριστοῦ, qvia anno ultimo ſecundæ Heckadecaëteridis, ſive triceſimo ſecundo, ab anno ſuo Natali, in crucem actus eſt Dominus, feria ſexta; die Martij viceſimoqvinto. Qvanqvam in eo non ſumus, ut exiſtimemus Judæos uſos eſſe hac Octaëteride, non enim anno, qvo paſſus eſt Dominus, omnes Judæi Paſcha comederunt viceſimo qvinto Martij die, perinde ac ſi is dies eſſet Qvartadecima Niſan; imo contra ex Hiſtoria Evangelica conſtat Qvartam decimam Niſan incidiſſe tunc in diem præcedentem, eo itaq; Chriſtus Paſcha comedit: At vero Pontifices & pleriqve ceteri in diem viceſimum qvintum Martij diſtulerunt, ὑπερβατον μίαν ἡμέραν ποιοῦντες διὰ ἰσημερίαν. Nam Judæi diligenter hoc avebant, ut jam ante diximus, ne in comedendo Paſchate æqvinoctium vernum anteverterent; qvod tamen cavere non potuiſſent, ſi hac uſi fuiſſent Octaëteride: Tamen ea uſos fuiſſe Judæos ante tempora Chriſti, etiam ab ipſa Exodo, veteribus videtur Chriſtianis perſuaſum; & certè, ut numerabant veteres, qvorum Chronologiam vide apud Clementem Alexandrinum, ab Exodo ad Chriſti Natalem annum interceſſerunt, δετίας centum nonaginta novem Octaëterides, & annus Chriſti Natalis eſt primus ducenteſimæ Octaëteridis. Anno enim ab Orbe condito, ut numerant, termilleſimo octingenteſimo qvarto contigit Exodus ab Ægypto. Ab Exodo ad Babylonicam captivitatem ſub Sedekia alij annos numerant octingentos nonaginta duos, alij vero mille & qvinqve: Qvibus adde annos qvingentos octoginta ſeptem ad annum uſqve qvadrageſimum primum Auguſti, eo excluſo. Qvare erunt anni mille qvingenti nonaginta duo ab Exodo Hebræorum ad annum, qvo vertente natus eſt Dominus, ac proinde ſunt Octaëterides centum nonaginta novem; Cepitqve Octaëteris ducenteſima anno Natali Domini. Qvanqvam non videtur ante tempora Chriſti Octaëteridis caput fuiſſe hic annus primus, qvo Paſcha incidebat in Eidus Aprileis, ex Hippolyti qvidem ſententia: Nam huic intervallo, qvod eſt ab Exodo ad Babylonicam captivitatem, mille & qvinqve annorum, annos præterea tres largiebatur de ſuo noſter Hippolytus; ut apud Georgium habes; Ἰεχονίας, ὁ καὶ Ἰωακεὶμ, μῆνας γ'. ἄλλοι δὲ ἔτη γ, ὡς καὶ ἱερὸς Ἱππόλυτος. Fiunt igitur anni mille & octo, qvibus adde annos qvingentos octoginta ſeptem, exſur-

get summa annorum mille qvingentorum nonaginta qvinqve; qvibus per octo divisis tres reliqvantur. Seqvens igitur annus, qvo vertente natus est Dominus, erat qvartus Octaëteridis ducentesimæ, ex Hippolyti sententia; sed primus à Christianis factus est in honorem Christi: Hinc factum, ut ei adscribatur Lectio γένεσις χριστοῦ, eoqve lubentius, qvod non deessent qvi natum Christum assererent mense Aprili. Statuebat igitur Hippolytus, meo judicio, caput Octaëteridis ab Exodo ad Christum annum qvi nunc sextus est. Ab anno vero Natali Christi primus Octaëteridis factus est, qvi olim qvartus fuerat. Qvod autem attinet ad Lectiones illas, qvæ in cellulis areæ Laterculi includuntur, novem illæ omnino sunt, ΓΕΝΕϹΙϹ ΧΡΙϹΤΟΥ: ΕΖΕΧΙΑϹ.: ΙΩϹΕΙΑϹ.: ΕΞΟΔΟϹ.: ΚΑΤΑ ΔΑΝΙΗΛ.: ΕϹΔΡΑϹ.: ΕΝ. ΕΡΗΜΩ.: ΠΑΘΟϹ. ΧΡΙϹΤΟΥ.: ΙΗϹΟΥϹ. Harum una scilicet: ΠΑΘΟϹ. ΧΡΙϹΤΟΥ, non legebatur uno qvoqve anno, qvo qvarta decima Nisan incidebat in diem vicesimum qvintum Martij, sed eo tantùm, qvo vicesimus qvintus Martii dies erat feria sexta, in memoriam Christi, qvi illo ipso die & feria passus fuerat. Ceteræ Lectiones octo sunt destinatæ, singulæ singulis Octaëteridis annis: Atqve ut dicam qvod sentio, anno primo, qvo qvarta decima Nisan cadit in Eidus Aprileis, legitur ΓΕΝΕϹΙϹ ΧΡΙϹΤΟΥ, qvia, ut jam diximus, Christus à veteribus credebatur natus anno, qvo Quartadecima Nisan fuit Eidibus Aprilibus, volebantqve nonnulli natum esse mense Aprili. ΕΞΟΔΟϹ est Lectio anni sexti, qvo Qvartadecima Nisan fuit decimo octavo Martij die: Is enim annus olim erat caput Octaëteridis: Qvare & anno seqventi adsignanda est Lectio ΕΝ ΕΡΗΜΩ. Qvod vero ad Lectionem ΙΗϹΟΥϹ (eadem est, sed corruptè à qvadratario scripta ΙΗΩΧϹ.) attinet, nulli dubitamus verè retulisse Illustrem Scaligerum ad Johannis caput XIII. & esse anni tertij suspicamur, qvo Qvarta decima Nisan est vicesimo primo, vel vicesimo secundo Martij die: Nam non defuerunt è veteribus, qvi Christum passum assererent vicesimo tertio Martij die. Lectio ΙΩϹΕΙΑϹ est anni secundi, cujus Qvartadecima Nisan cadit in diem secundum Aprilis: Nam Josias celebravit Pascha anno imperij sui decimo octavo, qvi erat nongentesimus septuagesimus tertius: Ergo erat annus qvintus centesimæ vicesimæ secundæ Octaëteridis: At qvia mutavit ab anno Natali Domini caput Octaëteridis, annus ille qvintus factus est secundus, qvo Pascha celebrabatur secundo Aprilis die. ΕΖΕΧΙΑϹ est Lectio anni qvarti, cujus Qvartadecima Nisan est nono Aprilis die. Ezechias Pascha celebravit, anteqvam vastities Israelis veniret: Venit autem anno qvarto Ezechiæ ineunte: Ergo ante annum imperii sui qvartum hoc Pascha celebravit Ezechias. Rursum anno primo Ezechiam non potuisse celebrare tam solemne Pascha nemo dubitabit, qvi attentius Sacram Historiam expendet. Qvare existimamus hoc Pascha celebratum fuisse ab Ezechia anno secundo, qvi est octingentesimus septuagesimus primus ab Exodo: Est ergo annus septimus Octaëteridis, qvi à Natali Christi factus est qvartus Octaëteridis, & Pascha celebratum est nono Aprilis die. ΚΑΤΑ ΔΑΝΙΗΛ est Lectio anni qvinti, cujus Qvarta decima Nisan cadit in vicesimum nonum diem Martij: Oratio enim illa habetur anno primo Darij Nabonidi: Ab Exodo autem ad Babylonicam captivitatẽ sunt anni mille & octo ex Hippolyti sententia. Annus vero primus Darij Nabonidi est tricesimus secundus à captivitate sive millesimus qvadragesimus ab Exodo: Est igitur annus octavus centesimæ tricesimæ Octaëteridis, qvi factus est à nato Christo qvintus, ejusqve Qvartadecima Nisan fuit die vicesimonono Martij. ΕϹΔΡΑ est Lectio anni octavi, cujus Qvartadecima Nisan est vicesimo qvinto Martij die: Nam à captivitate ad Darij Nothi annum sextum, qvo celebratum est Pascha Esdræ VI. anni sunt centum septuaginta & unus: ab Exodo ad captivitatem mille & octo: Unde exurgit numerus annorum mille centum septuaginta & novem: Qvare est annus tertius centesimæ qvadragesimæ octavæ Octaëteridis, qvi factus est octavus, ex qvo series illius, nato Christo, mutavit.

HECKÆDECAETERIDEM Cycli Paschalis postqvam dedit in vulgus Hippolytus Episcopus, vitium illius deprehensum est: Nam anno qvartodecimo primæ Heckædecaëteridis Hippolyti, rursum anno sexto qvintæ, Pascha Christianorum incidebat in ipsam æqvinoctii verni sedem, qvæ tunc erat vicesimus secundus Martij dies: Anno vero sexto tertiæ, & qvartodecimo sextæ Heckædecaëteridis, incidebat ante æqvinoctium vernum, nempe in diem vicesimum Martij: Rursum deniqve anno sexto qvartæ, & qvartodecimo septimæ Heckædecaëteridis, cadebat Pascha Christianorum ante æqvinoctium vernum in diem vicesimum primum Martij. Cùm igitur argueretur hæc Octaëteris Hippolyti, nec ritè secundum hunc Cyclum Pascha à Christianis posset celebrari; cavebatur enim vetu-

vetustissimo Canone, ne Pascha ante æqvinoctium vernum, cujus, ætate Hippolyti sedes fuit vicesimus secundus Martij, celebraretur: Εἴ τις Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχατος ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω. Octaëteridem hanc Hippolyti correxit Dionysius Alexandrinus, qvi sub Decio, & Valeriano floruit, & scripsit, referente Eusebio Histor. Libro VII. Fecit igitur annum Octaëteridis è communi embolimæum, ne Pascha à Christianis ante æqvinoctium vernum, id est, ante vicesimum secundum Martij diem, celebraretur; id testantur ἑορταστικαὶ Dionysii ipsius Epistolæ, de qvibus Eusebius: τούτων, τὴν μὲν, Φλαυΐῳ προσφωνεῖ· τὴν δὲ, Δομετίῳ, καὶ Διδύμῳ· ἐν ᾗ καὶ κανόνα ἐκθέθειται ὀκταετηρίδος, ὅτι μὴ ἄλλοτε, ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκει Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν περιστάμενος. Correxit igitur Octaëteridem Hippolyti Dionysius Alexandrinus, & annum illius qvintum, qvi communis erat, embolimæum fecit. Qvod ab illo qvando sit factum investigemus. Canonem hunc suæ Octaeteridis scripsit Dionysius ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ, ut auctor est Eusebius, idqve Valeriani, non Decij; liqvet è serie & contextu Historiæ Eusebij, sed & rebus ipsis comprobamus. Non enim ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ Decij scripsisse constat; nulla qvippe offerebatur occasio, cùm nullo eorum annorum, qvi intercesserunt ab anno primo Alexandri ad tempora Decij, & insecutis qvoqve ad annum Christi Dionysianum ducentesimum qvinqvagesimum nonum usqve, Pascha Christianorum anteverterit sedem æqvinoctij verni, hoc est diem vicesimum secundum Martij. Qvare Dionysius Alexandrinus nonnisi ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ Valeriani correxit Octaeteridem Hippolyti, & novam præscripsit. Valerianus autem in Christianos persecutionem movit anno Christi ducentesimo qvinqvagesimo septimo, ut habes in Chronico Eusebij, nec ante, ut est auctor idem Eusebius, annum Christi ducentesimum atqve sexagesimum, *Valeriano in Persas ducto, Gallienus nostris pacem reddidit.* Cepit vero Periodus Heckædecaeteridum Hippolyti anno primo Alexandri, sive anno Christi Dionysiano ducentesimo vicesimo secundo: Exinde si numeres, annus ducentesimus qvinqvagesimus nonus est tricesimus octavus Periodi septem Heckædecaëteridū Hippolyti, sive annus sextus tertiæ Heckædecaeteridis, qvo anno qvartadecima Nisan incidebat in diem decimum octavum Martij, feriâ sextâ, ac proinde Pascha à Christianis celebrabatur seqventi Dominica, qvæ erat dies vicesimus Martij; unde Pascha Christianorum antevertebat æqvinoctium vernum, cujus sedes erat ea tempestate dies vicesimus secundus Martij. Qvod non tulit Dionysius Alexandrinus, ut qvi sciret ὅτι μὴ ἄλλοτε, ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκει Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν. Correxit itaqve Octaeteridem Hippolyti, & annum qvintum, ut Pascha Christianorum anno sexto in diem vicesimum Martii caderet, è communi embolimæum fecit Dionysius; atqve exinde exsurgit Octaeteris Dionysii, & primus annus illius est annus Christi Dionysianus ducentesimus qvinqvagesimus octavus, sive annus qvintus Heckædecaeteridis Hippolyti: cujus en Laterculum.

ANNI Christi.	ANNI Octaeteridis.	ANNI QVAlitas.	DIES QVARTÆ decimæ Nisan.
258.	I.	Embol.	XXIX. Martij.
259.	II.	Bissext.	XVII. Aprilis.
260.	III.		V. Aprilis.
261.	IV.	Embol.	XXV. Martij.
262.	V.		XIII. Aprilis.
263.	VI.	Bissext.	II. Aprilis.
264.	VII.	Embol.	XXI. Martij.
265.	VIII.		IX. Aprilis.

Ex Rev. Viri

GEORGII BULLI

Presbyteri Anglicani & deinde Episcopi S. Davidis

Defensione Fidei Nicanæ Sect. II. cap. VIII. p. 98. seq. Opp.

CAjo Presbytero succenturiandus est S. Hippolytus Martyr & Episcopus Portuensis, (qvod ab Anastasio Bibliothecario discimus,) qvi floruit Alexandro Mammeæ filio imperante, hoc est circiter annum Christi 220. Is a) in opusculis contra Beronem & Helicen apud Anastasium in Collectaneis, duplicem in Christo naturam accurate discernit, & divinam eandem plane esse demonstrat, qvæ est in Patre. Nam Christum dicit Θεὸν ἄπειρον ὁμᾶ, καὶ περίγραπτον ἄνθρωπον ὄντα τε καὶ νοούμενον, τὴν οὐσίαν ἑκατέρε τελείως τελείαν ἔχοντα, i. e. *Deum infinitum simul, & circumscriptum hominem esse & intelligi, utriusqve substantiam perfectam perfecte habentem.* Ejusdem est illustris hæc de Christi divina simul & humana natura confessio, qva certe à nemine unqvam, vel post Concilium Nicænum, expressior aut significantior edita fuit: b) τὸ γὰρ θεῖον, ὡς ἦν πρὸ σαρκώσεως, ἔςι καὶ μετὰ σάρκωσιν κατὰ φύσιν ἄπειρον, ἄσχετον, ἀπαθὲς, ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον, αὐτοσθενὲς, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ὑφεςὸς οὐσιῶδες, μόνον ἀπειροσθενὲς ἀγαθόν, i. e. *Divinitas, ut erat ante incarnationem, est & post incarnationem secundum naturam infinita, incomprehensibilis, impassibilis, inalterabilis, inconvertibilis, per se potens, & ut totum dicam, substantiale qvid subsistens, qvod solum infinita virtutis bonum sit.* Nec mirabitur qvisqvam hæc tam præclara & magnifica de Filio Dei protulisse Hippolytum, qvi meminerit ipsum fuisse discipulum (ut veteres tradiderunt) Clementis Alexandrini; qvi de Christo vero Deo ὡς ἔγγιςα θεολογεῖ, qvemadmodum supra ostendimus.

II. Hæc autem cum tam clara ac diserta sint, Sandius c) nullam aliam evadendi viam cernere potuit, qvam ut audacter, pro more scil. suo, pronuntiaret, *Opuscula de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Helicen Serm. 1, apud Anastasium in Collect. non esse Hippolyti.* Sed videamus, qvibus ille rationibus suam hanc decretoriam sententiam, veteris & magni illius Bibliothecarii (in MSS. antiqviorum Patrem codicibus, pro officio suo, versatissimi) judicio oppositam, tueatur. *Nec Eusebius*, inqvit, *nec Hieronymus tractatus ejusmodi meminerunt.* Qvasi scilicet omnia omnium veterum Doctorum scripta Eusebius & Hieronymus commemoraverint. Sed & Eusebius d) diserte profitetur se plenum operum Hippolyti catalogum neutiqvam exhibuisse; dum post recensita qvædam ejus scripta, hæc subjungit; πλεῖςά τε ἄλλα καὶ παρὰ πολλοῖς εὕροις ἂν σωζόμενα· i. e. *Et alia plurima apud multos asservata licet reperire.* Eusebii autem catalogo paucissima Hippolyti scripta addidit Hieronymus. Sane haud minori verisimilitudine contendere potuisset Sandius, Hippolytum nullius unqvam Ecclesiæ Episcopum fuisse; siqvidem & Eusebius & Hieronymus locum Episcopatus ipsius prorsus ignorarunt, & ab Anastasio demum illud didicimus. En & alteram ejus ratiunculam! *Vel Sabellianum*, inqvit, *vel Eutychianum eorum excerptorum auctorem fuisse necesse est, ob hæc ejus verba:* ὁ τ' αὐτὸν ὢν τῷ πατρὶ, γενόμενος τ' αὐτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν. *Utraqve autem loqvendi formula hæretica est Ignatio Epist. ad Trall. cum dicit hæreticos docere τ' αὐτὸν εἶναι πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον & post: οὐδὲ γὰρ τ' αὐτὸν Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Si enim τ' αὐτὸν identitatem subsistentiæ denotare dicatur, manifestissimus est Sabellianismus; sin unitatem essentiæ & naturæ, apertissimus est Eutychianismus.* Qvibus respondeo· τ' αὐτὸν in priori membro loci, unitatem essentiæ & naturæ omnino denotare, non subsistentiæ identitatem, qvam solam impugnavit spurius ille Ignatius, qvem citat Sandius. Neque hinc tamen concedendum, Eutychianismum confirmari in verbis illis τ' αὐτὸν τῇ σαρκί. Ut hominis intolerabilem sive inscitiam, sive fraudulentiam clarius perspicias, en tibi, Lector, integrum Hippolyti locum e): *Sermo sive Filius Dei*, inqvit, τροπὴν οὐχ ὑπέμεινεν, μηδ' ἐν παντελῶς, ὁ τ' αὐτὸν ὢν τῷ πατρὶ, γενόμενος τ' αὐτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν· ἀλλ' ὥσπερ ἦν δίχα σαρκὸς, πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε, i. e. *Mutationem non passus est, nec in ullo prorsus, in qvo idem est cum Patre, factus est idem cum carne, propter exinationem. Sed cujusmodi erat absqve carne, ita mansit extra omnem circumscriptionem.* Vides, Hippolytum hic non affirmare, sed expresse negare, Verbum sive Filium Dei post incarnationem, in ullo prorsus idem factum fuisse cum carne. Sane nihil contra Eutychis insaniam expressius dici potuit. Sed adhuc instat Sandius: *Porro*, inqvit, *auctorem Sabellianum fuisse, abunde liqvet ex ejusdem verbis*

a) Hippolytus Sermone 1, apud Anastas. in collect. p. 210. b) ibid. p. 211. c) Sandius de Scrip. Eccl. p. 27. d) Vide Euseb. Hist. Eccl. lib. 6. c. 22. e) Anastas. in Collect. p. 210.

verbis apud Anastasium, qvibus Filio ἀγεννησίαν tribuit. Nam Ignatius d. l. scribit Hæreticos (Simonianos Sabellii præcursores) Christum ἀγέννητον putare. Scilicet ludit hic & ludificari voluit Lectorem suum sophista erassa homonymia vocabuli ἀγεννησίας. Supra ostendi voces ἀγέννητος & ἀγένητος à scriptoribus Ecclesiasticis, præsertim qvi Nicæna Synodo anteriores fuerunt, promiscue usurpari; ita ut tam ἀγέννητον qvam ἀγένητον significet id qvod increatum vel non factum sit, qvo sensu Filium ἀγέννητον expresse dixit verus Ignatius. Vide qvæ supra disseruimus hujus Sect. cap. 2, n. 6. Recte itaqve, licet barbare, Anastasius vocem ἀγεννησία ab Hippolyto usurpatam vertit, *infactio*. Piget de tam obviis & notis toties Lectorem monuisse.

IV. Speciosior est objectio eorum, qvi probare conantur hæc Excerpta non esse Hippolyti, qvod in iis hæresis Eutychetis, qvi Hippolyto longe posterior fuit, clare refellitur. His ex Canisio respondet Possevinus in Apparatu, errorem de permistione naturarum in Christo, contra qvem disputat Hippolytus, non cum Apollinari & Eutyche demum natum & introductum, sed longe antiqviorem esse, cum illius Justinus Martyr meminerit in expositione fidei. Falsi fortasse fuerunt Canisius & Possevinus in eo, qvod expositionem fidei Justino Martyri tribuerint; errorem tamen, de permixtione naturarum in Christo, Apollinari & Eutychete antiqviorem esse; qvin & ab Ecclesiæ Doctoribus, qvi Hippolytum antecessere, impugnatum fuisse aliunde certissime constat. Pluribus illud testimoniis probare potuissem. Sed unico Tertulliani loco contentus ero. Ita igitur ille in libro ipsius indubitato contra Praxeam cap. 27, de Verbi incarnatione disserit: *De hoc qværendum, qvomodo Sermo caro sit factus, utrumne qvasi transfiguratus in carne, an indutus carnem? Imo indutus. Cæterum Deum immutabilem & informabilem credi necesse est, ut æternum. Transfiguratio autem interemptio est pristini. Omne enim qvodcunqve transfiguratur in aliud, desinit esse qvod fuerat, & incipit esse qvod non erat. Deus autem neqve desinit esse, neqve aliud potest esse. Sermo autem, Deus, & Sermo Domini manet in ævum, perseverando scilicet in sua forma. Qvem si non capit transfigurari, conseqvens est, ut sic caro factus intelligatur, dum sit in carne, & manifestatur, & videtur, & contrectatur per carnem: qvia & cætera sic accipi exigunt. Si enim sermo ex transfiguratione & demutatione substantiæ caro factus est, una jam erit substantia Jesus ex duabus, ex carne & Spiritu mixtura qvadam, ut electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse, id est, Spiritus, neqve argentum, id est, caro, dum alterum altero mutatur, & tertium qvid efficitur, neqve ergo Deus erit Jesus. Sermo enim desiit esse, qvi caro factus est. Neqve homo caro; caro enim non proprie est, qvia Sermo fuit. Ita ex utroqve neutrum est, aliud longe tertium est, qvam utrumqve. Sed enim invenimus illum directo & Deum & hominem expositum —— certe usqveqvaqve filium Dei & filium hominis, sine dubio secundum utramqve substantiam in sua proprietate distantem; qvia neqve Sermo aliud qvam Deus, neqve caro aliud qvam homo. Sic & Apostolus de utraqve ejus substantia docet: Qvi factus est, inqvit, ex semine David; hic erit homo & filius hominis: qvi definitus filius Dei secundum Spiritum, hic erit Deus & Sermo Dei, Filius. Videmus duplicem statum, non confusum, sed conjunctum in una persona, Deum & hominem Jesum.* Hæc Tertullianus Hippolyto antiqvior, qvibus contra Eutychetis hæresim nihil expressius aut efficacius dictum unqvam fuit. Qvis tamen pro egregio sophista illum non haberet, qvi hinc concluderet, Librum adversus Praxeam Tertulliani non esse, sed Auctoris, qvi demum post Eutychetem scripsit? Sed nimirum ut in mundo, ita in Ecclesia eadem semper recurrit fabula, & qvas posterior ætas novas hæreses appellat, eæ sunt revera pristini tantum errores renovati, atqve ab orco revocati.

V. Qvid autem sibi vult Auctor Irenici, f) cum hæc Hippolyti fragmenta rejicit ut *nuperrime producta*? An nuperrimus ipsi est Anastasius, cujus in Collectaneis illa excerpta extant & tanqvam Hippolyti extra controversiam genuina producuntur, qvi ante 800 annos floruit? Nunqvid vero suspicatur collectanea ista, qvæ anno 1620 edidit Sirmondus, Anastasii Bibliothecarii non esse? Atqvi ipse Anastasius in præfatione indubitati operis, Historiæ nempe Ecclesiasticæ, sive Chronographiæ tripartitæ, se Auctorem eorum Collectaneorum aperte profitetur, exponitqve (ut observavit P. Labbæus) nonnulla ex iis opusculis, qvæ Latinitate à se donata, in istam collectionem conjecerat. Qvod autem præterea objicit Anonymus, qvædam in excerptis illis reperiri, de æternitate Filii, qvæ repugnant doctrinæ Hippolyti in opere ipsius indubitato contra hæresim Noeti, qvam frivolum id sit, cum ad Sectionem tertiam de Filii τῷ συναϊδίῳ ventum est, clare ostendam. Frustra qvoqve idem est, cum ex eodem libro adversus Noetum locum hunc adducit, tanqvam Auctoris excerptorum theologiæ repugnantem: *Nec enim Verbum per se, & sine carne, perfectus filius erat, cum tamen esset perfectum Verbum unigenitus: neqve caro per se, sine Verbo subsistere poterat, qvia in Verbo habebat τὴν ὑπόστασιν, id est, in Verbo subsistebat.* Scilicet non ita insaniit Hippolytus, ut

f) Daniel Zwickerus Irenic. p. 67.

ut diceret, (qvod dixisse illum Anonymus voluit,) Verbo sive Unigenito qvicqvam intrinsecæ perfectionis revera accessisse ex carnis assumptione; imo contrarium aperte docet. Nam primo diserte ait, Dominum nostrum perfectum fuisse Verbum & unigenitum ante incarnationem. Deinde clare docet, Verbum sive Unigenitum adeo ex carne humana non melioratum esse, ut caro illa ipsam suam subsistentiam Verbo debeat. Qvid ergo, inqvies, voluit Hippolytus, cùm ait Verbum & unigenitum sine carne perfectum non fuisse filium? Voluit, inqvam, manifeste τὸν λόγον ante incarnationem non omni filiationis genere, ut ita dicam, defunctum fuisse, sive nondum fuisse omni modo, qvo Pater voluit, Dei Filium. Scilicet Domino nostro triplicem nativitatem & filiationem attribuerunt Veteres. Prima est, qva ut λόγος ex mente Patris ab æterno natus fuit. Ex hac nativitate perfecta hypostasis divina extitit; nec ipsi qvicqvam postea accessit, sed potius cæteræ nativitates συγκαταβάσεις fuerunt sive condescensiones Filii Dei. Altera nempe nativitas est, qva ὁ λόγος à Deo Patre, apud qvem, cum nihil adhuc præter Deum existeret, adeoqve ab æterno fuerat, κατ᾽ ἐνέργειαν exivit, ac tanqvam ex utero ejus prodiit, seqve demisit ad condenda universa. Tertia demum nativitas tum fuit, cum idem ὁ λόγος caro factus est, & è sinu Patris in uterum beatissimæ virginis illapsus, homo ex ipsa natus est per inumbrationem Spiritus S. Hæc fuit τοῦ λόγου extrema συγκατάβασις, (à nobis hominibus, adeoqve ab ipsis Angelis æternum adoranda,) qva peracta, perfectus Filius Dei factus est, hoc est, ut dixi, omni filiationis genere defunctus est: siqvidem cæteræ filiationes, qvæ humanam Christi naturam spectant, ex hac dependent, atqve ex ipsa conseqvuntur. Hæc fusius explicabimus ad Sectionem illam 3 de Filii τῷ συναϊδίῳ. Interim illud observandum est, inter ea, qvæ Irenici auctor ex libro Hippolyti contra Noetum adduxit, tanqvam Catholicæ, id est Nicænæ Fidei contraria, qvædam esse, qvæ illam ipsam fidem egregie confirmant. Hujusmodi est illud: *Cum alium dico*, (nempe Filium à Patre,) *non duos Deos dico, sed tanqvam lumen ex lumine & aqvam ex fonte, aut radium à sole: una enim virtus ex toto, totum vero Pater, ex qvo virtus, Verbum: hoc vero mens sive sensus, qvi prodiens in mundum, ostensus est puer Dei.* g) *Omnia igitur per eum facta sunt, ipse solus ex Patre genitus.* Ubi Patrem & Filium, persona distinctos, unum tamen esse Deum inde probat, qvod Filius non sit Deus à seipso, sed Deus de Deo, atqve ex Patre tanqvam lumen ex lumine, & aqva ex fonte, & radius à sole prodeat: & Filium diserte eximit ex numero rerum à Deo factarum, illum solum ex ipso Deo Patre genitum pronuntians: qvæ cum Nicæna confessione omnino conspirant. Neqve cuiqvam offendiculo esse debet, qvod ibidem Hippolytus Patrem dicat *totum*, Filium vero *virtutem ex toto*. Nam totum recte dicitur Pater, qva est πηγὴ Θεότητος· siqvidem Divinitas, qvæ in Filio est & in Spiritu Sancto, Patris est, qvia à Patre derivatur. Apprime itidem Catholica sunt, qvæ mox ex eodem Hippolyti libro sophista adfert, nempe hæc: *Pater mandat, Verbum perficit, Filius autem ostenditur, per qvem Pater creditur. Oeconomia consensionis redigitur ad unum Deum. Unus enim est Deus, qui mandat Pater, qui obebit Filius, qui docet scientiam Spiritus Sanctus Pater, qui est super omnia, Filius per omnia, Spiritus S. in omnibus.* Hic scil. Hippolytus Patrem, Filium & Spiritum S. unum esse Deum aperte docet, & unicuiqve Trinitatis personæ omnipræsentiam tribuit, ac vim divinam qvæ cuncta pervadat. Qvod vero Patrem dicit *mandare*, Filium *obedire*, in eo consentientes secum & similiter loqventes habet alios Patres Orthodoxos, non modo Ante-Nicænos, sed & qvi post Concilium Nicænum floruerunt. Respice omnio, qvæ supra ad Irenæum disseruimus hujus Sectionis cap. 5, n. 6. Qvod itidem Patrem proprie super omnia esse dicit, id ad ἐξοχὴν illam Patris, qva Pater est, omnino referendum, qvam Catholici omnes agnoscunt. Sed qvid multis opus est? Ipse titulus libri adversus Noetum satis ostendit, qvam frustra prorsus Arianam inde blasphemiam adstruere conatus sit Irenici Auctor. Scilicet liber ita inscribitur: *Homilia de Deo Trino & Uno, & de mysterio Incarnationis contra hæresim Noeti.* Certe autem Deum Trinum & Unum nemo Arianus nisi sophistice ac veteratorie profiteri potest. Ac de S. Hippolyto hactenus.

JO.

g) In Græco textu qvi injuria temporum interiit, procul dubio legebatur: ὁ προελθὼν εἰς τὸν κόσμον, ἐφανερώθη ὁ παῖς Θεοῦ. Ita enim & in interpretatione Psalmi secundi sonant verba ejusdem Scriptoris, qvæ apud Theodoret. ὁ προελθὼν εἰς τὸν κόσμον Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἐφανερώθη. Cæterum Hippolyto qvoqve solenne fuisse Christum vocare τὸν παῖδα τοῦ Θεοῦ *puerum* sive potius *Filium DEI*, patet ex ejus Demonstratione de CHristo & Antichristo inserta Combefisii novissimo. Auctario Bibliothecæ Patrum, Parisiis 1672. Ibi enim non adeo multum ab initio hanc qvæstionem proponit: πῶς ἂν πάλαι τοῖς μακαρίοις προφήταις ἀπεκάλυψεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, αὐτὸς πάλιν, ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς. ὁ πάλαι μὲν λόγος τυχὼν ἐπιζητεῖς. *Qvomodo factum, ut beatis Prophetis olim revelationem dederit DEI Logos, ipse denuo DEI Filius, qui olim Logos erat, quæris.* Et paullo post: Εἷς γὰρ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς κ. λ. *Unus enim est DEI Filius.* Confer. Verba ex sect. 61. citata infra. Ita scilicet Hippolytus aliiqve antiqvi Patres CHristum appellarunt ex Esaiæ XLII. aliisqve locis, ubi DEUS de ipso ait: ἰδοὺ ὁ παῖς μου, qvanqvam παῖς ibi *servum* significet. Sed hæc obiter. *J. E. Grabe.*

JO. ERNESTI GRABII ANNOTATIO.

I.

ALia satis clara pro Deitate CHristi testimonia Hippolyti habentur inter plura ejus dicta à Theodoreto Dialogo II. Tom. IV. p. 88. seq. & Act. V. Concilii Lateranensis Tom. VI. Concil. Labbeo allegata. Sic dicta p. 88. ex Oratione de distributione talentorum hæc citantur verba: Τούτους δὲ καὶ τοὺς &c. (vide supra Hippolyti Operum T. I. p. 281.) Idem CHristum DEum appellavit sermone in Helcanam & Annam, ubi ita fatur: Τρεῖς καιροὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ &c. (ibid. p. 267.) Divinæ etiam omnipræsentiæ attributum CHristo adscripsit Tractatu in Pascha, ex quo hæc citato Concilior. Tomo col. 287. 288. habentur verba: ὅλος ἦν ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ, γεμίσας δὲ τὸ πᾶν πρὸς πάσας τὰς ἀερίους ἀρχὰς γυμνὸς ἀνταπεδύσατο, καὶ πρὸς ὀλίγον βοᾷ παρελθεῖν τὸ ποτήριον, ἵνα δείξῃ ἀληθῶς· ὅτι καὶ ἄνθρωπος ἦν. *Totus erat in omnibus & ubique, adimplens vero omnia, ad omnes aërios Principatus nudus redispoliatus est, & ad parvum clamat transire calicem, ut ostendat vere quia & homo erat.* Nota qvoqve dictum, *&* *homo*, qvoniam scilicet aliam insuper naturam habebat, & DEUS erat.

II. Accedunt alia qvoqve ejusdem Hippolyti verba ex ejus in Genesin commentario. Et periit qvidem iste commentarius; asservata tamen sunt qvædam ejus fragmenta in Catenis qvæ vulgo dici solent Patrum in dictum Mosis librum; qvorũ aliqva Romæ descripta Isaacus Vossius qvondam doctissimo D. Joanni Millio, hic vero pro singulari erga me favore eadem mihi benevole communicavit. Atqvi inter hæc in XLIX. Caput vers. 22. υἱὸς ηὐξημένος Ἰωσὴφ, seqventia habentur verba: Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, θεὸς ὑπάρχων ἐκ Θεοῦ, κεκένωκεν ἑαυτὸν κατὰ τὰς γραφὰς, καθεὶς ἐθελοντὴς ἑαυτὸν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν καὶ τὴν ἄδοξον ταύτην σάρκα ἠμπίσχετο,* καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ πέφηνε, γεγονὼς ὑπήκοος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ μέχρι θανάτου, ταύτῃ τοι λοιπὸν καὶ ὑπερυψῶσθαι λέγεται. Καὶ ὡς οὐκ ἔχων διὰ τὸ ἀνθρώπινον μονονουχὶ, καὶ ἐν χάριτος μοίρᾳ, λαμβάνει τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Ἀλλ' ἦν τὸ χρῆμα κατὰ τὸ ἀληθὲς οὐ δόσις ὡς ἐν ἀρχῇ τῶν οὐκ ἐνόντων αὐτῷ φυσικῶς, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· Νοοῖτο δ' ἂν μᾶλλον ἀναφοίτησις καὶ ἀναδρομὴ πρὸς τὸ ἐν ἀρχῇ καὶ οὐσιωδῶς καὶ ἀναποβλήτως ὑπάρχον αὐτῷ· *Qvandoqvidem unigenitum DEI Verbum, DEUS ex DEO existens* (observa ipsius Concilii Nicæni phrasin uti supra contra Noëtum p. 13. *lumen de lumine) exinanivit semetipsum juxta Scripturas, demittens semetipsum ultro in id qvod non erat, & vilem hancce carnem induit, atqve in servi forma apparuit, obediens DEO & Patri factus usqve ad mortem, eapropter de cætero & superexaltatus legitur: & tamqvam id proprie non habens propter humanam naturam, ac gratuiti instar doni, accepit nomen super omne nomen, secundum B. Pauli verba: sed ex rei veritate res ipsa tamen non erat donum eorum qvæ ab initio naturaliter non habuit; (longe aliter se res habet:) verùm potius reditus existimandus est & recursus ad id, qvod à principio essentialiter & inseparabiliter ei inerat.* Et paulo post ad ista verba, εὐλογίας πατρὸς καὶ μητρὸς, ita commentatur: Σαφῶς τι καὶ ἐναργῶς ἡ τε ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γέννησις τοῦ μονογενοῦς, καὶ διὰ τῆς ἁγίας παρθένου σημαίνεται, καθὸ νοεῖται καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος, υἱὸς γὰρ ὑπάρχων φυσικῶς τε καὶ ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δι' ἡμᾶς ἀνέτλη τὴν διὰ γυναικὸς τε καὶ μήτρας γέννησιν, καὶ μαστοὺς τεθήλακεν. Οὐ γέ τοι κατά τινας δοκήσει γεγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν πεφηνὼς ὅπερ ἐσμὲν, αὐτοὶ τοῖς τῆς φύσεως ἑπόμενοι νόμοις, καὶ τροφῆς ἠνέσχητο, καίτοι ζωὴν αὐτὸς τῷ κόσμῳ διδούς. *Clare atqve manifeste ea pariter qvæ est ex DEO & Patre generatio Unigeniti, ac qvæ per sanctam Virginem facta est, indicatur: juxta qvam creditur & visus est homo. Filius enim DEI & Patris naturaliter atqve vere existens, propter nos sustinuit eam qvæ fuit per Virginem atqve uterum generationem, & ubera suxit. Neqve enim ut qvibusdam videtur, putative fuit homo, sed idem vere apparuit qvod nos sumus, qvi Naturæ Leges seqvimur, & nutrimento usus est, qvam vis ipse Mundo vitam daret.* Deniqve ex Hippolyti Commentario in Benedictiones Balaami hæc citavit Leontius lib. 1. contra Nestorium & Eutychen, qvæ nunc Latine solum do, Græcum textum è MS. Cod. Bibl. Bodlej. in Spicilegio Patrum Sæculi III. DEO volente additurus. Ita vero sonant: *Ut demonstretur &c.* Vide ea Græce & Latine supra, p. 45.

III. Cæterum mirabitur fortasse Lector in Patrum monumentis versatus, qvare non ex Hippolyti scriptis de Antichristo testimonia pro Deitate CHristi adduxerim. Nam in tractatu *de consummatione Mundi & de Antichristo, atqve de secundo adventu Domini nostri JEsu CHristi,* mox ab initio p. 3. edit. Græcæ Paris. 1556. legimus τὴν τοῦ Θεοῦ διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν, *DEI per carnem adventum.* Et pag. 14. ὁ Πέτρος ἡ πέτρα τῆς πίστεως, ὃν ἐμακάρισε Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, κ. λ. Petrus, petra fidei,

O qvem

* Eadem sed minus integra, supra, p. 29.

** Longe hæc integriora qvàm qvæ supra p. 31.

qvem beatum prædicavit CHristus DEUS noster. Porro p. 30. loqvitur de ἰδίᾳ δυνάμει τῆς αὐτοῦ Θεότητος, *propria virtute Deitatis ejus.* Et mox: ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν σαρκικῶς ἡμῖν ἐπεδήμησε. *Etenim DEUS noster in carne versatus est nobiscum.* Deniqve pag. 40. mentionem facit Ethnicorum Christianos hortantium: ἀρνῆσαι τὸν Θεόν σου τὸν ἐσταυρωμένον. *Negato DEUM tuum crucifixum.* Similiter in Demonstratione de CHristo & Antichristo, qvam post Gudium edidit Combefisius in Auctario novissimo Bibliothecæ M. Patrum, sectio 6. ita incipit: Τοῦ μὲν οὖν Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τὸ βασιλικὸν καὶ ἔνδοξον ὡς λέοντος προκεκηρυγμένου κ. λ. *Cum igitur Dominus Jesus CHristus DEUS ob Regiam Majestatem ac Gloriam ut Leo prænunciatus sit &c.* Ibidem sect. 44. prædicat τὸν ἐν κοιλίᾳ τῆς παρθένου συνειλημμένον Θεὸν λόγον, *conceptum in utero Virginis DEUM Verbum.* Et sect. 61. Χριστὸν παῖδα Θεοῦ, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, *CHristum Filium DEI, DEUM & Hominem.* Ast non consultum duco certam veritatem incertis atqve dubiis probatum ire testimoniis, qvalia ea, qvæ modo producta sunt, saltem maximam partem, esse ingenue confiteor. Qvippe qvod priorem attinet tractatum, in ejus Codice MS. Barocciano plura inde citata nempe ex pag. 3. & 30. aut plane omissa, aut aliter exarata sunt, ut ex Variis ejus Lectionibus * in Spicilegio Patrum III. Seculi, DEO juvante, erudito orbi communicandis patebit. Similiter verba ex Sect. 6. Demonstrationis de Antichristo adducta, in loco parallelo alterius Tractatus (qvippe verbotenus hinc inde sibi consonant) ita expressa sunt p. 25. dictæ editionis: Τοῦ μὲν Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τὸ βασιλικὸν &c. Reliqva certiora qvidem sunt, attamen non omni prorsus dubio carent; qvod utrumqve Hippolyti scriptum, maxime prius, interpolatum esse videatur, ut in dicto Spicilegio pluribus demonstrabo. Neqve enim nunc ad ista digredi placet.

* Varias illas Lectiones ex eodem Codice Barocciano editioni novæ hujus libelli, adspersas habes in appendice ad T. 1. S. Hippolyti. Cæterum Spicilegium Patrum sæculi III. qvod Grabius parabat, fatis doctissimi Viri interceptum lucem haud vidit.

Idem GEORGIUS BULLUS Sect. 3.

cap. VIII. p. 219.

I.

VEnit nunc S. Hippolyti Martyris sententia paucis à nobis explicanda. Affirmat Sandius, a) docuisse ipsum, Filium paulo ante mundum conditum existere cœpisse. Locus autem, qvem respexisse Sandium existimo, habetur in Homilia de Deo trino & uno, & de mysterio incarnationis, contra hæresin Noeti. Ubi ita qvidem disserit Hippolytus b): *Deus solus cum esset, nihilqve sibi coævum haberet, voluit mundum efficere, & mundum cogitans, ac volens, & dicens effecit; continuoqve extitit ei factus, sicut voluit: & sicut voluit, perfecit. —— Satis igitur nobis est scire solum, nihil esse Deo coævum. Nihil erat præter ipsum; ipse solus multus erat. Nec enim erat sine ratione, (τῷ λόγῳ,) sine sapientia, sine consilio. Omnia erant in eo, ipse erat omnia. Qvando voluit, & qvomodo voluit, ostendit Verbum suum temporibus apud eum definitis; per qvem omnia fecit. Qvi cum vult facit, qvando cogitat, perficit, qvando loqvitur, ostendit, qvando format, sapientiam edit. Fecit igitur sicut voluit: Deus enim erat. Eorum autem qvæ facta sunt, ducem, consiliarium, & operarium generabat Verbum: qvod verbum cum in se haberet, essetqve mundo creato inaspectabile, fecit aspectabile, emittens priorem vocem, & lumen ex lumine generans, deprompsit ipsi creaturæ Dominum, sensum suum, & qvi prius ipsi tantum erat visibilis, mundo autem invisibilis, hunc visibilem facit, ut mundus, cum eum, qvi apparuit, videret, salvus fieri posset. Atqve ita assistit ei alius. Cum alium dico, non duos Deos dico, sed tanqvam lumen ex lumine & aqvam ex fonte, aut radium à sole: Una enim virtus ex toto, totum vero Pater, ex qvo virtus, Verbum: hoc vero mens, sive sensus, qvi prodiens in mundum, ostensus est puer Dei. Omnia igitur per eum facta sunt, ipse solus ex Patre genitus.*

II. Agnosco qvidem hic ab Hippolyto generationem qvandam Verbo, sive Filio Dei tribui, qvæ mundi creationem proxime antecesserit. Sed omnino nego de generatione loqvi Hippolytum proprie dicta, qvæ scil. Verbi fuerit productio, qvave Verbum ipsum, cum prius non existeret, existere cœperit. Huic commento totus Hippolyti sermo repugnat. Nam Deum ex æterno ita *solum* fuisse docet, ut interim *multum* fuisse affirmet. Qvomodo? Qvia scilicet Deus Pater nunqvam erat sine ratione (τῷ λόγῳ,) & sapientia, hoc est, sine Filio & Spiritu sancto; proinde non sine consilio, cum utrumqve sibi consiliarium habuerit. Nullus dubito, qvin hic sit sensus genuinus istorum Hippolyti verborum: *Nihil erat præter ipsum; ipse solus multus erat. Nec enim erat sine ratione* (procul-

a) Sand. nucleo Hist. Ecclef. lib. 1. p. 98.

b) Bibl. PP. To. 15. p. 622.

(proculdubio Græce scripserat Hippolytus (τῷ λόγῳ,) *sine sapientia, sine consilio.* Qvippe Deum agnovisse Hippolytum unum & multum, hoc est trinum, unum essentia, trinum personis, ipse hujus Homiliæ titulus declarat. Tertiam autem Divinitatis hypostasin Sapientiæ nomine appellavit Hippolytus, Irenæi, cujus Auditor fuisse perhibetur, exemplo, & ex more c) illorum temporum. Deinde ait Hippolytus Deum generasse Verbum qvod ab æterno in se habuerat. Qvomodo? Ipsum, inqvit, temporibus apud se definitis ostendit: ipsum creaturæ, ut Dominum, deprompsit: ipsum deniqve sibimet soli prius notum, mundo visibilem fecit. Itaqve generatio, qva de loqvitur Hippolytus, non est Verbi productio; sed ipsius, ex æterno Patri coexistentis, ostensio, depromptio, & manifestatio, qvæ res creatas respexerit. Ut idem prorsus voluerit beatissimus Martyr, qvod Athenagoram docuisse supra ostendimus.

III. Atqvi in hunc sensum ut Hippolytum interpretemur, suadent qvidem ipsa loci allati verba; sed eo plane nos cogunt alia ejus scripta, in qvibus coæternam Filii cum Patre existentiam verbis veluti solis radio descriptis declarat. Sic in opusculis contra Beronem & Helicem (qvæ à Sandii & aliorum cavillis supra vindicavimus,) apud Anastasium Bibliothecarium in collectaneis Fragm. 60, Filio eandem prorsus naturam divinam addicit, qvæ in Patre est, easdemqve proprietates: nempe ἀναρχίαν, ἀγεννησίαν, ἀπειρίαν, ἀϊδιότητα, ἀκαταληψίαν *Imprincipalitatem, infactionem, infinitatem, sempiternitatem, incomprehensibilitatem:* ut vere, licet barbare, vertit Anastasius. Sensit itaqve Hippolytus Filium esse perinde ac Patrem ἄναρχον καὶ ἀΐδιον, *initii expertem & æternum.*

IV. Porro extat hodieqve sub Hippolyti nomine libellus de Consummatione mundi, Antichristo, & secundo Christi adventu: qvi si genuinus sit, manifeste ostendat ejus in hoc articulo ὀρθοδοξίαν. Ac sane scripsisse Hippolytum de Antichristo & resurrectione diserte testatur Hieronymus cap. 61. Catalogi. Eidem operi testimonium qvoqve suum præbuit Photius Biblioth. Cod. CCII. Ubi postqvam interpretationem Danielis ab Hippolyto editam commemoraverat, ipsamqve suo transfixerat obelo critico: hæc subjungit: συνανεγνώσθη αὐτῷ καὶ ἕτερος λόγος περὶ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστου, ἐν ᾧ ἧττε αὐτὴ τῶν λόγων ἰδέα διαπρέπει, καὶ τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερόν τι καὶ ἀρχαιότροπον i. e. *Legimus una ejusdem tractatum de Christo & antichristo: in qvo eadem dicendi forma servata, & sensuum simplicitas major est ac vetustas.* Sunt tamen viri qvidam docti inter Neotericos, qvi hoc Hippolyto opus abjudicant satis fidenter; sed rationibus inducti, meo qvidem judicio, levissimis; imo qvæ, si accuratius expendantur, contra ipsos militent. Primo ipsis displicet Græcæ dictionis genus, qvodqve liber incipiat ab ἐπειδὴ γάρ. Qvam objectionem merito ita irrisit Philippus Labbeus: *novum crimen superi atqve inauditum!* Sane præterqvam qvod eruditi in hoc literarum genere probe norunt, ab omnibus Græcis scriptoribus Ecclesiasticis perpolitum Græcæ dictionis genus frustra reqviri; Photius, qvi indubitata Hippolyti Scripta legerat, de ejus Phrasi expresse monuit (Cod. 121,) qvod πρὸς τὸν Ἀττικὸν οὐκ ἐπιστρέφεται λόγον, *ad sermonem Atticum non tendat:* Et alibi (nempe Cod. 202,) rursus de Hippolyti dicendi genere locutus, ait, οὗτος Ἀττικοὺς ὄντι μάλα θεσμοὺς δυσωπεῖται· *Atticas revera leges valde repudiat.* Præterea id offendit hos censores, qvod in eo opere multæ reperiantur de natalibus & vita Antichristi inanes conjecturæ; v. g. Antichristum non hominem, sed Dæmonem fore humana figura præditum. Sed qvis nescit illorum temporum scriptores multa perabsurda de Antichristo, ut de re obscura, tradidisse? Ac de Hippolyto diserte testatur Photius codice proxime citato, qvod in interpretatione Danielis, ubi de Antichristo etiam agit, πολλὰ ἀρχαιοτρόπως, καὶ οὐκ εἰς τὸ ὕστερον διηκριβωμένον, καταλέγει· *multa veteri more, non ut postea fuere accuratius excussa, recenset.* Qvin & de hoc ipso Hippolyti opere, qvod de Antichristo inscribitur, ibidem, ut audivimus, monet, in ipso esse τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερόν τι καὶ ἀρχαιότροπον, *sensuum simplicitatem majorem* (unde τὸ ἁπλοῦν, qvod à Græcis fieri solet, τῷ ἀκριβεῖ opponitur,) *& vetustatem.* Antichristum vero malo spiritu conceptum fore, receptior fuit Doctorum in veteri Ecclesia opinio. Hinc id ipsum pro indubio & rato tradidit ille vere θαυμάσιος Martinus apud Severum Sulpicium Dialog. 2, cap. 16. Et Auctor Tractatus de Antichristo apud Augustinum, de Antichristi conceptione sic scribit; *Diabolus simul in matris ejus uterum intrabit, & ipsam replebit, circumdabit, obumbrabit, interius exteriusqve possidebit.* Qvid? Qvod ipse Irenæus (cujus auditor, ut dictum est, Hippolytus fuisse perhibetur,) eandem sententiam tradidit. Nam de Antichristo hæc refert lib. 5, cap. 25: *Ille enim omnem suscipiens Diaboli virtutem, veniet non qvasi rex justus, nec qvasi in subjectione Dei*

O 2

c) Vide G. Bulli sect. 2. c. 4. n. 9. & c. 5. n. 7.

Dei legitimus : sed impius & injustus, & sine lege, qvasi apostata, & iniqvus, & homicida, qvasi latro, diabolicam apostasiam in se recapitulans. Hæc itaqve librum istum Hippolyti genuinum esse non parum confirmant. Deniqve objiciunt, scriptorem illum affirmare, Animas hominum à sæculis fuisse, qvod fuit Origenis figmentum. Sed hinc etiam non leve argumentum arripio, qvo probem, Hippolytum esse revera libri auctorem. Qvippe Origenem aliqvando Hippolyti auditorem fuisse constat ex Hieronymo, qvi ait ipsum Hippolytum in homilia qvadam *præsente Origene, se loqvi in Ecclesia significare.* d) Nihil itaqve mirum, si dogmata nonnulla Hippolyto cum Origine fuere communia. Sed & magno consensu tradiderunt scriptores Ecclesiastici veteres, Hippolytum fuisse Clementis Alexandrini discipulum. Clemens autem ille decreto Platonis, de animæ præexistentia, favisse deprehenditur Strom. lib. 1, & clarius lib. 3, uti etiam ab Huetio observatum est. Ab hoc itaqve Clemente & Hippolytus & Origenes, uterqve ejus discipulus, (qvanqvam Hippolytus in ea Schola senior fuit,) dogma illud hauserunt. Ut verbo igitur dicam : omnia in libro de Antichristo ita Hippolyto conveniunt, ut, etiamsi titulus non moneret, facile per se nasutiores possent odorari, ipsum ab Hippolyto revera profectum esse.

V. Nunc audiamus ex hoc libro disertissimum de Filii τῷ συναϊδίῳ testimonium. In eo igitur Hippolytus sanctos in extremo judicio introducit Christum Dominum ita alloqventes : *Φοβερέ, πότε σε ἴδομεν γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν ; ἀθάνατε, πότε σε ἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν ; Φιλάνθρωπε, πότε σε ἴδομεν ἀσθενῆ ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε ; σὺ εἶ ὁ ἀεὶ ὤν· σὺ εἶ ὁ συνάναρχος τῷ Πατρὶ καὶ συναΐδιος τῷ Πνεύματι· σὺ εἶ ὁ ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα ποιήσας·* i. e. *Stupende, qvando te vidimus nudum, & operuimus ? Immortalis, qvando te vidimus peregrinum, & collegimus ? Amator hominum, qvando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te ? Tu es ille semper existens : Tu una cum Patre initii expers es, & coæternus Spiritui : Tu is es, qvi ex nihilo omnia creasti.* Ubi vides ab Hippolyto τὴν ἀναρχίαν, eandem qvam Pater habet, Filio etiam expresse tribui, plane qvemadmodum in fragmentis apud Anastasium ; & qvemadmodum ab Hippolyti magistro Clemente Alexandrino Dominus Christus ἀνάρχως γενόμενος dicitur. Qvin & descriptam ibidem animadvertas, integram & perfectam Trinitatem, nempe tres personas, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, ab æterno coexistentes. Manifestum est igitur Hippolytum, utcunqve alias deliraverit, ab Arii tamen deliriis prorsus alienum fuisse.

d) Hieron. catalogo c. 72.

e) Bibl. PP. Tom. 12. p. 605.

HIPPO-

HIPPOLYTI JUNIORIS, THEBANI (a) FRAGMENTUM

quale è Codice MS. Bavarico

cum versione

JACOBI GRETSERI, S. I.

vulgavit

HENRICUS CANISIUS,

T. 3. Lectionum Antiquar.

Ex Hippolyti Thebani (b) Chronico commentario.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ τοῦ Θηβαίου ἐκ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος.

Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, μέχρι τῆς τῶν Μάγων παρουσίας ἔτη δύο. καὶ ἐκ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσεως μέχρι τῆς τελευτῆς Ἡρώδου, υἱοῦ Ἀντιπάτρου, ἔτη τρία, ἡμέραι πέντε. Παρῴκησαν δὲ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Ἡλιουπόλει τῇ κατὰ Μέμφιν, ὅ, τε Ἰωσὴφ καὶ ἡ Μαρία σὺν τῷ Ἰησοῦ, ἔτη τρία, ἡμέρας εἴκοσιν. Μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν ἐπὶ τῆς οἰκήσεως αὐτῶν τῆς Γαλιλαίας, μέχρι τῆς τελευτῆς Ἀρχελάου, ἔτη ἐννέα, ἡμέραι ἑπτακαίδεκα. Σὺν τῷ Ἀρχελάῳ τελευτᾷ καὶ Αὔγουστος. Ἔζησεν δὲ ἔτη πή, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη νς΄. Ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἀρχελάου μέχρι τῆς ἐν Ἰορδάνῃ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπὸ Ἰωάννου βαπτίσματος αὐτοῦ, ἔτη ις΄, ἡμέραι λ΄. Ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος μέχρι τῆς Ζαχαρίου λιθοβολίας, ἔτος α΄. Ἐν γὰρ τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτοῦ, λιθοβολήσαντες αὐτὸν καὶ κροταφήσαντες ἀπέκτειναν, καὶ σύραντες ἐκρέμασαν αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Ζαχαρίου λιθοβολίας μέχρι τῆς Ἰωάννου, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τελευτῆς ἐπὶ Ἡρώδου τοῦ νεωτέρου, τοῦ υἱοῦ Ἀρχελάου, ἐν τῇ φρουρᾷ γεγονυίας, ἔτος α΄. Ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἰωάννου μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους, μῆνες ς΄. λς΄ γὰρ ἔτη ἔζησεν ὁ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής, λ΄ μὲν

A CHristi nativitate usque ad Magorum præsentiam, anni sunt duo. Et à fuga in Ægyptum, usque ad mortem Herodis Filii Antipatri, anni tres, dies quinque. Habitarunt autem in Ægypto Heliopoli, quæ ad Memphin, Joseph & Maria cum JEsu, annis tribus, dies 20. Post ipsorum vero regressum, ut in Galilæa habitarent; usque ad mortem Archelai, anni sunt 9. dies 17. una cum Archelao Augustus quoque moritur. Vixit vero annis 88. & imperavit annis 56. Ab Archelai porro morte, usque CHristi baptismum, quem à Joanne in Jordane accepit, anni sunt 16. dies 30. A baptismo, usque ad Zachariæ lapidationem annus 1. Interea enim, dum sacris ipse operatur de more, lapidibus jactis, & in caput contortis, eum trucidarunt: corporeque raptato, in valle Josaphat suspenderunt. A Zachariæ autem lapidatione, usque ad Ioannis, filii ipsius mortem, sub Herode juniore, Archelai F. in carcere patratam, annus unus. A morte Joannis, usque ad salvificam passionem, menses 6. Triginta enim & sex annos Ioannes Baptista vixit. Triginta quidem annis versatus est in deserto: aliis vero 6. in Jordane baptismum administrabat: prædicans pœnitentiam. Sic Dominus JEsus CHristus,

a) Hippolyti Thebani, quem nunc luce donamus, meminit Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ his verbis: *Hippolyti Thebani de cognatione Christi lucubratiuncula ex opere ejus Chronico decerpta. Græce exstat Romæ in Bibliotheca Vaticana.* Ibidem eadem Epitome: *Hippolytus Thebanus conscripsit Chronicon, ex quo Joannes Sambucus desumsit & tractavit libellum de ortu & cognatione Virginis Mariæ.* Prior inscriptio non multum abit à titulo codicis Bavarici, quo nos usi, suspicionemque movet, non tam esse opus integrum, quam integri operis fragmentum & ἀποσπασμάτιον, quod & ipsa brevitas credere suadet, & Turrianus, qui, ut dicemus, Hippolytum vidit, fragmentum appellat. Citatur Hippolytus à Glyca 3. part. Annalium, & à Francisco Turriano in Apologia pro domo Lauretana adversus Calumnias Vergerii. Recitat ex eodem nonnulla Nicephorus Callistus. lib. 2. Histor. Ecclesiast. c. 3. Sed fallitur, ut & recentiores cum illo, quando quæ sunt Hippolyti Thebani, tribuunt Hippolyto Portuensi Episc. scriptori valde vetusto; (de quo vide Trithemium de scriptoribus Ecclesiastic. & Baron. in Martyrolog.) cum Hippolytus noster vixerit post tempora Simeonis Metaphrastæ; qui Sanctorum Historias aliquot voluminibus collegit. Hunc enim Simeonem citat iste Hippolytus. Quo circa ruere necesse est suspicionem Epitomes Gesnerianæ; suspicantis hunc nostrum Hippolytum esse illum, cujus S. Hieronymus in libro de viris illustribus meminit. *H. Canisius.*

Porro de veritate Chronologiæ, quam Hippolytus statuit, nolim cum quoquam contendere, meum consilium fuit Hippolytum ex Bavarico codice bona fide exscriptum pari fide vulgare; Chronologiam autem illius aliis examinandam relinquere. *id.*

b) *Hic titulus erat in codice.*

ὑποχωρῶν ἐν τοῖς ἐρήμοις, τὰ δὲ ἄλλα ϛ´ βαπτίζων ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ κηρύσσων μετάνοιαν. Οὕτως ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς λ´ χρόνους ἐν τοῖς παιδικοῖς αὐτοῦ χρόνοις διῆγεν. Μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπελέξατο ἑαυτῷ τοὺς μαθητὰς, κηρύσσων σὺν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους ἔτη γ´. Διὸ καὶ οἱ ἐν Νικαίᾳ κανόνες τιη´ Θεοφόρων Πατέρων παρακελεύονται, πρὸ τριάκοντα ἐτῶν μηδένα χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερον. Ἀρκετὸν γάρ, φησιν, τῷ μαθητῇ εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ τῷ δούλῳ ὡς ὁ Κύριος αὐτοῦ.

Ἀπὸ δὲ τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, μέχρι τῆς λιθοβολίας τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος - - - - μέχρι τοῦ φανέντος τῷ Σαύλῳ φωτὸς, μῆνες ϛ´. καὶ ἀπὸ τοῦ φανέντος αὐτῷ φωτὸς, βαπτίσματός τε αὐτοῦ, καὶ κηρύγματος, μέχρι τῆς ἀναλήψεως τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἔτη γ´, ἡμέραι μδ´. ἔζησε δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἡ ἁγία θεοτόκος καὶ παρθένος ἔτη νθ´, οὕτως· Ἐν τῷ ναῷ, ἔτη ιδ´, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ Ἰωσὴφ, μῆνας δ´, καὶ εὐθέως εὐηγγελίσθη ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τέτοκε τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρᾳ κε´, ἔτη ιε´. καὶ ἔζησεν ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτη λϛ´. καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἔζησεν σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐν τῷ οἴκῳ Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ ἔτη ια´, ἡμέρας - - - γίνονται ἔτη τῆς ζωῆς αὐτῆς νθ´. Οὗτος δέ ἐστιν Ἰωάννης ὃν ἠγάπα ὁ Κύριος, ὁ καὶ παρθένος ὁ τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν Εὐαγγέλιον συγγραψάμενος, ὅστις ἔμεινεν ἐν Ἱεροσολύμοις εἰς τὴν λεγομένην ἁγίαν Σιὼν τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν μητέρα. αὕτη δὲ ἦν ἡ οἰκία αὐτοῦ. Ἐκεῖ τοίνυν ἔφυγον οἱ Ἀπόστολοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. Ἐκεῖ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐφάνη ὁ Κύριος, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς Πνεῦμα ἅγιον καὶ τὴν εἰρήνην. Ἐκεῖ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἐπληροφόρησεν τὸν Θωμᾶν ὁ Κύριος, δείξας αὐτῷ τῆς πλευρᾶς τὴν σφαγὴν, καὶ τὸν τύπον τῶν ἥλων. Ἐκεῖ ἡτοιμάσθη γοῦν τῷ Κυρίῳ Χριστῷ φαγεῖν τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. καὶ ἐκεῖθεν ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ. Ἐκεῖ τὸ πρῶτον μυστήριον ἐτέλεσεν ὁ Κύριος * τοῦ Πατρὸς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. καὶ ἐμυσταγώγησεν αὐτοῖς τὴν μυστικὴν λατρείαν, καὶ ἔκειρεν καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς καὶ ἐχειροτόνησεν, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὴν μυστικὴν λατρείαν τῶν προσαγμάτων αὐτοῦ, καὶ μεγαλείων αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν θέαν καὶ δόξαν τῆς θείας μορφῆς αὐτοῦ, καὶ αὐτῶν τῶν μακαρίων θεατῶν αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν

* Gretserus legit τῆς Εὐχαριστίας.

trigesimum ætatis suæ annum agebat. Post baptismum vero receptum, adscivit sibi, delegitq; discipulos, cum iisdem suum regnum promulgans usque ad salutiferam passionē, annis tribus. Idcirco Nicænæ Synodi trecentorum duodeviginti divorum Patrum Canones, jubent, decernuntque ut ante annum 30. nullus in presbyterorum allegeretur ordinem, sufficit enim, ajunt, * discipulo, ut sit sicut Magister ipsius: & servo, ut sit sicut ejus Dominus.

* Matth. X. 25.

A Salvifica vero passione, & ascensione CHristi usque ad S. Stephani primi Martyris lapidationem c) usque ad lucem, quæ Saulo visa est, eique apparuit, menses sunt 6. atque à luce, quæ ipsi Saulo apparuit, & ab ejusdem Baptismo, & prædicatione, usque ad S. Mariæ Virginis assumtionem anni 3. dies 44. Vixit autem in terris sanctissima Deipara & Virgo, aňis 59. Et hoc quidem pacto: In templo annis 14. in domo Joseph, mensibus 4. statimque salutata est, & divini partus internuntium à Gabriele Archangelo accepit: & cum concepisset Dominum nostrum JEsum CHristum, peperit eundem 25. Decemb. die, annos nata 15. Vixit vero Domino nostro JEsu Christo, in humana natura hic vivente, annis 31. Post Domini autem assumptionem, & ascensionem, cum ipsius Discipulis, in domo Joannis Evangelistæ, vixit annis 11. dies . . . sunt vero anni omnes vitæ ipsius Virginis & matris undesexaginta. Hic porro ipse est Joannes, quem diligebat Dominus, qui Virgo fuit: qui & Evangelium conscripsit, quique perstitit Hierosolymis in S. æde Sionis dicta, templorum omnium matre, hoc ipsius erat domicilium. Illuc igitur Apostoli, propter metum Judæorum confugerunt. Illic foribus clausis, discipulis suis apparuit Dominus posteaquam à mortuis extitit: & Spiritum S. & pacem eisdem dedit. Illic die octavo Thomam nutantem certum reddidit Dominus, lateris sui plaga, & clavorum forma & effigie demonstrata. Illic Domino Servatori nostro Paschalis agnus, quem cum suis ederet Discipulis, fuit apparatus. Etiam inde hymno dicto in olivarum montem, in locum Getsemani dictum, egressi sunt. Ibidem primo S. Eucharistæ mysterium confecit Christus, suisque Discipulis tradidit, mysticumque cultum edocuit, & tonsura data in clerum ascivit, benedictionis beneficium impendit, sacris ordinibus initiavit; totam omnium arcanorum quæ in mandatis dabat, & maje-

τὴν

c) Locus mutilus est, Citatur à Glyca 3. part. Annal. Refellit hanc sententiam illustriss. Baronius Annal. primo, docetque S. Stephanum passum anno Christi 34. septimo ab ascensione Domini mense: conversionem vero S. Pauli secundo ab Ascensione Domini anno contigisse: nempe anno Domini 36. tempore à martyrio S. Stephani multo longiore, quam statuat Hippolytus qui tantum sex menses assignare videtur, sed locus, ut dixi, corruptus. Similia Niceph. lib. 2. c. 3. *H. Canisius.*

τὴν δόξαν καὶ κόσμον καὶ ἔλλαμψιν τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ τὴν θείαν μετάληψιν τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος αὐτοῦ, καὶ Νικοδήμῳ τῷ πιστῷ πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. Ἐκεῖ οἱ αὐτοὶ Ἀπόστολοι τὸ πρῶτον μυστήριον τοῦ Χριστοῦ ἐτέλεσαν. Ἐκεῖ πρῶτον Ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησεν ὁ Κύριος καὶ οἱ Ἀπόστολοι, , Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ὁ γὰρ Ἰάκωβος ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, υἱὸς μὲν ἦν Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς δὲ Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ. Ζεβεδαῖος δὲ ὁ πατὴρ αὐτῶν ἰδιονάυκληρος λέγεται. Τῶν δὲ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἐπισήμων ἀνδρῶν ὑπῆρχε πρῶτος ὁ Ἰωάννης. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ζεβεδαίου τοῦ ἰδίου πατρὸς αὐτοῦ ἀπέδοτο τὴν κατὰ Γαλιλαίαν κτῆσιν λαχοῦσαν αὐτῷ ὑπὸ Ζεβεδαίου μέρους. καὶ ἐκτήσατο ἐν Ἱεροσολύμοις. Οὕτως τοίνυν ἐδέξατο τὴν ἁγίαν Θεοτόκον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐν τῇ Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, κηρύξας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τοῦ Χριστοῦ. οὕτως † ἐκεῖ ἐκοιμήθη ἐν Κυρίῳ, δοξάζων τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τὰ μεγαλεῖα.

statis suæ seriem exposuit, gloriamque divinæ suæ formæ, Beatorumque, à quibus spectatur, spectaculum exhibuit, ut & magnificentiam, ornatum, splendoremq; Ecclesiæ suæ: Eosdem divina corporis & sanguinis sui communione dignatus est, ut & Nicodemum sibi & ante & post resurrectionem fidum addictumque. Ibi primarium inter omnia CHristi mysteria, mysterium Apostoli peregerunt. Illic Iacobum fratrem Domini, primum Episcopum Dominus & Apostoli delegere; non quidem Zebedæi Filium, sed fratrem Domini nostri. Iacobus enim discipulus Domini, Filius quidem erat Zebedæi, Joannis autem Evangelistæ germanus. Zebedæus autem ipsorum pater, ἰδιονάυκληρος d) id est, propriam navim habens, appellatur. Ex illustribus vero Galileæ viris primas Joannes tenebat. Post sui Patris Zebedæi mortem, vendidit distraxitq; facultates ex hæreditate Zebedæi, & Hierosolymis aliam domum sibi comparavit. Sic igitur recepit Deiparam in domum suam: verbum veritatis CHristi Ephesi in Asia prædicans: qui tandem ibidem obdormivit in Domino, ejusdem nomen & magnalia debitis laudibus prosequens.

Ὁ Ἰάκωβος δὲ ὁ γενόμενος Ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν Ἀποστόλων, ἀδελφὸς μὲν τοῦ Κυρίου κατὰ σάρκα λέγεται εἶναι, υἱὸς δὲ τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικός, ἀδελφὸς δὲ Σίμωνος καὶ Ἰούδα καὶ Ἰωσήμ. Τέσσαρας γὰρ υἱοὺς ἔσχεν ὁ Ἰωσὴφ, καὶ δύο θυγατέρας, τήν τε Ἐσθὴρ καὶ τὴν Μάρθαν ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς Σαλώμης, θυγατρὸς Ἀγγαίου τοῦ ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου τοῦ προδρόμου, υἱοῦ Βαραχίου, τοῦ υἱοῦ Ἀβία τοῦ ἱερέως. Καὶ τότε ἐχήρευσεν Ἰωσὴφ, ὡς εἶναι τὴν Σαλώμην καὶ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην ἀδελφῶν τέκνα ἀρρενικῶν. Ὁ γὰρ Ἀγγαῖος, υἱὸς Βαραχίου, θεῖος ἦν Ἰωάννου, ὁμοίως δὲ καὶ Ζαχαρίας ἀδελφὸς ἦν Ἀγγαίου, θεῖος δὲ Σαλώμης τῆς γυναικὸς Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος. Σαλώμην δέ φημι οὐ τὴν μαῖαν, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα Ἰωσήφ. Ἡ γὰρ μαῖα ἀπὸ Βηθλεὲμ ἐτύγχανεν, ἀνεψιὰ καὶ αὐτὴ οὖσα τῆς Ἐλισάβετ, καὶ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, καὶ δηλοῖ τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον.

Jacobus autem à Domino e) & ab Apostolis ordinatus Episcopus, frater quidem Domini secundum carnem esse dicitur. Filius vero Joseph fabri, ex uxore ipsius, quæ domesticæ vitæ curis, & administrationi vacabat: Simonis autem, & Judæ, & Joseph frater germanus. Quatuor enim liberos habuit Joseph, & duas filias: Esther & Martham, ex uxore sua Salome, quæ fuit Filia Aggæi fratris Zachariæ, qui fuerat Pater Ioannis Baptistæ, CHristi prodromi, Filii Barachiæ, Filii Abia sacerdotis. Et tunc quidem viduus erat Ioseph, ut Salome, & Ioannes Bapista fratrum germanorum sint liberi. Etenim Aggæus, Barachiæ Filius, patruus erat Ioannis. Zacharias item, frater Aggæi, patruus erat Salomes, quam Iosephi in matrimonio habebat. Salomen autem dico, non obstetricem illam, sed Iosephi conjugem. Obstetrix enim è Bethleem erat oriunda, & ipsa consobrina Elisabeth, & sacrosanctæ Virginis Mariæ. Id quod S. Lucæ declarat Evangelium.

Τρία γὰρ ἦσαν ἀδέλφια ἀπὸ Βηθλεέμ, θυγατέρες Ματθὰ τοῦ ἱερέως καὶ Μαρίας τῆς αὐτοῦ

Tres enim sorores erant Bethleemiticæ, sacerdotis Matthan Filiæ, & uxoris illius Mariæ: regnante Cleopatra Regina, & Sopato-

† Id. οὗτος.

P 2 γυναι-

d) Habet quidem cod. græc. ἴδιον ναύκληρος, sed leg. est una voce ἰδιονάυκληρος, ut docet Franciscus Turrianus lib. contra Vergerium, pro domo Lauretana, qui ista, quæ refert hic Hippolytus, recitat ferme ad verbum ex scholiis quibusdam græcis S. Chrysostomi super Evangelia Joannis & Marci. Legatur Turrian. qui Hippolyto multum lucis adferet. Exscripsit eadem Nicephorus ex antiquioribus loco paulo ante citato: apud quem interpres transfert ἰδιονάυκληρον, *navis propria rectorem*. Sed condonemus eum lapsum una cum cæteris viro de Nicephoro bene merito. *id.*

e) Jacobus autem, & à Domino, &c. ut hæc tam intricata intelligantur, profuerit legere, quæ Nicephorus de his memoriæ mandavit lib. 2. cap. 3. Etsi enim ipse dicit, se hæc referre ex Hippolyto Episc. Portuensi Romæ, facile tamen homonymia nominis Nicephoro imponere potuit, ut pro Thebano Portuensem, & veterem illum Hippolytum substitueret. *id.*

γυναῖκες, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κλεοπάτρας καὶ Σωπάτρου τοῦ Πέρσου, πρὸ τῆς βασιλείας Ἡρώδου υἱοῦ Ἀντιπάτρου. Ὄνομα τῇ πρώτῃ Μαρία, καὶ ὄνομα τῇ δευτέρᾳ Σωμαί, καὶ τῇ τρίτῃ Ἄννα. Ἔγημε δὲ ἡ μία ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἔτεκεν Σαλώμην τὴν μαῖαν· ἔγημε δὲ καὶ ἡ δευτέρα ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἔτεκε τὴν Ἐλισάβετ. Ἔγημε δὲ καὶ ἡ τρίτη εἰς τὴν γῆν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἔτεκε Μαρίαν τὴν θεοτόκον, ὡς εἶναι τὴν Σαλώμην καὶ τὴν Ἐλισάβετ, καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν Θεοτόκον θυγατέρας ἀδελφῶν τριῶν θηλέων. Ἐντεῦθεν οὖν ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀνεψιοὶ λέγονται εἶναι. υἱὸς δὲ τῷ Ἰωσὴφ λέγεται εἶναι, ἐπειδὴ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἀδελφός ἐστι ἐκ τῆς συναναστροφῆς, καὶ τῆς συγγενείας τοῦ Ἀγγαίου, ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως.

Γεννᾶται τοίνυν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἐκ σπέρματος Δαβίδ, τὸ κατὰ σάρκα, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, μεσοῦντος τοῦ ἑξακισχιλίου ἔτους, ἐν τῷ μβ΄ ἔτει Αὐγούστου τοῦ βασιλέως, ἐν μηνὶ δεκεμβρίῳ κέ, νυκτὸς ί, ἡμέρας ά.

Γνωστέον δὲ καὶ τοῦτο, ἵνα ἐξ ἀρχῆς δείξῃς τοῦ Ἰουδαίου τὰ ἀπ' ἀρχῆς κόσμου, ἔπαρον ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ ἕως Νῶε, ἐφ' ᾧ ὁ κατακλυσμὸς γέγονε, γεγένασι γενεαὶ δέκα, ἔτη ͵βρμβ. ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως Ἀβραὰμ γενεαὶ ί, ἔτη ͵ασό. Ἀβραὰμ ἦν ἐτῶν οέ, ὅτε μετῴκησεν εἰς τὴν Χαναναίαν γῆν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, κἀκεῖ διατρίψας ἔτη κέ, ἔτεκε τὸν Ἰσαάκ, ξ΄ δὲ ἔτη βιώσας ὁ Ἰσαὰκ γεννᾷ παῖδας δύο, Ἠσαῦ καὶ Ἰακώβ. Ἰακὼβ κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον ἅμα τοῖς δώδεκα υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς ἐγγόνοις αὐτοῦ, τὸν ἀριθμὸν οέ, παρῴκησεν δὲ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν γῇ Χαναὰν ἔτη σιέ. Οὗ τὸ γένος παρῴκησεν ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη σιέ, καὶ πληθυνθὲν εἰς δωδεκάφυλον ἐλογίσθη, καὶ τὸ πλῆθος εἰς χιλίας χιλιάδας κατεψηφίσθη. καὶ τῶν μὲν Λευὶ ἀπόγονοι Μωυσῆς καὶ Ἀαρών. καὶ ὁ μὲν τὸ ἱερατεύειν ἠξίωσε, ὁ δὲ Μωϋσῆς πρὸς τὸ ἄρχειν καθίσατο. ὃς ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ πατεῖ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου. Οὗτος Μωϋσῆς ἤκμασεν ἐν τοῖς καιροῖς Ἰνάχου τῆς Ἑλλάδος πρώτου βασιλεύσαντος. οὕτως ἀρχαιότεροι Ἑλλήνων Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ νόμοι· οἱ Ἕλληνες νεώτεροι. Τὸ γὰρ ἕνα Θεὸν σέβειν ἐκ τῶν πρώην παρειλήφασιν. Ἡ δὲ νομοθεσία μῆνας γ΄, τῆς ἐξ Αἰγύπτου μεταναστάσεως δίδοται διὰ Μωυσέως, φωνὴ δὲ Θεοῦ δεικνυμένη ἀνθρώποις. Διέτριψαν ἐν ἐρήμῳ ἔτη μ΄, καὶ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἀρχόμενοι ἔτη κέ, καὶ ὑπὸ τῶν κριτῶν ἔτη υνδ΄, μέχρι τῆς βασιλείας Σαοὺλ πρώτου παρ' αὐτοῖς βασιλεύσαντος. Ἐφ' οὗ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τίκτεται Δαυΐδ, ὁμοίως ἢ μὲν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυΐδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη ͵ακδ΄, καὶ ἀπὸ Δαυΐδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη χθ΄. καὶ ἀπὸ μετοικεσίας Βαβυλῶνος

re Persa, idque antequam Herodes filius Antipatri regnum Iudaicum obtineret: Nomen primæ erat Maria: nomen secundæ, Somæ: tertia dicebatur Anna. Prima nupsit in Bethleem, & Salomen obstetricem genuit. Altera ibidem nuptui fuit tradita, & Elisabetham peperit. Tertia in Galilæa nupsit, & Mariam Deiparam genuit: ut Salome, & Elisabeth, & S. Maria Deipara trium sororum sint filiæ: Atq; hinc Ioannes Baptista, & Christus Dominus noster, consobrini esse dicuntur: filius vero Ioseph esse ferebatur, quoniam filiorū ipsius frater est, non ex eo solum, quod una fuerit nutritus, & educatus, verū etiam ex Aggæi fratris Zachariæ sacerdotis cognatione.

Nascitur itaque Dominus noster IEsus CHristus ex tribu Iuda, & è semine David, secundum humanam naturam, diebus postremis, medio sexto millenario à creatione mundi, anno 42. Augusti Imp. mense Dec. 25. noctis hora feria prima 10.

Sciendum vero etiam illud, ut à primordio, secundum hebræam computationem, mundi demonstres originem, tolle, atque aufer, à protoplasto Adam, ad usq; Noe (sub quo diluvium exstitit, suntque generationes decem) annos 2142. simili pacto à diluvio usque ad Abraham, generationes totidem, anni sunt 1270. Abraham porro annorum erat 75. quando ex Mesopotamia in Chananæam terram commigravit: ibiq; annis 25. demoratus, Isaac Filium progenuit. Sexagesimum annum Isaac natus duos liberos, Esau & Jacob, obtinet. Hic Ægyptum cum 12. suis filiis, & nepotibus 75. subiit. Habitavit autem ipsius Gens in terra Chanaan, annis 215. deinde Ægyptum cum annis totidem incoluisset, & incremento capto, in 12. tribus esset relata, capita autem computata, mille Chiliades expleverunt. Levi quidem posteri, Moses, & Aaron fuere. Et hic quidem sacerdotio dignus est habitus: Ille autem ad imperium est destinatus. Qui quidem 80. vitæ anno Erythræum mare ingressus, calcat, populumque Hebræum Ægypto educit. Ille ipse Moyses tempore Inachi in Græcia primo omnium imperantis, floruit. Græcis omnibus antiquiores sunt Judæi & leges: Græci, posteriores. Etenim, unum Deum colere, ab iis qui ætate ipsos præierunt, accepere. Legum porro constitutio, seu latio, post tres, emigrationis ex Ægypto, menses per Mosen transfingitur: vox vero Dei mortalibus patuit. Morati sunt in deserto annis 40. Sub JEsu, Nave F. fuere annis 25. Sub Judicibus annis 454. usque ad regnum Saulis, primi eorum Regis, sub quo, primoque illius regni anno, David nascitur. Pari ratione etiam ab Abraham, ad Davidem usque generationes

ἕως

ἕως Δαρείου, ἔτη κέ. καὶ ἀπὸ τῆς Δαρείου ἕως Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ἔτη μ΄. καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ἕως Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἔτη φθ΄, ἡμέραι - - - Κατὰ τὰς χρόνων ἀκολουθίας συμψηφίσαντες εὕρομεν ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ ἕως Χριστοῦ, ἔτη εφ΄.

Ἐνταῦθα τοίνυν γεννᾶται ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς βασιλείας Αὐγούστου ἐν τῷ μβ΄ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐν μηνὶ δεκεμβρίῳ εἰκάδι έ, ἡμέρα πρώτῃ, νυκτὸς ί.

Ἀπὸ δὲ τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως ἕως Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ θεοσεβοῦς ἀνδρὸς ἔτη σϟζ΄ οἷς καὶ ἐπλανῶντο οἱ χριστιανοὶ τὸ πάσχα ἑορτάζοντες μετὰ τῶν Ἰουδαίων. Ὁ δὲ θειότατος βασιλεὺς οὗτος ἐν δωδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας κτίσας πόλιν ἐν τῷ αὐτοῦ ὀνόματι ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ πρώτην σύνοδον ποιήσας κατὰ τοῦ ματαιόφρονος Ἀρείου. ἀθροίσας οὖν τοὺς τιη΄ θεοφόρους πατέρας, μᾶλλον δὲ καὶ πατριάρχας, τὸν Ῥώμης, τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἱεροσολύμων, καὶ Μητροφάνην Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ Βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ τὸν Ἄρειον καὶ τοὺς τούτου ὁμόφρονας καθεῖλον καὶ τρανῶς τὴν πίστιν ἐκήρυξαν. Τότε δὴ, τότε ζητήσας τοὺς ἁγίους Πατέρας καὶ Πατριάρχας εἰσελθεῖν ἐν τῇ βασιλευούσῃ, καὶ εὐχὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως ποιήσασθαι. Μετὰ ταῦτα ἐζήτησεν καὶ πῶς τὸ πάσχα ποιεῖν, καὶ μέθοδον διδόναι ταῖς μετέπειτα γενεαῖς, ἵνα μὴ εἰς ὄλισθον παντελῶς ἐπιφέρωνται. Κἀκεῖνοι δὲ ἐναγώνιοι γεγονότες, καὶ χρόνον οὐ μικρὸν ἐν ταύτῃ διατρίψαντες, μόλις ἠδυνήθησαν ἐκ Θεοῦ παραλαβεῖν τῆς τοιαύτης δι᾽ ἀγγέλου προρρήσεως, ἥτις ἦν ιγ΄ περιόδων, τῶν ἀρχομένων ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῦ πρώτου αἰῶνος, καὶ ληγόντων ἐν τῷ ϛιϛ΄ ἔτει. Ἀριθμουμένων δὲ τῶν περιόδων, ἐπληρώθη ἡ ί περίοδος ἐν τῷ πεντακισχιλιοστῷ τριακοσιοστῷ εἰκοστῷ ἔτει. Ἀρξαμένης δὲ τῆς ιά περιόδου ρπϛ΄ διηλθοσαν ἔτη (παρῆλθον,) καὶ ἐσαρκώθη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἡ βίβλος τοῦ Νικομηδείας καὶ τοῦ Μεταφραστοῦ περιέχει. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειός φησιν. Ἐν τῷ εφ ἔτει γεννᾶται ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός - - - ὥσπερ ἐκ τοῦ ἄνωθεν εἰρημένου περιόδου, ἤγουν τοῦ ιά, ἔτη ϛ΄ ἄνωθεν γίνονται· ὡς

sunt 14. anni 1024. Atque à Davide, ad usque Babylonis transmigrationem, totidem sunt generationes, anni 609. A transmigratione in Babylonem, usque ad Darium, anni 25. Et à Dario ad Jesum filium Josedec, anni 60. Atque ab Jesu Josedec F. usque ad JEsum, qui dicitur Christus, anni 509. Hanc rationem sequentes, calculatione annorum omnium facta, ab ipso protoplasto Adam, ad CHristum usque annorum quinque millia quingenta reperiemus.

Hoc igitur pacto nascitur Dominus noster IEsus Christus, imperii Augusti 42. mense Decembr. 25. feria prima, noctis hora 10.

A CHristi autem assumptione, seu in cœlos ascensu, ad usque Constantinum magnum Imper. virum pium, Deique cultorem anni sunt 297. Quibus aberrarunt nonnulli Christiani, Pascha cum Iudæis celebrantes. Divinissimus autem Imperator 12 imperii sui anno, condita suoque nomine donata urbe Byzantii, primaque, contra stulte sapientem Arium, facta atque instituta Synodo, cum 318. divinos Patres, vel potius Patriarchas collegisset; Romanum scilicet, Alexandrinum, Hierosolymorum, & Constantinopoleos Metrophanem Episcopos: qui quidem in Bithyniæ provincia, Arium, & una cum eodem sentientes, sententiis suis & anathemate perculerunt, fidemq; catholicam liquide, pureque proclamarunt. Tunc sane, tunc cum sanctos Patres & Patriarchas accivisset ut in urbem regiam ingrederentur. & orationem supra urbem á se conditam funderent: Postmodo requisivit, quo pacto Pascha celebrandum; & quæ posteris generationibus tradenda methodus, ne in manifestum, notabilemque lapsum deveniretur. At illi disputatione, disquisitioneque facta, initaque, temporeque non modico illic commorati, à Deo per Angelum vix ejuscemodi obtinere potuerunt oraculum. Id autem constat tredecim periodis f) sive revolutionibus, orsis à primi seculi primordio, & in ipso sexmillesimo, decimo sexto anno desinentibus. Enumerando igitur has periodos, decima completa est anno 5320. De incepta autem undecima periodo, 186. anni abie-

Q δὲ

f) Ut clariora fiant, quæ hoc loco de periodis Hippolytus scribit; adscribere placet, quæ ad hunc locum Hippolyti annotavit nobilis & amplissimus dominus Joannes Georgius Hervvardus, Bavariæ Cancellarius, vir omnis Chronologiæ peritissimus. Anni, inquit, 532. reddunt periodum (scilicet lunarem.) Decem tales periodi reddunt annos 5320. His annis ex undecima periodo alii addunt solos annos 180. Sicque illis natus est Dominus noster Jesus CHristus 5500. anno mundi: quippe 6. annis citius. Nam alii prædictis decem periodis seu annis 5320 addunt annos 186. ita ut illis natus sit Dominus noster, Anno mundi 5506. sex annis tardius. Hæc Dominus Hervvardus. Prioris opinionis est S. Basilius, Eusebius, Eustathius, & Georgius Syncellus, ut ait Hippolytus: Posterioris autem Metaphrastes & Nicomediensis. Dies πρωτολήγουσα Aprilis est 21. dies Aprilis. Quod vero ait, Christum crucifixum 23. die Martii, sepultum 24 id ea de causa facere videtur, quod initium diei 24. ducat more Hebræorum à vespera diei 23. Locum de ætate Presbyterorum, secundum Nicænam Synodum, citat ex Hippolyto Turrianus, in Scholiis ad secundum librum Constitutionum Clementis Romani. *H. Canisius.*

δὲ τῶν λοιπῶν ϛυγγραφῶν, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, Εὐϛαθίου καὶ Γεωργίου τῶν χρονογράφων, καὶ ἑτέρων ποιητῶν, ρπ´ μόνα ἔτη λέγουσιν, ἕτεροι δὲ ἔτη - - - - λγ´ ἐν τῷ κόσμῳ διατρίψας καὶ παθὼν διὰ τὴν ἡμετέραν ϛωτηρίαν τῇ κγ´ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἐσταυρώθη. Τῇ κδ´ ἐτάφη, καὶ τῇ κε´ ἀνέϛη, ἡμέρᾳ πρώτῃ, τουτέϛι Κυριακῇ, ὡς ὁ Μεταφραϛὴς δηλοῖ, καὶ ἡ βίβλος τοῦ Νικομηδείας· ὡς δὲ οἱ λοιποὶ, Ἀπριλλίῳ πρωτοληγούσῃ ἀνέϛη. Ἐγὼ δὲ πείθομαι τοῖς λόγοις τοῦ Κυρίου Συμεών. Ὅτι καὶ ἡ κτίσις ἀπὸ τῆς κβ´ Μαρτίου μηνὸς τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ τὸ μετρητὸν τοῦτο φῶς τῇ κε´ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, δ´ ἡμέρᾳ ἐγένετο. Ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ τὸ τετράκις ι´, καὶ τὸ ἑπτάκις ι´, καὶ ὁ ν´ ἀριθμὸς ἐτιμήθη. Καὶ προσεκτέον τῷ λόγῳ. Ὅτι ὁ Θεὸς τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ ἐν ἑπτὰ αἰῶσι τὸν κόσμον ἐθεμελίωσε, ἐν ἑπτὰ ἡμέραις τὴν κτίσιν εἰργάσατο. Ὅτι τὸν Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλῦσαι πεποίηκεν, καὶ τὸν Λαμὲχ οζ´ τὴν ἀρχὴν ἔδωκεν, τὸν Ἐνὼχ ἕβδομον ὄντα μετέθηκεν ὡς Θεάρεϛον, τὸν Ἀβραὰμ καὶ ιδ´ ἀπὸ κτίσεως κόσμου πατέρα πολλῶν ἐθνῶν ἔδειξεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος οζ´ ἀριθμεῖται ἀπὸ Ἀδάμ· καὶ ἡ πεντηκοντὰς τοῦ Ἰωβολιμαίου, ὃ ἑρμηνεύεται ἄφεσις, διὰ τοῦτο ἐτιμήθη· καὶ ἡ ἱερατικὴ λειτουργία διὰ τοῦ ζ´ μηνὸς γέγονεν. ἡ γὰρ πεντηκοντὰς ὑφειλουμένη α´ ἡμέρᾳ ἐργάζεται.

runt, & humanam naturam induit Dominus noster IEsus CHristus, ut liber *Nicomediensis* & *Metaphrastes* hab nt. Magnus vero *Basilius* dicit: Ipso quinquies millesimo quingentesimo anno Dominus noster IEsus CHristus nascitur. Itaque ex supra dicta undecima periodo supersunt anni sex. Reliqui Scriptores ut *Eusebius Pamphili*, *Eustathius*, *Georgius* Chronologi, & alii 180. dumtaxat annos putant & statuunt. Alii, annos g) - - - Triginta tres annos in mundo & hac vita versatus & commoratus, & propter salutem nostram mortem passus, 23. Martii fuit cruci affixus. Die 24. sepultus: & 25. resurrexit, feria prima, nimirum Dominica: Velut *Metaphrastes* declarat, & *Nicomediensis*: seu ut cæteri, Aprilis 21. die à mortuis extitit. Equidem fidem habeo sententiæ Domini *Simeonis*: quippe mundi hujus molitio ab 22. Martii mensis initium accepit: lux item (solis) cujus cursus certa mensura constat quaque metimur omnia, ejusdem mensis 25. quarto die fuit condita divinitus. Hinc enim quater decem & septies decem, tum quinquagesimus numerus sunt in honore. Et attente considerandum est; Quoniam DEus divina sua sapientia in 7. sæculis *mundum fundavit: septemque diebus est fabricatus, & de Cain dedit ultionem septies, de Lamech autem septuagies. Enoch septimum transtulit, velut eum, qui Deo placeret: Abrahamũ etiam bis septimum à mundi constitutione, multarũ gentiũ patrem declaravit: sed & ipse Dominus septuagesimus septimus ab Adam numeratur. Etiam Pentecoste, seu quinquagesima jubilæi (*anni*) (remissionem dixeris) idcirco est in honore. Septimo quoque mense solemnia illa sacrificia peragebantur.

Ἐὰν δὲ θέλῃς, καὶ περὶ ἡλίου καὶ ϛελήνης τὴν μέτρησιν εὑρεῖν, κράτησον τὴν περίοδον, καὶ ὕφαλον διὰ ἑπτάκις ι´ διὰ τετράκις ι´ διὰ τοῦ ἡλίου καὶ ϛελήνης τὴν μέτρησιν, καὶ ἀσφαλῶς ἀποδείξεις· γύρευσον δὲ ἀσφαλῶς τὰ ἐντὸς γεγραμμένα, καὶ εὕρῃς καὶ τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ἕως τῆς Χριϛοῦ καταβάσεως, καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα γενεαλογίαν ἐνσάρκου Χριϛοῦ παρουσίας· καὶ περὶ περιόδων ἡλίου τε καὶ ϛελήνης, καὶ τῶν ἀρχομένων καὶ ἐνεϛώτων καὶ πασχαλίων τῶν γεγραμμένων ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνϛαντίνου.

Quod si voles & circa solis, lunæque cursum, reperire dimensionem, cape periodum & subduc per septies decem, perque quater decem, per solis & lunæ dimensionem; idque tuto, citraque lapsum probabis. In gyrum autem, & orbem volue, quæ intus scripta, & notata sunt, & invenies orbis condiri annos, ad CHristi usque adventum: Et post hæc rursum, CHristi pro nobis hominis facti genealogiam, & solis, ac lunæ periodos, paschalesque incipientes, & instantes terminos prout sub Constantino descripti sunt.

g) *Lacuna est vel obsoleta antiquitatis, vel negligentia librarii.* H. Canisius.

* Septem æonibus, hoc est millenariis, nempe post sex millenariorum durationem sequuturo septimo sancti sabbati millenario, ut veteribus quibusdam persuasum.

APPEN-

APPENDIX
Ad
S. HIPPOLYTI
MARTYRIS OPERA,
SPICILEGIUM
SS. PATRUM
Tertii à Christo Nato Sæculi,
Et
CHALCIDII
Commentarios in Timæum
Platonis
Emendatos & notis illustratos
complectens.

S. IRENÆI,
Episcopi Lugdunensis & Martyris
FRAGMENTA
è Codd. MSS. Bibliothecæ Regiæ Taurinensis primum edita
à Viro Rev. & Clariss.
CHRISTOPHORO MATTHÆO PFAFFIO,
Quæ in editionibus operum Irenæi, etiam novissimis duabus Grabiana & Massuetiana desiderantur.

FRAGMENTUM PRIMUM.

Ἐστι μὲν οὖν ἡ γνῶσις ἡ ἀληθινὴ ἡ κατὰ Χριστὸν σύνεσις, ἣν ὁ Παῦλος καλεῖ τὴν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται. ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ, οὗ ἐάνπερ τις γεύσηται, οὐ μὴ ἂν προσελεύσεται ταῖς παραδιατριβαῖς καὶ λογομαχίαις τῶν τετυφωμένων καὶ φυσιουμένων, τῶν ἃ μὴ ἑωράκασιν ἐμβατευόντων. Ἀσχημάτιστος γὰρ ἡ ἀλήθεια καὶ ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὡς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει, ἐυμ .... * τοῖς πειθομένοις. Ὁμοίους γὰρ Χριστῷ ἡμᾶς ποιεῖ, εἰ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν αὐτοῦ παθημάτων γνῶμεν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἐπιλογὴ τῆς Ἀποστολικῆς διδασκαλίας καὶ τῆς ἁγιωτάτης πίστεως τῆς ἡμῖν παραδοθείσης, ἣν οἱ ἰδιῶται δέχονται καὶ οἱ ὀλιγομαθεῖς ἐδίδαξαν, οἱ ταῖς γενεαλογίαις ταῖς ἀπεράντοις οὐ προσέχοντες, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὴν τοῦ βίου ἐπανόρθωσιν σπουδάζοντες, ἵνα μὴ τοῦ θείου πνεύματος ἀποστερηθέντες ἀποτύχωσι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Τὸ γὰρ πρῶτον μέν ἐστι τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν καὶ τὸ ἀκολουθῆσαι τῷ Χριστῷ, καὶ οἱ ταῦτα ποιοῦντες εἰς τελειότητα φέρονται, πᾶν τὸ θέλημα τοῦ Διδασκάλου πεπληρωκότες, υἱοὶ θεοῦ διὰ τῆς παλιγγενεσίας τῆς πνευματικῆς γινόμενοι, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κληρονόμοι, ἣν πρῶτον ζητοῦντες οὐκ ἀφεθήσονται.

Est verò cognitio vera ea quæ secundum Christum est scientia, quam Paulus a) appellat sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam animalis homo b) non capit: Sermo de cruce. c) quem si quis gustaverit, non sanè accedet ad disputationes & quæstiones de vocibus superborū & inflatorum, d) ea ingredientium, quæ non viderunt. e) Veritas enim figura caret, & propinquum tibi verbum est in ore tuo & in corde tuo, uti idem Apostolus dicit, f) quod facile disci potest ab obedientibus; nam similes Christo nos reddit, si virtutem resurrectionis ejus & communionem passionum ejus noverimus. Hoc enim est compendium doctrinæ Apostolicæ & sanctissimæ fidei nobis traditæ, quam illiterati capiunt & indocti didicerunt, genealogiis, quæ finem non habent, non attendentes, g) sed magis correctioni vitæ studentes, ne divino Spiritu privati amittant regnum cœlorum. Nam primum quidem est seipsum abnegare & Christum sequi: & qui hæc faciunt, ad perfectionem feruntur, omnem doctoris voluntatem implentes, filii Dei per regenerationem spiritualem evadentes, & regni cœlestis hæredes. quod qui primum quærunt, non deserentur.

FRAGMENTUM SECUNDUM.

Οἱ ταῖς δευτέραις τῶν ἀποστόλων διατάξεσι παρηκολουθηκότες ἴσασι, τὸν Κύριον νέαν προσφορὰν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ καθεστηκέναι κατὰ τὸ Μαλαχίου τοῦ προφήτου. Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρὰ, ὥσπερ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ ἀποκαλύψει λέγει. τὰ θυμιάματα εἰσὶν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων καὶ ὁ Παῦλος παρακαλεῖ ἡμᾶς παραστῆσαι τὰ σώματα ἡμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐαρε-

Qui ultimas Apostolorum constitutiones assecuti sunt, ii norunt, Dominum in Novo Testamento novam instituisse oblationem secundū dictum h) Malachiæ Prophetæ, Propterea *ab ortu solis & usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco suffitus offertur nomini meo, & victima munda.* Uti & Johannes i) in Apocalypsi dicit: *suffitus sunt preces sanctorum* Et Paulus k) hortatur, ut *sistamus corpora nostra victimam viventem, sanctam, beneplacitam Deo, rationalem cultum*

* Ultimæ literæ in Codice litura absorptæ sunt. Cæterum εὐμαθὲς legendum censemus. *Pfaffius*

a) I. Cor. II. 7. b) 1. Cor. II. 14 c) I. Cor. I. 18. d) 1. Tim. VI. 3. 4. 5 e) Coloss. II. 18. f) Rom. X. 8. g) 1. Tim. I. 4. h) Malach. I. 11. i) Apocal. V. 8. k) Rom. XII. 1.

εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ἡμῶν. καὶ πάλιν. ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως, τουτέστι καρπὸν χειλέων. Αὗται μὲν αἱ προσφοραὶ οὐ κατὰ τὸν νόμον εἰσί, οὗ τὸ χειρόγραφον ἐξαλείψας ὁ Κύριος ἐκ τοῦ μέσου ἦρκεν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, ἐν πνεύματι γὰρ καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν τὸν Θεόν. Διότι καὶ ἡ προσφορὰ τῆς εὐχαριστίας οὐκ ἔστι σαρκικὴ ἀλλὰ πνευματική, καὶ ἐν τούτῳ καθαρά. Προσφέρομεν γὰρ τῷ Θεῷ τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, εὐχαριστοῦντες αὐτῷ, ὅτι τῇ γῇ ἐκέλευσε ἐκφῦσαι τοὺς καρποὺς τούτους εἰς τροφὴν ἡμετέραν, καὶ ἐνταῦθα τὴν προσφορὰν τελέσαντες ἐκκαλοῦμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπως ἀποφήνῃ τὴν θυσίαν ταύτην καὶ τὸν ἄρτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ποτήριον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ἵνα οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν ἀντιτύπων, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς ζωῆς αἰωνίου τύχωσιν. Οἱ οὖν ταύτας τὰς προσφορὰς ἐν τῇ ἀναμνήσει τοῦ Κυρίου ἄγοντες, οὐ τοῖς τῶν Ἰουδαίων δόγμασι προσέρχονται, ἀλλὰ πνευματικῶς λειτουργοῦντες, τῆς Σοφίας υἱοὶ κληθήσονται.

nostrum. Et rursus: l) *offeramus victimam laudis, hoc est fructum labiorum:* Nam hæ oblationes non secundum legem sunt, cujus chirographum m) delens Dominus è medio sustulit, sed secundum spiritum, nam in spiritu & veritate oportet adorare Deum. n) Quapropter oblatio Eucharistiæ etiam non carnalis sed spiritualis est, & in hoc munda. Offerimus enim Deo panem & poculum benedictionis, gratias agentes ipsi, quod terræ mandaverit progignere hos fructus ad nostrum nutrimentum, & postea finita oblatione, invocamus Spiritum S., ut exhibeat hanc victimam & panem Corpus Christi, & poculum Sanguinem Christi, ut, qui hæc antitypa accipiunt, remissionem peccatorum & vitam æternam consequantur. Illi itaque, qui has oblationes in recordatione Domini agunt, non sane Judæorum institutis accedunt, sed spiritualiter sacra facientes sapientiæ, filii vocabuntur.

FRAGMENTUM TERTIUM.

Ἔταξαν οἱ Ἀπόστολοι, μὴ δεῖν ἡμᾶς κρίνειν τινὰ ἐν βρώσει καὶ ἐν πόσει καὶ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νεομηνίας ἢ σαββάτων. Πόθεν οὖν ταῦται αἱ μάχαι; πόθεν τὰ σχίσματα; ἑορτάζομεν, ἀλλ' ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ διαῤῥίπτοντες, καὶ τὰ ἐκτὸς τηροῦμεν, ἵνα τὰ κρείττονα, τὴν πίστιν καὶ ἀγάπην ἀποβάλλωμεν. Ταύτας οὖν ἑορτὰς καὶ νηστείας ἀπαρέσκειν τῷ Κυρίῳ, ἐκ τῶν προφητικῶν λόγων ἠκούσαμεν.

ORdinaverunt Apostoli, o) non oportere nos judicare quenquam in esca vel potu vel parte festi aut neomeniæ aut sabbatorum. Unde igitur hæ disceptationes? Unde schismata? Feriamur sed fermento malitiæ & malignitatis, Ecclesiam Dei scindentes, & externa servamus, ut meliora, fidem & charitatem abjiciamus. Has igitur ferias & jejunia displicere Domino ex sermonibus Propheticis p) audivimus.

FRAGMENTUM QUARTUM.

Χριστὸς ὁ πρὸ αἰώνων κληθεὶς Θεοῦ υἱὸς ἐν τῷ πληρώματι τοῦ καιροῦ ὤφθη, ἵνα ἡμᾶς τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ὄντας διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ καθαρίσῃ, ἀγνοὺς τῷ Πατρὶ υἱοὺς παραστήσας, εἰ τῇ παιδείᾳ τοῦ πνεύματος εὐπειθεῖς ἡμᾶς παρέχωμεν. Καὶ ἐν τῷ τέλει τῶν καιρῶν μέλλει ἔρχεσθαι εἰς τὸ καταργῆσαι πᾶν τὸ κακόν, καὶ εἰς τὸ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα, ἵνα ᾖ πάντων τῶν μιασμάτων τὸ τέλος.

CHristus ante secula vocatus Dei Filius in complemento temporis apparuit, ut nos, qui sub jugo peccati eramus, per sanguinem suum purificet, inculpatos Patri filios sistens, si castigationi spiritus obedientes nos præstemus. Et in fine temporum venturus est ad destruendum omne malum, & ad reconcilianda universa: ut omnium impuritatum sit finis.

l) Hebr. XIII. 15. m) Coloss. II. 14. n) Joh. IV. 24. o) Coloss. II. 16.
p) Es. I. 11. LVIII. 3. seq. Jerem. VI. 20. Hos. VI. 6. VII. 6. Amos V. 21. Zach. VII. 5. VIII. 9.

CLEMENTIS ALEX. FRAGMENTA

quæ Græcè tantum leguntur in noviſſima edit. Oxonienſi.

Anonymus de Paſchate, à Dionyſ. Petavio in Uranologio editus, & à Carolo du Freſne præfationis inſtar Chronico Paſchali præmiſſus:

Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γενονὼς ἱερεὺς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος καὶ οὐ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων, ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ τὰ παραπλήσια διδάσκει, γράφων οὕτως. Τοῖς μὲν οὖν παρεληλυθόσι ἔτεσι τὸ θυόμενον πρὸς Ἰουδαίων ἤσθιεν ἑορτάζων ὁ Κύριος Πάσχα· ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν αὐτὸς ὢν τὸ Πάσχα ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, αὐτίκα ἐδίδαξε μὲν τοὺς μαθητὰς τοῦ τύπου τὸ μυστήριον τῇ ιγ΄, ἐν ᾗ καὶ πυνθάνονται αὐτοῦ· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ Πάσχα φαγεῖν; ταύτῃ οὖν τῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων, καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο. Ὅθεν ὁ Ἰωάννης ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰκότως ὡς ἂν προετοιμαζομένους ἤδη ἀπονίψασθαι τοὺς πόδας πρὸς τοῦ Κυρίου τοὺς μαθητὰς ἀναγράφει. πέπονθε δὲ τῇ ἐπιούσῃ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, αὐτὸς ὢν τὸ πάσχα, καλλιερευθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων.

καὶ μεθ᾽ ἕτερα.

Ἀκολούθως ἄρα τῇ ιδ΄, ὅτε καὶ ἔπαθεν, ἕωθεν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τῷ Πιλάτῳ προσάγοντες οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ᾽ ἀκωλύτως ἑσπέρας τὸ Πάσχα φάγωσι. Ταύτῃ τῶν ἡμερῶν τῇ ἀκριβείᾳ καὶ αἱ γραφαὶ πᾶσαι συμφωνοῦσι, καὶ τὰ εὐαγγέλια συνῳδά. ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἀνάστασις. τῇ γοῦν τρίτῃ ἀνέστη ἡμέρᾳ, ἥ τις ἐν πρώτῃ τῶν ἑβδομάδων τοῦ θερισμοῦ, ἐν ᾗ καὶ τὸ δράγμα νομοθετεῖτο προενεγκεῖν τὸν ἱερέα.

SEd & Clemens Sanctiſſimus Eccleſiæ Alexandrinæ ſacerdos, vir antiquiſſimus & non longe remotus à temporibus Apoſtolorum, in libro de Paſchate conſimilia docet cum ita ſcribit : *Superioribus annis Dominus Paſcha celebrans comederat mactatum à Judæis. Iam vero prædicans ſeipſum eſſe Paſcha agnum DEi, qui ut ovis ad mactationem duceretur, ſtatim docuit diſcipulos figuræ myſterium die decima tertia, qua etiam ex ipſo percontantur :* a) ubi vis Paſcha tibi ad comedendum paremus ? *Illa igitur die & azymorum ſanctificatio & præparatio feſti facta eſt. Unde & Johannes* b) *illa die convenienter utpote præparatorum jam diſcipulorum pedes à CHriſto lotos ſcribit. Inſecuta autem die paſſus eſt Salvator noſter, qui ipſe erat paſcha, immolatus à Judæis.*

Et aliquibus interjectis : *Congruenter die quartadecima, qua etiam paſſus eſt, mane principes Sacerdotum & ſcribæ CHriſtum Pilato adducentes, non ingreſſi ſunt prætorium, ne pollu-erentur, ſed nullo impedimento Paſcha veſpere comederent. Huic accuratæ dierum computationi etiam Scripturæ univerſæ conſentiunt, & concinunt Evangelia. Teſtimonium quoque ei perhibet reſurrectio : Tertio enim die reſurrexit, qui in primam hebdomadem meſſis incidit, qua lex præceperat à ſacerdote manipulum ſpicarum offerri.*

MACARIUS CHRYSOCEPHALUS

MS. in Bibl. Bodlejana Cod. 211. *Barocc.*

Libro XI. in Lucam,

in fine, hæc ſub

CLEMENTIS ALEXANDRINI

nomine exhibet,

quæ locis aliquot emendatiora hic leges.

Ὁπόση χορεία καὶ πανήγυρις ἐν οὐρανῷ γίνεται, εἴ τις ἐξόριστος γέγονε καὶ φυγὰς τῆς ὑπὸ τῷ

Qualis coetus & panegyris in cœlo fit, quando quis extorrem ſe reddidit & exulem

Ha-

a) Matth. XXVI. 17. b) Ioh. XVIII. 28.

Πατρὸς πολιτείας, ἀγνοῶν ὡς οἱ μακρύνοντες αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἀπολοῦνται· εἰ τὴν δόσιν καὶ τὴν κτῆσιν καὶ τὴν κληρονομίαν τὴν πατρῴαν ἀνήλωσεν, εἴ τινος ἐξέλειπεν ἡ πίστις, καὶ ἡ ἐλπὶς δεδαπάνηται, τοῖς ἔθνεσι συντρέχοντος εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν· εἶτα λιμώττων καὶ στερούμενος, καὶ μηδ' ὧν οἱ χοῖροι σιτοῦνται πληρούμενος· ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ἀλλ' ὁ χρηστὸς πατὴρ οὐκ ἐπιμένει, ἕως ἂν ὁ παῖς πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται· οὐδὲ γὰρ ἴσως δυνήσεται, πόθεν, * οὐδὲ τολμήσαι μὴ ἵλεω τυχὼν αὐτοῦ προσελθεῖν. Διὸ βουληθέντος μόνον, εὐθὺς δεξαμένου πρῶτον ὁρμήσαντος, ἔτι μακρὰν ἀπέχοντος, ἐσπλαγχνίσθη καὶ ἐνδραμὼν, ἔπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν· καὶ τότε θαῤῥῶν ὁ παῖς, ἐξομολογεῖται τὰ πεπραγμένα· διὰ ταῦτα ὁ πατὴρ αὐτῷ τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τὴν ὀφειλομένην καὶ πρέπουσαν ἀποδίδωσι, τὴν στολὴν τὴν πρώτην ἐνδύων, τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ δακτύλιον σήμαντρον βασιλικὸν, καὶ σφραγίδα θείαν· ἐκτύπωμα ἁγιάσματος, ἀποσφράγισμα δόξης, πίστωμα μαρτυρίας, ἐσφράγισε γάρ φησιν· ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι. καὶ ὑποδήματα οὐ φθαρτὰ, ἃ ὑπολύσασθαι κελεύεται ὁ τῆς ἁγίας γῆς ἐπιβεβηκώς, καὶ οἷα ὑποδεδέσθαι κωλύεται, ὁ κηρύσσων τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀπεσταλμένος, ἀλλ' ἀτειρῆ καὶ εὐάρμοστα τῇ πρὸς οὐρανὸν διαβάσει· εὐπρεπῆ τε καὶ κοσμοῦντα τὴν ἐπουράνιον πορείαν· οἷα μήποτε ἄνιπτοι πόδες ὑποδύωνται, ἀλλ' οὓς ἂν νίψῃ ἡμῶν ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ Κύριος· πολλὰ μὲν οὖν τὰ τῆς πονηρᾶς ψυχῆς ὑποδήματα, οἷς πεπέδηται καὶ συνέσφιγκται, σειραῖς γὰρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων ἕκαστος σφίγγεται· καὶ διὰ τοῦτο ἐπόμνυται Ἀβραὰμ πρὸς τὸν βασιλέα Σοδόμων· εἰ ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν, ὧν ἕνεκεν κεινωμένων καὶ φυρομένων ἐπὶ γῆς, ἀδικία πᾶσα καὶ πλεονεξία κατέχει τὸν βίον· ὡς διὰ τοῦ Ἀμὼς ἐλέγχει τὸν Ἰσραὴλ ὁ Κύριος λέγων· ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν, οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτὸν, ἀνθ' ὧν ἀπέδοντο ἀργυρίου δίκαιον, καὶ πένητα ἕνεκεν ὑποδημάτων, τὰ πατοῦντα ἐπὶ τὸν χοῦν τῆς γῆς. ἃ δὲ κελεύει ὁ πατὴρ ὑποδήματα τοὺς θεράποντας δοῦναι τῷ μετανοήσαντι καὶ προσφυγόντι υἱῷ, οὐκ ἐπίπεδα, οὐδὲ ἕλκοντα εἰς τὴν γῆν· βρίθει γὰρ τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα, ἀλλὰ μετέωρα καὶ διαπορθμεύοντα πρὸς οὐρανὸν οἵας ἐπιβάθρας καὶ ὀχήματος δεῖται ὁ πρὸς τὸν Πατέρα ποιησάμενος ἔνδοθεν. πᾶσι γὰρ τούτοις πρότερον ἔξω καλὸς καλῶς κεκοσμημένος, ἐπὶ τὴν ἔνδον εὐφροσύνην εἰσέρχεται· ἐξενέγκατε γὰρ εἶπε προειπὼν τὸ, ἔτι δὲ αὐτοῦ ἀπέχοντος μακρὰν, δραμὼν ἔπεσεν ἐπὶ τὸν

à civitate Patris, ignarus quod his qui ab eo recedunt sit pereundum. Postquam largitionem filio possessionemque & hæreditatem patriam consumsit, quando fides alicujus deficit & spes dilapidata est, atque cum gentibus is currit in effusam ac dissolutam vitam. Deinde famelico & inopicum nec illis daretur impleri quibus porci cibantur, surgit & ad Patrem suum tendit. Bonus autem Pater non exspectat donec ad eum veniat filius, neque enim poterit fortasse, aut veritus ne propitium haud inveniat, non audebit: ideo volente illo solum, & primum vix impetum capiente statim, absente adhuc procul, pater misericordia commotus accurrit, & collo ejus allabitur, filiumque exosculatur. Tunc confidens ille, admissa confitetur. Ideoque Pater ei gloriam & honorem debitum decentemque restituit, stolamque priorem iterum illi induit, incorruptibilitatem, annulumque, regium insigne & divinum sigillum, expressam figuram sanctimoniæ, gloriæ signaculum, fidele documentum testimonii, *signavit* enim, inquit, *quod DEus verax est.* a) Induit etiam calceos, non corruptibiles, quales exuere jubetur b) calcaturus terram sanctam, prohibeturque induere qui mittitur c) ad prædicandum regnum cœlorum, sed incorruptibiles, aptosque ad profectionem in cœlum, & decentes atque cœleste iter ornantes, quales nunquam illotis pedibus inducuntur, sed iis quas Magister noster, Dominus laverit. d) Varia quidem sunt impiæ animæ calceamenta quibus ligatur illa & constringitur, propriorum enim peccatorum laquei quemlibet constringunt. Ideo Abraamus Regi jurat Sodomorum, e) *quod à filo subtegminis usque ad corrigiam calceamenti non accipiam ex omnibus quæ tua sunt.* Quare vulgatis illis & corruptis in terra, vitam omnis injustitia avaritiaque occupatam tenet, ut per Amosum Dominus Israëlem arguit cum ait: f) *Super tribus sceleribus Israël & super quatuor non convertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento justum, & pauperem pro calceamentis quæ conterunt pulverem terræ.* Quæ vero jubet Pater calceamenta dare pœnitenti qui ad ipsum confugerat filio, non impedientia sunt nec in terram trahunt; aggravatur enim à terreno tabernaculo mens & multarum plena fit curarum: sed vero sublimia & sursum attollentia & transducentia in cœlum, cujusmodi gradu & vehiculo indiget qui Patrem adire parat. Omnibus enim hi ce. prius extrinsecus pulchre pulcher ornatus ad interiorem lætitiam ingreditur. *Efferte* enim dixerat,

R 2 τεά-

* Fortasse leg. δυνήσεταί ποτε.

a) Joh. III. 33. b) Exod. III. 5. c) Matth. X. 10. d) Joh. XIII. 8. e) Genes. XIV. 23. f) Amos II. 6. g) Joh. III. 29. h) Matth. XXII. 12. i) Joh. I 29.

τράχηλον· ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ τὴν παρασκευὴν πᾶσαν τὴν εἰς τοὺς γάμους εἰς οὓς ἐκλήθημεν εἰσόδου κατηρτίσθαι. ὁ μὲν οὖν ἕτοιμος γεγονὼς εἰσελθεῖν, ἐρεῖ, αὕτη ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται· ὁ δὲ ἀκαλλὴς καὶ δυσειδὴς ἀκούσεται· ἑταῖρε, πῶς ὧδε εἰσῆλθες μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; ἡ δὲ πίων καὶ λιπαρὰ τροφὴ καὶ τρυφὴ τῶν μακαρίων ἡ ἀμφιλαφὴς καὶ διαρκὴς, ὁ μόσχος ὁ σιτευτὸς θύεται, ὁ καὶ πάλιν ἀμνὸς λεγόμενος· οὐχ ἁπλῶς, ἵνα μή τις μικρὸν ὑπολάβῃ· ἀλλ' ὁ μέγας καὶ μέγιστος. οὐ μικρὸς γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ὁ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθείς· τὸ θῦμα τὸ μεμυελωμένον· οὗ κατὰ τὸν ἱερὸν νόμον πᾶν στέαρ τῷ Κυρίῳ· πᾶς γὰρ ὁ ἀνακείμενος καὶ ἀνατεθειμένος τῷ Κυρίῳ· οὕτως εὐτραφὴς καὶ ὑπερηυξημένος, ὡς εἰς πάντα χωρῆσαι καὶ ἀναδοθῆναι, καὶ πληρῶσαι τοὺς ἐσθίοντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐμφορουμένους αὐτοῦ· ὁ καὶ σὰρξ καὶ ἄρτος ὤν· καὶ ἀμφότερα ἑαυτὸν ὄντα διδοὺς ἡμῖν φαγεῖν· τοῖς μὲν οὖν προσιοῦσιν υἱοῖς, ὁ πατὴρ τὸν μόσχον δίδωσι, καὶ θύεται, καὶ τρώγεται· τοὺς δὲ μὴ προσιόντας, διώκει καὶ ἀποκηρύττει· καὶ ἀλκιμώτατος ταῦρος εὑρίσκεται· διὰ γὰρ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἀνδρείαν, λέλεκται περὶ αὐτοῦ, ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ. Ὁρᾷ δὲ αὐτὸν καὶ ὁ προφήτης Ἀββακοὺμ κέρας φοροῦντα· καὶ τὸν ἀμυντήριον ᾄδει τρόπον· κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ τὸ σημεῖον δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν, ἑκατέρωθεν, μᾶλλον δὲ πανταχόθεν καὶ διὰ πάντων διήκοντα τὰ κέρατα. Ἐνδυναμοῦνται δὲ οὕτως οἱ ἐσθίοντες, καὶ τοσαύτην ἰσχὺν ἐκ τῆς ζωτικῆς ἐν ἑαυτοῖς ἰσχύουσι τροφῆς, ὡς δ' αὐτοὶ, καὶ κατ' ἐχθρῶν εἶναι καρτεροὶ, καὶ μονονουχὶ τοῦ ταύρου κέρασιν ὡπλισμένοι. ὡς λέγει· ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν·

Εὐφροσύνη καὶ συνῳδία καὶ χοροί. κἂν ὁ πρεσβύτερος, ὁ πάρεδρος ἀεὶ καὶ καταπειθὴς τῷ πατρὶ δυσχερῶς φέρει, μηδέποτε μὲν αὐτὸς ἐν (ἀσωτίᾳ) μηδὲ ἐν διαχύσει γινόμενος, μεμακαρισμένον δὲ ὁρῶν τὸν ἐκδεδικημένον. παρακαλεῖ οὖν τοῦτον ὁ πατὴρ, λέγων· τέκνον, σὺ πάντοτε μεθ' ἐμοῦ εἶ· καὶ τίς μείζων εὐφροσύνη καὶ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις, τοῦ διαπαντὸς συνεῖναι καὶ παρεστάναι καὶ λειτουργεῖν τῷ Θεῷ; καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι· μακάριος δὲ ὁ κληρονόμος τοῦ Θεοῦ, ᾧ πατὴρ ἐκτήσατο· ὁ πιστὸς, οὗ πᾶς ἐστιν ὁ κόσμος τῶν χρημάτων· εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος, νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε. χρηστὲ πάτερ· ὁ ζωογονῶν τὰ πάντα, ὁ ἐγείρων τοὺς νεκρούς. καὶ ἀπολωλὼς ἦν καὶ εὑρέθη. μακάριος δὲ ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου, καὶ ἐκζητήσας εὑρίσκεις. μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Ἀλλὰ τὸ μὲν μετανοεῖν ἐξ ἁμαρτημάτων, ἀνθρώπινον· καὶ γινέσθω τοῦτο μεθ' ὑποστροφῆς ἀσχέτου· ὁ γὰρ μὴ οὕτως, ὀνειδισθήσεται, ὅτι μὴ ἐξ ὅλης καρδίας, ἀλλ' ἐπὶ

qui procul adhuc filio absente ad eum accurrit, & collum ejus est amplexus. Illic enim oportet præparationem omnem ad ingressum in nuptias, ad quas vocati sumus, perfici. Quisquis igitur paratus ingredietur, dicet: *hocce gaudium meum perfectum est.* g) Fœdus autem ac deformis audiet: h) *amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Pinguis cibus est & lautus, deliciæque beatorum magnæ & abundantes: vitulus saginatus mactatur, qui alibi agnus dicitur, non simpliciter, ne quis parvum cogitet, sed magnus imo maximus. Neque enim parvus qui DEi agnus est, qui tollit peccatum Mundi. i) Qui ut ovis ad mactationem ductus est. Victima medullosa, cujus omnis adeps Domino debetur secundũ sanctam legem, k) totus enim consecratus ac devotus Domino est. Ita nitidus & grandis, ut in omnia pertingat ac sufficiat, vescentesque illo ac fruentes saturet: Caro enim est & panis, & utraque cum sit, comedendum se nobis præbet. Accedentibus igitur filiis Pater vitulum dat, qui mactatur & comeditur. Non accedentes persequitur rejicitque, & robustissimus taurus reperitur. Propter magnitudinem enim ac robur dictum de eo, quod *gloria ejus sit velut unicornis.* l) Nam & Propheta Abbacuc m) eum cornu ferentem conspicit, & vindictæ ejus modum decantans, *cornua* inquit, *in manibus ejus.* Propterea & hoc signum denotat ejus potentiam & potestatem, cornua enim utrinque vel potius usquequaque feriunt. Qui vero comedunt, ita corroborantur, & tantas vires ex vivifico illo cibo in se capiunt, ut & contra inimicos sint validi & tantum non taurorum armati cornibus. Unde ait: n) *in te, inimicos nostros ventilabimus cornu.*

Lætitia hinc & concentus, chorique, ægre ferente licet fratre majore natu, qui Patri semper adhæserat eique obsequens fuerat, neutiquam vero ipse flagitiis se & libidinibus dederat, jam vero videbat alterum, pœnam qui meruerat, beate agere. Blande igitur illum compellans Pater, *fili*, inquit, *tu semper mecum es.* Et quænam major lætitia festumve aut panegyris, quam semper adesse & assistere Deo, eique inservire? *Et omnia mea, tua sunt.* Beatus qui heres est DEi, in cujus usus pater sua possidet. Fidelis, cujus est universus opum bonorumque mundus. *Exultare autem & gaudere oportebat, quod frater hic tuus mortuus erat, & revixit.* Bone Pater, qui vivificas omnia, & excitas mortuos. *Et perditus erat, ac repertus est.* Beatus quem elegisti, & assumsisti, quemque quærens reperis. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* o) Sed resipiscere à peccatis, hominis est. Idque fiat non

σπου-

k) Levit. III. 16. l) Num. XXIII. 22. m) Habacuc. III. 4. n) Psal. XLIV. 5. o) Psal. XXXII. 1

σπεύδει. καὶ τὸ καταφυγεῖν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἡμέτερον· καὶ πρὸς τοῦτ᾽ ἀδιαλείπτως καὶ συντόνως ἐπειγώμεθα· δεῦτε γὰρ, λέγει, πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· καὶ τὸ δεῖσθαι καὶ τὸ ἐξομολογεῖσθαι μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἑκούσιον· διὸ ἐντέλλεται, λέγε σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς· ἐπὶ δὲ τούτοις, τίνων τευξόμεθα, καὶ τί ἐσόμεθα, οὐχ ἡμῖν κεῖται.

Οὕτως ἔχει καὶ ἀκριβῶς ἡ παραβολή· ἧκεν ὁ παῖς ὁ μετανοῶν, πρὸς τὸν εὔσπλαγχνον πατέρα, οὐ ταῦτα ἐλπίσας ποτε, τὴν στολὴν πρώτην, καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὰ ὑποδήματα· οὐδὲ γεύσασθαι τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ· οὐδὲ μεθέξειν εὐφροσύνης· οὐδὲ συνῳδίας, καὶ χορῶν ἀπολαύσειν· ἀλλ᾽ ἀγαπητὸν μὲν ἦν αὐτῷ τυχεῖν ὧν ἠξίου καθ᾽ ἑαυτὸν, ποίησόν με, βεβούλετο εἰπεῖν, ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου. τὴν δὲ φιλοφροσύνην ἰδὼν προυπαντήσασαν τοῦ πατρός· τοῦτο μὲν ἐσιώπησεν, εἶπε δὲ ἃ πρὸ τούτων ἐσκόπει· Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου· ταῦτα δὲ αὐτῷ, ἥτε ταπεινοφροσύνη καὶ ἡ ἑαυτοῦ κατηγορία γέγονε τῆς δικαιώσεως, καὶ τῆς δόξης αἰτία· δίκαιος γὰρ ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. Οὕτω καὶ ὁ τελώνης ὑπὲρ τὸν φαρισαῖον ἀπῆλθε δεδικαιωμένος. οὔτ᾽ οὖν ἐπίστατο ὁ παῖς ὧν τεύξεται, οὔτε δέξασθαι, οὔτε χρήσασθαι· οὔτε ἁρμόσαι αὐτῷ τὰ διδόμενα· ἐπεὶ, μήτε τὴν στολὴν λαβὼν αὐτὸς ἐνεδύσατο. Ἀλλ᾽ ἐνδύσατε, φησιν, αὐτόν· οὐ τὸν δακτύλιον αὐτὸς εἰς τὴν χεῖρα ἤνεγκεν, ἀλλ᾽ οἱ κεκελευσμένοι, δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ. οὐδὲ ἑαυτὸν ὑπέδυσεν, ἀλλ᾽ οἱ ἀκούσαντες· Καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας· καὶ ταῦτα ἦν ἴσως αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπιστα· καὶ ἀνέλπιστα πρὶν οὕτω γενέσθαι· ἀσπαστὰ δὲ καὶ θαυμαστὰ, ἐν οἷς ἐδωρήθη γενόμενα.

Ταύτην τὴν ἔννοιαν ἡ παραβολὴ δείκνυσι, τὴν δεδομένην ἑκάστῳ τοῦ λογικοῦ γυμνασίαν. Διὰ τοῦτο ὁ ἄσωτος εἰσάγεται τῆς οὐσίας ἀπαιτῶν τὸν πατέρα. τὸ μέρος· τουτέστι τῆς λογικῆς καταστάσεως· ἅπασι γὰρ ἡ τοῦ λογικοῦ παραδέδοται κτῆσις· εἴς τε τὴν τῶν καλῶν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν τῶν κακῶν ἀποχήν· ἀλλὰ τοῦτο παρὰ Θεοῦ κεκοσμημένοι πολλοὶ, κέχρηνται τῇ γνώσει τῇ δεδομένῃ κακῶς πρὸς πράξεων πονηρῶν ἀσωτίαν· καὶ κακῶς τοῦ λογικοῦ τὴν οὐσίαν καταναλίσκουσιν· τὸ βλέμμα πρὸς αἰσχρὰς θεωρίας· τὴν γλῶσσαν, εἰς βλασφήμους φωνάς· τὴν ὄσφρησιν, εἰς δυσώδεις ἡδονῶν ἀσελγείας· τὸ στόμα πρὸς χοιρώδη γαστριμαργίαν· τὰς χεῖρας, πρὸς ἁρπαγάς· τοὺς πόδας, πρὸς δρόμον ἐπιβουλῶν· τοὺς λογισμοὺς, πρὸς ἀσεβείας βουλάς·

revocanda conversione. Nam qui hoc non facit, ignominia afficietur, quoniam non ex toto animo, sed per impetum modo rediit. Nos decet ad DEum confugere. Hoc perpetuo & assidue agamus. *Venite enim*, inquit, p) *ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Et rogare & confiteri cum humilitate, in nostra voluntate positum est. Ideo præcipit: q) *Dic tu prius peccata tua, ut justificeris.* Exinde autem quid consequuturi & quid futuri, non nos judices sumus.

Sic r) accurate se habet parobolæ sententia. Venit filius pœnitens ad misericordem patrem, non illa sperans, priorem stolam annulumque & calceamenta, neque de vitulo saginato se comesturum, neque lætitiæ futurum participem, aut concentibus & choris se fruiturum. Sed illud modo desiderabat consequi, quod apud se optabat, volebatque rogare: *fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Cum vero bonitatem videret sibi Patris ante venientem obviam, de hac siluit, dixit vero quæ antea meditatus animo fuerat: *peccavi in cœlum & coram te.* Hæc humilitas & sui ipsius condemnatio facta ipsi est causa justificationis & gloriæ. justus enim prius seipsum condemnat. Ita & publicanus præ Pharisæo justificatus discessit. Neque novit filius ea quæ consequebatur vel accipere vel iis uti, aut data sibi applicare. Nam nec stolam ipse accepit & induit, sed *induite*, inquit, illum. Neque annulum ipse manui induxit, sed qui jussi erant, *date annulum in manum ejus.* Neque se ipse calceavit, sed quibus erat dictum: *& calceamenta in pedes ejus.* Hæc ipsi fortassis & aliis incredibilia & insperata, antequam fierent visa sunt. Gratissima vero & admiranda quum illis donatus est.

Hunc sensum Parabola monstrat, concessum singulis esse rationis exercitium. Ideo luxuriosus inducitur, portionem facultatum à patre postulans, hoc est ratione utentis conditionis. Omnibus enim data est rationabilis facultatis possessio, ut bona observent & à malis abstineant. Sed hac ornati à DEo multi, datâ cognitione male utuntur, ut pravis actionibus luxurientur, opesq; rationabilis facultatis male dissipant. Visum ad turpes contemplationes, linguam ad voces blasphemas, olfactum ad fœtidas voluptatum libidines: os ad porcinam voracitatem, manus ad rapinas, pedes cursui ad insidias. Cogitationes ad consilia impia. Rationem ad desidiæ consuetudinem, mentem ad be-

p) Matth. XI. 28. q) Esai. XLIII. 26.
r) Hucusque Clemens: nam quæ sequuntur, alterius procul dubio sunt auctoris, cujus nomen librarius in margine ponere neglexit. Nam nova sequitur expositio parabolæ, eaque certe est Auctoris Clemente recentioris, quia Novatum in fine refutat. *Grabe.*

τὴν γνώμην, εἰς ῥαθυμίας ἐμφόρησιν· τὴν νῦν εἰς κτηνώδη διαγωγήν· οὐδὲν τῶν τῆς λογικῆς οὐσίας τηροῦσιν ἀσκόρπιστον. Τὸν τοιοῦτον οὖν ὁ Χριστὸς, ὡς λογικὸν ἐσκοτισμένον· καὶ τὰ πρέποντα τῷ λόγῳ παρὰ τῆς φύσεως ἀπαιτοῦντα τῆς θείας, διὰ τῆς παραβολῆς ὑποτίθεται· εἶτα παρὰ Θεοῦ κομιζόμενον, καὶ χρώμενον τοῖς δεδομένοις κακῶς· καὶ μάλιστα τῶν τοῦ βαπτίσματος ἠξιωμένων καλῶν, ὅθεν καὶ ἄσωτον ὀνομάζει· εἶτα μετὰ τὴν τῶν δεδομένων ἀπώλειαν· καὶ πάλιν τὴν διὰ μετανοίας ἀνάκτησιν, τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν εἰς αὐτὸν γινομένην.

Ἐνεγκόντες γάρ φησι τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, θύσατε, καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν· ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου, ἄκρας οἰκειότητος ὄνομα, καὶ μηνυτικὸν τοῖς πιστοῖς δεδομένου, νεκρὸς ἦν καὶ ἀπολωλὼς, ἄκρας ἀλλοτριότητος ῥῆσις. τί γὰρ ἀπολωλότος καὶ νεκροῦ, τοῖς ζῶσιν ἀλλοτριώτερον; κεκτῆσθαι γὰρ οὐκέτι οὐδέτερον. ἀλλ' ἀπ' ἄκρας ἐκπεσὼν οἰκειότητος, εἰς ἄκραν ἀλλοτριότητα, πρὸς ἄκραν ἐκ μετανοίας ἐπανῆλθεν οἰκειότητα πάλιν· ἐνδύσατε γὰρ αὐτόν, φησι, τὴν στολὴν τὴν πρώτην· ἣν εὐθὺς τετυχηκὼς τοῦ βαπτίσματος ἔσχε. Τὴν δόξαν φημὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος· τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, τὴν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν χορηγίαν· ἧς ἔτυχεν εὐθὺς τῆς κολυμβήθρας ἀψάμενος· καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τῆς τριάδος ἐνταῦθα τὸ αἴνιγμα· ἐκείνη γὰρ τοῖς πιστοῖς ἐνσφραγίζεται· καὶ ὑποδύσατε αὐτοῦ τοὺς πόδας, εἰς τὴν ἑτοιμασίαν τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. τὴν πρὸς τὰς καλὰς πράξεις ὁλοδρομίαν.

Ἀλλ' οὓς εὑρίσκει Χριστὸς ἀπολωλότας μετὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν εἰς βάπτισμα· τούτους ὁ θεομάχος Ναυάτος ἀπόλλυσι. Μηδὲν τοίνυν μηδὲ αὐτοὶ μετανοοῦντες λογιζώμεθα πταῖσμα, φυλαττόμενοι τὸ πίπτειν, πεπτωκότες ἀναπηδῶμεν· καὶ δειλιῶντες τὴν πρόσκρουσιν, μετὰ τὴν πρόσκρουσιν, ἀπόγνωσιν φεύγωμεν, ἐστηρίχθαι σπουδάζοντες. κατενεχθέντες εἰς ἀνόρθωσιν σπεύδωμεν· πειθώμεθα πρὸς ἡμᾶς τῷ δεσπότῃ βοῶντι· δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. κτησώμεθα τὴν τοῦ λόγου δωρεὰν, πρὸς πράξεις εὐγνωμοσύνης· μάθωμεν ἐνταῦθα τὴν τῶν κακῶν ἀποχήν· ἵνα ἐν τοῖς μέλλουσι μὴ μάθωμεν ἄκοντες. χρησώμεθα βίῳ, πρὸς τὰ καλὰ γυμνασίῳ· πρὸς τὸ τῆς ἁμαρτίας παροξυνώμεθα μῖσος. Βαθύν τινα τὸν τοῦ κτίστου περιφέρωμεν ἔρωτα, ὅλῃ πρὸς αὐτὸν κολληθῶμεν καρδίᾳ, τὴν τοῦ λόγου μὴ κακῶς κατὰ τὴν ἄσωτον οὐσίαν καταναλώσωμεν. τὴν ἀποκειμένην ἐκείνην κτησώμεθα καύχησιν· ἣν ὁ Παῦλος ἰδίᾳ καυχώμενος, τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ· αὐτῷ πρέπει δόξα καὶ τιμὴ, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ſtialia oblectamenta. Nihil adeo rationabilis facultatis ſervant quod non diſſipent. Talem igitur CHriſtus, veluti obſcura rationis utentem luce, & rationi congruentia à natura divina petentem in parabola introducit: eundemque deinde hæc à DEo conſecutum, datisque uſum male, maxime vero bonis baptiſmi conceſſis, unde etiam deinde poſt datorum diſſipationem, eum nequam appellat. Iterum hinc reparationem per pœnitentiam, & benignitatem à DEo ipſi præſtitam.

Adducite, inquit, *vitulum ſaginatum & mactate, & manducemus & læti epulemur: quia hic filius meus*, ſummæ charitatis nomen, quod fidelibus datum innuit, *mortuus erat, & perierat*, ſummæ alienationis appellatio. Quid enim à viventibus alienius quam quod mortuum eſt ac periit, neutrum enim poſſideri amplius poteſt. Sed e ſumma charitatis neceſſitudine in ſumme alienam exciderat conditionem, ad ſummam charitatis familiaritatem iterum revertitur per pœnitentiam. *Induite* enim *illum*, inquit, *ſtolam priorem*, quam habuit tunc ſtatim cum baptiſmus ipſi contigit. Gloriam intelligo baptiſmatis, remiſſionem peccatorum, & aliorum bonorum exhibitionem, quam ſtatim cum lavacrum attigit eſt conſecutus. *Et date annulum in manum ejus*, per hoc indicatur S. Trinitas, illa enim fidelibus imprimitur. *Et inducite calceamenta in pedes ejus*, ut parati ſint ad Evangelium Pacis & integrum bonarum actionum curſum.

Sed quos poſt peccatum in baptiſma commiſſum perditos CHriſtus iterum reperit, hos Novatus Dei adverſarius vult perdere. De nullo igitur & nos lapſu ſi ab eo reſipuerimus deſperemus, caveamus tamen labi, lapſi autem revertamur. Verentesque impingere, poſtquam impegimus fugiamus deſperare, atque ſtabiliri maturemus, erigique properemus ſupplantati. Credamus clamanti ad nos Domino: s) *Venite omnes qui laboratis, & reficiam vos.* Adhibeamus rationis donum ad actiones decentes. Diſcamus cum maxime abſtinere à malo, ne in futurum diſcendum hoc nobis ſit invitis. Vita utamur ut in bono nos exerceamus, & peccatorum magis magisque in nobis accendamus odium. Altum Conditoris amorem circumferamus, toto illi adhæreamus corde, nec, filii nequam exemplo, Rationis facultatem male conſumamus. Repoſitam illam nobis comparemus gloriationem, qua efferens ſe Paulus clamat: t) *quis nos ſeparabit ab amore CHriſti?* Ipſi competit gloria & honor cum Patre & ſancto Spiritu, in ſæcula ſæculorum, Amen.

s) Matth. XI. 28. t) Rom. VIII. 35.

MA-

MACARIUS CHRYSOCEPHALUS
Libro VIII. in Matthæum, de Baptiſmo CHriſti c. 8. Cod. Barocc. 156. & Libro VII. in Lucam, cap. 13. Cod. 211. Barocc.
hæc
CLEMENTIS ALEXANDRINI
allegat:

Οὐκ ἀνθρωπίνην οὖν ὁμοίωσιν ὁ Θεὸς * ἐνταῦθα λαμβάνει, ἀλλὰ περιστερᾶς, ὅτι τὴν ἀφέλειαν καὶ τὸ πρᾶον τῆς νέας ἐπιφανείας τοῦ Πνεύματος ἐβούλετο δεῖξαι τῷ τῆς περιστερᾶς ὁμοιώματι. Ὁ μὲν γὰρ νόμος βαρὺς ἦν καὶ μαχαίρᾳ κολάζων, ἡ δὲ χάρις ἱλαρὰ καὶ λόγῳ ῥυθμίζουσα πραότητος. Ταῦτά τοι καὶ ὁ Κύριος πρὸς τοὺς Ἀποστόλους, εἰπόντας ἐν πυρὶ κολάσαι, τοὺς μὴ δεξαμένους αὐτοὺς κατὰ τὸν Ἠλίαν. ** οὐκ οἴδατέ, φησι, ποίου Πνεύματός ἐστέ;

NOn humanam hîc ſed columbæ ſimilitudinem aſſumſit DEus, quia ſimplicitatem ac manſuetudinem novæ apparitionis Spiritus volebat columbæ imagine ſignificare. Lex enim gravis fuerat & gladio puniebat, at Gratia ſuavis & voce manſueta utens ad corrigendum. Hinc Dominus ad Apoſtolos cum dixiſſet ut Eliæ exemplo hos à quibus recepti non fuerant igne puniret; *an neſcitis*, inquit, *cujus Spiritus eſtis*?

Ex eodem Macario libro XIII. in Matthæum, cap. 9.

Τάχα δὲ διὰ τοῦ ἰῶτα καὶ τῆς κεραίας ἡ δικαιοσύνη κέκραγε αὐτοῦ· ἐὰν ὀρθοὶ πρός με ἥκητε, κἀγὼ ὀρθὸς πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν πλάγιοι πορεύησθε, κἀγὼ πλάγιος, †) λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων. Τὰς ἐπιπλήξεις τῶν ἁμαρτωλῶν, πλαγίας αἰνιττόμενος ὁδούς· ἡ γὰρ εὐθεῖα καὶ κατὰ φύσιν ἣν αἰνίττεται τὸ ἰῶτα τοῦ Ἰησοῦ, ἡ ἀγαθωσύνη αὐτοῦ, ἡ πρὸς τοὺς ἐξ ὑπακοῆς πεπιστευκότας, ἀμετακίνητός τε καὶ ἀρρηπής. Οὐ μὴ οὖν παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, οὔτε τὸ ἰῶτα, οὔτε ἡ κεραία, τουτέστιν, οὔτε ἡ τοῖς εὐθέσι κατάλληλος ἐπαγγελία, οὔτε ἡ τοῖς πλαγιάζουσιν ἠπειλημμένη κόλασις. ἀγαθύνει γὰρ τοῖς εὐθέσι Κύριος, τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάγει μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Καὶ μετὰ ἀθώου ἀθῷος ἔσται, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψει, ††) καὶ τοῖς σκολιοῖς σκολιὰς ὁδοὺς ἀποστέλλει.

FOrtaſſe per rectum jota & obliquum apicem juſtitia ejus exclamat: *Si recti ad me veneritis, & ego rectus ad vos: ſi obliqui inceſſeritis, & ego obliquus, inquit Dominus exercituum.* Peccantium enim offenſiones per obliquas vias ſignificantur. Recta vero & naturalis eſt quam jota nominis JEſu indicat, bonitas ejus quæ erga obedientes ac fideles immota eſt ac ſtabilis. Non igitur præteribit de lege nec apex nec jota, hoc eſt, neque rectis reſpondens promiſſio, neque quam oblique incedentib9 Deus comminatur, pœna Rectis enim bonum ſe præbet Dominus, declinantes vero ad tortuoſos anfractus, abducit ad ſortem eorum qui operati ſunt iniquitatem. Et cum innocente innocens eſt, & cum perverſis perverſus, & obliquis obliquas immittit vias.

ΑΛΛΗ ΘΕΩΡΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ.

Τῇ ἑαυτοῦ φωτοειδεῖ μορφῇ ὁ Θεὸς ὡς ἐν σφραγῖδι μεγίστῃ τὸν ἐν ὁμοιώματι ἄνθρωπον ἐνετυπώσατο, πῶς ἂν πάντων ἀρχῇ καὶ κυριεύῃ, καὶ πάντα αὐτῷ δουλεύῃ. Διὸ κρίνεται ὁ Θεὸς εἶναι τὸ πᾶν αὐτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον. Οὗτος ἀόρατος, ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν, ὁ ἄνθρωπος, ὁρατός. Ὃ οὖν ἐάν τις ποιήσεται a) ἀνθρώπῳ, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακὸν, εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεται. Διὸ ἐξ αὐτοῦ κρίσις πᾶσι κατ᾽ ἀξίαν ἀπονέμουσα παρελεύσεται, τὴν γὰρ αὐτοῦ μορφὴν ἐκδικεῖ.

Alia CLEMENTIS Allegoria.

DEus homini ad ſimilitudinem ſuam facto formam ſuam ſplendidam, velut ſigillum maximum impreſſit, ut omnibus imperaret & dominaretur, & cuncta illi ſervirent. Ideo judicat DEus totum ſe & imaginem ſui hominem eſſe. Quicquid igitur homini fecerit aliquis ſive boni ſive mali, in DEum refertur. Ideo ex illo judicium omnibus pro merito ſua tribuens veniet, ſuam enim imaginem vindicat.

* al. ὁ παράκλητος· ** Luc. IX. 54. † Levit. XXVI. 24. †† 2. Sam. XXII. 27.
a) vel. ποιήσῃ, ita ſane legitur. *Grabe.*

CLEMENTIS ALEX. FRAGMENTA

Quæ in editione Oxonienſi deſiderantur.

S. Anaſtaſius Sinaita Quæſt. XCVI.

Ὁ δὲ ἱερὸς καὶ ἀποστολικὸς διδάσκαλος Κλήμης, ἐν τῷ περὶ προνοίας, καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ πρώτῳ λόγῳ τοιοῦτόν τι λέγει. ὥσπερ δυνατὸν καὶ νῦν ἄνθρωπον πλάττειν ἀνθρώπους κατὰ τὴν προτέραν τοῦ Ἀδὰμ διάπλασιν, οὐκ ἔτι οὕτω ποιεῖ διὰ τὸ ἅπαξ χαρίσασθαι τῷ ἀνθρώπῳ ἀνθρώπους γεννᾷν, εἰπὼν πρὸς τὴν φύσιν ἡμῶν, τὸ αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, οὕτω φησὶ τῇ παντεξουσίῳ καὶ προνοητικῇ αὐτοῦ δυνάμει, καὶ τὴν τῶν σωμάτων διάλυσιν καὶ τελευτὴν, φυσικῇ τινι ἀκολουθίᾳ καὶ τάξει, τῇ τῶν στοιχείων μεταβολῇ ᾠκονόμησε γίνεσθαι κατὰ τὴν οὐσιώδη αὐτοῦ θεογνωσίαν καὶ κατάληψιν. ἠκούσαι φωνῆς ἱερᾶς Πατρὸς πατέρων διδασκούσης, ὅτι περ τῇ παναγάθῳ καὶ τῇ προνοητικῇ αὐτοῦ δυνάμει ὁ Θεὸς οὐσιωδῶς ἐντέθηκε τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καὶ τὴν διὰ σαρκὸς γέννησιν τῶν ἐκ στοιχείων δυνάμει Θεοῦ συνισταμένην, ὁμοίως καὶ τὴν διάλυσιν καὶ ἀποβίωσιν.

Cæterum ſanctus & Apoſtolicus Doctor Clemens in primo de providentia & juſto judicio Dei ſermone, ejusmodi quid ſcribit: *Quemadmodum fieri poteſt, ut & nunc homo formet hominem, eo pacto, quo Adam formatus eſt; id tamen non fit, eo quod homini vim generandi homines conceſſerit, verbis illis ad naturam humanam prolatis:* * Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, *ita*, inquit, *omnipotente & provida ſua virtute, corporum reſolutionem & corruptionem, naturali quadam ſerie & conſecutione, elementorum mutationi permiſit & commiſit, ſecundum inſitam eſſentiæ illius cognitionem & comprehenſionem.* Audi quæ nos Pater Patrum doceat, nempe Deum bonitate & providentia ſua naturæ noſtræ eſſentialiter indidiſſe tam carnis generationem, ex elementorum virtute coalitam, quam reſolutionem, vitæque exſtinctionem.

* Gen. I. 28.

Idem S. Anaſtaſius in Hodego p. 22.

Διὰ τοῦτο καὶ Κλήμης ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει πεποίηκεν ἰδιαζόντως ὅρους ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, ὡς φοιτητὴς καὶ θρέμμα γνήσιον ὑπάρχων τῶν ἁγίων Πέτρου, καὶ Παύλου μάλιστα τοῦ πανσόφου, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ ἀποβαλλομένου καὶ λίαν μυσαττομένου καὶ καθυβρίζοντος τὴν Ἑλληνικὴν σοφίαν.

Quamobrem præſtantiſſimus ille ſapientia & doctrina Clemens compoſuit proprias Eccleſiaſticorum dogmatum definitiones, tanquam genuinus ſanctorum Petri, & maxime Pauli diſcipulus, * quem audivit valde repudiare & deteſtari Græcanicam ſapientiam.

Sequuntur deinde ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας λεγόμενοι, συλλεγέντες ἀπό τε Κλήμεντος καὶ ὁσίων Πατέρων. *Variæ definitiones ſecundum traditionem ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ à Clemente & ſanctis Patribus collectæ.* Eas quoniam non ſinceræ Clementis ſunt, in aliis præterea Codicibus *Athanaſio*, in aliis *Joanni Damaſceno* tribuuntur, inter quorum ſcripta etiam ſæpius ſunt editæ, hoc loco addere non eſt neceſſe. Vide V. C. Michaëlem le Quien ad Damaſcenum T. I. p. 662.

Joannes Veccus Patriarcha CPol. de Proceſſione Spiritus S. in Leonis Allatii Græcia Orthodoxa T. I. p. 248.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις, ὥστε πάντες εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος τί Πνεῦμα, καὶ ποσαχῶς λέγεται Πνεῦμα, φησί· Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις.

Sed & Clemens Stromateus, in variis quas compoſuit definitionibus, & quibus omnis pii dogmatis rationes præſcribuntur illi, qui Theologiam perſequi voluerit, definiturus quid ſpiritus & quot modis dicatur, ait: *Spiritus eſt ſubſtantia tenuiſſima, materiæ & formæ expers.*

Ex

* Apparet confundi ab Anaſtaſio Clementem Alex. cum Clemente Romano. Unde minus jam mirum, quod in quibusdam Codicibus iſtæ definitiones ad Clementem Romanum referuntur. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ὅροι διάφοροι πρὸς ἀκριβεστέραν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, συλλεγέντες ἀπὸ Κλήμεντος Ῥώμης καὶ ἑτέρων ὁσίων Πατέρων.

Ex Nicephori CPol. Antirrhetico inedito adversus Iconoclastas.

Edidit Græce & Latine V. C. Nicolaus le Nourry T. I. Apparat. ad Bibliothecam maximam SS. Patrum p. 1334.

Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαϊζόντων.

Σολομῶν ὁ τοῦ Δαβὶδ παῖς, ἐν ταῖς βασιλείαις ἐπιγραφομέναις, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ νεὼ κατασκευὴν, συνεὶς οὐ μόνον ἐπουράνιον εἶναι καὶ πνευματικὴν, ἤδη δὲ καὶ εἰς τὴν σάρκα διαφέρειν ἣν ἔμελλεν οἰκοδομεῖν ὁ τοῦ Δαβὶδ υἱὸς τε καὶ Κύριος, εἴς τε τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἔνθα καθιδρύεσθαι, καθάπερ τι ἄγαλμα ἔμψυχον διεγνώκει, εἴς τε τὴν κατὰ σύνοδον πίστεως ἐγειρομένην ἐκκλησίαν, κατὰ λέξιν λέγει· εἰ ἀληθῶς ἄρα κατοικήσει Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. Κατοικεῖ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς, σάρκα περιβαλλόμενος, καὶ μετὰ ἀνθρώπων αὐτοῦ κατοίκησις γίνεται ἐν τῇ κατὰ τοὺς δικαίους συνθέσει τε καὶ ἁρμονίᾳ· νεὼν ἅγιον ἐργαζομένῳ τε καὶ ἀνιστάντι· Γῆ γὰρ, οἱ δίκαιοι τὴν γῆν ἔτι περικείμενοι· Καὶ γῆ ὡς πρὸς τὸ μέγεθος παραβαλλόμενοι τοῦ Κυρίου. Ταυτά τοι καὶ ὁ μακάριος Πέτρος οὐκ ὀκνεῖ λέγειν· καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας τὰς προσδεκτὰς τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος ὁ κατὰ περιγραφὴν τόπον ἔνθεον ἑαυτῷ καθιέρωσεν ἐπὶ γῆς ὁ Κύριος, λύσατε, εἶπε, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ὁ ναὸς οὗτος ᾠκοδομήθη, καὶ σὺ τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.

Clementis Presbyteri Alexandrini è libro contra eos qui Judæorum errores sequuntur.

Salomon Davidis filius in libris Regnorum cum structuram veri templi non solum cœlestem esse & spiritalem, sed ad carnem quoque, quam filius Davidis & Dominus ædificaturus erat, spectare intelligeret: atque eandem structuram ad ejus præsentiam, per quam constituerat aliquam veluti animatam collocari statuam, simulque ad Ecclesiam secundum fidei consensum excitatam pertinere cognosceret; his utitur verbis: a) *Num vere DEus habitabit cum hominibus super terram?* Profecto habitat super terram, carne indutus, suaque cum justis & conjunctione & concordia fit cum hominibus ejus habitatio, postquam sanctum condidit templum, illudque exstruxit. Terra quippe justi sunt homines, terram adhuc incolentes: terra quoque sunt, si cum DEi magnitudine comparentur. Hæc & sanctus Petrus non dubitat dicere: b) *Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini domus spiritalis, sacerdotium sanctum, offerre spiritales hostias, acceptabiles DEo per JEsum CHristum.* Habitat & in corpore, quod secundum circumscriptionem, sicut locum divinum, sibi Dominus super terram consecravit. *Solvite*, inquit, c) *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui.*

a) 3. Reg. 8. 27. b) 1. Petr. 2. 5. c) Ioh. 2. 19.

Ex Codice chartaceo Bibl. Regis Christianissimi signato n. 2431.

Edidit idem Vir doctiss. Nic. le Nourry p. 1335.

Τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τοῦ Στρωματέως, ἐκ τοῦ περὶ προνοίας λόγου.

Τί Θεός; Θεός ἐστιν, ὡς καὶ ὁ Κύριος λέγει, πνεῦμα. Πνεῦμα δέ ἐστι κυρίως οὐσία ἀσώματος καὶ ἀπερίγραπτος· ἀσώματον δέ ἐστιν ὃ μὴ συμπληροῦται σώματι, ἢ οὗ τὸ εἶναι οὐκ ἔστι κατὰ τὸ πλάτος, μῆκος καὶ βάθος. ἀπερίγραπτον δέ ἐστιν οὐ τόπος, οὐδεὶς τόπος τὸ κατὰ πάντα ἐν πᾶσιν, καὶ ἐν ἑκάστῳ ὅλον, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ αὐτό.

Sanctissimi ac beatissimi Clementis, Alexandriæ Presbyteri, Stromatum auctoris, ex libro de Providentia.

Quid est DEus? DEus est, sicut & Dominus dicit, d) Spiritus. Spiritus autem est proprie substantia incorporea & incircumscripta. Incorporeum vero est, quod non constat corpore, vel quod non est secundum longum, latum & profundum. Incircumscriptum autem est id, quod non est locus. nullus etenim locus est per omnia, in omnibus, ac totum in quolibet, atque in seipso idem.

d) Joh. 4. 24.

Post aliud fragmentum, quod jam è T. I. S. Maximi p. 144. exstat in editione Clementis Oxoniensi, in eodem Codice chartaceo adjiciuntur hæc:

Φύσις λέγεται παρὰ τὸ πεφυκέναι. Πρώτη οὐσία ἐστὶ πᾶν καθ' ἑαυτοῦ ὑφεστὸς, οἷον λίθος οὐσία λέγεται· Δευτέρα δὲ οὐσία αὐξητικὴ καθὸ αὔξει καὶ φθίνει, τὸ φυτόν. Τρίτη δὲ οὐσία ἔμψυχος, αἰσθητικὴ, τὸ ζῶον, ὁ ἵππος. Δευτέρα * οὐσία ἔμψυχος, αἰσθητικὴ, λογικὴ, ἄνθρωπος, δι' ὃ καὶ ἕκαστος γέγονεν ὡς ὢν ἐκ πάντων, τὴν ψυχὴν ἔχων ἄϋλον, καὶ τὸν νοῦν Θεοῦ εἰκόνα.

* Leg. Τετάρτη.

NAtura ex eo dicitur, quod natum est. Prima substantia est id omne quod per se subsistit, quemadmodum lapis substantia dicitur. Secunda vero substantia est quæ incrementi vim habet, quoniam augetur & marcet sicut planta. Tertia autem substantia est animata, sensuque prædita, ut animal & equus. Quarta substantia est animata, sensu prædita, rationalis ut homo. Quo pacto nostrũ unusquisque factus est, ut qui ex his omnibus constat, animamque habet non materiatam, & mentem DEI imaginem.

Apud Jo. Damascenum in sacris Parallelis T. 2. edit. V. C. Michaëlis le Quien p. 341.

Νόμος ἔστω κατὰ τῶν σεμνὰ καὶ θεῖα οὐ σεμνῶς καὶ θεοπρεπῶς ὁρᾷν ἀξιούντων, κόλασιν ἐπιφέρειν ἀορασίας.

SIt lex ista constituta adversus eos qui res sanctas & divinas, non sancte & ut DEo dignum est, cernere cupiunt, pœnam cœcitatis inferre.

Apud eundem p. 307.

Ὁ τοῦ ἀπαθοῦς Θεοῦ φόβος ἀπαθής. φοβεῖται γάρ τις οὐ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἀποπεσεῖν τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ τοῦτο δεδιὼς, τὸ τοῖς κακοῖς συμπεσεῖν, φοβεῖται καὶ δέδιεν τὰ κακά. Ὁ δεδιὼς δὲ τὸ πτῶμα, ἄφθαρτον ἑαυτὸν καὶ ἀπαθῆ εἶναι βούλεται.

TImor DEi vacantis perturbationibus, perturbationi non est obnoxius. Neque enim DEum quis timet sed ne à DEo excidat. Qui autem hoc timet, ne incidat mala, is proinde mala metuit. Porro qui casum timet, is ab interitu & perpessionibus alienus fieri cupit.

Et p. 637.

Καθόλου ὁ Χριστιανὸς ἐρημίας καὶ ἡσυχίας καὶ γαλήνης καὶ εἰρήνης οἰκεῖος ἐστίν.

IN universum Christianus solitudinis, secessionisque & tranquillitatis ac pacis amicus est.

LEO-

LEONIS ALLATII
DE
METHODIORUM SCRIPTIS
DIATRIBA,

ad editionem quæ lucem vidit Romæ A. MDCLVI.

S. D. N.
ALEXADRO VII.
PONT. OPT. MAX.

D*IVINA providentia factum est, BEATISSIME PATER, ut temporibus miseris ac perditis, Summum Tibi rerum committeretur imperium. Jam diu est, quod tot tantisque difficultatibus genus hominum universum affligimur, ac pene conficimur. Experimur omnes, & non sine animi dolore gemimus, & peste & bello nutantem Italiam; nec minus horum vulneribus aliæ Provinciæ & Regna percutiuntur; quæ adeo singulis momentis, ne dicam, horis prægravata, graviora quoque spicula minantur inposterum. Et sic in pejorem partem versa sunt omnia, ut nulla concipiatur acerbitas, quam in hoc tempestatum ac calamitatum concursu adfuturam non pertimescamus. Etiamsi quadrigas solis ascendam, atque hinc effugiam, vix effugiam infortunium. Ita res se habet. Hinc nonnulli paulo fidentius Principes similibus temporibus nutu suo Rempublicam gerentes, infælices reputant, quod non minus ipsi malorum magnitudine obruantur, eoque miseriores, quod suorum & populorum fortunis adversis circumvallentur. Sed mihi, nec absque ratione, demutare sententiam liceat. Ille Princeps præstantior est, nec unus aliquis inficias iverit, qui pluribus & majoribus virtutibus munitus præsentibus malis remedia adhibet, non is qui in rebus prosperis, & ad voluntatem fluentibus somno crapulaq; nihil agens conficitur. Nullum huic sors campum impertitur, in quo virtus excurrere, aut cognosci possit; quare nusquam ille, sed fortuna illius magis collaudabitur, quæ res, ut percommode caderent, effecit. Quod in afflictis rebus non æque evenit. Tum enim in Principe & munificentia, & prudentia, & cura, & solicitudo, & providentia, & animi robur & magnitudo, & omnium rerum humanarum contemptio & despicientia, & si quid aliud ad extrahendam ex ærumnis, salvandamque Rempublicam accommodum est, meridianis radiis clariores elucent. Divina ergo providentia, cum videntur omnia labascere, ALEXANDER VII mundo datus est, virtutum omni genere instructus, & ad sublevandum genus humanum aptissimus. Ne hic plura referam, S. Christi Martyr METHODIUS & consilio, & eruditione, & dicendi gravitate magnus, nunc primum sub tuæ claritatis Sole, & muneris largitate è tenebris inpublicam lucem emergens, suo a me Latino facto Symposio,* integram, & a CHRISTO & Apostolis traditam religionem tuentibus ample munificeque Convivium exornans, & de Castitate sermonibus a selectis decem Virginibus habitis; Christianam vivendi rationem explicans; haud falsa memorare me confirmabit. Is nanque in fine Operis quærens, quinam præstantiores sint, ii ne qui non concupiscunt, & cupiditatibus imperant; an qui concupiscunt, servant tamen Virginitatem? decernit, postquam in utramque partem subtiliter disputasset, illum esse Gubernatorem bonum, qui in magnis & arduis tempestatum fluctibus, non qui in quiete & tranquillitate cymbam servat: Medicum, qui in gravissimis morbis exercitus, sanitatem pluribus restituit: Luctatorem, qui, licet æmulos habeat, eosq; magnos, atque validos, in lucta tamen nunquam evertitur. Dicam igitur & ego quod verum est. Non prospero rerum successu ad optatos exitus proveheris, nec vento conatibus obsecundante: Cœlum terraque & elementa ipsa, & gravitate morborum, & aëris intemperie, & alimentorum pravitate ubicunque cum humano genere congrediuntur. Solus noxam sublevas, solus ægris medicinam das, solus commissam tibi cymbam in tranquillum portum conjicis, omnes motus adversarii, mutationesque rerum & temporum leves atque imbecillæ sunt, si in virtutis Tuæ certamen venerint. Etiam in Phalaridis tauro inclusi, dum succensis ignibus torrentur, gravia quæque & quoscunque casus infestos subter se habent. Verùntamen de istis rebus ipse sermonem abstineam. Dicent qui nunc vivunt, & prædicabunt Te magnis clamoribus multis post seculis posteri, nanque beneficiis hisce tuis devicti, ad te pertinebunt, & Dominum humanissimum, & Gubernatorem providentissimum, & Medicum solertissimum, & Luctatorem firmissimum, & quod omnium caput est, in adversis ipsis fælicissimum. Vivas interim Nestoris annos, maximis tuis atque immortalibus in Rempublicam Christianam meritis magis ac magis semper illustrior.*

T 2 I. Metho-

* Post Allatii editionem, idem Symposium cum nova versione sua vulgarunt viri doctissimi *Petrus Possinus* S. I. Paris. 1672. fol. atque *Franciscus Combefis* O. P. in auctario novissimo Bibl. Patrum 1672. fol.

I.

Methodii nostri Episcopatum, Martyrium, & scripta habemus ex Hieronymo, & qui eum exscripserunt, Sophronio, Gennadio, & aliis recentioribus: Sanctitatem ex Menologiis Græcorum, & Romano Martyrologio: doctrinam ex reliquis, qui illius memoriam, vel ex ejus scriptis sententias in sua inseruerunt. Verba Hieronymi sunt: *Methodius Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopus nitidi compositique sermonis, adversus Porphyrium confecit libros, & Symposium decem Virginum, & de Resurrectione, opus egregium contra Origenem, & adversus eundem de Pythonissa, & de Autexusio. In Genesim quoque, & Cantica Canticorum Commentarios, & multa alia, quæ vulgo lectitantur. Et ad extremum novissima persecutionis, sive ut alii affirmant, sub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.* Consideremus singula.

II. Methodium dictum quoque Eubulium alio nomine, refert Epiphanius Hæresi 63. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ἀπὸ μέρους καθ' εἱρμὸν τῶν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου καὶ τοῦ Εὐβούλου περὶ τοῦ προειρημένου διελέγχους. *Hæc itaque sunt ex parte servata serie, quæ a Beatæ memoriæ Methodio, qui & Eubulius dictus est, de præfato Origene.* His non nemo tertium nobis nomen Methodii effinxerit, quod nec somniavit Epiphanius. Sententia verborum Epiphanii clara est. Titulus μακαρίτης iis, qui pie vivendo, pie quoque vitam deposuerant, dabatur, quod & apud Latinos, *bonæ*, vel *beatæ memoriæ* dici invaluit. Confirmatque idem met Epiphanius infra. ὡς ὁ καλλίων μακαρίτης Μεθόδιος εἶπε. *Uti & præstantior beatæ memoriæ Methodius dixit.*

III. Methodius Episcopus Patarensis. Patarensis Episcopatus non meminit neque Hieronymus, neque Sophronius, neque Suidas neque Martyrologium Romanum. Præfigitur tamen ejus Scriptis in antiquissimis Codicibus: nec illi hoc denegat Joannes Damascenus Oratione 3. de Imaginibus, Leontius Byzantius Act. 3. de Sectis, Photius, & alii. Et cum iisdem ipsis testibus Olympi Lyciæ fuerit Episcopus, quæ inter sex maximas Lyciæ Urbes commemoratur, potuit esse eodem ipso tempore & Patarorum, & aliarum in Lycia Urbium Episcopus. Cum enim adhuc sub Maximiniano, & Diocletiano potissimum persecutiones in Christianos recrudescerent: neque exacta Episcopatuum divisio, quæ postea pace in Ecclesia subsecuta arbitrio Conciliorum, & aliorum, quorum id intererat, in minores partes, ut promtius populorum incommodis occurreretur, firmitatem habuit. Quare fuerit Methodius hic noster, & Pataris, & Olympo, & Tyro, & si cui non ingratum futurum sperarem, Side Episcopus, in Regione Lycia & Pamphilia maris proximis. De Olympo sua ipse testis oculatus rem dignam auribus narrat in excerptis apud Photium in Bibliotheca. Ὅτι, φησὶν, ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ, ὄρος δέ ἐστιν ὁ Ὄλυμπος τῆς Λυκίας, πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ Πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι· δι' ἥν τινα οὖν αἰτίαν, εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλουμένων σωμάτων, οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀκμαιότερον ὑπάρχει, εἰ τῇ φύσει ἐστὶν εὔκαυστον. καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ τὰς ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφωμένου. Κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἀπέρριψα, καθ' ὃν ἂν ἐρεύγεται τὸ πῦρ τόπον, καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες ἐπιφρώθησαν. *Vidi*, inquit, in *Olympo monte Lyciæ ignem sponte sua in montis cacumine ex imo terræ enascentem, juxta quem stirps, Pyragnus nomine existit, adeo florida, virens, & opaca, ut e fonte potius nata videatur. Quam igitur ob causam cum naturæ corruptibiles sunt, & corpora ab igne consumantur, hæc sola stirps non solum non exuritur, sed magis etiam efflorescit, quamvis natura facile exuri possit, præsertim ad ipsius radices igne eructante? Ramos ego ex circumiacentis sylvæ arboribus in ignem illic erumpentem conjeci, qui subito flammis correpti in cinerem redacti sunt.* Est ne aliquid in tota antiquitate expressius? Videturque id postmodum confirmasse apud Photium Diodorius Tarsi Episcopus contra Fatum lib. 4. Σικελίας δὲ καὶ Γαλλίας καὶ Λυκίας, καὶ ἑτέρων ἐθνῶν οὐκ ὀλίγα ὄρη μέγιστα πῦρ ἀέναον ἐκδιδόασι τοσοῦτον, ὡς καὶ τοῖς ἐν νυκτὶ φαίνεσθαι πόρρωθεν, μήτε ὑπὸ κρύους ἐλαττούμενον, μήτε ὑπὸ ὄμβρων σβεννύμενον, μήτε τοῖς τῆς γῆς βλαστήμασι λυμαινόμενον τῶν παρακειμένων αὐτοῖς. *Siciliæ quoque, Galliæ, Lyciæ, aliarumque gentium non minimarum maximi montes, perennem ignem sic emittunt, ut etiam longe positis noctu appareat, neque vel frigoribus imminuatur, vel imbribus exstinguatur, vel terræ germinibus ipsis adiacentibus lædatur.*

IV. *Et postea Tyri Episcopus.* Tyrus Phœniciæ intelligenda est, ob vicinitatem, & ob præstantiam, quæ cum profertur sine alio addito, illa est. Post itaque Olympenum Episcopatum consecutus est Tyrensem. Et tamen eximius scriptor Notis ad Martyrologium Romanum, 14. Junii, in Methodio Constantinopolitano, tres Methodios facit, primũ Constantinopolitanum, secundũ Patarensem tertium Tyri Episcopum. *Alius item Methodius Tyri, de quo infra ad XIIII. Kal. Octob.* qui a Patarensi non alius est. Et quemadmodum hic unum Methodium in duos dividit, ita Collectores Orthodoxographorum Basileenses, *Tyri* Urbis immutatione in *Cyri*, novum nobis Methodii Episcopatum, sed falso obtrudunt.

V. *Et*

V. *Et ad extremum novissimæ persecutionis, sive, ut alii affirmant, sub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ, Martyrio coronatus est.* Hieronymus, & ex Hieronymo reliqui. In Menæis Græcorum XX. Junii.

Μέθοδον Μεθόδιος βίε πρὸς βίον
Μεθεὶς ὁδεύεις, ἐ μέθοδος ἐ πέλει
Εἰκάδι ἀρχιθύτης Μεθόδιος ἐναπετμήθη.

Οὗτος ὁ μακάριος ἐκ παίδων ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεὶς, σκεῦος θεῖον καὶ δοχεῖον θείε Πνεύματος γέγονεν. Ὅθεν καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος τὴν ἀρχιερωσύνην ψήφῳ Θεῦ λαβὼν, καλῶς καὶ θεοφιλῶς ἐποίμανε τὸ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ ποιμνίον, λόγοις προσηνέσι καταφωτίσας τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα. Διὸ καὶ τὴν Ὠριγένες πλάνην ἐπιπολάζεσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν πυρὶ θείῳ ταύτην κατέφλεξε, πᾶσαν τὴν ἀχλὺν καὶ σκοτόμαιναν ἐκμειώσας σοφίᾳ λόγων καὶ θείᾳ χάριτι. Ἡ δὲ τῶν λόγων αὐτῦ ἀςραπὴ καὶ ἡ τῆς γνώσεως σάλπιγξ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελήλυθεν. Ὅθεν μὴ φέρων ὁ ἐχθρὸς τὴν παῤῥησίαν καὶ ἔνςασιν ἐ μεγάλε, ὁπλίζει τὰς ἑαυτῦ ὑπεργὰς πρὸς τὴν τέτε ἀναίρεσιν. Ὁ δὲ καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας νέκρωσιν ζωηφόρον ἐνδυσάμενος, ξίφει τὴν κεφαλὴν τμηθεὶς πρὸς τὴν κρείττονα ζωὴν μετετέθη, πρῶτον μὲν ἱερεργῶν τὸν ἀμνὸν ἐ Θεῦ, ὕςερον δὲ θυόμενος προσηνέχθη τῷ Χριςῷ θυσία ζῶσα· Ὅθεν καὶ διπλοῖς ςεφάνοις κατεκοσμήθη, οἷα γνήσιος πρόμαχος τῆς ἀληθείας, καὶ αἵμασι μαρτυρικοῖς τὸ τέλος ἀπενεγκάμενος ἀνεπαύσατο αἰωνίως. *Beatus hic a puero seipsum Deo dedicans, effectus est divinum Spiritus sancti conceptaculum. Hinc per divinam gratiam, Dei calculo in Episcopatum evectus, bene & religiose concreditum sibi gregem pascens, sermonibus suavibus Ecclesiam illuminavit. Proptereaque cum videret Origenis hæresim in animos hominum abundanter irrepere, ut optimus pastor divino igne illam combussit: universam caliginem, & noctem profundam, cum doctrina sermonum, tum divina gratia dissolvens. Nanque sermonum illius fulgur, & cognitionis tuba per universum orbem divagata est. Cum autem adversarius ægre ferret libertatem, & instantiam magni hujusce viri, suos administros in illius necem inflammat. Hic porro & ante Martyrii certamen, vitam offerentem mortificationem cum induisset, gladio Capite obtruncatus ad meliorem vitam transmittitur. Primum quidem divinum agnum sacrificans, post modum ipse sacrificatus, vivum sacrificium Christo oblatus est. Hinc & duplici corona exornatur, tanquam generosus pietatis assertor, & sanguinibus martyrio promanantibus vita finem, & æternam quietem consecutus.*

VI. Martyrium ergo nulli in dubio est. Tempus quo martyrium subiit, Imperator, sub quo passus est, in controversia fuisse apud nonnullos videtur. Nam cum Hieronymus duplicem sententiam de tempore martyrii, & Imperatore afferat, posteriores uni, alii alteri videntur adhæsisse. Posteriorem sequitur Auctor Menologii per Sirletum latine publicati. *Migravit ad Dominum sub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus.* Attribuunt eam quoque Suidæ, colliguntq; ex verbis illius. Verumtamen cum quæ Suidas exscripsit Sophronii sunt, & Sophronius non alia exprimit, quam quæ dictavit Hieronymus, cujus ipse interpres ex Latino in Græcum est, Suidas exscriptor non potuit nisi in re dubia dubius dubium Hieronymum sequi. Sed apud Suidam legitur: ὃς περὶ τὰ τελευταῖα ἐ ὑςάτε διωγμῦ ἐπὶ Δεκίε καὶ Βαλεριανῦ ἐν χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς μαρτυρίῳ ἐςέφθη. *Qui circa extrema persecutionis, temporibus Decii & Valeriani in Chalcide Orientis martyrio coronatus est.* Legitur, ita est. Hinc etiam errorem in Martyrologio Sirletano irrepsisse verosimile est, sed corrupte; cum integre sic legi debeat, ut Hieronymianis concordent: ὃς περὶ τὰ τελευταῖα ἐ ὑςάτε διωγμῦ, ἢ καθὼς τινες διαβεβαιῦνται, ἐπὶ Δεκίε καὶ Βαλεριανῦ ἐν χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς μαρτυρίῳ ἐςέφθη, vel μαρτυρήσας ἐςεφανώθη, *Qui ad extremum novissimæ persecutionis, sive, ut alii affirmant, sub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.* Sic recte omnia respondent, unumque dicunt Hieronymus, Sophronius, & Suidas; de Methodii martyrii tempore duas fuisse opiniones, alteram, quæ asserat, eum ad postremum novissimæ persecutionis, sub Diocletiano nempe: alteram, sub Decio & Valeriano martyrio coronatum fuisse. Ne Sophronio mali interpretis, & Suidæ pessimi exscriptoris notam inurere cogamur.

VII. Priorem tamen sententiam uti veriorem probant Baronius, Possevinus, Vossius. Nam qui potuit scriptis editis vesaniam Porphyrii redarguere temporibus Diocletiani viventis scribentisque in Christianam religionem, ut plane constat, qui sub Decio & Valeriano martyrio vitam finierat? Porphyrius anno Gallieni decimo, qui Christi est CCLXIV. e Græcia Romam venit Plotino Philosopho adhæsurus annos natus triginta. Si retro actos annos enumerans ad Decii imperium devenias, tum Porphyrium annos natum novem & decem comperies, cum nec illis erat imbutus artibus, nec auctoritatem sibi apud suos vendicaverat, ut calamum in Christianos vertere posset: ideoque nulla tum illius scripta non tantum adversus Christianos, sed nec alia etiam in alia materia, quæ tum moriturus, si sub Decio martyrium subiit, Methodius refelleret. Quod si ante martyrium annos vel paucos reputaveris Methodianæ scriptionis, jam Porphyrius puer atque ineptus ad sustinendum calamum, ne dicam ad scribendum fuerit. Est ergo

firmum, si Methodius in Decii persecutione martyrio vitam posuit, non respondisse Porphyrio, qui nihil adhuc scripserat. Respondit, ut scripta ejusdem palam faciunt, de quo nullus est, qui hæsitat. Est ergo falsa postrema illata a Hieronymo opinio de martyrio Methodii sub Decio & Valeriano, & prior vera, si Porphyrius sub Diocletiano in Christianos virus evomuit: cui commode respondere potuit Methodius, & ad extremum novissimæ illius persecutionis martyrio coronari. Si quis cupit plura de tempore, quo Porphyrius in Christianos insaniit, eaque certissima, petat ex Lucæ Holstenii de vita & scriptis Porphyrii Dissertatione cap. 3. in quo ex Hieronymi, Eusebii, & ipsius Porphyrii scriptis doctissime tempora firmando, & accuratissime singula examinando discedit à sententia Baronii, qui non in Sicilia, sed in Bithynia impiis suis libris Christianam religionem opugnasse, ex Lactantii verbis lib. 5. de justitia cap. 2. contendit.

VIII. *Adversus Porphyrium confecit libros.* Horum meminit idem Hieronymus, dum alios, qui contra Porphyrium scripsere, puta Apollinarium, & Eusebium Cæsariensem recenset. In Procemio Commentariorum in Danielem de Porphyrio, *cui solertissime responderunt Eusebius Cæsariensis tribus voluminibus, hoc est, octavo decimo, & nono decimo, & vigesimo. Apollinaris quoque uno grandi Libro, hoc est vigesimo sexto, & ante hos ex parte Methodius.* Item, *quæ autem ex hoc Propheta, imo contra hunc librum Porphyrius objiciat, testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius, qui multis versuum millibus, ejus vesaniæ respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint.* Et Apologia ad Pammachium pro libris adversus Jovinianum; *Origenes, Methodius, Eusebius, Apollinaris multis versuum millibus adversus Celsum, & Porphyrium.* Et Epistola 84. ad Magnum Oratorem Romanum: *Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius, & Apollinaris fortissime responderunt, quorum Methodius, usque ad decem millia procedit versuum: Eusebius, & Apollinarius viginti quinque & triginta volumina condiderunt.* Meminere horum adversus Porphyrium, Commentariorum Methodii Srophronius Interpres Hieronymi & Suidas exscriptor Sophronii. His adde Philostorgium in excerptis per Photium lib. 8. c. 14. Ὅτι, φησὶν, Ἀπολινάριος κατὰ Πορφυρίου γράψας ἐπὶ πολὺ κρατεῖν τῶν ἠγωνισμένων Εὐσεβίῳ κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν Μεθοδίου κατὰ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως σπουδασμάτων. *Ait Apollinarium scribentem adversus Porphyrium multo superiorem esse iis, quæ Eusebius adversus eundem scripsit: sed & iis, quæ Methodius super eodem argumento edidit.* Judicium Philostorgii, cum sit pro Hæretico Apollinario adversus Catholicum Methodium, non est tanti apud me. Sunt ipsius eaque plurima in Hæreticorum laudes, & Catholicorum dejectionem temere prolata, & prorsus falsa. Et dum adhuc nonnullorum libri supersunt, quisque in judiciis ferendis meliore mente pollens, verum conjiciet.

IX. At subinfert Philostorgii Hæretici editor, & patronus, *hoc idem est judicium Hieronymi*, qui de Apollinario dicit, *Extant ejus adversus Porphyrium triginta libri, qui inter cætera ejus Opera vel maxime probantur. Ubi vides*, inquit, *similem horum Apollinaris librorum commendationem Philostorgianæ huic.* Non video equidem, si Latina intelligo. Aliud siquidem Philostorgii, aliud Hieronymi verba tinniunt. *Philostorgius* ait, *inter hos tres scriptores Methodium, Eusebium, Apollinarium reliquos duos superare, cui ipse suo judicio palmam dat.* Quidquid sit de Philostorgiano judicio, plane Hieronymiana verba aliud sonant. Neque enim Apollinarii scripta contra Porphyrium cum aliorum contra Porphyrium scriptis confert Hieronymus, sed scripta contra Porphyrium Apollinarii, cum reliquis ejusdem Apollinarii. Scripta nempe Apollinarii adversus Porphyrium, inter reliqua de aliis argumentis scripta ejusdem Apollinarii maxime probata fuisse, quæ potuere sic probari, non ideo tamen aliis aliorum Auctorum de eadem materia omnibus meliora videri. Familiaris dicendi Hieronymi modus, in Tatiano; *Porro Tatianus infinita scripsit volumina, e quibus unus contra gentes florentissimus extat liber, qui inter omnia opera ejus fertur insignis.* De Bardisane; *scripsit infinita adversus omnes pæne Hæreticos, qui ætate ejus pullulaverant, in quibus clarissimus ille & fortissimus liber est, quem M. Antonino de Fato tradidit.* Illud item ex Trithemio, assumptum, veluti adjectitium Hieronymo, rejiciendum, *libros contra Porphyrium Methodii duos fuisse*: de numero siquidem nullum est apud Hieronymum verbum. Freculfus Episcopus Lexoviensis tom. 2. lib. 3. cap. 1. de Methodio nostro: *Adversus Porphyrium confecit librum commiatum, & symphosium decem Virginum. Symphosii* corruptum verbum quivis facile agnoverit. *Commiatum* vero illud quid monstri sit, nondum capio. Suspicantur alii verbum ab exscriptore decurtatum, & literis imminutum, ut in versu minorem locum occuparet, ab editoribus non intellectum, ex recto & bono distortum ac malum progenitum, & Auctorem omnino *Commentarium* scripsisse, hinc in *Commiatum* distortum. Certe id Freculfus a Hieronymo, ex quo sua hausit, non habuit.

X. *Et Symposium decem Virginum.* Hujusce Syntagmatis apud antiquos mentio sæpe occurrit. Græci Canonis in eundem Ode 3. Τῆς παρθενίας τὸ σεπτὸν καὶ τῆς ἁγνείας τὸ κάλλος διαπρέψας ἔνδοξε μαθὼν σοφίᾳ τῇ σῇ καὶ

λόγων

λόγων χάριτι, πᾶσαν τὴν τούτων καλλονὴν ὑποδεικνύεις θεόφρον, καὶ τὴν αἰωνίζουσαν φαιδρότητα. Et: Στερεωτέρας ἐδωδῆς πνευματικῶν Συμποσίων ἐμπλησθέντες πάνσοφε τῶν ζῶν, τὴν ὄντως τρυφὴν ἐκεῖθεν τρέφονται τὴν διαμένουσαν, ἀεὶ ζυμφυομένην ἀῤῥεύστως καὶ ζυναυξουμένην τοῖς μετέχουσιν. *Virginitatis venerabile, & Castimoniæ pulchritudinem cum experimento didicisses, ò gloriose, doctrina tua, & sermonum venustate, universam eorum pulchritudinem, divina mente prædite, & nunquam finientem hilaritatem commonstras.* Et; *Firmiori cibo spiritualium conviviorum tuorum repleti, sapientissime, veris inde Lætitiis aluntur, quæ nunquam deficiunt, sed semper novis fluxibus simul cum participantibus enascuntur, & augentur.* Gregorius Nyssenus, sive Anastasius Synaita, de hoc enim modo non disputo, de hominis creatione ad imaginem, & similitudinem Dei; ὅθεν καὶ φησὶ τὴν ψυχὴν ἐν τῷ Συμποσίῳ Μεθόδιος ἀμήχανον καὶ ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν, καὶ τούτου χάριν ὥσπερ ζηλοτυπεῖσθαι, καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων, ὡς κρείττονα αὐτῶν τῶν νοερῶν περικειμένην μορφήν. *Unde Methodius in Symposio singularem esse, & inexplicabilem animæ pulchritudinem asserit: ideoque eam æmulari eique invidere inimicos spiritus, quod iis, quæ intelligentiæ sunt, forma præstantior sit:* Et lib 2. de eodem argumento: ὅθεν καὶ ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ Μεθόδιος ἐν τῷ ὑπ᾽ αὐτοῦ συνταγέντι παρθενικῷ Συμποσίῳ λέγει, ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ὁμοίαν τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, τοῦτ᾽ ὅ ἐστι κατ᾽ εἰκόνα Χριστοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ ἀπαύγασμα καὶ ἐχαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. *Unde vir excelsus, & sapiens Methodius in eo quod conscripsit Virginali convivio, dicit fecisse Deum hominem ad imaginem similem imagini suæ, hoc est ad imaginem Christi; nam ipse est radius & forma paternæ substantiæ.* Et quod magis est, idem ipse Methodius initio Orationis in Hypapantem; Πάλαι ἱκανῶς, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων τὰ περὶ παρθενίας ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας ζυμποσίοις κατεστρωκότων ἡμῶν, ζήμερον αὐτὴν τὴν τῆς παρθενίας ὁλόῤῥιζον δόξαν. *Cum olim, quantum quidem breviter licuit, quæ de Virginitate dicenda erant, in Sympofiis de Castitate compositis abunde explicaverimus, hodierno die eam ipsam Virginitatis solidam gloriam &c.* Ex eodem multa excerpsere, & in sua retulerunt, Andreas Cæsariensis in Apoc. ser. II. ὁ δὲ μέγας Μεθόδιος εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐξέλαβεν, ἀνάρμοστα τῇ δεσποτικῇ γεννήσει τὰ περὶ αὐτῆς ἡγησάμενος, διὰ τὸ ἤδη πρὸ πολλοῦ τετέχθαι τὸν Κύριον ἡμῶν. Καλὸν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ μακαρίου Μεθοδίου μεμνῆσθαι, ὅς φησιν ἐν τῷ λεγομένῳ Συμποσίῳ ἐκ προσώπου Πρόκλης (lege Προκίλλης) οὕτως, ἡ γυνὴ, καὶ τὰ ἑξῆς. *At magnus Methodius ad Ecclesiam retulit, in Dominicæ nativitatis mysterium parum ea convenire ratus, quæ hoc loco de illo narrantur: maxime vero quod Dominus noster dudum ante patefactam libri hujus Prophetiam natus fuerit. At ipsamet Methodii verba in medium adferre lubet. Hic ergo in tractatu, quem Symposion scripsit, ex persona Procillæ virginis ita scribit: Mulier sole induta &c.* Arethas ibidem; Ἕτεροι δὲ καὶ πάλιν ταύτην τὴν γυναῖκα τὴν Ἐκκλησίαν ἔφασαν εἶναι, ἥτις τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον Χριστὸν περιβέβληται, καὶ τὴν σελήνην τὴν Συναγωγὴν ὑπὸ κάτω τῶν ποδῶν, ὡς ἤδη παλαιωθεῖσαν ἔθηκε, καὶ τὰ ἑξῆς πάντα ἁρμοδίως, ὡς Ἀνδρέας καὶ Μεθόδιος. *Rursum vero alii hanc mulierem dixerunt esse Ecclesiam, quæ Sole Justitiæ Christo stipata est, & Lunam id est Synagogam sub pedibus ejus, tanquam jam vetustiorem effectam posuit, & quæ sequuntur omnia congruo modo adaptarunt, ut Andreas, & Methodius.* Leontius Presbyter & Joannes * rerum sacrarum lib. 2. Illud præterea legit Photius, ex quo excerpta quoque & fusiora dedit in sua Bibliotheca.

* Cyparissiota

XI. Et notat Tmemate 237. Σημειωτέον ὡς οὗτος ὁ διάλογος ὧ ἡ ἐπιγραφὴ Συμπόσιον, ἢ περὶ ἁγνείας, παρὰ πολὺ νενοθευμένος ἐστίν. Εὑρήσεις γὰρ ἐν αὐτῷ παραβεβλημένας καὶ Ἀρειανικὰς δοξοκοπίας, καὶ ἑτέρων τινῶν κακοδοξούντων μυθολογήματα. *Observandum, Dialogum, qui Symposion inscribitur, sive de Castitate, magna ex parte adulteratum esse. Offendes enim in illo adjectas & Arianas vanasque opinationes, aliasque male sentientium fabulas.* Et Tmem. 362. refert Andream Ecclistum multas Patrum sententias ad probandas suas hæreses corrupisse, quem postmodum Eusebius Thessalonicensis refellit. παρατίθησι δὲ τὰς κατὰ τοὺς ἐλέγχους ἀποδείξεις ἔκ τε τῆς γραφῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ ἐκ τῶν λογάδων πατέρων, Ἀθανασίου καὶ τῶν τριῶν Γρηγορίων, οὗτε Θαυματουργοῦ λέγω, καὶ τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ θεσπεσίου Νύσσης, Βασιλείου τε τοῦ Καισαρείας, καὶ Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου, Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Πρόκλου, ἀλλὰ δὴ καὶ Μεθοδίου τοῦ ἱερομάρτυρος, καὶ Κοδράτου ὧν ἐνίων καὶ ῥήσεις τινὰς ὁ Ἀνδρέας ἀποσπαράξας καὶ παραπλασάμενος, ἃ δὲ καὶ κακούργως, ἢ καὶ ἀνοήτως ἐξειληφὼς, ἐκεῖθεν, ὡς ᾤετο, τὴν οἰκείαν πλάνην ἐκράτυνεν. *Patrum item lectissimorum sententiis, Athanasii, & trium Gregoriorum, admirandorum inquam illius Patratoris, Theologi, & divini Nysseni, Basilii similiter Cæsareæ Antistitis, & Joannis Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, & Procli Præsulis Constantinopolitani: sancti adhuc martyris Methodii, & Quadrati. Quorundam enim ex his dicta quædam Andreas avulserat, & perverterat: simulque malitiose, aut imperite interpretando, errorem suum ex illis, ut sibi quidem persuasit, confirmarat.* An inter corruptas perversasque sententias Methodii quoque dicta numeranda veniant? id non expressit Photius. Et forte quidem ab iis

depra-

depravandis manus abstinuit, & forte temerario ausu pervertit. Sed cum Commentaria non extent, non expedio. Solemne id fuit Hæreticis, dictis suis & absurdis opinationibus, quæ nunquam ex se pondus habuissent, Scriptoris, cujus auctoritas esset in pretio, testimonio pondus addere. Idque ut probarent, jura amicitiæ, ac fidei violantes, multa in scriptis Patrum, qui alicujus erant dignationis, immiscuerunt, sed quæ potissimum placita propria confirmarent. Quod etiam conati sunt in sanctissimi Methodii scriptis, quemadmodum in Theognosti, Dionysii Alexandrini, & aliorum, quod fuse pertractamus in nostro de libris apocryphis Syntagmate. Photius Patriarcha contra Latinos: Εἰ καὶ τῆς ἀκριβείας ὡς ἄνθρωποι παρεσύρησαν, ὃ πολλοὶ πεπόνθασι τῶν μεγάλων ἔν τισιν, ὡς Ἀλεξανδρείας Διονύσιος, καὶ Μεθόδιος ὁ Πατάρων, καὶ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα τῶν ἐπὶ ἁγιωσύνῃ ὀνομασθέντων, ὧν τινας ῥήσεις οὐκ ἀποδεχθῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ταῦτα ἐπὶ τοῖς ἄλλοις σφόδρα θαυμαζομένων. *Vel ab accurata rerum notitia uti homines exciderunt, quod multi præstantes viri perpessi sunt, veluti Alexandrinus Dionysius, Methodius Patarensis, & alius & alius, qui sanctitatis sibi nomen vendicarunt, quorum nonnulla dicta Ecclesia non recipit, licet in aliis, maxima in admiratione haberentur.* Nec alia sunt quæ repetit Georgius Corcyrensis Metropolita; Προφασίζονται δὲ, ὅτι Ἀμβρόσιος οὕτως εἴρηκεν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις, εἶτα δὲ Αὐγουστῖνος καὶ Ἱερώνυμος. Ὑπὲρ ὧν ἀπολογητέον, ὡσεὶ νενοθεύκασι τὰς τούτων συγγραφάς τινες, ἢ κατ' οἰκονομίαν ἴσως εἰρήκασιν, ἣ καὶ ὁ μέγας ἐχρήσατο Βασίλειος, παρ' ἑαυτῷ φυλάττων ἄχρι τινὸς ἀπόρρητον τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν θεολογίαν, ἢ καὶ τῆς ἀκριβείας ὡς ἄνθρωποι παρεσύρησαν, ὃ πολλοὶ πεπόνθασι τῶν μεγάλων ἔν τισιν, ὡς ὁ Ἀλεξανδρείας Διονύσιος, καὶ Μεθόδιος ὁ Πατάρων, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Πιέριος καὶ Πάμφιλος, καὶ Θεόγνωστος, καὶ Εἰρηναῖος καὶ Ἱππόλυτος ὁ αὐτοῦ μαθητής. Τινὰς γὰρ αὐτῶν ῥήσεις οὐκ ἀποδεχόμεθα, καίτοι τ' ἄλλα σφόδρα θαυμάζονται. *Tergiversantur porro, Ambrosium ita locutum esse, dum agit de eodem: nec non Augustinum, & Hieronymum, de quibus respondendum est, eorum scripta esse adulterata: vel prudentiæ legibus ita locutos esse, qua etiam usus magnus Basilius ad breve tempus penes se de Spiritu sancto Theologiam abscondens; vel ab exquisita fidei regula deviasse; quod & ex præcipuis plurimi in nonnullis passi sunt, ut Alexandrinus Dionysius, Patarensis Methodius, Clemens Stromateus, Pierius, Pamphilus, Theognostus, Irenæus, & illius auditor Hippolytus. Aliqua enim eorum dicta non recipimus, licet alia maximopere laudamus.* Quidquid tamen sit, in hoc plane quod præ manibus est, symposii exemplar, similes Hæreticorum fabulæ, potissimum Arianæ nullæ insperſæ sunt, nec est quod non possit Catholice Catholicis auribus exponi. Non prætereundum tamen est a Basilio Diacono, & Archimadrita, & Thalassio Lectore Monacho in supplicatone contra Nestorium Imperatoribus Thedosio, & Valentiniano exhibita, & relata inter Acta Concilii Ephesini una cum aliis Patribus, qui scriptis suis fidem Catholicam propagarunt, Irenæum, Gregorium Neocæsariensem, Basilium Cæsariensem, Gregorium Nyssenum, Athanasium Alexandrinum, Ephræm Syrum, Gregorium Nazianzenum, Amphilochium, Ambrosium Mediolanensem, Cyrillum Alexandrinum, & reliquos, Methodium hunc quoque nostrum accenseri. Quo colliges, quanta illius fuerit in constabiliendis fidei dogmatibus auctoritas. Hinc non videri mirum, si Hæretici scripta illius etiam adulterando, testimonium illius ad sua confirmanda procurarint. Adderem ipse, non omnia, quæ in antiquorum Patrum dictis rectæ fidei non admodum consona reperiuntur, ab Hæreticis addita fuisse, sed ab eisdem enata, & publicata. Dum enim adversus hæreses tum exortas, & subcrescentes sermonem instituunt, non mirum est, si ardore contentionis in contrarium plus nimio deflectunt: & dum veritatem firmare conantur, in oppositum quodammodo traducuntur. Joannes Ephesius Tractatu de Schismate id ipsum, suum defendens Gregorium, testimonio sancti Basilii cum ex Epistola ad Maximum de Dionysio Alexandrino, tum ex Epistola ad Neocæsarienses de Gregorio Thaumaturgo, probat. Quæ licet vera sint, in Symposio tamen Methodii, quod nunc publicamus, locum non habent, quod in eo nihil sit, quod Arianam hæresin stabiliat: imo si recte singula examinentur, sunt nec pauca, quæ illam refellunt, & penitus destruunt. Duriuscula si quæ sunt, ea emollimus in Notis. Titulus Symposii varie concipitur, in meo sic habetur: Μεθοδίου Ἐπισκόπου Πατάρων Συμπόσιον τῶν δέκα Παρθένων, ἢ περὶ Ἁγνείας. *Methodii Episcopi Patarensis Convivium decem Virginum, sive de Castimonia.* In Vaticano & Barberino: Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Μεθοδίου Ἐπισκόπου Πατάρων Συμπόσιον περὶ Ἁγνείας, καὶ διαφόρων ἑρμηνεῖαι γραφῶν. *Sancti Martyris Methodii, Episcopi Patarensis Convivium de Castimonia, & variæ sacræ Scripturæ interpretationes.*

XII. *Liber de Castitate, Methodii, non potest esse Methodii*, scribit Rivetus, *Critici sacri lib. 2. cap. 20.* (*in quo citatur Theologus, si is sit Nazianzenus, ut in margine annotat Jesuita Schottus, eum seculo ferme uno Methodius anteivit.* Acutissimum argumentum, & plene probans, temere tamen pronuncitatum a Calvinista, & castitatis oppugnatore nequissimo. Annon videt se de non perceptis sententiam ferre?

Citatur

Citatur ibi Theologus, ut recte adnotavit Schottus. Non nego Sed in Excerptis ex Methodio, hoc vero falsum est. Excerpta namque ex Methodio de Castitate finiunt in illis verbis; καὶ ἑτέρων τινῶν κακοδοξούντων μυθολογήματα. Quæ postea sequuntur, & in quibus Theologi nomen est, ex alio Auctore desumpta sunt, ut facile patebit singula examinanti: quod si in Excerptis Methodianis nomen esset Theologi, nec alius intelligeretur nisi Nazianzenus, cum tot Patrum auctoritatibus firmum stet, nec nutet, Symposium hoc Methodii, dicerem nec inverisimilia, ex scriptoris oscitantia nomẽ in textum irrepsisse. In scriptis siquidem Patrum nugandum non est. Sed bene se habet, cum in Methodianis non legatur. Tanto ne odio Sanctorum scripta prosequi? ubi modestia? ubi reverentia?

XIII *Et de Resurrectione opus egregium contra Origenem.* Græci in Synaxario: Διὸ καὶ τὴν Ὠριγένους πλάνην ἐπιπολάζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν πυρὶ θείῳ ταύτην κατέφλεξε, πᾶσαν τὴν ἀχλὺν, καὶ σκοτόμαιναν ἐκμειώσας, Σοφίᾳ λόγων καὶ θείᾳ χάριτι. Ἡ γὰρ τῶν λόγων αὐτοῦ ἀστραπὴ, καὶ ἡ τῆς γνώσεως σάλπιγξ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελήλυθεν. *Propterea que cum videret Origenis hæresin in animos hominum abundanter irrepere, ut optimus Pastor divino igne illam combussit, universam caliginem, & noctem profundam tum doctrina sermonum, tum divina gratia dissolvens. Nanque sermonum illius fulgur, & cognitionis tuba per universum Orbem divagata est.* Nec aliud innuit Troparion in Canone; Ἡ τῶν σῶν λόγων καλλονὴ, καὶ ἡ τῆς γνώσεως σάλπιγξ, καὶ δογμάτων εὔσημος φθογγὴ, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν, ὅσιε, πάντας καλοῦσα τοὺς πιστοὺς πρὸς μετουσίαν, παμμάκαρ, τῶν οὐρανίων ἀπολαύσεων. *Sermonum tuorum pulchritudo, & cognitionis tuba, & clare intonans dogmatum vox in omnem terram exivit, sancte, omnes fideles advocans ad participationem, Beatissime, cœlestium deliciarum.* Ex hoc Opere multa mutuati sunt, Joannes Damascenus Orat. 3. de Imaginibus, Leontius Presbyter & Joannes rerum sacrarum lib. 2. Auctor Eclogæ de Dogmatibus fidei tit. 19. & 21. Auctor Catenæ, & Oecumenius in Epistolam Pauli ad Corinthios, & fragmentum admodum luculentum leges apud Epiphanium Hæresi. 64. & Excerpta satis prolixa, & expositiones locorum Sacræ Scripturæ apud Photium in Bibliotheca. Et Basileæ Anno 1537. apud Robertum Winter excusa sunt collectanea quædam in Epistolam ad Romanos, tum ex pluribus aliis, tum ex Methodio de Resurrectione desumpta. Res peracta est per modum Dialogi, in quo Interlocutores exprimuntur apud Epiphanium Proclus, Aglaophon, Theophilus, Origenes, Eubulius, Auxentius, Methodius. Meminit hujusce Tractatus Eustratius Presbyter magnæ Ecclesiæ libro de Operatione animarum separatarum. Καὶ Μεθόδιος δὲ ὁ ἅγιος μάρτυς καὶ Ἐπίσκοπος ἐν τῷ λόγῳ, τῷ πρὸς Ἀγλαοφῶντα τοιαῦτά φησιν, ὡς ἀπὸ Ὠριγένους παρατιθέμενος. *Et sanctus Martyr itemque Episcopus Methodius oratione ad Aglaophontem veluti ab Origene dictata ista pronunciat.* Oratio hæc vel est syntagma universum quod Aglaophonti nuncupaverat, vel verba inter colloquendum ad Aglaophontem conversa. Et potuit utrumque esse, & totum Opus ad Aglaophontem, qui partes Origenis tutabatur directum, & orationem in ipso opere ad Aglaophontem conversam fuisse. Damascenus dicta Oratione de Imaginibus adducit locum pro Imaginibus ex Oratione secunda Methodii de Resurrectione. Nondum comperi, an opus contra Origenem in libros subdivisum fuerit. Non puto. Continuata serie interloquentium unum fuisse, quemadmodum & illius Symposion existimo: postmodum ab Exscriptoribus interlocutorum colloquia in Orationes enumerata fuisse opinor, ut etiam in Symposio actum est, quod cum esset unum continuatum opus, a decem Virginibus, quæ de laudibus Virginitatis Orationes habent, ut apparet in meo Codice, in decem λόγους, suis numeris distinctas decem orationes dissectum est, ut apparet, in Vaticano & Barberino. An hoc etiam contigit Tractatui de resurrectione contra Origenem? Præterea cum Epiphanius suorum Excerptorum ex hoc Dialogo Proclum præfigat, nonnulli & præcipue inter alios Casaubonus in primam Persii satyram decepti, horum excerptorum Proclum Auctorem faciunt· *Proclus apud Epiphanium contra Origenem de ficus grano idem dicit, & fuse explicat, non de caprifici.* Quasi vero alius Auctor sit eorum Proclus dictus, non autem Methodius, & Casaubonum cautiorem reddere poterant verba ipsa Epiphanii, quæ sunt Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ· Cum enim illud τοῦ αὐτοῦ ad supra commemoratum referri debet, nec Proclus ullus in superioribus nominatur, necesse est referri ad Methodium, cujus supra mentio facta fuerat. Quare erat exponendum *Procli ejusdem*, nempe dicti Procli, quem idem Methodius in Tractatu loquentem introducit; ideoque cautius locutus est Pererius, cum scribit: *Hoc ipsum sentit disertisque verbis explicat Proclus & Methodius, ut videre est apud Epiphanium &c.*

XIV. Sanctus Maximus Scholiis in Dionysii Areopagitæ cap. 7. de Ecclesiastica Hierarchia habet; Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου Μάρτυρος καὶ Ὀλυμπίου Ἀδελανουπόλεως Ἐπισκόπου τῆς Λυκίας τὰ κατ' αὐτοῦ Ὠριγένους ὑπ' αὐτῶν περὶ ἀναστάσεως γραφέντα καὶ Ἀντιπάτρου τοῦ Βόστρων Ἐπισκόπου, καὶ μαθήσῃ τὴν μυθώδη αὐτοῦ καὶ ἀλλόκοτον ληρῳδίαν. *Lege S.*

Methodii Martyris, & Olympii Adrianopolitani Episcopi Lyciæ, nec non Antipatri Bostrorum Episcopi libros, quos in eum Origenem de Resurrectione conscripserunt, & disces fabulosum ejus, ac monstruosum deliramentum. Hæc attente considerandа sunt, videntur nanque scriptorum oscitantia confusa. Quis enim est hic Olympius Adrianopolitanus in Lycia? Putarem legendum, Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἐπισκόπου Λυκίας καὶ Ὀλυμπίου Ἀδριανουπόλεως. *Lege Methodii sancti Martyris Episcopi Lyciæ, & Olympii Adrianopolitani.* Si quis tamen est hic Olympius, & esse plane colligitur ex verbis ejusdem Maximi, qui orationem continuans dicit, legenda esse τὰ ὑπ' αὐτῶν γραφέντα, *quæ ab ipsis scripta sunt*, nempe a duobus jam laudatis Methodio & Olympio. Alias si unum præposuisset, subjunxisset utique, τὰ ὑπ' αὐτοῦ, *quæ ab ipso.* Et forte scripserat Maximus, Ἀνάγνωθι τοῦ ἁγίου Μεθοδίου, μάρτυρος Ὀλύμπου Ἐπισκόπου τῆς Λυκίας τὰ κατ' αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ. *Lege sancti Methodii Martyris Olympi Lyciæ Episcopi, quæ ipse adversus Originem.* Sed abstineo me. Interim quærendus est mihi & anxie, quisnam sit hic Olympius Adrianopolitanus, qui adversus Origenem de Resurrectione scripsit.

XV. *Item adversus eundem de Pythonissa.* Pythonissa hæc quænam fuerit, de qua scripserat Origenes, & de qua suum Tractatum concinnaverat Methodius, fuse egimus in syntagmate de Engastrimytho post Origenis Tractatum, & Eustathii adversus Origenem dissertationem editam Græce & Latine, quæ hic nõ videntur repetenda. Origenis siquidem Tractatus de Engastrimytho non alius est, quã adversus quem hæc Methodii tractatio de Pythonissa, cujus historia legitur 1 Regum cap. 18. Et rejecimus Joanis Wieri sententiam de præstigiis Dæmonum lib. 2. cap. 9. qui asserebat hunc Methodii librum de Spiritibus quibusdam Pythonicis pueros vexantibus esse. His colligitur quemadmodum Origenes Gregorio Nazianzeno, & aliis ἀκόνη fuit, quod occasionem dederit ingenia exercendi, ita & Methodio ingenii sui, & pietatis ostentandæ causam dedisse.

XVI. Scripsit ergo Methodius, ut videmus, adversus errores Origenis, quibus ab Ecclesia fidelium uti noxiis exulare imperavit. Quo vel ipse nomine maledicentium, eorumque qui Origenem, & similes errores sequebantur, contumelias non effugit, sed quam solide, inspiciamus. Socrates histor. Ecclesiast. lib. 6. capite 12. pro defensione Origenis multa in unum, sed parum caute conferens scribit: Οἱ εὐτελεῖς καὶ ἀφ' ἑαυτῶν μὴ δυνάμενοι φαίνεσθαι, ἐκ τοῦ ψέγειν τοὺς ἑαυτῶν κρείττονας δείκνυσθαι βούλονται. Τοῦτο πέπονθε πρῶτος Μεθόδιος τῆς ἐν Λυκίᾳ πόλεως λεγομένης Ὀλύμπου Ἐπίσκοπος. Εἶτα Εὐστάθιος ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ πρὸς ὀλίγον Ἐκκλησίας προστὰς, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀπολινάριος, καὶ τὸ τελευταῖον Θεόφιλος. Αὕτη τῶν κακολόγων τετρακτὺς οὐ κατὰ ταυτὸν ἐλθόντες τὸν ἄνδρα διέβαλλον. Ἄλλος γὰρ δι' ἄλλο ἐπὶ τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἐχώρησαν, δεικνύντες ἕκαστοι, ὡς ὃ μὴ διέβαλλον, τοῦτο πάντως ἐδέξαντο. Ἐπειδὴ γὰρ ἄλλος ἄλλου δόγματος ὁ καθεὶς ἐπελάμβανον, δῆλον ὡς ἕκαστος, ὃ μὴ ἔσκωπτεν, τοῦτο ὡς ἀληθὲς πάντως ἐδέχετο, τῷ ἀποσιωπᾶν, ἐπαινῶν τοῦτο, ὃ μὴ διέβαλλε. Μεθόδιος μὲν οὖν πολλὰ καταδραμὼν τοῦ ἀνδρὸς, ὕστερον ὡς ἐκ παλινῳδίας θαυμάζει τὸν ἄνδρα ἐν τῷ Διαλόγῳ ᾧ ἐπέγραψε Ξενῶνα. Ἐγὼ δέ τοι καὶ πλέον ἐκ τῆς ἐκείνων αἰτιάσεως εἰς σύστασιν τοῦ ἀνδρὸς φημί· οἱ γὰρ κινήσαντες ὥσπερ ᾤοντο μέμψεως ἄξια, δι' ὧν ὡς κακῶς δοξάζοντα περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος οὐδ' ὅλως ἐμέμψαντο, δεικνύναι περιφανῶς τὴν ὀρθὴν εὐσέβειαν μαρτυροῦντες αὐτοῦ. *Homines obscuri abiectique, qui nihil ex se habent, quo nomen suum illustrare possint, ex virorum ipsis præstantiorum vituperatione se nobilitare contendunt. Istud primum Methodio Episcopo Olympi Urbis Lyciæ accidit, deinde Eustathio, qui ad tempus Ecclesiæ præfuit Antiochenæ, Apollinario postea, ad extremum Theophilo. Hic maledicorum, ut ita dicam quaternio Origenem falso accusare cœpit, non eadem causa omnes impulsi. Nam alius alia de re crimen illi intendit: unde singuli separatim omnibus perspicue declararunt, se illa omnia omnino in eo approbare, quæ ipsi non nominatim coarguissent. Nam quoniam alius aliud dogma sigillatim reprehendebat, perspicuum est, singulos illud tuitos, secum omnino habuisse pro vero, quod minime insectati sunt: Et id ipsum re ipsa approbasse, quod non verbis exagitassent. Methodius etsi sæpe multumque initio in Origenem invectus erat, postea tamen quasi ad palinodiam se revocans, illum in Dialogo, quem Xenona inscripsit, summis laudibus extulit. Illorum vero vituperatio, mea quidem sententia Origenis commendationem magnopere amplificavit. Nam qui ei sicut ipsi putabant crimina digna reprehensione inferebant, hi quidem cum eum male de S. Trinitate sentientem minime accusant, evidenter suis ipsorum testimoniis ostendunt, cum rectam sincer amque fidem habuisse.* Et hæc quidem Socrates.

XVI. Ego hoc in loco, quidquid sit de erroribus Origenis, Origenis accusationem non instituo. Esto ille per Athanasium admirabilis, & summæ industriæ vir, & veram de Filio Dei opinionem confirmarit, cum illum Patri coæternum asserit: & quidquid Socrates in tanti viri defensionem adducere poterit. Attamen improbam ac malignam in sanctum Methodium criminationem eluere conandum est mihi. De Eustathio alio loco dicendum. De Apollinario Hæretico sui respondeant. Et plane Methodium Olympi Episcopum inter obscuros abjectosque homines

mines collocare, & qui, cum non haberent de suo, ex virorum præstantiorum vituperatione laudem sibi quæsierunt, impudentissimum mendacium est, & Socrate ipso dignum. Ejus ingenium & doctrinam admirata est antiquitas, & uti elogia divina sibi ac posteris conservavit. Methodium nostrum una cum Athanasio, Basilio, & reliquis Græcis Patribus, & inter Doctores Ecclesiæ collocant & numerant, & in asserendis confirmandisque Ecclesiæ placitis illius auctoritate æque atque aliorum Patrum utuntur, ut reliquos prætercam, Leontius Byzantius libro de sectis. act. 3. Ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε, Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστῖνος φιλόσοφος καὶ μάρτυς, Κλήμης καὶ Ἱππόλυτος Ἐπίσκοπος Ῥώμης. Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης, Μεθόδιος Ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς, Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. *Fuerunt autem in temporibus a Christi Nativitate usque ad Imperium Constantini Doctores hi & Patres, Ignatius Theophorus, Irenæus, Justinus Philosophus & Martyr, Clemens, & Hippolytus Romæ Episcopus, Dionysius Areopagita, Methodius Patarensis Episcopus, Gregorius Thaumaturgus, Petrus Alexandriæ Episcopus & Martyr.* Et Joannes Episcopus Thessalonicensis, cujus sanctitas, fides, & auctoritas probatur in concilio septimo Generali act. 5. καὶ τοῦτο πολλοὺς τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων φρονήσαντας εὑρίσκομεν. ὧν ἐστι Βασίλειος ὁ μέγας, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος, καὶ ὁ μέγας Μεθόδιος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτούς. *Et hoc multos sanctorum Patrum sensisse invenimus, quorum est Basilius ille Magnus, & sanctæ memoriæ Athanasius, atque magnus Methodius, & qui eos sequuntur.* Est Methodius Anastasio Synaitæ πολὺς ἐν σοφίᾳ, *Sapientia precelebris.* Andreæ Cæsariensi in Apocalypsin μέγας, *Magnus*: aliis ἱερὸς μάρτυς *Sanctus Martyr.* Et plane videnda sunt, quæ de ejus doctrina & sanctitate recitat & canit Græcorum Ecclesia die dicto Martyri sacro. Fuit ingenium, & doctrina maxima Origenis, eam si cum Methodiana conferas, habet quod laudari potest, & debeat, tamen vilescere videtur, & dissoluta viribus fluere: contra Methodiana est, quæ semper vigens, florens, pungens, concitans auditorem vellicat & rapit. Mortua est Origeniana loquacitas, si cum Methodiana brevitate conferatur. Una Methodii pagina & luminibus oratoriis, & sententiis, & pietate, & eruditione firma ac integra centum Origenis paginas exæquat. Unum Methodii Symposium integro Origenis Commentario utilitate comparaveris. Et hic abjectus atque obscurus ex aliorum vituperatione laudem sibi comparaverit? *Hic maledicorum quaternio.* Confundit terminos Socrates. Nescit, quid maledicus sit. Si errores & hæreses refellere, maledicere est, o Socrates, quænam Ecclesiæ pars ab hujusce criminis nota immunis erit, cum semper in ea nihil prius habitum fuit, quam Hæreticorum errores evulgare, & scripto etiam refutare. Id si præstitit Methodius in errores Origenis, ideone te judice statim maledicus erit? *At Origenem falso accusavit.* Id vero tu falso asseris. Quod enim Methodius in Origene accusavit, id accusavit & universa subsequens Ecclesia, & condemnavit. Per te ergo universa Ecclesia, quæ accusavit, & condemnavit Origenem, falso accusavit & condemnavit Origenem. *Non eadem omnes causa impulsi.* Hoc verum est. Aliud enim tempus aliud, & occasio & conditio hominum & perversitas opinionum, ut qui tum temporis alioque loco perniciosissime vagaretur error Origenis rejiceretur, & quasi digito monstraretur parum cautis, ut ab illo sibi caverent, ideoque non omnia simul omnes complexi sunt. *Inde separatim singuli declararunt se in eo omnia probare, quæ non nominatim coarguisset.* Inepta profecto argumentatio. Quasi ipsi tenerentur omnia Origenis errata eodem tempore, & eodem volumine refutare. Refutarunt quæ tum temporis refutatione indigebant, vel quæ magis divulgata, atque plausu excepta animos fidelium hæreseos veneno infecerant, larga errorum messis in Origenis scriptis non potuit ab uno Hercule eodem tempore expurgari. Audiat Socrates, alius in ejus Historia aliud criminatur, & alius aliud, ergo ipse & alii quod in eodem non reprehendimus approbamus? Stulte sane dictum. Pleraque enim in ipso Socrate sunt, de quibus nunc nec verbum quidem facio, si occasio tamen poposcerit, promulgabo, & refellam. Non ergo quæ silentio prætereo vel non accuso dicendus sum approbare. *Methodius etsi sæpe initio in Origenem invectus erat, postea tamen in Dialogo, quem Xenona inscripsit summis laudibus extulit.* Methodius initio Origenem criminatus est. Non nego. Sed postquam resipuit eum laudavit. Hoc vero falsum est. Ait Socrates. Non credo. Vidit ille scripta. Sed fideliter retulisse oportuit. An fideliter retulerit, non constat. Suspectus est in hoc negotio, quod tractamus. Multa aliter ac gesta sunt retulit, & mala fide. Et ipse illi tuto fidem adhibebo? Credam potius Eusebio Cæsariensi Origenis patrono, ex quo constat apud Hieronymum Apolog. 1. in Ruffinum, Methodium Origenem antea laudasse, postea contra ipsum commentarium elaborasse. Uni soli Socrati innotuit, quod omnes Origenis defensores Eusebius, Ruffinus, & alii penitus ignorarunt? *Postea in Xenone Dialogo summis eum laudibus extulit.* Extulerit. Ideone mutata sententia errores,

X 2 quos

quos antea criminatus fuerat, laudavit? Origenes plane, licet multis deturpetur errorum notis, suis tamen laudibus non caret. Valuit ingenio, valuit eruditione, valuit aliis. Inter paucos Doctores suum & ipse locum habuit, nec postremum. Gloriam sibi & famam apud suos, & exteros, nec non & posteros consecutus est. Id non negavit Methodius. Fassus est palam quod erat: sed non propterea palinodiam decantavit & revocavit sententiam, & errores illius admisit. *Illorum vituperatio commendationem illius amplificavit.* An illorum Patrum vituperationes contra Hæreticos Hæreticorum commendationem amplificarunt? Nugæ. Amplificatur commendatio, cum vituperatio non errores, sed pia dogmata criminatur. Si tamen vituperantur vituperanda, & rejiciuntur rejicienda, tantum abest, ut commendatio amplificetur, ut etiam vituperatio augeatur. Quare ex vituperatione Methodii Origenes nihil commendationis, multum vero infamiæ consecutus est. Et sane Methodius cum Origenem de Resurrectione male sentientem accusat, evidenter ostendit rectam, sinceramque fidem Origenem de Resurrectione non habuisse: atque sic accusans illius perfidiæ non leve testimonium impartitur, quod ipse Socrates non facit, cum quæ criminatus est in Origene Methodius non proferat, neque ea per mendacium dicta evincat: & causas, ob quas Methodus sententia mutata in Origenis laudes postea effusus est, prætereat. Quare simili silentio Methodium jure antea Origenem accusasse, & postea, etiamsi laudaverit, in eadem tamen Origenis vituperatione perstitisse evincitur.

XVII. Et hæc satis sint pro nostro Methodio adversus Socratem, cujus auctoritate, si tamen aliqua est, post tot mendacia atque ineptias inter alia opera Methodii illud quoque accenseatur *Xeno Dialogus*, quem alii male *Zenonem* vocant, in quo laudes Origenis continentur, cujus argumentum cum non expresserit Socrates, nec alius, quod ipse sciam, neque ego anixus id conquiram. Verum si conjecturis agendum est, video vestigia manifesta Xenonis Dialogi in Opere Methodii *de Creatis*, seu *Genitis*, ex quo excerpta Photius subministravit in Bibliotheca. Ibi enim legitur: ὅτι τὸ μὴ βάλητε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μαργαρίτας μὲν ὁ Ξενῶνος τὰ μυστικώτερα τῆς θεοδότου θρησκείας ἐκλαμβάνοντας μαθήματα. *Nolite projicere sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos, margaritas esse eos, qui Xenonis sanctiorem divinæ religionis doctrinam caperent.* Quis sit Xenon iste, varie interpretatur Andreas Schottus. Diceret alius, ex Xenone aliquo interlocutore Dialogo nomen inditum, qui in eo primas ageret partes. Nec novum est illis temporibus *Xenonis* nomen, cum ad Xenonem legatur Epistola Nili Monachi discipuli Joannis Chrysostomi, cum aliis mille ejusdem Patris ex mea versione Græce & Latine edendis, si Deus dederit. Ego suspendo judicium. Opus tamen hoc περὶ γενητῶν Dialogi more fuisse scriptum, præterquam quod in excerptis Photianis apparet clarissime, indicat ipse Photius. Post enim argumentum Origenis allatum subdit; πρὸς ὅν φησι διὰ ἑτέρου προσώπου ὁ Ἅγιος ἐρωτῶν. *Ad quem alia introducta persona Sanctus ait hoc modo interrogando.* &c. Qnare fuerit Tractatus hic Dialogus ille Xeno, & forte etiam a Socrate inculcatus. Tum sic, sed in hoc Dialogo acriter in Origenem Sanctus invehitur, quem etiam sæpe de impietate accusat, & Centaurum appellat, οὐκ ἄρα ἀποδεκτέον ταύτην τὴν ὀλέθριον ἁμαρτίαν περὶ Θεοῦ τῶν λεγόντων παντοκράτορα καὶ δημιουργὸν διὰ τὰ κρατούμενα καὶ δημιουργούμενα τρεπτά. *Rejiciendus ergo perniciosus error eorum, qui dicunt de Deo, Deum non propter seipsum sed propter subjectas res & creatas, quæ mutabiles sunt, esse Omnipotentem & Creatorem.* Et concludit: Ταῦτα φησὶν ὁ Ὠριγένης σπουδάζων, καὶ ὅρα οἷα παίζει. *Hæc serio disputans Origenes, & vide quomodo nugatur.* Annon, si conjecturæ similes aliquid sunt, nobis tenebras offundit Socrates? Si similia Origenis laudes sunt, quæ erit vituperatio? Etiam ex Xenone Dialogo, quem pro suis confirmandis adducit, Socrates falsitatis argueretur. Sed sint hæc ex levissimo, & indoctissimo genere conjecturæ somniorum.

XVIII. *Et de* αὐτεξουσίου. Ita legunt Sophronius, & Suidas. Honorius Augustodunensis legit *De exitu animæ*, oscitantia Exscriptorum, qui dictionem Græcam αὐτεξουσίου non intelligentes, monstrum in Methodianis induxerunt. Id vero est, *De eo qui est sui juris*, *De libero arbitrio.* Ex hoc Excerpta & satis longa habes apud Photium in Bibliotheca; verba, & periodos apud Leontium Presbyterum, & Joannem lib. 2. de Rebus sacris. Joannes Meursius priorem operis partem ab Andrea Schotto acceptam Græce edidit in Variis divinis, Lugduni Batavorum apud Isaacum Elzevirum anno 1619. in 4. Illud nos ex Altempsianæ Bibliothecæ Codice Græco exscriptum habemus. Et Latinum a me jam factum cum Methodii symposio habuisses; sed alicujus Codicis opem, qui illud integrum exhibeat, expecto.

XIX. *In Genesim quoque.* Leontius Presbyter & Joannes in Opere de Rebus sacris recitant Methodii verba ἐκ τῶν εἰς τὴν γένεσιν ἀπορῶν ex *Quæstionibus in Genesim.* Nec

aliud

aliud adnotasse Hieronymum suspicor. Idem enim argumenntum videtur. Nisi quis contendat Methodium in Genesim præter expositionem continuatam, ἱστορίας quoque volumine separato in eandem concinnasse. Quidquid de hoc sit, illud certum est, Methodium in Genesim aliquid commentatum fuisse.

XX. *Et in Cantica Canticorum Commentarios.* Eadem habet Sophronius, Suidas & Honorius Augustodunensis, & cum commentarios dicunt, opus separatum, non unam aut alteram Canticorum pericopem ab ipso incidenter in alio volumine expositam, ut solens suo more alias sæpe facit, intelligunt.

XXI. *Et multa alia.* Inter ea est oratio illius de Simeone & Anna in die Occursus, deque sancta Deipara, quam Græce & Latine a se versam edidit Petrus Pantinus Tiletanus Antverpiæ apud Joachimum Tognæsium cum aliis Homiliis Patrum 1598. in 8. De ea Gretserus de Cruce in duo Fragmenta Methodii: *Edidit Pantinus nomine S. Methodii prisci & veteris illius Methodii homiliam in occursum Domini* &c. *Et ex ea citat nonnulla Canisius lib. 2. de B. Virgine. Non arbitror esse prisci illius Martyris, sed Methodii illius Patriarchæ Constantinopolitani, qui sub Theophilo & successore ejus Michaële gloria confessionis, & Orthodoxiæ floruit, vel ejus, qui successit Germano, cujus sunt Homiliæ de S. Cruce, quia tota phrasis & elocutio hujus Homiliæ & hyperbolæ sapiunt recentiorum Græcorum genium & indolem.* &c. Falli Gretserum & tota phrasis & elocutio hujus Homiliæ, & hyperbolæ clamant. Quis enim hanc Homiliam cum Symposio & reliquis ejusdem Patris fragmentis conferens, non ingenue asseverabit, hujusce non esse alium Auctorem quam priscum illum & veterem Patrem? Non ovum ita simile est ovo, neque aqua aquæ, ut istius phrasis & elocutio, & reliqua dicendi lumina symposii formulis similia sunt. Adde etiam in principio Homiliæ Symposii a se de Castimonia compositi, quod omnem dubitationem tollit, mentionem facere. Modus dicendi totus est ad antiquam illam Ecclesiæ eloquentiam, simul & pietatem compositus. Patere autem ex illius Inscriptione, adnotat Pantinus, longe ante Justiniani tempora Festum hoc fuisse institutum, cum Methodius sæcula aliquot præcesserit: neque esse, cur quidam hanc Homiliam ad Domini Natalem detorqueant, cum luce sit clarius eo minime pertinere. Et vere adnotat, cum non ex sola Inscriptione, sed ex ipsius Orationis serie planum sit, eam habitam esse, cum præsentibus Simeone & Anna Christum Virgo beatissima obtulit in Templo.

XXII. Baronius in Martyrologio, sub Justiniano Imperatore cœptum celebrari Constantinopoli, probare nititur, asseveratque, nullum vel Latinorum, vel Græcorum Patrum, qui ante Justinianum vixerunt, sermonem in festo die Occursus Domini scriptum reliquisse; nisi quis accipiat Patrum Commentarios in secundum Caput Lucæ, quo rei gestæ historia enarratur, quæ aliis in suis Commentariis explicarunt, vel certe de ea ad populum verba fecerunt. Et aliud prorsus esse Christi Domini facta laudibus prædicare, aliud eorum causa festos dies inducere, & celebrare. Quidquid tamen sit de mente Baronii, ego legi præter hunc Methodii, sermones Amphilochii, & Cyrilli, qui Justiniano multo antiquiores sunt, & de hac festivitate peculiares laudationes. Franciscus de Combefis Notis in Orationem Amphilochii in Hypapantem: *Quod vero spectat ad festū ὑπαπαντῆς seu obviationis, quo dictam hanc Orationem titulus indicat, præcipitantior videtur censura Eminentissimi Baronii, ut institutum & coli cœptum sub Justiniano, nullum antiquorem laudatorem Patrem habeat. Plane enim antiquior Amphilochius hic noster: antiquior alter Amphilochius, nisi idem ipse celebratissimus Iconii Amphilochius est, sequentis de Simeone & Anna polemicæ Orationis Scriptor. Antiquior Cyrillus Hierosolymitanus, cujus extat* [illegible] *plane festiva hujus argumenti Oratio, quam* [illegible]*dem habent & puriorem Regii Codices, quia nec cereorum cæremoniam magnus Ecclesiæ rituum mysta penitus silet. Denique antiquior præfatis omnibus Methodius Martyr ipse idem Auctor Symposii decem Virginum, & magnæ illius Orationis de Occursu a Pantino editæ, ut ipso ejus exordio quisque videre potest, quem constat passum in ultima persecutione, ex S. Hieronymo de Scriptoribus Ecclesiasticis. Potuit forte Justinianus vel Constantinopoli novum instituere, quod Ecclesiæ aliæ præsertim Hierosolymitana, & S. Ecclesia Sion antiquum haberent: vel nova sanctione, quod jam sanctum etiam Constantinopoli esset, aut certe fuisset, confirmare, seu instituere; eo modo quo Sixtus V. initio Pontificatus antiquum Festum Præsentationis Mariæ, & multis Græcorum Patrum Orationibus olim celebre, ac nec Latinis ignotum nova constitutione non tam instituit novum, quam vetus restituit, & celebrius deinceps habere voluit.* Festum hunc diem B. Virginis in Græcia celebratum multos ante Iustinianum annos sub Marciano Imperatore, colligitur ex Cyrillo Scythopolita in vita S. Theodosii Cœnobiarchæ. Sub eo etenim Theodosius alendus instruendusque traditur Iceliæ, & virtute, & pietate præstantissimæ fœminæ, quæ festum Occursus cum cereis celebrari demonstravit. En verba Cyrilli: Τοῦ δὲ Θεοδοσίου βουληθέντος ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν ἔρημον ἀναχωρῆσαι, ἐραστοῦ αὐτοῦ ὄντος τῆς ἡσυχίας, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ὡς εἰπεῖν περιβόλαιον ἠμφιεσμένου, ὁ μακάριος Λογγῖνος οὐ συνεχώρησε διὰ τὸ σχίσμα τὸ τῶν κατὰ τὴν ἔρημον Μοναχῶν, τῇ καθολικῇ μὴ κοινωνούντων Ἐκκλησίᾳ; ἀλλὰ τῇ Εὐτυχοῦς καὶ Διο-

Διοσκόρου ὑπαγομένων φιλονεικίᾳ τε καὶ κακοδοξίᾳ. Ἀλλὰ λαβὼν αὐτὸν τῇ μακαρίᾳ καὶ ἐν ἁγίοις παρέθετο Ἰκελίᾳ τὴν τοῦ καθίσματος τῆς Θεοτόκου Ἐκκλησίαν τὸ τηνικαῦτα οἰκοδομοῦσῃ, ὡς δυνάμενον χρησιμεῦσαι αὐτῇ ἔν τε τῷ Ἐκκλησιαστικῷ κανόνι, καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς διακονίαις. Αὕτη δὲ τότε ἡ μακαρία Ἰκελία πᾶσαν εὐσεβείας ὁδὸν ἐξασκήσασα, κατέδειξεν ἐν πρώτοις μετὰ κηρίων γίνεσθαι τὴν Ὑπαπάντησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. *Cum vero Theodosius in Eremum vellet secedere, nanquequietis miro desiderio tenebatur, & Dei timore, uti operimento circumvallabatur, beatus Longinus non permisit propter Schisma, quod inter Eremi Monachos grassabatur, ideoque Catholicæ Ecclesiæ communionem respuentium, sed Eutychetis, & Dioscori contentioni, & hæresi sese subdentium. Sic eum beatæ sanctæque Iceliæ demandavit, quæ tum Cathismatis sessionis Deiparæ Ecclesiam ædificabat, tanquam qui illi proficuus futurus esset, tam propagando Ecclesiastico ordine, quam aliis ministeriis inserviendo. Hæc vero tum beata Icelia, cum universam pietatis viam exercuisset, ante alia ostendit cum cereis celebrari Occursum Servatoris nostri Dei.* Ergo tum sub Marciano celebrabatur Hypapante, licet sine cereis, quæ multo sancto Eligio & Sergio Pap[illegible]quiora sunt. Quænam vero fuerit hæc [illegible], satis nobis explicat Theodorus Petrensis Episcopus in vita ejusdem sancti Theodosii: Κατὰ γνώμην τοῦ διδασκάλου ἐν τῷ λεγομένῳ παλαιῷ καθίσματι τῷ ὄντι κατὰ τὴν λεωφόρον τὴν ἄγουσαν ἐπὶ τὴν ἁγίαν Βηθλεὲμ μετανάστης γίνεται ἐξ αἰτήσεως φιλοχρίστου τινὸς γυναικὸς Ἰκελίας ὀνόματι, ὑπάρχου μὲν συνοίκου, Χριστοῦ δὲ διακόνου εἰς ὕστερον γενομένης, πλουσίας μὲν τῇ περιφανείᾳ τοῦ βίου, πλουσιωτέρας δὲ τῇ εὐλαβείᾳ τοῦ τρόπου τοῦ κατὰ Χριστόν· ἥτις τὸν ἐκεῖσε ἱδρυμένον δείμασθαι λέγεται ναὸν τῇ ἀχράντῳ Θεοτόκῳ καὶ ἀειπαρθένῳ Μαρίᾳ, ἐπὶ τῶν χρόνων Μακαρίου γεγονότος Ἀρχιεπισκόπου. *Ita annuente Magistro in locum, qui dicitur vetus sessio prope viam publicam, quæ in sanctam Bethleem ducit, progreditur, cum id rogasset quædam Christi amans mulier nomine Hyicelia, quæ fuerat Præfecti conjunx, postmodum Christi Diaconissa splendore vitæ dives, sed pietate ac morum honestate, quæ secundum Christum est, ditior, & quæ templum, quod ibi est, in immaculatæ Deiparæ semperque Virginis Mariæ honorem dicitur extruxisse, ætate Macarii Archiepiscopi.* Neque Nicephorus Callistus Histor. lib. 17. cap. 28. dicit quod intenditur, sub Justiniano nempe Imperatore Constantinopoli solemnitatem hanc celebrari cœptam esse simpliciter, sed tantum indictum, ut per totum terrarum Orbem celebraretur; Τάττει δὲ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπαπαντὴν ἄρτι πρώτως ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἑορτάζεσθαι. *Idem Imperator & Servatoris Occursum tum primum toto Orbe terrarum festo die honorari instituit.*

XXIII. Ejusdem *Orationem εἰ τὰ βαΐα, in Ramos palmarum.* Ex Bibliotheca Regia Parisina edidit Græce & Latine a se conversam Franciscus de Combefis cum Amphilochio, Parisiis apud Simeonem Piget, cum aliis ejusdem Methodii 1644. in folio. De qua sic ille: *Alteri de Occursu hancce εἰς τὰ βαΐα annectimus uno Regio Codice 922. asserente Methodio Martyri utique magno illi & seniori; cujus sunt & Sympofia, & alia præclara vel in superstitibus reliquiis ingenii, & piæ mentis monimenta. Favet etiam stylus & sententiæ affinitas cum præcedente, quanquam alter Codex ipse forsan in Chrysostomum effusior ei tribuit, titulo εἰς τὸν εὐλογημένον, quo Savilius Græce edidit. Facile habent Græci, ut quævis ἀδέσποτα viro tanto tribuant.*

XXIV. Ex ejusdem Operibus Fragmenta duo edidit Jacobus Gretserus de Cruce Tom. 2. pag. 1667. & 1671. Græce & Latine, sibi suppeditata ex Bibliotheca Augustana, & postmodum edita sunt Latine tom. 12. Bibliothecæ veterum Patrum editionis Coloniensis. Et quamvis titulus secundi Fragmenti non sit ita in veteri Codice conceptus τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου, *ejusdem Methodii*, conjicit tamen Methodii esse, cum subjicitur loco Methodii proximo. Neque Stylus genusque dicendi abhorret. De eorum tamen Auctore dubitat, & cum eo dubitare videtur Aubertus Myræus de Scriptor. Ecclesiast. *Quis iste Methodius fuerit, pro certo affirmare nequeo. Illud exploratum est, non fuisse veterem illum Methodium sanctitate & Martyrii gloria clarissimum, qui sub Diocletiano Martyrii palmam adeptus est, cum iste noster meminerit vexillorum a Christianis Imperatoribus in formam Crucis commutatorum, de qua mutatione sub Diocletiano nec cogitari quidem cœptum erat, omnibus adhuc publicis locis ab Idololatria occupatis.* Verba Methodii sunt: Ἐντεῦθεν οἱ τῇδε βασιλεῖς πάσης πονηρᾶς ἕξεως ἐπὶ σκεδασμῷ τὸ σταυροειδὲς περιλαμβάνεσθαι αἰσθόμενοι σχῆμα, τὰ καλούμενα τῇ Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ βήξιλλα ἐμηχανήσαντο. Et nihilominus idem Gretserus Tom. 1. de Cruce. lib. 2. cap. 39. apertissime dicit, ante Constantinum tempore Justini, Tertulliani, & Minutii Felicis vexilla militaria jam Crucis speciem retulisse, adeo ut isti tres Scriptores audacter ethnicis objecerint, ipsos eodem crimine teneri cum Christianis, si Crucem colere crimen esset, cum & ipsi Crucem colant, & adorent, colendo & adorando signa militaria. Et longe ante Constantini ætatem extare nummos excusos, qui vexilla militaria in Crucis speciem efformata continerent. Hinc conatur postmodum respondere, quomodo Constantinus dicatur Labarum in Crucem commutasse, si signa militaria prius formam Crucis præ se ferebant. Quod si multo ante Constantini ætatem militaria vexilla ethni-

ethnicorum, figuram Crucis præseferebant, potuit commode Patarensis Methodius eorum meminisse: neque ob hanc causam illa Fragmenta Methodio deneganda sunt, cum ex ipsius verbis nullo modo eliciatur, eum de Christianis Imperatoribus verba facere. Reddamus verba; *Unde Imperatores, qui bisce in locis imperant*, sive etiam si vis, *nostri*, nempe qui nobis dominantur, quod potest intelligi etiam de Ethnicis, Christiani enim ante Constantinum Imperatoribus Ethnicis subdebantur, illisque obediebant, cum viderent illi figuram Crucis assumi ad universa mala dissipanda, quæ Romana sermone *vexilla* nuncupantur, excogitarunt. Licet ergo omnica loca sub Diocletiano Idololatria occuparet, Ethnici & Gentiles ex more suo, nescientes quid facerent, vexilla efformata in formam Crucis conficiebant, quorum ope, signo nempe ac figura Crucis, ut Christiani Patres interpretabantur, noxia amolirentur, & cuncta prospera consequerentur. Sic horum Fragmentorum, non est quod alium Methodium a Patarensi quæramus auctorem.

XXV. Quidquid tamen sit, non omittendum in Bibliotheca Augustana tria extare Fragmenta Methodii Episcopi, duo tamen Gretserum edidisse, tertium neglexisse, cujus illa Inscriptio est: τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου, πῶς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ὁ Χριστὸς ἐν βραχεῖ τι καὶ περιωρισμένῳ χρόνῳ διαστολαῖς σώματι ἐκεχώρητο; καὶ πῶς ἀπαθὴς ὢν ἐγένετο ὑπὸ πάθους; Fragmentum tanto Viro dignum, ne pereat, hic exscribatur. Ἐπειδὴ γὰρ δύναμις αὐτῷ τοῦτο ἦν· δυνάμεως γὰρ τὸ συστέλλεσθαι μὲν ἐν τοῖς ὀλίγοις καὶ βραχύνεσθαι, χεῖσθαι δὲ ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ μεγεθύνεσθαι. Εἰ δὲ τὸ συνεκτείνεσθαι μὲν τοῖς μεγάλοις καὶ συνεξισάζεσθαι δυνατὸν αὐτῷ. Τὸ δὲ βραχύνεσθαι ἐν τοῖς μικροῖς καὶ συστέλλεσθαι ἀδύνατον. οὐκ ἦν δύναμις. δυνάμει γὰρ ἐὰν τόδε μὲν δυνατὸν εἶναι φῇς, τὸ δὲ ἀδύνατον, τοῦ εἶναι αὐτὴν δύναμιν παραγράφῃ ἀσθενοῦσαν περὶ ἃ μὴ δύναται. Οὐκ ἦν δὲ ἀλλ᾽ οὐδὲ ὑπεροχήν τινα ἔτι θεότητος ἕξει πρὸς τὰ μεταβαλλόμενα, καὶ τὰ ἐρχόμενα τῶν ζώων * χαρακὶ ἐφ᾽ ὧν μὴν ἂν δύνωνταί τι δρᾶσαι ἐνεργοῦσιν, ἐφ᾽ ᾧ ἂν μὴ δύνωνται φθίνωσι. Διόπερ ταύτῃ μᾶλλον κεχώρηται ἐν ἀνθρώπῳ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ ἦν αὐτῷ τοῦτο ἀδύνατον, ὅτι δυνάμει καὶ ἔπαθεν ἀπαθὴς μένων, καὶ ἔθανεν, ἀθανασίαν τῷ θνητῷ χαριζόμενος, σῶμα μὲν γὰρ ὑπὸ σώματος τυπτόμενον, ἢ τεμνόμενον, τοσοῦτον τύπτεται, ἢ τέμνεται, ὅσον ἂν τὸ τύπτον τύπτει, καὶ τὸ τεμνόμενον τέμνει. Κατὰ ἀντιτύπησιν γὰρ τοῦ ὑποκειμένου τῷ τύπτοντι ἡ πληγὴ γίνεται, ἐν ἴσῳ πάθει τῶν ἑκατέρων ὄντων καὶ τοῦ δρῶντος καὶ τοῦ δρωμένου· ἀμέλει ἐὰν μὴ τὸ τεμνόμενον μετ᾽ ὀλίγης ἕξεως ἀντιτορήσῃ τῷ τέμνοντι, τὸ τεμνόμενον τέμνειν οὐ δυνήσεται. Τῇ γὰρ φορᾷ ξίφους οὐκ ἀντιπαραμείναντος τοῦ ὑποκειμένου σώματος, ἀλλὰ συνείξαντος μᾶλλον ἄπρακτος γίνεται ἡ ἐνέργεια οἷον καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λεπτομερεστέρων σωμάτων πυρὸς, ἀέρος. Ἐκλύεται γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνενέργητος τῶν στερεωτέρων ὁρμὴς σωμάτων. Εἰ δὲ πῦρ, ἢ ἀὴρ, λίθος, ἢ σίδηρος, ἢ ξύλον, ἢ ἄλλο, οἷς οἱ ἄνθρωποι χρώμενοι καθ᾽ ἑαυτῶν ἀλληλοφονοῦσι, τρῶσαι γὰρ καὶ διελεῖν οὐ δύναται παρὰ τὸ τῆς θικτικῆς τε αὐτὸ καὶ λεπτομερεστέρας φύσεως τυγχάνειν. Πῶς οὐ μᾶλλον ἄτρωτός γε ἔμεινεν ἡ σοφία καὶ ἀπαθὴς, οὐδὲν πρὸς οὐδενὸς κακυνομένη, κἂν τεμνόμενον συνῆν καὶ προσηλωμένον τῷ σώματι, βελτίων καὶ καθαρωτέρα φύσεως πάσης μετὰ τὸν γεννησάμενον αὐτὴν Θεὸν ὑπάρχουσα. Horum sententia fuerit: *Cum vero virtus ipsi hoc inesset: potentiæ enim est, contrahi quidem in paucis, & imminui, dilatari vero in magnis & augeri. Quod cum magnis una extendi exæquarique ipsi possibile est, imminui vero in parvis, & contrahi impossibile, virtus equidem minime inerat. Virtute enim si hoc possibile esse dixeris, illud autem impossibile, eandem virtutem esse abnegas, tanquam quæ infirma atque imbecillis est circa quæ non potest. Imo nec aliquam divinitatis excellentiam continebit circa ea, quæ immutantur. Nanque & homines & reliqua animalia circa ea, in quibus aliquid possunt operantur, circa ea in quibus non possunt, resoluta viribus nihil agunt. Propterea hanc ob causam Filius Dei in Homine circumclusus est, quod hoc illi impossibile non erat. Virtute enim passus est, impassibilis manens, & mortuus est, incorruptibilitatem mortalibus donans. Corpus siquidem a corpore verberatum, aut sectum, tantundem verberatur aut secatur, quantum verberans verberat, & secans secat. Secundum enim rei sub jectæ repercussum verberanti ictus fit: cum æqualia pati necesse sit, & agens, & id quod agitur. Siquidem si quod secatur cum parva habitudine secanti non correspondcrit, quod secat secare non poterit. Lationi enim ensis si non obstiterit subjectum corpus, seu potius cesserit, omni effectu operatio frustrabitur, ut videre est in corporibus subtilioribus ignis & aëris. Dissolvitur nanque in similibus, manetque absque effectu solidiorum corporum impetus. Quod si ignis aut aër, lapis aut ferrum, aut lignum, aut aliud, quod homines contra sese usurpantes sibi invicem cædem inferunt, vulnerare & dividere non potest, quod subtilioris naturæ sit, quanam ratione non potius invulnerabilis mansit sapientia & impassibilis, nulla in re ab aliquo læsa, licet simul conjuncta esset corpori quod secabatur, & clavis figebatur, cum præstantior & purior omni natura, unum si excipias illius genitorem Deum, ex st ret.* Errata in Græco, uti erant in MS. relicta sunt.

XXVI. In Catena quoque in Jobum sub Methodii Sidæ multæ expositiones in eundem Jobum leguntur. Puto non alium esse quam Patarensem. Quemadmodum enim Patarorum & Olympi in Lycia, ita & Sidæ Pam-

Pamphyliæ conterminæ Civitatis potuit esse Episcopus. Ex phrasi, sententiis, modoque dicendi non alterius esse videntur. Si quis vero alium esse contenderit, esto per me. Satis mihi fuerit illum indicasse.

XXVII. Patarensem *Chronicum* quoque scripsisse, tradit Trithemius. Et apud Marianum Scotum Fragmenta quædam leguntur ex Methodii Chronicis. Indeque etiam meminit Martinus Polonus lib. 1. cap. 4. sed, cum illius non meminerint antiquiores, suspectũ est & forte alterius Methodii fuerit.

XXVIII. Sub ejusdem nomine editæ sunt *Revelationes*, Chronicon nempe ipsius, cui postmodum de rebus in Imperio Romano futuris, & de Antichristo vaticinia adduntur. Editæ sunt inter Orthodoxographa Basileæ apud Henricum Petri 1555. in folio. Non alias esse puto, quam librum de Creatione Mundi excusum cum figuris, Basileæ apud Michaëlem Fruter, cum Præfatione Sebastiani Brandi Gesnerus putat Græce & Latine editas esse: quia viderat dudum manuscriptum exemplar editioni paratum. Sed has alterius esse Methodii existimat, nec aliter Possevinus. Methodii martyris genuinas agnoscunt Historia Scholastica, Thostatus, & nonnulli alii. Pererius in Genesim, Bellarminus de Scriptoribus, Torniellus in Annalibus sacris, & qui sua ex his hausit Henricus Spondanus, falsas & suppositititias. Pererius: *Verum hæc legentem atque cogitantem magna subit indignatio, tam ineruditum & futile commentum sanctissimo viro & Martyri sub speciosa Revelationis obtentu esse affictum*: & in cap. 16. v. 38. *Non sum inscius multas olim hujus Methodii nomine Revelationes & Vaticinia vulgo recitata & celebrata esse: quorum nonnulla hodieque partim in Scholastica Historia, partim quibusdam aliis in libris extant: sed ea profecto talia sunt, ut mendaciter fuisse conficta, falsoque attributa sanctissimo illi viro & clarissimo Martyri minime ambigendum sit. De nonnullis a nobis disputatum est in primo Tomo horum Comment. in Genes. in princip. lib. 7. ubi primum versum capitis quarti Genesis explicavimus. Hoc porro, quod ut Methodii vaticinium a Thostato commemoratur, falsum esse dupliciter convincitur.* Bellarminus; *Circumfertur libellus Revelationum sub nomine S. Methodii, sed suppositius censetur.* Similia sunt Tornielli & Spondani. Eas tamen genuinas agnoscit Auctor Synaxarii de Methodio Patar. in Menæo. Οὗτος ὁ θεῖος τῷ ὄντι τοῦ Θεοῦ ἱερεύς τε καὶ μάρτυς κατέλιπεν ἡμῖν συγγράμματα τῆς αὐτοῦ φιλοπονίας· πάσης γνώσεως καὶ ὠφελείας τυγχάνοντα. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μελλόντων σαφέστατα προεθέσπισε, καὶ προηγόρευσεν εὐκρινέστατα περί τε τὰς βασιλέων ἐναλλαγὰς καὶ μεταβολὰς, καὶ μεταποιήσεις, καὶ ἐθνῶν ἐκδρομὰς, καὶ χωρῶν καὶ τόπων ἐρημώσεις καὶ ἀφανισμοὺς, περί τε ὀρθοδόξων καὶ αἱρετικῶν βασιλέων, καὶ περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας καὶ τοῦ ἀφανισμοῦ, καὶ πανολεθρίας πάσης σαρκὸς ἀνθρωπίνης. Ταῦτα πάντα σαφέστατα ὁ θεῖος οὗτος προεθέσπισεν. *Hic vere divinus Sacerdos Dei & Martyr Commentarios valde proficuos nobis reliquit, qui sedulum illius studium & cognitionem rerum præseferunt. Sed & de rebus futuris clarissime prævaticinatus est, & accuratissime prædixit, de Imperiorum immutationibus, vicissitudinibus, & varietatibus; nec non gentium excursionibus, & regionum & locorum depopulationibus, & vastationibus, & de fine Mundi, & Antichristo, & illius regno, & tandem de dispersione, & internecione universæ carnis humanæ. Hæc omnia divinus hic vir clarissime prævaticinatus est.* In Codice manuscripto Vaticano 859. continetur, Μεθοδίου Πατάρων εἰς τὸν ἔσχατον καιρόν. *Methodii Patarensis in extrema tempora.* Et incipit; Ἰστέον ὅτι ἐξελθόντες ὅ, τε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα. Idem esse ac editum sub Revelationum nomine non sinit me dubitare caput tertium editum, quod incipit: *Sciendum nanque est, quod exeuntes Adam & Eva &c.*

XXIX. Reperitur penes me Manuscriptum sub hoc titulo; τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου Πατάρων, καὶ ἐκ τοῦ βιβλιογράφου κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου. Sunt omnia de rebus futuris vaticinia, & plane omnia, ut Auctor Synaxarii descripsit. Finit tamen ut Revelationes editæ. Existimo a Leone Philosopho, cujus alia de Urbe Constantinopolitana oracula carmine exposita & edita, Græce & Latine a Jano Rutgersio, quæ a Methodio breviter dictata sunt, prolixius multis etiam de suo additis, in hunc quo leguntur modum concinnata fuisse. Non tanti tamen similia esse judico, ut diutius mihi laborandum sit, ad eorum genuinum Auctorem investigandum. Sumant hanc operam, quibus similes næniæ in deliciis sunt.

XXX. Notat Possevinus, in Bibliotheca Imperatoris Viennæ Austriæ haberi Manuscriptum, *Methodii Monachi & Episcopi exegesis in Apocalypsim.* Refertque id ex aliis qui Catalogos scripsere, Gesnero nempe, & illius Epitomatoribus, qui præterea addunt: *Methodius in Apocalypsim extat in Bibliotheca Augustana, & in Bibliotheca Imperatoris Viennæ, Methodii Monachi & Episcopi exegesis in Apocalypsim Joannis in 4. MS.* Et Patarensem in Apocal. scripsisse colligi videtur ex Andrea Cæsariensi in principio suorum Commentar. in Apocal. Περὶ μέντοι τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον ἡγούμεθα, τῶν μακαρίων Γρηγορίου φημὶ τοῦ Θεολόγου, καὶ Κυρίλλου, προσέτι δὲ καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων, Παπίου, Εἰρηναίου, Μεθοδίου, καὶ Ἱππολύτου, ταύτῃ προσμαρτυρούντων τὸ ἀξιόπιστον. Παρ᾽ ὧν καὶ ἡμεῖς πολλὰς λαβόντες ἀφορμὰς εἰς τοῦτο ἐληλύθαμεν

μῶν, καθὼς ἔν τισι τόποις χρήσεις τούτων παρεθέμεθα. *Porro autem de libri hujus fide, & auctoritate prolixe hoc loco disserere supervacaneum arbitramur. Constat nanque beatos illos viros Patresque nostros, Gregorium Theologum, Cyrillum Alexandrinum, multoque hisce vetustiores Papiam, Irenæum, Methodium, & Hippolytum divinum, fideque dignum esse non uno loco tradere: e quorum monumentis occasione accepta nos ad hoc consilium venimus; sicuti multas quoque sententias ex eorundem scriptis mutuati sumus, hisque nostris Commentariis inseruimus.* Sed forte non integer ille Comentarius est in universam Apocalypsim, sed in eam tantum pericopem, quam in Convivio suo assumit, atque interpretatur, ex qua sua habuerunt Andreas & Arethas, ut supra vidimus. Et forte etiam hic alius est a Patarensi Monachus & Episcopus, qui in Apocalypsim scripsit. Idque facili negotio dignoscent, qui Viennensi & Augustanæ Bibliothecis præsunt.

XXXI. Tandemque, ut id quoque scias Lector, in Bibliotheca Barberina sunt Methodii Episcopi & Patarensis nonnullæ expositiones in Catenis in Genesim Cod. 185. in Psalmos Cod. 4. in Canticum Abacuc Prophetæ Cod. eodem, quemadmodum & in Catenis novi & veteris fœderis Vaticanis; quas ne longior sim non enumero.

XXXII. Idem Possevinus in Catalogo Bibliothecæ Sfortianæ num. 19. post Orationem Chrysostomi de Transgressione Adami, notat; *Methodius Episcopus Patarraum & martyr in Evangelia.* Si titulus non fallit, nec noctu, nec diu quiete unquam eundum est, nec dormiendum, donec tantum opus eruatur e tenebris. Montes auri sunt, utinam non carbones evadant.

XXXIII. *Et multa alia vulgo lectitantur; Vulgo* dixit Hieronymus, communiter & passim. Sophronius χύδην interpretatus est, fuse nempe, & copiose lectitata. Sed quemadmodum in Hieronymo illud *vulgo* indicare potest, eo modo dictata ac composita esse, ut omnibus ob sui facilitatem pateant, ideoque publice ab omnibus legerentur, ita Sophronius dictione illa χύδην, ea oratione prosa, ac pedestri scripta fuisse nobis voluit significare. Sic enim usurpavit Aristoteles lib. 3. Rethoricorum: Διὸ καὶ τῶν μέτρων πάντες μνημονεύουσι μᾶλλον τῶν χύδην· ἀριθμὸν γὰρ ἔχει ᾧ μετρεῖται. *Ideoque omnes facilius versus recordantur, quam solutam orationem. Habent enim numerum, & mensurantur*: χύδην ergo, ut vides, notat orationem solutam, liberam, nullis numeris astrictam, quam vocant prosam, & qua Methodii commemorata Commentaria composita sunt. Ut ex iis, quæ reliqua sunt, legentibus patere poterit. Hinc male argutantur ii, qui Methodium hunc poëtam existimarunt, quod apud Hieronymum legunt, Methodium contra Porphyrium ad decem millia versuum scripsisse, parum, ut videtur, id observantes, ut ait Gyraldus de Poët. Histor. Dialogo 5. quod versus non modo apud Latinos, sed apud Græcos etiam de soluta oratione recte dicitur. Probatque id ex Cicerone, Quintiliano, & Pediano Asconio. Quod si versus apud Hieronymum, & alios numeris adstrictam orationem notant, erunt [illegible]o innumeri alii, qui prosa scripserunt, [illegible] Hieronymus in Pamphilo Presbyte[illegible]positionibus Origenis in duodecim [illegible]tas illius manu exscriptis. *Si enim letitia est, unam Epistolam habere Martyris, quanto magis tot millia versuum, per quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia*? In Gregorio Nazianzeno, *Ad triginta millia versuum omnia opera sua composuit.* In Ambrosio Alexandrino; *Scripsit adversus Apollinarium volumen multorum versuum de Dogmatibus.* Non addam hic plura neque ex Hieronymo, neque ex aliis. Explicat sese nihilominus Hieronymus Præfat. & translat. Esaiæ: *Nemo cum Prophetas versibus viderit esse descriptos, metris eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis & operibus Salomonis: sed quod in Demosthene & in Tullio solet fieri, ut per cola scribantur, & commata, qui utique prosa, non versibus conscripserunt, nos quoque utilitati legentium providentes interpretationem novam novo genere distinximus.* Hi prosa scripserunt, versus tamen eorundem Oratio a Hieronymo vocatur. Et tu dices Methodium poëtam fuisse, quia de eo loquens Hieronymus, versuum millia scripsisse dicit? Evangelia & novi ac veteris Foederis omnia versibus mensurantur, ideone & stricta numeris oratione? Non inficias iverim, Methodii ingenium ad poësim fuisse proclive, quod colligitur ex versibus Poëtarum, quos in sua ingerere, cum occasio se tulerit, & ad ornandam orationem recitat, ut ex Excerptis Photii, & hoc Symposio manifestum est. Et scripsisse etiam carmina nullus dubito, cum recte considero Symposium circa finem, in quo laudes Castimoniæ numeris adstricta Oratione Virgines prosequuntur. Sed qui versus isti sunt, & quomodo numerentur in soluta oratione, alii examinent.

XXXIV. Methodium Martyrem, & Episcopum consequitur alter *Methodius Patriarcha* Confessor doctrina & operibus editis præcelebris, & Martyrio fere par. Ab Iconomachis enim aliisque, qui ejus mores sanctissimos ferre non poterant, & cruciatus acerbissimos, & carceres atrocissimos, & manifestas calũnias pro pietate defendendà pertulit. Colitur inter Sanctos tum a Latinis tũ a Græcis, & apud Græcos illius solemnitas cum peculiari in eum Officio celebratur. Fuit is Patria Syracusanus. Habeo ex incerti laudatione in eundem; ὁ ἐκλεκτὸς Θεοῦ Μεθόδιος τῆς Συρα-

Συρακούσας ἔσχε πατρίδα. γονέων εὐκλεῶν καὶ πλουσίων υἱὸς γεγονώς. ἐν αἷς πᾶσαν γραμματικὴν τέχνην καὶ ἱστορίας, ὀρθογραφίαν τε, καὶ ὀξυγραφίαν κατορθωκὼς ἐκ παιδός, ἤδη λοιπὸν εἰς ἄνδρας τελῶν τὴν Βασιλίδα κατέλαβε, πλεῖστα χρήματα ὅσα ἐπαγόμενος, βασιλικῶν ἀξιωμάτων τυχεῖν ἐφιέμενος, καὶ τῷ βίῳ περιφανὴς καταστῆναι. Συντυχὼν δέ τινι Ἀσκητῇ ἐκ προνοίας Θεοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθείς, δι' ἣν τῶν ἑσπερίων πρὸς τὴν ἕω μεταπ[illegible]κεν· καὶ τὰ ἑξῆς. *Electus Deo Methodi*[illegible] *sas patriam nactus, parentibus nobilibus* [illegible] *que ortus, in patria universam Gramma*[illegible]*tem, recteque ac velociter scribendi modum a pueris instruitur. Cum ex ephebis excessit, plurima secum conducta pecunia, Urbem regiam appellit, dignitatum Imperialium desiderio inflammatus, & mundanæ gloriæ cupidissimus. Verum cum in Ascetam, ita Deo providente, incidisset, & causam, qua ductus res occiduas cum Orientalibus commutaverat, interrogatus*, &c. Ante Patriarchatum mittitur a Leone Tertio Romano Pontifice Constantinopolim, in quo Legati munere perfunctus in Episcopatum promovetur, ut testatur Anastasius Bibliothecarius Epistola ad Carolum Calvum. Verba illius sunt: *Hic a Sede Apostolica Constantinopolim Presbyter missus, ejusdem Urbis tenuit Pontificium, & ex tunc inter Sanctos ab omnibus, ab suæ confessionis & agonis certamen veraciter veneratur.* Græci in Menæo:

Ὁ Μεθόδιος λύχνος ὢν Ἐκκλησίας,
Μεθεὶς ὁδεύει τὰ κάτω πρὸς τὸν πόλον.

Οὗτος ὁ ἅγιος τὴν πλάνην τῶν αἱρέσεων, καὶ Εἰκονομάχων σοφαῖς ἀποδείξεσι, καὶ γραφικαῖς ῥήσεσι παντοίως ἀνατρέψας καὶ καθελὼν καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις βραβεύσας, καὶ πολλὰς κακώσεις ὑπὸ τῶν Αἱρετικῶν ἐν τῷ προσκυνεῖν τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας, ἀνεπαύσατο αἰωνίως, λύτρωσιν τῶν ἀνιαρῶν ἡμῖν ἐξαιτούμενος. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ οἴκῳ, ἐν ᾧ τὸ τίμιον αὐτοῦ κατάκειται λείψανον, τῷ ὄντι ἔνδον τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων τῶν μεγάλων. *Methodius cum esset lucerna Ecclesiæ, quæ infra sunt reliquens, ad cœlestia iter arripit. Sanctus hic hæreses, & sanctas imagines oppugnantium errorem gravissimis divinarum Scripturarum testimoniis redarguens convellensque, & orthodoxam fidem Ecclesiis ministrans, multas ærumnas ab Hæreticis perpessus, cum pro sancto venerabilium Imaginum cultu laborat, æternam requiem adipiscitur, peccatorum remissionem nobis exposcens. Ejus dies festus celebratur in sanctissimo Sacello, in quo pretiosæ illius reliquiæ intra divinum templum celeberrimorum Apostolorum repositæ sunt.* Eadem habentur in Menologio Barberino MS. Cod. 119.

Τὸν Μεθόδιον φωστῆρα τῆς Ἐκκλησίας
Τὸ τῆς τελευτῆς σβεννύει ζυγνὸν νέφος.

Οὗτος ὁ ἅγιος καὶ μέγας Μεθόδιος γέγονεν ἀπὸ Σικελίας, μοναχὸς μὲν ὑπάρχων, καὶ ἐν διαφόροις ἀσκήσεσι τὴν ἀρετὴν μετελθών. ἔφθασε δὲ καὶ μέχρι Κωνσταντινουπόλεως, καὶ διὰ τὸν ἐπικείμενον κλύδωνα τῶν Ἐκκλησιῶν, ἦν γὰρ τῶν Εἰκονομάχων ἡ αἵρεσις ἐν τῇ τοποθεσίᾳ τῆς Χίου μοναστήριον δειμάμενος, ἐκεῖσε προσεκαθέζετο τὴν πλάνην τῆς αἱρέσεως τῶν Εἰκονομάχων σοφαῖς ἀποδείξεσι καὶ γραφικαῖς ῥήσεσι παντοίως ἀναστρέψας καὶ καθελών, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις βραβεύσας, καὶ πολλὰς κακώσεις ὑπὸ τῶν Αἱρετικῶν ἐν τῷ προσκυνεῖν τὰς ἁγίας εἰκόνας. Ὅτε δὲ Θεόφιλος ὁ Βασιλεὺς τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, καὶ ἡ ὀρθόδοξος πίστις ἐξέλαμψε, προσκαλεῖται ὁ μέγας Μεθόδιος ὑπὸ Θεοδώρας τῆς βασιλίσσης καὶ Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς κατὰ πρόῤῥησιν Ἰωαννικίου τοῦ μεγάλου τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ χειροτονεῖται Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἐπισκοπήσας ἔτη τέσσαρα, καὶ μῆνας τρεῖς ἐν εἰρήνῃ αἰωνίως ἀνεπαύσατο. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ οἴκῳ τῷ ὄντι ἔνδον τῶν ἁγίων Ἀποστόλων τῶν μεγάλων, ἐν ᾧ καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ κατάκειται λείψανον. *Methodium Ecclesiæ lumen obitus extinguit tristis nebula. Hic sanctus magnusque Methodius ortum habuit in Sicilia. Monachus factus, & vario exercitationum genere virtutem assecutus, Byzantium usque pervenit, & propter irruentem Ecclesiarum tempestatem (Iconomachorum siquidem hæresis grassabatur) in regione, cujus nomen e Chio erat, extructo Monasterio sedem collocavit, errorem hæresis Iconomachorum doctis demonstrationibus, & ex Scriptura petitis testimoniis variis modis convellens atque refutans, & fidem orthodoxam Dei Ecclesiis restituens. Multas porro ærumnas ab Hæreticis, quod sanctas Imagines coleret, ac veneraretur perpessus, cum Imperator Theophilus finem vitæ posuit, & fides orthodoxa reluxit, ab Imperatrice Theodora & illius filio Michaële, uti prævaticinatus fuerat magnus ac Thaumaturgus Joannicius, accersitur, & Constantinopolitanus Patriarcha creatur. Et cum annos quatuor & menses tres Patriarchatui præfuisset in pace, æternam requiem consequitur. Agitur dies illius festus in sacra ipsius domo intus ædem sanctorum magnorum Apostolorum, in quo venerandæ illius reliquiæ requiescunt.* De alia ejusdem Legatione Constantinopoli Romam, electione, certaminibus, morte, & rebus aliis, vide Cedrenum in Michaële Imperatore, Glycam in Theophilo, Theophanem in laudatione sancti Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, Acta S. Joannicii, incertum in laudatione ejusdem, quam nos Latine redditam suppeditavimus Constantino Cajetano Syracusano. In hunc quoque Orationem satis prolixam scripsisse adnotavit nescio quis in margine Cod. 825. Vaticani p. 4. Ζήτει καὶ λόγον μέγαν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Σικελίας εἰς τὸν ἅγιον Μεθόδιον. *Quærito & Orationem longam Gregorii*

Siciliæ

Siciliæ Archiepiscopi in sanctum Methodium. Et de Constantinopolitano sermonem esse non dubito, cum hæc nota sit in principio laudationis incerti in Constantinopolitanum. Hæc Oratio, licet a me anxie perquisita sit, ad hunc diem non pervenit ad manus. Et doleo equidem tantum in tantũ Patrem monimentũ esse perditum, si tamen deperditum est. Joannes Ephesius Tract. de Schismate, vocat eundem Μέγαν τῆς ἀληθείας ὁμολογητὴν, καὶ τῆς εὐσεβείας θεμέλιον. *Magnum veritatis homologetam, & pietatis fundamentum inconcussum.*

XXXV. Multa enim *adversus Iconomachos* scripsisse indicant verba Græca ex Menæo Græcorum & MS. Barberino supra positis. Ex iis nihil reliquum, quod ipse sciam, nobis est.

XXXVI. Exscripsi ejusdem ex Bibliotheca Vallicellana *Orationem in Sanctam Agatham Martyrem*, sed mutilam, eam quoque uti erat ab amicis rogatus Latinam feci, & dicto Constantino tradidi. Leonardus Pate ex Alumno Collegii Græcorum, Græcarum literarum, Professor primarius in Universitate Messanensi nescio unde integram habuit, & Latine reddidit Utinam nobis Græca aliquando communicaret. Illius principium est: ἐπειδή με τὸ θαῦμα πρὸς τὸ λέγειν ἐξήγειρεν. Est in ea maxime adnotanda sententia, de auxilio divino & gratia, eam quod non est præ manibus omnium, apponam. Πάντες μὲν οὖν Θεῷ πεφανέρωνται. Ὅτι, φησὶ τὸ ἱερὸν γράμμα,* πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Προώρισται δὲ οὐ πάντα τῷ γινώσκοντι. Ἡ μὲν γὰρ πρόγνωσις τὴν περὶ πάντα τοῦ ποιητοῦ εἰσάγει ἐπίγνωσιν, ἥτις καὶ συγχωρήσεως αὐτοῦ ἔχει λόγους καὶ προαιρέσεως τῶν τῷ αὐτεξουσίῳ συνεκτισμένων φέρει τὰ σπέρματα. ὁ δὲ προορισμὸς οὐ συγχωρητικῆς περιπτώσεως τῆς μὲν προαιρέσεως ἀνθρωπίνης εὐδοκίαν τοῦ ποιητοῦ εἰσφέρει πρὸς αὐτὸν τὸν προοριζόμενον. Οὕτως ἡ πᾶσι μακαριστὸς ὑπεραγία δέσποινα ἡμῶν παρθένος καὶ θεοτόκος τῷ ἐνοικήσαντι Θεῷ αὐτὴν καὶ ποιήσαντι Λόγῳ ἐκ πασῶν γενεῶν ἐξελέλεκτο. καὶ οὕτως ἡ ταύτης θυγάτηρ καὶ δούλη ἡ νῦν εὐφημουμένη ἡμῖν, καὶ δι' αὐτῆς τῷ Θεῷ τὸν ἔπαινον καὶ τὴν νῦν εὐχαριστίαν προσάγουσα, προώριστο εἰς μάρτυρα καὶ ἐκλέλεκτο τῇ προαιρέσει ἑτοιμασθεῖσα, ὥσπερ ἡ δέσποινα κατοικισθεῖσα. *Omnes itaque Deo manifesti sunt, cum sacra Scriptura dicat, omnia nuda & aperta sunt oculis ejus, ad quem sermo noster collimat. At non omnia prædeterminata sunt cognoscenti. Ipsa etenim præcognitio importat creatoris Dei de rebus singulis cognitionem, quæ & illius indulgentiæ & electionis rationes amplectitur, & eorum qui ab eo libere creati sunt semina retinet. Prædeterminatio vero non permissivi lapsus, sed cum libera electione hominis Creatoris beneplacitum in eum ipsum inducit, qui prædeterminatur. Sic ab omnibus beatissima prædicata sanctissima Domina nostra Virgo, Deique parens a Divino Verbo, quod in ea habitavit, & eam creavit, ex omnibus gentibus delecta est: nec alio modo illius filia & ancilla, quæ nunc faustis acclamationibus condecoratur a nobis, quæque per eandem nostra præconia nostramque gratiarum actionem Deo adsportat, prædeterminata fuit, ut esset Martyr, & electa est proposito libero præparata, quemadmodum Domina inhabitata.*

XXXVII. Cum adhuc esset Presbyter, res gestas Dionysii Areopagitæ historiã compelxus est. Editæ sunt Græce & Latine Interprete Petro Lensselio, tum Parisiis, tum Antverpiæ inter Opera Dionysii Areopagitæ. Eas laudant sub nomine Methodii recentiores, quamvis ab aliis Metrodoro nescio cui vendicantur; easdem concinnatas Hilduinus Abbas ex Ludovici Pii mandato ex Græcis, & ex Latinis fontibus simul positas, stylo historico prosecutus est, & Areopagitica nominavit. Tum etiam Michaël Syncellus Hierosolymitanus de eodem Dionysio Orationem encomiasticam scripsit, Græce & Latine Interprete Basilio Millanio Cassinate Monacho cum Dionysio editam.

XXXVIII. Illud etiam in dubio est, quo tempore vel qua mente, & an ex Latinis fontibus, an vero ex Græcis desumptam historiam tum Syncellus Michaël, tum Methodius Scripto mandarunt, dum de duobus Dionysiis disputatur. Horum siquidem auctoritate permulti cum Hilduino ad Apostolorum tempora Dionysium Parisiorum patronum referunt, nam hi qui de Divi Dionysii rebus gestis scripsere Dionysium Parisiorum Episcopum eundem faciunt, qui & Athenarum fuit Episcopus. Confirmant Anastasii Bibliothecarii auctoritate, qui scribit ad Carolum Calvum Imperatorem; *Hujus autem passionis textus Beatus Methodius qui ad sedem Apostolicam Constantinopoli Presbyter missus ejusdem Urbis, nam postea Patriarcha Constantinopolitanus ipse fuit, tenuit Pontificium, & ex tunc inter Sanctos ab omnibus ob suæ confessionis & agonis (pro sacrarum Imaginum pio usu initi) certamen veraciter veneratur & colitur, edidit pauca de præcedentibus excerpta.* Hic Anastasius dicit Methodium ad Sedem Apostolicam Constantinopoli Presbyterum missum, & constat ex Curopalate & Theodori Studitæ epistola ad Epiphanium, Methodium missum fuisse a Nicephoro Patriarcha, cum ille falsis calumniis appeteretur ab adversariis ad Papam, qui erat Paschalis I. nihilominus apud Surium legitur, Sede Apostolica Constantinopolim Presbyterum missum. Posse hæc con-

* Hebr. IV. 13.

conciliari alii notant, si Methodium postquam functus est legatione pro suo Patriarcha apud Papam, ab eo remissum Constantinopolim cum injuncta Apostolicæ Sedis aliqua præceptione dicant.

XXXIX. Inter doctos tamen homines ambigitur, An quæ Methodius & Syncellus de Dionysio scripsere, ex suo genio depinxerint, an ex antiquorum Græcorum monumentis fusioribus excerpta, & in epitomen contracta Romæ exarata ediderint. Alii enim Hilduinum a Græcorum Præsulibus & Legatis, arte favorem ejus ambientibus deceptum, ac delusum fuisse tradunt: & perditis Græcorum rebus, qui a Francorum Regibus suppetias postulabant, ingenio Græco factum esse, ut S. Dionysii Monachis, penes quos maxima Galliæ pars rerumque erat, suo Dionysio dignitatem Areopagiticam, & Pauli Apostoli doctrinam tum primum affigentibus ultro applauderetur; a veris fictisue monumentis tota res confirmaretur. Jacobus Sirmundus, de duobus Dionysiis: cum Areopagitæ nomine perstrepere & circumsonare omnia cœperunt, ut plausibili fabulæ color & vires adderentur, nati sunt repente, & ex tenebris eruti cum Aristarcho & Virbio Syncelli & Methodii, qui suffragari viderentur. Et ex verbis Hincmari ad Carolum Calvum scribentis: *Recognovi his, quæ ibi scripta sunt* (in Vita Dionysiii a Methodio scripta) *ea quæ in adolescentia legebam consonare, videlicet per quos ac qualiter gesta Martyrii Divi Dionysii sociorumque ejus ad Romanorum cognitionem, indeque ad Græcorum notitiam pervenisse.* Colligunt gesta passionis Dionysii ex Galliis primum ad Romanorum, deinde ad Græcorum cognitionem pervenisse, quo in casu quis non facile concipit Methodium ex Commentariis Gallorum Historiam Dionysii contexuisse? At quinam fuerint Galli, Hilduinus ne an alii, perinde est ut dicamus Methodium non ex suis, sed ex alienis monimentis universam Dionysii vitam conscripsisse. Et probant primo, quod Hilduinus, ut Areopagiticis fidem astrueret certiorem, Methodium laudare debuit, nisi forte ea monumenta laudare puduisset, quæ Methodio ex Gallica Legatione redeunti commiserat. Secundo, quod in Areopagiticis num. 10. asserat: *De Dionysii Areopagitæ obitu nihil Græcos scripsisse, quia propter longinquitatem terrarum transitus ipsius penitus eis fuit incognitus.* Tertio, quod cum vetus Martyrologium Hilduinus Constantinopoli accersisset, tunc facile fuisset illi dare libellum, quo Methodius Dionysii vitam recens conscripserat. Quarto, quod ex mutua Dionysiii vitæ per Hilduinum & Methodium editæ collatione apparet, Methodium ex Hilduini sociorumue ejus scriptis Dionysiii vitam edidisse, & plurimis adductis locis tum ex Hilduino, tum ex Methodio probant. Hinc duo manifeste dicunt colligi, unum est, ex mutua utriusque Auctoris collatione fieri omnino ut Methodius ab Hilduino, vel Hilduinus a Methodio scribendi materiam acceperit, cum vero nullus dicat a Methodio Hilduinum, aut Methodium ab antiquoribus Græcis accepisse, qui ipsomet Hilduino judice de Dionysii Areopagitæ obitu nihil scripserunt: alterum Græcum hominem a Gallo fuisse per ignorantiam deceptum.

XL. Et hæc qui duos Dionysios pernegant: qui vero asserunt, Sanctum Methodium, dum Apocrisiarium Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani ageret apud Paschalem Papam, Martyris Dionysii res gestas stylo historico prosecutum, quidquid antiquiores Auctores Græci de eodem scripserant in compendium retulisse & contraxisse, suamque Epitomen Romæ conscriptam reliquisse, quam vidisse se testatur dum tenera adhuc esset ætate Anastasius Bibliothecarius Epist. ad Carolum Magnum: quare insulse asserere qui scribunt eum ex suo genio depinxisse, & Baronium non recta linea incessisse, dum censuit eodem tempore, quo Hilduinus sua concinnavit Areopagitica in Occidente, Michaëlem & Methodium in Oriente, adeoque id curante Hilduino, qui certe nondum Abbas S. Dionysii erat, cum Methodius Romæ existeret Constantinopolitani Apocrisiarius, Libellum de gestis S. Dionysii Areopagitæ ex priscorum Auctorum fusioribus Commentariis concinnasse, nempe sub Paschale Papa, cujus anno secundo, qui Christi fuit 818. ipse Baronius Legationis ejusdem Methodii ad Sedem Apostolicam commeminit, quo tempore Fredulfus Abbas erat Dionysiani Cœnobii, quod ex certissimis Indicibus patet. Fieri itaque non potuisse, ut concurrerit cum illis Hilduinus in Areopagitica suorum collatione. Siquidem ex Sacra Ludovici Pii ad ipsum Hilduinum super horum indagine suscipienda manifestum est, eam dirutam fuisse post restitutionem ipsius Ludovici quæ anno tandem 834. facta est, ut Sigibertus narrat in Chronico. Quare Methodius & Michaël scripserunt sub Paschale primo Pontifice, Hilduinus sub Gregorio IV. ideoque Pontificatu ejusdem longe protracto nimirum non ante annum 838. ipsi colligunt hausisse Hilduinum ex illorum scriptis, quæ ipsi ex antiquis suæ gentis fontibus prælibaverant. Et qui dicunt Methodium delusum, deluduntur potius ex historia hujus temporis non modica inscitia. Ea enim aiunt, erat tum in Orbe conditio, ut Græci non Francorum opem exposcerent, minus ambirent Abbatis Dionysiani, qui gratus tum erat Ludovico Imperatori, cujus

cujus in indignationem paulo post incidit gravem, ad ejus invocandum auxilium, & quo adversus se jactas injurias amolirentur, favorem. Quinimo afflictæ res Occidentis cogebant & Papam, & Imperatorem, ob Saracenorum, Maurorumque formidabilem in Siciliam illapsum, invalescentem per Hispaniam potentiam, imminentemque eorundem in Galliam irruptionem Michaëlis Imperatoris Constantinopolitani tum pace fruentis, Legatione etiam missa, opem flagitare. Quod facile est probare ex Synchronis Auctoribus, gravioribusque Scriptoribus, qui res hujus temporis certis calculis observarunt. Quod enim scripsit Hilduinus de missis ab Imperatore Byzantino Michaële ad Ludovicum Occidentis Augustum per solemnem Legationem sancti Dionysii Areopagitæ libris, non probat quod intenditur delusum fuisse a Græcis Hilduinum Græcorum arte, favorem ejus, quo apud Ludovicum Pium pollebat, ambientium: imo vero commentitiam esse ejusmodi occasionem apertissime prodit. Neque enim misit ad Ludovicum Michaël, sed remisit, cum præventus fuisset a Ludovico desiderio ac postulatione amicitiæ, & confœderationis ineundæ. Anno siquidem ineunte 838. cum Gregorio Quarto Pontifice Angelone conuentu habito Halitcarius Cameracensis, & Anfredus Nonantulanus Abbas ad Constantinopolitanum Cæsarem missi sunt. Summa Legationis erat, ut oratus a Pontifice principibusque Romanis Michaël commune cum ipsis bellum in Saracenos susciperet. Et Legationis hoc eodem anno meminerunt Adelinus Benedictinus, Anonymus editus à Pithœo, Aimoinus de gestis Francorum, quorum vestigia secuti sunt recentiores.

XLI. Et hæc quidem & multo plura recentiores pro adjungenda aut adimenda fide Methodio & Syncello. Sed sive Methodius & Syncellus sua hauserint a Gallorum fontibus, sive Galli ex Methodio & Syncello, qui ex Græcorum fontibus collecta ediderant, hoc alterius negotii fuerit, quod tandem aliquando Galli ipsi, cum Deo placuerit, definient. Nobis durum id esse videtur tantos Patres, & potissimum Methodium, etiam ab Ecclesia Latina ob suæ confessionis, & agonis, ut Anastasii Bibliothecarii verbis utar, veraciter veneratur & colitur, delusos fuisse, tantumque dedisse humano favori, ut fictas a se vel confictas ab aliis de Sanctorum martyrio & rebus gestis historias ac narrationes pro veris ac genuinis scripto tradiderint. Pro veritate atrocia perpessi sunt, assiduis laboribus & vario tormentorum genere excruciati, atque tandem confecti sunt, & nunc demum conficiuntur, cum ob Principum favorem se delusos esse, & quod pejus est, veritatem prodidisse audiunt. Constans Methodii animus, ingenuum Syncelli in rebus Ecclesiasticis propositum, imposturas similes, æque atque ferocientem anguem abhorruissent. Sed delusi sunt a Gallo homine. Hoc vero minus credibile est. Vanorum hominum vitia prudentibus appingimus. Examinarunt antea sua, Græca scilicet monimenta non minus considerate circumspexerunt, quæ Gallorum erant tum postmodum verisimiliora, ut sacrum Scriptorem addecet, divulgarunt, quod ex eodem Methodio colligitur, qui confitetur se non vana atque incuriosa cognitione, sed veteribus narrationibus, & certa ac firma antiquitate, nec non a longis temporibus per manus tradita auditione, gesta dictorum Sanctorum concinnasse. Οὐχὶ γὰρ ἐκ τῶν ἡμετέρων τρόπων, ὧν κεκτήμεθα, ἢ οἰκεία προγνώσει, ἀλλ᾽ ἐκ παλαιᾶς διηγήσεως ἡμῖν ἐξενέχθη, καὶ ἃ ἐκ μέρους ἐκ παγίου ἀρχαίου ὀλίγα καθὰ ἠδυνήθημεν, καὶ ἀπὸ μακρῶν χρόνων ἀκηκόαμεν ἐν συγγραφῇ παρεδώκαμεν, οὐκ αὐτομολήσαντες περὶ τὴν ἐξήγησιν, ὡς εἴρηται, ἀλλ᾽ ὡς τῶν μεγάλων ἔγνωμεν διηγήματα διδασκάλων φοβούμενοι τὸν Θεόν. *Neque enim a nostris moribus habuimus, aut a nostra prænotione, sed ex veteri narratione a nobis perfectum est; quæque pauca a certa firmaque antiquitate & a longis temporibus audivimus, ea ut potuimus, literis mandamus, non expositionem ex nobis ipsis ac temere aggressi, sed ut magnorum Doctorum rerum gestarum narrationes habuimus, veriti Deum.* Si qui scribit virtute cognita & spectata fide amplissimus est, ut Methodius est, & sanctitate præcelebris, nunquam ego dicerem, delusum fuisse, tantumque dedisse humano favori, fictas a se vel confictas ab aliis de Sanctorum Martyrio & rebus gestis narrationes pro veris ac genuinis scripto tradiderit. Non tantum audeo. Sed rem hanc altius considerandam rerum harum inquisitoribus relinquimus. Notandus præterea est Francisci Bivarii in Flavium Dextrum Anno Christi 91. supinus error, qui mediæ ætatis scriptorem, scriptorem vetu.issimum nuncupat.

XLII. Est apud me manuscripta ejusdem Epistola ad Patriarcham Constantinopolitanum scripta, qua Sacerdotes qui debellarant deponit. Principium; Τὴν ἐκταθεῖσαν τῆς τιμίας κορυφαιότητος τοῦ λόγου χεῖρα ἡμῖν. Cum ergo defuncto Theodoro Studita, qui ex Studio erant, ab Ecclesia Byzantina, & illius Præside Methodio separati, quæ vivens Theodorus zelo pietatis motus adversus Nicephorum, & Tarasium scripserat, tuentes, tantos Patres ludibrio haberent, & uti innumerorum scelerum reos condemnarent, id non ferens Methodius, ut a contentione desisterent, monuit sæpius, cum non resipiscerent,

 ana-

anathemate feriit, & ab Ecclesia ejecit. Visum est nonnullis inique Theodori asseclas damnari, hinc ut sua tutaretur Methodius, varias ad diversos scripsit Epistolas sese excusans, & quod egisset proponens, scripta nempe Theodori, quæ ille adversus Nicephorum & Tarasium scripserat, condemnasse, non Theodorum, quod apertissimum est ex sententia ejusdem de Studiotis, quam suo de Schismate libro Joannes Metropolita Ephesius inseruit. Ea est: Πρὸς οὖν τοὺς Στουδιώτας ῥητέον ταῦτα, ὅτι εἰ μὴ ἀναθεματίσαιεν τὰ κατὰ Νικηφόρου καὶ Ταρασίου τῶν παναγιωτάτων πατριαρχῶν συγγεγραμμένα τῷ πατρὶ αὐτῶν, οὐκ αὐτὸν ἐκεῖνον, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὰ συγγράμματα, οἷα δὴ καὶ ὁ Θεοδώρητος τὰ αὐτοῦ καὶ ἄλλοι τινὲς τὰ κατὰ συναρπαγὴν λεχθέντα ἢ γραφέντα αὐτοῖς πεποιήκασιν. Ἐὰν οὖν μὴ, ὡς ἔφημεν, καὶ οὗτοι τὰ κατὰ τούτων τῶν εἰρημένων Ἁγίων ἀναθεματίσαιεν, εἴησαν καὶ αὐτοὶ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα. *Ad Studiotas vero hæc dicimus. Si non anathemate feriunt, quæ a Patre suo Theodoro adversus Nicephorum & Tarasium sanctissimos Patriarchas Constantinopolitanos scripta sunt, non illum ipsum Theodorum, absit, sed Commentaria quemadmodum sua Theodoretus, & nonnulli alii, circa ea, quæ quacumque causa abrepti dictarunt, fecerunt. Si igitur, ut diximus iis, quæ adversum jam nominatos Sanctos concinnata sunt, anathema non dixerint, sint & ipsi a Patre & Filio & Spiritu sancto anathema & catathema.* Sed de his commodiori loco prolixius.

XLIII. Idem pro varietate & ætate lapsorum, & fidem ejurantium, varios Canones promulgavit, editos sæpius Græce & Latine. Meminit Harmenopulus in Epitome Canonum sectione 4. Ἡ τοῦ Πατριάρχου Μεθοδίου διατύπωσις τοὺς παραπεσόντας καὶ ὑποστρέψαντας, νηπίους μὲν αἰχμαλωτισθέντας, καὶ φόβῳ ἢ ἀγνοίᾳ καθυπαχθέντας, συγγνώμης ἀξιοῖ, τῷ ἁγίῳ μόνον χρίουσα μύρῳ. Τελείους δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντας, καὶ ἀνάγκῃ καθυπαχθέντας, συγγνώμης μὲν καὶ αὐτοὺς ἀξιοῖ, τῷ ἁγίῳ χρίουσα μύρῳ· νηστεῦσαι δὲ ὅμως τεσσαρακοστὰς ἡμερῶν δύο προστάττει, κρεῶν ἀπεχομένους, ἐκτενεῖς τε δεήσεις καὶ γονυκλισίας ποιεῖν ὅπως ὅση δύναμις. Τοὺς δὲ ἐκ προαιρέσεως αὐτομολήσαντας ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς νηστεύειν προστάττει, παραπλησίως τοῖς ἄνω δεδηλωμένοις, καὶ γονυκλισίας ἑκάστης ἡμέρας ποιεῖν ρʹ, ἢ σʹ καὶ εἶθ' οὕτω τῷ ἁγίῳ χρίεσθαι μύρῳ. *Sanctio Methodii Patriarchæ lapsos & conversos, pueros quidem in captivitatem abductos, & metu vel ignoratione subactos, venia dignatur, sacro dumtaxat eos oleo inungens, adultos vero & coactione subactos venia quidem, & illos dignatur, sacro inungens oleo: sed jejunare tamen binas dierum quadragesimas jubet, a carnibus abstinentes, ingentesque preces & congenulationes pro viribus facere. Qui vero scientes, prudentesque a Christianis transfugerint ad eos, biennium ieiunare jubet, perinde ut indicatum est supra, quotidieque centies vel ducenties congenulare, atque ita oleo sacro inungi.* Arcudius de Concordia lib. 2. cap. 18. scribit, cum duo reperiantur hujus nominis Patriarchæ, alter qui proxime antecessit S. Ignatium circa annum Domini 840. alter sine dubio Schismaticus circa annum 1240. cujusnam illæ precationes sint, incertum esse. Sed quicunque Methodius iste fuerit, non esse tantæ actoritatis, ut contra sacram Scripturam decernat, quod per octingentos vel mille ducentos & amplius annos Orientis Ecclesia in usu non habuit. Et supposito modum illum recipiendi negantes Christum a principio sic fuisse institutum, ut modo extat in Euchologio, hoc est cum forma Sacramenti Confirmationis, certum est auctorem illius non posse esse Methodium primũ, cum non videatur verisimile eum non observasse locum Pauli ad Hebræos 6. & illius Expositiores Chrysostomum, Theodoretum Theophylactum, Oecumenium, & alios affirmantes Baptismum & ἐπίθεσιν τῶν χειρῶν, *impositionem manuum*, καὶ μετοχὴν τοῦ Πνεύματος *& participationem Spiritus*, σφραγῖδα, *signaculum*, hoc est, confirmationem nonnisi simel jaci posse. Verisimile item esse, ad rubricas illas de vngendo & abluendo post precationes illas appendicis forma a posterioribus Græcis additas esse, quod ea omnia, potissimum appendicem illam nonnulla exemplaria manuscripta minime habeant; cujus rei tum Collegii Græcorum alumni, tum Joannes Matthæus Caryophilus, quia viderunt, atque legerunt, testes esse possunt. Et in Euchologio Patriarchali manuscripto Monasterii Cryptæ Ferratæ, nihil de forma reperiatur: cum alioquin in eodem reperiatur Canon 7. Synodi, legaturque cum illis, Sacerdos χρίει αὐτὸν τῷ μύρῳ καθὼς καὶ τοὺς νεοφωτίστους, τὴν αὐτὴν ἐπίρρησιν καὶ ἐπ' αὐτοῦ ποιούμενος. *Inungit eum unguento quemadmodum & recenter illuminatos, eadem verba & supra ipsum recitans*, hoc est eandem formam enuncians. Hinc colligit vel penitus olim non fuisse adhibitum unguentum, nisi solis hæreticis non confirmatis, vel adhibitum materialiter & extra Sacramentum, & similem consuetudinem aliquando fuisse, probare locupletissime Suarez 3. par. quæst. 72. artic. 11. disput. 36. sect. 1. explicans Canonem Concilii Arausicani. Et sic Arcudius hunc auctorem, si modo fuerit Orthodoxus, intelligendum esse autumat. Jacobus Goar Notis in Euchologium citra omnem controversiam ejus non alium Auctorem agnoscit præter Methodium primum, Christi Confessorem, quem Baronius anno 842. ad revocan-

candos in Eccleſiam lapſos mirifice laboraſſe ſcribit, qui pro ſalute omnium ejusmodi promulgavit Edictum. Hic thronum aſſequitur anno 843. & anno 847. ex hac vita migrat, cum ſediſſet annos quattuor. Secundus anno 1240. tribus tantum menſibus Sedem Conſtantinopolitanam obtinuit, quibus nihil memoratu dignum edidiſſe memoratur. Multa hic reponere poſſem Acudio, & illud inprimis, plus me & morum ſanctitati, & doctrinæ Methodii Patriarchæ, qaam Arcudianæ conjectationi tribuere. Sed ne in hominem ingenum ex zelo fidei, & veritatis loquentem me geram vehementiorem, atque acerbiorem, & potiſſimum quod ſimilia diſputandi iſte locus non ſit, remitto Lectorem ad Goarem, qui dicto loco propoſita Arcudii argumenta examinat, & ſolide refutat.

XLIV. In Bibliotheca Scoriaci, ut notatur in Indice manuſcripto, ſunt Methodii, Patriarchæ Conſtantinopolitani, περὶ τῶν ἀποστρεφόντων &c. Λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντήν. Et Κανόνες κατανυκτικοί. *De iis qui abnegarunt & convertuntur. Oratio in Hypapantem, & Canones Compunctorii.* De primo & ejus Auctore ſatis dictum eſt ſupra. De Oratione in Hypapantem, eſt edita in illam ſolemnitatem Oratio Græce & Latine Methodii Patarenſis. An eſt illa ipſa, & cœcutivit Indicis Auctor? Non nego tamen & Patriarcham in eandem Hypapantem potuiſſe Orationem ſcribere, & forte ſcripſit, cum & in alios dies ſolemnes ſcripſerit. *Canones Compunctorii.* Vero ſimilius eſt Patriarchæ eſſe, cum tum temporis ſimilia ſcribendi uſus invaluiſſet, ex Studiorum Monaſterio per Eccleſiam Græcam propagatus, ut alibi notabamus. Et ſi quis contenderit horum Canones alteri Methodio Patriarchæ adſcribendos eſſe, in re obſcuriſſima, cum illi carceribus tenebroſiſſimis includantur, non ero adeo moroſus, ut verbis tantummodo concertare velim, de re mihi incerta cum quispiam certiora proferet, acquieſcam.

XLV. Poſſevinus notat in Catalogo Bibliothecæ ſanctæ Mariæ in Vallicella. *Methodii Patriarchæ Hiſtoria Poëtica in Gregorium Nazianzenum.* Quis non videt monſtrum? Inquirendum nihilominus eſt.

XLVI. Præter iſtos Canones de lapſis, modoque eos reconciliandi Eccleſiæ, quæ habentur in Bibliotheca Barberina manuſcripta Cod. 87. p. 111. & Cod. 95. pag. 83. Leguntur in eadem ſub eodem Methodii Patriarchæ Conſtantinopolitani nomine: *Ordo ſervandus in Sponſalibus* Cod. 93. p. 17. *Ordo in benedictione Nuptiarum*, ibidem p. 31. & Cod. 87. p. 102. & Cod. 101. p. 146. & Cod. 102. pag 52. *Ordo in Benedictione Bigami*, Codic. 101. pag. 295. Cod. 91. p. 89.

XLVII. His addendus eſt alius Methodius, qui prolixam ſatis hiſtoriam. *de miraculis ſancti Nicolai Myrbæ Lyciæ Epiſcopi* ſcripſit. Inter quæ & Patris ſui Joannis narrationem complectitur, cum Hydruntinam civitatem peteret. Ἰωάννης ὁ ἐμὸς Πατὴρ πρὸς Ἱδροῦντα διαπερόμενος, naufragio facto fluctibus immerſi, & jamiam perituri, ope ſancti Nicolai liberati. Illius principium eſt: Καλὸν ἡμᾶς, ὦ θείκων ᾀσμάτων προασπισαί. Narrationis vero de Joanne: Ὁ τῆς ἐμῆς εὐτελείας, καὶ ἀναξιότητος γεννήτωρ, Ἰωάννης δὲ οὗτος ἦν ὁ μακαριώτατος.

XLVIII. Alius eſt Methodius Grammaticus, qui ſæpius laudatur in Etymologico, & Cornucopia a Varino Veronenſe edita. Quis tamen, & quo tempore vixerit, & quæ ſcripſerit, alii dicant.

XLIX. Methodius Monachus ſcripſit: συλλογὴν συνοπτικὴν βιβλίων, ὅτι οὐ δεῖ χωρίζεσθαι τοὺς λαοὺς ἀπὸ τῶν Ἀρχιερέων ὀρθοδόξων ὄντων, ἢ καὶ διά τινα ἐγκληματικὴν περίστασιν ἡ χειροτονία αὐτῶν προβῇ. *Syllogem compendioſam librorum, auctoritate munitam, non debere populos ſeiungi a ſuis Præſulibus, dum illi de Fide recte ſentiunt, licet aliqua criminoſa circumſtantiâ eorum ordinatio ſucceſſerit.* Principium: Ἱστέον ὡς παραιτησαμένου τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως καὶ ἀναχωρήσαντος. Vivebat ſub Joſepho Patriarcha tempore Andronici, cum Schiſma in Græcorum Eccleſia obejectum Arſenium, & intruſum Joſephum exortum eſſet, pro quo ſedando dictum Tractatum concinnavit.

L. Inter methodios recolendus eſt Methodius Presbyter Hieroſolymitanus, cujus in Hypapantem Domini, & in Deiparam & Annam, & Simeonem, Μεθοδίου πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Σωτῆρος, καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον, καὶ εἰς τὴν Ἄνναν καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. Legitur Oratio in Codice Vaticano 679. & incipit: Μόνος ἐν ἀνθρώποις τέλειος ἄνθρωπος. Verum, ut verum fatear, hæc Oratio non alia eſt, quam quæ Græce & Latine cum aliis in eandem ſolemnitatem in folio Græce & Latine ſub Timothei nomine edita eſt, principio ſui mutila, cum incipiat; Φέρε ἀγαπητὲ, τὸν τελευταῖον δίκαιον τῷ λόγῳ κατίδωμεν. Quæ præcedunt, ex iſto Codice ſuppleas. Illius Auctor Timotheus ne fuerit, an Methodius? Major pars Codicum manuſcriptorum Timotheo tribuunt. Suſpicor oſcitantia exſcriptoris in iſto Codice Vaticano, licet antiquiſſimo, Methodii nomen irrepſiſſe.

LI. Tandemque a Poſſevino in Catalogo Scoriacenſis Bibliothecæ in Hiſpania recenſetur, *Methodius de Paſchatis inventione.* Quid hoc ſit, quærant alii In eo Codice poſt pleroſque Iſaaci Argyri Tractatus Aſtrologicos ſubditur, τοῦ αὐτοῦ Μέθοδος, καὶ ἑρμηνεία τῶν τε κύκλων τῶν πασχαλίων, καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων. *Ejuſdem Methodus & interpretatio circulorum Paſcalium, & aliorum neceſſariorum.* Hinc facilis lapſus, ſi ſuſpicioni locus ſit, exſcriptoris incuria ex *Methodo* in *Methodium.*

LEONIS ALLATII
in Symposium decem Virginum
S. METHODII EPISCOPI ET MARTYRIS,
NOTÆ.

PAgin. 1. Gregorium & Eubulium nomina mulierum diminutiva pro Gregoria & Eubule, multa cum venustate formata, cum dicimus & conquirimus blandiciis benevolentiam colloquentium, more veterum tum Græcorum tum Latinorum, apud quos leges Glycerium, Philænium, Erotium, Adelphasium, Philocomasium, Philomatium & similia. Eubulium Methodius est Symposii auctor, Gregorium, quæ Symposio interfuit, & quæ viderat, & audiverat, Methodio ea scire ambienti, narrat.

Pag. 5. v. 10. *difficilem viam)* Respicit ad illa Hesiodi in Operibus:

> Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
> Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν
> Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
> Ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει, χαλεπήπερ ἐοῦσα.

Ante virtutem vero sudorem disposuerunt immortales; longa vero atque ardua via est ad ipsam, primumque aspera: ubi vero ad summum ventum fuerit, facilis deinceps est, quantumvis difficilis fuerit.

Ibid. 16. *Ingens & decora facie.)* Virtutis speciem & pulchritudinem satis eleganter expressit Aristoteles Hymno in Hermiam dicto, Ἀρετὰ πολύμοχθε, In hunc vere aureum de virtute Aristotelis Hymnum extat noster fusior Commentarius, nondum editus.

Ibid. vers. 26. *Nam verecundia in facie.)* Neque enim quælibet pulchritudo laudabilis est, sed quam & verecundia & gravitas, & virtutes alia masculæ consectantur. Et ut verbo expediam, ut Venus altera vulgaris, altera cœlestis, ita & forma & vulgaris & cœlestis fuerit.

Pag. 6. vers. 21. *Licet inter eundum.)* Viarum ad virtutem & ad ignaviam discrimen habes ex Prodico apud Xenophontem Rerum memorabilium lib 2. & ex Xenophonte apud Philostratum lib. 6. de vita Apollonii, & alios: multumque ad hæc facit Cebetis Tabula.

Pag. 23. vers. 28. *Prius formam nostram multis peccatorum notis compunctam assumpsit.* S. Hieronymus explicans illud Pauli ad Roman. 8. *In similitudinem carnis peccati*, ideo dictum esse, scribit, quia caro Christi fuit proclivis ad peccatum. Quidquid alii dicant, sanior sententia est, qua explicatur Hieronymus, Methodius & alii, non ideo dici, quasi Filius Dei carnem susceperit peccatis obnoxiam, vel ad peccatum proclivem, sed quia carnem illam assumptam ab omni peccati inclinatione immunem, & peccato minime obnoxiam, de massa carnis suscepit, quæ erat ad peccandum proclivis, & peccato originis commaculata, ideoque destituta justitia orginali.

Pag. 41. vers. 9. *Adiacentem montibus aditum e cælo in corpora descensui.)* Gregorius Nyssenus de Opificio hominis cap. 28. duplicem de animorum procreatione refert antiquorum opinionem, alteram Origenis ex Comment. de Principiis, qui asserebat animos hominum, quasi quandam nationem seorsum quadam ex Republica existere longe ante corpora creatos: illisque tum virtutum tum vitiorum proposita esse exempla, & animos virtutibus deditos corporibus non copulari, ad vitia vero conversos, tum eos in hanc vitam prolabi, & in corpora immitti: alteram dicentium, animum corporum ortu posteriorem esse; cum Moyses commemoret primum de terra sumpto pulvere hominem finxisse Deum, deinde per inspirationem animum ei indidisse; neutram tamen harum opinionum reprehensione carere, cum prima Græcanicas fabulas præseferat, altera variis difficultatibus nutet. Lege apud eundem sequens caput, in quo fuse probat idem esse cum animo tum corpori existendi principium, licet quæ ad hoc insinuandum afferuntur, non æque omnibus probentur, de quo plane non una est omnium sententia. Hilarius verba illa Psalmi 129. *Fiant aures tua intendentes*, exponens ait, *prius quidem animam illam divino illo & incomprehensibili virtutis sua opere constituit. Non enim cum ad imaginem Dei hominem fecit, tunc & corpus effecit.* Nec aliud innuit Augustinus de Genesi

nesi ad lit. lib. 7. cap 24. *Humana opinioni tolerabilius mihi videtur, Deum in illis primis operibus, qui simul omnia creavit, animam etiam hominum creasse, quam suo corpore, membris ex limo formati corporis inspiraret.* Hanc eandem opinionem Ruffinus tribuit Hieronymo, ejus verba ex Comment. in Epistol. ad Ephesios referens. Philastrius cap. 99. uti hæreticos damnat, qui negant animas ante corpora creatas fuisse. Et Nyssenus addit non tantum Adami, sed omnium quoque animas ante Corpus Adæ simul creatas fuisse, idque sacrarum Scriptuararum auctoritate probare contendit. Et hanc sententiam videtur amplecti Methodius Convivii p. 133. dum Agatha dicit: Ἀπηκρίβωνται γὰρ αἱ ψυχαὶ τῷ γεννήσαντι τότε μάλιστα καὶ πλασαμένῳ, ὁπότε τὴν καθ' ὁμοίωσιν ἰδέαν ἀχράντον ἐκλάμψωσι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως ἐκείνης, πρὸς ἣν ἀφορῶν ὁ Θεὸς ἀθάνατον μορφὴν καὶ ἀνώλεθρον ἐχούσας αὐτὰς ἀπειργάζετο, τοιαῦται διαμένουσι. &c. Hoc Petrus Parisiensis Episcopus lib. 2. sentent. distinct. 17. & alii putant defendi posse absque hæreseos periculo, dummodo non existimetur, animas ante quam illabantur corporibus peccasse, & propter peccata detrusas in corpora tanquam in carcerem. His tamen refragatur Leonis primi auctoritas, Epistola ad Episcopum Asterigensem scribentis: *Catholica fides constanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere.* Sed posse supradictas opiniones de creatione animarum ante corpora cum Catholicis componi, judicat D. Thomas 1. par. quæst. 90. si dicamus, animas hominum præcessisse corpora non secundum actum, sed secundum quandam similitudinem generis, qua animæ conveniunt cum Angelis intellectuali natura. Augustinus non ejusdem semper sententiæ fuit. Nam lib 2. de Genesi allegorice cap. 10. docuit corpus hominis non fuisse conditum ante animæ creationem, sed una cum ipsa anima, & eodem simul tempore, & apertissime lib. 1. Retract. cap. 10. Origenem confutant Epiphanius & alii, & Cyrillus omnium accuratissime lib. 1. Comment. in Joannem. Asserendum nihilominus est cum D. Thoma & aliis simul animam creari cum corpore. Quamvis enim Deus quieverit a creatione specifica cunctarum specierum, non tamen ab individua creatione animorum, qui quotidie humanis corporibus infunduntur. Similes de animorum procreatione sententias breviter ac distincte expressit Anastasius Sinaita Orat. de hominis creatione ad imaginem & similitudinem suam. Vide etiam Nemesii Episcopi de natura hominis cap. 2. & 3. qui de anima multas antiquorum sententias refert, & strenue refutat. Methodium porro non sequi Origenem, quamvis animorum descensum de cœlo ponat, & missionem, fatebitur quicunque amborum dicta contulerit. Origenes eas ante corpora creatas in cœlo reponit liberas suique juris ad bonum, & ad malum; si bonum & virtutem secutæ fuerint, corporibus non copulari: ad vitia vero conversas in corpora immitti, qui reprobat similia & confutat, absurde dicetur Origenem sequi. At hoc facit Methodius. Sed quid hic ipse plura recolere conor? Satis sit ea exscribere, quæ doctus quidã Vir in margine Codicis, ex quo mea hausi, pro Methodio doctissime adnotavit. Μὴ νόμιζε, ὅτι κατὰ τοὺς Αἱρετικοὺς τοὺς λέγοντας προΰπαρξιν φησὶ τὴν κατάβασιν καὶ παραπομπὴν τῶν ψυχῶν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν. Σαφῶς γὰρ οὗτος μάχεται τῷ τοιούτῳ δόγματι, ὡς ἔγνως ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περὶ Ἀναστάσεως· ἀλλ' ὅτι ἢ τινὲς παρακεχαράχαται ἐπλαστογράφησαν τοῦτο τὸ χωρίον, καθὼς καὶ τὴν θείαν γραφὴν πολλοὶ παραποιήσαντες ἠλέγχθησαν παρὰ τῶν Ἁγίων, ἢ τὴν κατάβασιν νόησον αὐτὸν εἰρηκέναι ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, ἐπειδὴ οὐρανία ἐστὶ τὴν φύσιν ἤτοι τὴν οὐσίαν ἡ ψυχή, καὶ διὰ τοῦτο κοινωνὸς αὐτὴ λέγεται τῶν ἄνω δυνάμεων, καὶ αὗται γὰρ ὡς ἐκεῖναι ἀσώματοι, ἀθάνατοι, ἀόρατοι. Ὅθεν οὐράνιον καὶ ἐπίγειον ζῶον λέγεται ὁ ἄνθρωπος παρὰ τῷ Διδασκάλῳ, καὶ κόσμος μικρός· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς μίαν συμφωνίαν καὶ κοινωνίαν ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως. Καὶ μάλιστα πάντων ὁ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ταῦτα διασαφεῖ ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, μᾶλλον δὲ εἰς τοὺς περὶ τὸ Πάσχα καὶ τὰ Φῶτα λόγους. Ἄλλως τε καὶ ἐντεῦθεν ὁ σκοπὸς δείκνυται τοῦ λέγοντος μὴ τοῦτο φρονοῦντος. Ἐκεῖνοι γὰρ ὡς εἰς καταδίκην τὸ σῶμα φασὶ τὰς ψυχὰς πέμπεσθαι ἀπ' οὐρανῶν· οὗτος δὲ τὴν σύστασιν αὐτὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ τῆς εἰς τὴν μήτραν καταβολῆς τοῦ σπέρματος φησί. Καὶ σκόπει πῶς πρὸ δύο φύλλων, ὅπως τὸ ἐκ τῶν ὀστέων ὀστοῦν, καὶ ἡ ἐκ τῆς σαρκὸς σὰρξ ἄνθρωπος, ἀοράτῳ ληφθέντα δυνάμει πλάττεται ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ τεχνίτου δημιουργηθέν. Τί δέ ἐστιν ἕτερον ἄνθρωπος ἢ τὸ συναμφότερον ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος; τοῦτο γὰρ ὅλον ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φησὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐν τῷ ζ' κεφαλαίῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας, καὶ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ἐν τῇ πρὸς Κληδόνιον Ἐπιστολῇ. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ διδάσκει, ὅτι ἄνθρωπος λέγεται ψυχὴ καὶ σῶμα. Διῃρημένου γὰρ τὸ μὲν καλεῖται ψυχή, τὸ δὲ σῶμα. Τοῦτο δὲ σαφῶς ἔδειξεν ὁ Κύριος εἰπὼν ἐν Εὐαγγελίοις, μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι, ὡς εἶναι τὸ μὲν ψυχὴν, τὸ δὲ σῶμα, συναμφότερον δὲ ἄνθρωπος. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπε, φοβηθῆτε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν τῇ Γεέννῃ. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ φησὶν ἐν κεφαλαίῳ γ'.

Οὐκοῦν μὴ νομιζέτω τις κατὰ τὸ τῆς προϋπάρξεως τὸν Διδάσκαλον εἰρηκέναι ἐνταῦθα τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ καθὼς εἴπομεν οὕτω νοητέον τὸ χωρίον. Εἰ μὴ οὕτω νοήσωμεν, εὑρίσκεται αὐτὸς ἑαυτῷ ἐναντιούμενος, ὅπερ καὶ μωρὸν εἰπεῖν· οὐδεὶς γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μάχεται πώποτε. *Ne suspiceris hunc auctorem, veluti Hæreticos asserentes animorum praexistentiam, descensum de cœlo, animorum missionem fateri. Simile nanque placitum hic aperte oppugnat, ut plane vidisti in superiori Libro, imo etiam quem idem edidit de Resurrectione. Sed aut falsarii locum hunc effinxerunt, quemadmodum & divinas Scripturas plerique depravasse deprehensi sunt a Sanctis: aut intelligito eum descensum de cœlo dixisse quod natura aut sua substantia animus cœlestis est, propterea que dicitur virtutum superiorum consors esse. Hi siquidem uti & illi incorporei sunt, immortales, invisibiles. Unde & cœleste & terrestre animal homo nuncupatur a Magistro, & mundus parvus. Per ipsum enim Deus unam concordiam & communionem visibilis atque invisibilis creaturæ effecit. Et præ omnibus aliis hec Nazianzenus Gregorius sua Oratione declarat, & præcipue iis, quas in Pascha, & Lumina habuit. Alia quoque ratione ostenditur propositum dictantis non esse hac probare. Nanque illi veluti in condemnationem, corpus nempe, tradunt animos de cœlo mitti; hic vero ipsam hominis constitutionem & generationis principium ex circulatione in vulvam seminis esse pronunciat: & animadverte quomodo ante duo folia illud,* * os ex ossibus meis, & ex carne caro, *invisibili facultate assumtus ab eodem opifice fabrefactus effingitur. Quid porro aliud est homo quam utrunque ex animo & corpore. Hoc enim totum homo est, ut scribit Dionysius Areopagita cap. 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, & Nazianzenus Gregorius ad Cledonium Epistola. Hoc præterea & natura ipsa docet, hominem dici corpus & animam simul. Nam si dividatur, hoc quidem dicitur animus, illud corpus. Quod plane Dominus etiam in Evangeliis ostendit, cum ait,* ** Ne timeatis illos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere. *Quare est, hoc quidem animus, illud corpus, & utrumque homo. Ideoque dixit,* Timete autem magis eum, qui potest animum & corpus occidere in Geennam. *Idem dicit in Libro qui ante hunc scriptus est, cap. 3. Quare nemo suspicetur Magistrum hunc dicta in hoc loco digessisse, ut animorum præexistentiam comprobaret, sed ut nos exposuimus, ita accipiendus locus est. Quod si is ita non intelligatur, idem ipse sibimetipsi contraria dicere comperietur, quod stultum est dicere: nemo siquidem suis unquam adversatur.* An vero anima causetur ex semine, & quomodo uniatur corpori, Vide apud S. Thomam 1. parte quæst. 118.

Pag. eadem vers. 10. *Ipsa siquidem in occulto homines indumenta animis prætexens effingit.*) Videtur ex opinione Platonis in Cratylo & Gorgia loqui Methodius. Plato siquidẽ aiebat corpora animis deservire vice sepulchrorum dicique σῶμα quasi σῆμα. Καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι· καὶ διότι αὖ τούτῳ σημαίνει, ἃ ἂν σημαίνῃ ἡ ψυχή, καὶ ταύτῃ σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. Δοκοῦσι μέντοι μοι κάλλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσι. Τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σώζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα. Εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο αὐτό, ὥσπερ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα. *Etenim* σῶμα *nonnulli aiunt esse animi* σῆμα, *tanquam ad hoc quidem tempus anima sit in corpore sepulta; vel recte ideo est* σῆμα, *quoniam corporis ministerio utitur anima ad eas res quas sibi obsignarit significandas explicandasque. Quanquam & mihi quidem rectissime videtur Orpheus ipsiusque studiosi istius vocabuli originem notasse: videlicet ut significetur anima poenas pendere, & quidem explicari qua de causa illas pœnas pendat. Animum igitur quasi vallum claustrumque, carceris scilicet imaginem ut corpus circumferre, ut ipsa* σώζηται, *servetur, ac proinde illud ipsum esse animæ corpus, quod præsefert vocabulum, donec quæ debet anima, plane in corpore persolverit, nimirum sit* τὸ σῶμα. Et in Gorgia: καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τεθνάμεν, ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τεθνάμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα. *Et nos re vera morimur Illud enim a sapientibus audivi nos nunc mori, & nostrum* σῶμα *corpus esse* σῆμα *sepulchrum.* Ex quo sua desumpsit Origenes, qui etiam corpus carcerem animi nuncupavit, in quo inclusus male factorum in cœlo pœnas lueret. & lib. 5. & 7. contra Celsum, Tabernaculum, & Indumentum sæpius. Late tamen sumpto vocabulo verba Methodii accipienda sunt. Cum enim animus ipse non videatur, sed actiones ipsius per corpus expressæ, ideo corpore velut involucro contegi videtur, & infra σάρκινον τῆς ψυχῆς χιτῶνα, *carneam animi vestem* corpus appellavit. & p. 66. hominem Christi indumentum. Quo etiam modo intelligendus est Paulus Apostolus 2. Corinth. cap. 1. qui οἰκίαν σκήνους *domum tabernaculi* corpus exteriorem hominẽ, ad interioris vocavit differentiam & ad exponendũ ex hoc corpore animi exitum, & in

* Genes. II. 23. ** Matth. X. 28.

& incorruptibilitatis acquisitionem *expoliari*, & *supervestiri* vocabulis usus est.

Pag. 45. vers. 18. *Hinc & Angelis curatoribus.*) Nota statim atque nascuntur homines custodiæ Angelorum committi.

Pag. 47. vers. 17. *Immortalem enim, & quod non veterascit.*) His error refellitur, asserentium, cum progignuntur animi, non novam substantiam, neque aliam ab ea, quæ est, importari, sed eam quæ sit, per providentiam multiplicari. Hinc Eunomius illud, *Pater meus operatur*, * non de creatione, sed de providentia dictum esse intelligebat. Hinc Apollinarius putabat, animos ab animis gigni, ut a corporibus corpora. Progredi enim uti propagationem corporum animum per propagationem primi hominis in omnes, qui ex illo generantur: neque enim sepositos esse & conditos animos, neque nunc gigni. Qui enim hoc dicunt, Deum mœchis operam navantem faciunt, quod ex his pueri nascantur; & mendacii illud evinci, *cessavit Deus ab omnibus operibus suis, quæ cœpit facere*, ** eum nunc etiam animos faciat. Errorem confutat Nemesius de Natura hominis cap. 2. & notat differentiam providentiæ & creationis. Προνοίας μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ, τὸ ἐξ ἀλληλογονίας διασώζειν τὴν τῶν φθαρτῶν ζώων οὐσίαν, λέγω δὲ τῶν μὴ κατὰ σηπεδόνα γενομένων. ἐπειδὴ τὴν τούτων διαδοχὴν σηπεδὼν πάλιν ἑτέρα διαφυλάττει. Κτίσεως δὴ τὸ κράτιστον ἔργον τὸ ἐξ οὐκ ὄντων ποιεῖν. *Providentiæ enim opus est, per unius ortum ex altero conservare substantiam caducorum animalium, dico eorum quæ ex putredine non nascuntur. Nam horum propagationem alia rursus putrefactio conservat. Creationis vero præstantissimum officium est, ex nihilo aliquid efficere.* Dicta de prognatis ex putrefactione, ne ita dicta existimes, quasi ea Nemesius Providentiæ subtrahat, sed tantum ad notandum providentiæ opus circa ea, quæ ad sui generationem externo agente indigent. Et animum produci a Deo disposita materia per actionem agentis, insinuat D. Thomas 1. p. quæst. 118. art. 1. ad 3.

Pag. 55. v. 11. *Etenim cum characteri ipsius.*) Nota de Charactere & profunditate sententiarum Pauli.

Pag. 58. vers. 14. *Quod enim comparatur ei cui confertur.*) De hoc multa a nobis alibi adnotata sunt.

Pag. 82. vers. 17. *Bonum eis est, si manserint ut & ego.*) Oritur ex his verbis Pauli quæstio perdifficilis. Num D. Paulus cœlebs fuerit, vel uxorem duxerit? Uxorem duxisse tradit Ignatius Martyr Epistola ad Philadelfienses, cum illum inter conjugatos Apostolos enumerat. Εὔχομαι γὰρ ἄξιος Θεοῦ εὑρεθεὶς πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ ὡς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὡς Ἰωσὴφ καὶ Ἡσαΐου καὶ τῶν ἄλλων Προφητῶν, ὡς Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων Ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων. *Opto enim ut dignus sim in regno cœlorum ad horum pedes locum mihi dari, ut Abrahæ, Isaac, Jacob, ut Joseph, Isaiæ, & aliorum Prophetarum: ut Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum, qui nuptiis operam dederunt.* Ignatius Apostolis σύγχρονος, consuetudine conjunctissimus, sanctitate illustris, veritatis amator, cujus laus apud sanctissimos & præstantissimos Viros maxima est, potuit similia, uti erant, conquirere, & scire etiam in dubiis ab iisdem Apostolis. In argumento simili, cum Virgines conjugatis præfert, non ex Apostolis præcipuos, si illi non erant, in conjugatorum numero collocasset. Ergo fuere. Ergo Paulus inter conjugatos accensendus est. Clemens Alexandrinus falsa Epistolæ Pauli interpretatione Paulum conjugatum facit. Verba Clementis recitat Eusebius lib. 2. Histor. cap. 24. Et Nicephorus Callistus lib. 2. Cap. 44. Cœlibatum tamen illius acerrime defendunt Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & alii; probantque constantissime ex ipsius Pauli verbis. *De non nuptis & viduis bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego.* Adducta ex Ignatio dicunt esse corrupta, & nomen Pauli additum. In margine editionis Antverpianæ apud Christophorum Plantinum 1572. in 8. adnotatur: *Pauli nomen in antiquissimis Codicibus Anglicanis, & aliis non extare, & doctissimos plerosque oscitantiam sciolorum, aut scribentium assumentum censere.* Baronius anno Christi 57. num. 58. multis, atque optimis argumentis concludit & Pauli cœlibatum & nomen Pauli esse ab adversariis, Epistolæ additum. Prostat resolutio quæstionis de S. Paulo Apostolo, an conjugatus fuerit, nec ne? Auctore Kiliano Leib Priore Rebdorfensi anno 1645. in 4. non indocta. Alii quoque inter Catholicos hoc argumentum optime pertractarunt, quibus suum calculum addit noster Methodius in hoc suo Symposio.

Pag. 105. vers. 25. *Hæ autem promissiones post resurrectionem.*) Et clarius adhuc pag. 129. Ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν τὴν σκιὰν ἀπὸ τῆς εἰκόνος τρίτην ἀπὸ τῆς ἀληθείας κατηγγέλκασιν· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰκόνα τῆς κατ' οὐρανὸν διοικήσεως ἐναργῶς ἐκθειάζομεν. Τὸ γὰρ ἀληθὲς ἀκριβῶς μετ' ἀνάστασιν δηλωθήσεται, ὁπότε πρόσωπον κατὰ πρόσωπον τὴν ἁγίαν σκηνὴν τὴν πόλιν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐ δι' αἰνιγμάτων καὶ ἐκ μέρους ἐποπτεύσομεν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ τὰ ἡμέτερα προανεφώνησαν, ἡμεῖς δὲ τὰ οὐράνια προαγγέλλομεν. ἐπειδήπερ ἡ μὲν σκηνὴ σύμβολον ἦν τῆς Ἐκκλησίας, ἡ δὲ Ἐκκλησία τῶν οὐρανῶν. *Sed Judæi quidem umbram ab imagine, a veritate nempe tertiam denunciarunt: nos vero cœlestis dispositionis imaginem palam admirantes, divinis laudibus ex-*

* Joh. V. 17. ** Genes. II. 2.

καὶ τριακοστῷ ἕκτῳ δηλοῦται ψαλμῷ, ἔνθα ὕμνον εὐχαριστήριον ἀναπέμπουσιν ἱλαρῶς αἱ ψυχαὶ τῷ Θεῷ ὁπόσαι δὴ παραληφθεῖσαι καὶ κρατηθεῖσαι περιπολοῦσιν ἤδη μετὰ Χριστοῦ τὸν οὐρανὸν, ὅτι μὴ κατεσπάσθησαν ὑπὸ τῶν ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ῥευμάτων. *Et ſatis aperte in ſexto & trigeſimo ſupra centeſimu Pſalmo cecinit, in quo pro gratiarum actione hilariter animæ, quæ apprehenſæ detentæque nunc cum Chriſto cœlum circumeunt, quod a materiatis & corporeis fluctibus abrepta non ſunt, laudem Deo transmittunt.* In quo notandæ particulæ δὴ & ἤδη, quæ *ſane, jam, certe, nunc, nempe*, & ſimilia ſignificant. Quare cum aſſeveranter dicat, animos jam in hilaritate conſtitutos hymnum Deo canere, & detentos apprehenſoſque cum Chriſto Cœlum circumire, decernit plane nunc in beatitate illos collocatos, viſione beatifica frui. Nemo quod anxie expectat, ſi non poſſidet, hilaris eſt: quin illa expectatione, & deſiderio boni quod ſperat aliquando futurum, indolet & contabeſcit. Et quis gratias agit, ſi non receperit beneficium, nec laborum præmium? Et quænam major ex cogitari poterit beatitudo, quam una cum Chriſto eſſe & cum eo Cœlum circumire? Non aliam ſuorum certaminum coronam, non aliud præmium poſcebat Paulus, *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* * Et dicto Methodii jam diſſoluti corpore animi apprehenſique detentique, ſtatus nempe ſui ſecuritate, quam nunquam amittent, cum Chriſto ſunt lætitia exultantes, & Deum collaudantes. Et pag. 175. ὅθεν καὶ πρῶται τῶν ἄλλων μετὰ τὴν ἀνάκλησιν καὶ ἐντεῦθεν ἐκδημίαν αἱ ὀρθῶς καὶ πιστῶς παρθενεύσασαι τῷ Χριστῷ τὰ νικητήρια φέρονται τῶν ἄθλων τοῖς τῆς ἀφθαρσίας ἄνθεσι στεφθεῖσαι παρ' ἑαυτοῦ. Ἅμα γὰρ τῷ καταλεῖψαι τὸν κόσμον τὰς ψυχὰς, λόγος ταῖς παρθένοις ὑπαντῶντας Ἀγγέλους μετὰ πολλῆς εὐφημίας εἰς τοὺς προειρημένους παραπέμπειν λειμῶνας αὐτὰς, εἰς οὓς καὶ πρόσθεν ἐλθεῖν ἐγλίχοντο, μακρόθεν αὐτοὺς φαντασιωθεῖσαι τότε, ὁπότε ἔτι ἐπενδημοῦσαι τοῖς σώμασιν ἰνδάλλοντο τὰ θεῖα. Ἐνταῦθα οὖν δὴ ἐλθοῦσας θεάσασθαι θαυμαστά τινα, καὶ ἐκλάμποντα, καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὁποῖα ἐξειπεῖν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές. Εἶναι γὰρ αὐτὴν δικαιοσύνην, καὶ αὐτὴν σωφροσύνην, ἀγάπην αὐτὴν ἐκεῖ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ φρόνησιν, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἐπιφανῆ τῆς σοφίας ἄνθη καὶ φυτά. ὧν ἡμεῖς ἐνθάδε σκιὰς μόνας φασματώδεις ὀνειρώσσοντες, ἀπὸ τῶν πράξεων ἡγούμεθα τῶν ἀνθρωπίνων συνίστασθαι, ὅτι μή ἐστιν αὐτῶν δεῦρο μηδὲν εἴδωλον καταφανὲς, ἀλλ' ἀπεικονίσματα μόνον ἀειδῆ, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ σκοτεινῶς πολλάκις ἀπεικονίζοντες αἰσθανόμεθα. *Hinc & ante alias poſt vocationem, & ex hac vita exitum rectæ, fideleſque Chriſto virginitatis conſervatrices ab eodem incorruptibilitatis floribus redimitæ victoriæ præmia referunt. Simul enim atque mundum animæ deſeruerint, dicitur, Virginibus Angelos obviam factos, non ſine laudum ingenti præconio in prædicta prata deducere, in quæ antea pervenire appetebant, procul illa imaginatione complexæ tum, cum adhuc in corporibus degentes res divinas ſibi repræſentabant. Eo itaque ubi pervenerint, admirabilia quædam & ſplendida, & beata decora, & quæ hominibus verbo exprimere per quam difficile eſt, intueri. Eſſe enim ibidem loci ipſam juſtitiam & ipſam prudentiam, & ipſam dilectionem, & veritatem, & caſtitatem, & reliqua omnia; ſimiliter præclariſſimos ſapientiæ flores & plantas, quorum nos hic umbras tantummodo imaginatione confictas ſomniantes, ex humanis actionibus conſiſtere arbitramur, quod nullum ſit eorum hic ſimulacrum clarum ſed figura ſolum obſcura, & ſpecies, quas etiam ſæpius ſubobſcure nos effingentes intelligimus.* Et clariora de viſione beatifica animorum ante reſurrectionem poſt hanc vitam in Methodio conquirimus?

* Philipp. 1.23.

Pag. 134. verſ. 8, *Nam ſecundum Unigenti effigiem facta.*) Hujuſce rei ſatis amplam expoſitionem vide apud Anaſtaſium Sinaitam Orat. de eo quod homo factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei.

Pag. 148. verſ. 10. *Nam qui in alto navigant tradunt eodem vento non in eadem loca vehi,*) Hoc nos ſic expreſſimus in noſtro Anachroniſmo Græco:

Οὐ πέλαγος διαείρησιν ὁμὸς πνόος, οὐδ' ἴσος οὖρος
Παντοίων δ' ἀνέμων ἄρα τάραξεν ἅλα.
Πνεῦμα δὲ τοῖς μὲν ἔην ἀντίπνοον, ἴκμενον ἄλλοις,
Χρειὼ δ' αὖ ἀνέμῳ τῷ παρέοντι τρέχειν.
Αὐτῷ γὰρ διέπλευσε καταρροον ὁλκὰς ἀήτῃ,
Αὐτῷ νηῦς ἑτέρη δυσσόον οἶδμα θέει.

Pag. 148. verſ. 24. *Sic & Sapientiæ Spiritus intellectualis, & ſanctus, & unigenitus.*) Filium μονογενῆ, *Unigenitum* dici, verum & catholicum eſt, cum ante eum Filius concipiatur noſtro modo intelligendi, at Spiritum ſanctum generari cum procedat, & proceſſio aliud a generatione ſit, catholicæ aures audire non ſuſtinebunt. Poſſem hic dicere, id ab Hæreticis additum, auctoritate Photii fultus, qui multa ab Hæreticis in hoc Dialogo addita eſſe adnotavit. Et inſulſe concluderet, Spiritum eſſe genitum, quia multi defendunt, ſolum Patrem eſſe ingenitum, cum & ipſe dicatur ingenitus negative, nempe non genitus, qui licet ab alio ſit ut perſona ſubſiſtens per proceſſionem non per generationem, quo modo etiam ad relationem pertinet ſicuti non homo ad genus ſubſtantiæ, & non album ad genus qualitatis reducitur. Quare dicimus Methodium locutum generationis vocabulo late ſumpto, quemadmodum

γάρ ἐστιν εὕρεμα τὸ μέγα, μεῖζον, μέγιστον, ὡς μεγάλου μὲν ὄντος τοῦ Πνεύματος, τοῦ δὲ Υἱοῦ μείζονος, μεγίστου δὲ τοῦ Πατρός· τί δ' ἂν τούτου γένοιτο γελοιότερον; εἰ γὰρ μίαν εἶναι τῆς Τριάδος τὴν οὐσίαν τῷ ὄντι φησὶ, πῶς τὴν αὐτὴν καὶ σμικρὰν καὶ μεγάλην ὑπείληφεν; *In nonnullis vero gradus dignitatum decrevit, semetipsum divinæ distributionis dispensatorem constituens. Ipsius enim inventum est magnum, majus, & maximum, quasi vero Spiritus magnus existat, Filius major, & maximus Pater, quo excogitari ne potest magis ridiculum? Etenim si unam esse Trinitatis essentiam vere ait, quomodo eandem & parvam & magnam intelligit?* Et Eusebius Cæsariensis lib. 5. cap. 4. de Demonstratione Evangelica scribit Filium, τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι. *Secundas obtinere partes.* & cap. 11. Præstantiorem quidem Filium omni Angelica natura esse, *inferiorem* tamen μείονα *prima causa.* Et clarius ad Euphrasionem Episcopum Epistola, uti legitur in septima Synodo Act. 6. Οὐ γὰρ συνυπάρχειν φαμὲν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, προϋπάρχειν δὲ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ· πλὴν αὐτὸς ὁ πάντων μᾶλλον ἀκριβῶς ἐπιστάμενος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἕτερον ἑαυτὸν εἰδὼς τοῦ Πατρὸς, καὶ μείω, καὶ ὑποβεβηκότα, εὖ μάλα εὐσεβῶς τοῦτο καὶ ἡμᾶς διδάσκει λέγων, Ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστίν, * *Non enim simul cum Patre Filium fuisse fatemur: veruntamen ipse Filius Dei, qui magis omnia liquido novit, alium se a Patre, & minorem, atque inferiorem sciens, admodum pie hoc etiam nos docet dicens, Pater qui misit me, major est me.* Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 422. Τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ζητεῖται, καὶ κρίνεται. Pag. 108. Hinc Aetius insulse argumentabatur, quod Spiritus secundas partes a Filio teneret, & dignitate & ordine tertius esset, natura quoque tertium illum esse. Verumenimuero has easdem dictiones non in Methodio orthodoxe de Trinitate sentiente reperiri tantum, sed in aliis quoque Patribus, & Scriptoribus antiquis, qui in illis exercitus est, minime dubitavit. Athanasius Orat. 1. contra Arianos: Τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγε, ** Ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω, κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκούσει λαλήσει. *Discipulis vero Deitatem & magnitudinem suam ostentans, non minorem semetipsum Spiritu, sed majorem & æqualem denotans elargiebatur Spiritum, aiebatque, Ego illum mittam, & ille me glorificabit, & quæcunque audiet, loquetur.* Basilius Oratione 3. δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, plane fatetur, quemadmodum Filius δευτερεύει τοῦ Πατρός. Christus quoque in Evangelio de Patre sermonem habens, cum vocat seipso *majorem*, Ioan. 14. Non me fugit sub Emmanuele Commeno coactam Synodum de humanitate Christi & divinitate Patris verba Christi, *Pater major me est*, exposuisse, & quod non bene illa exponerent, Constantinum Bulgariæ, Metropolitam Corcyrensem, & Joannem Irenicum cum eorum scriptis condemnasse, de qua nos fusius Volumine de Consensione utriusque Ecclesiæ disseruimus. Ne vero prolixores simus, & Methodiana verba contra atque ea exponebant Arius & alii, sensu vere Catholico inter pretemur, ut alii se Patres interpretantur, apud Athanasium in divinis, ut supra vidimus, hæc eadem formula dicitur, major & æqualis Filius Spiritu, quæ Arianos ipsos atque Sabellianos jugulat, si originem & causam, ut Græci loquuntur, respicias. Georgius Trapezuntius de processione Spiritus sancti ad Joannem Cuboclesium: Ὁ δὲ Υἱὸς οὐ μόνον μείζων τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἴσος· λείπεται ἄρα τὴν ὑπόστασιν νοεῖν τοῦ Πνεύματος. Ταύτῃ δὲ ἴσος ὁ Υἱὸς τῇ θεότητι, καὶ μείζων τῷ αἰτίῳ· τὸ γὰρ μεῖζον οὐ δυνάμενον ἐν τῇ Τριάδι τῇ οὐσίᾳ λέγεσθαι, ἀνάγκη τοῖς διακριτικοῖς ἀπονέμεσθαι· μόνῳ δὲ τῷ αἰτίῳ καὶ τῷ αἰτιατῷ τὰ θεῖα πρόσωπα διακρίνεται· μείζων ἄρα ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος μόνῳ τῷ αἰτίῳ. *Filius vero non tantum Spiritu major est, sed & æqualis. Reliquum est igitur, ut hypostasis Spiritus intelligatur: illi enim æqualis est Filius Divinitate, & major causa. Nam cum majus in Trinitate essentia nihil dici possit, necesse est illud discernentibus attribui. Sola vero causa & effectu divinæ personæ discernuntur. Major ergo Filius Spiritu, causa tantummodo.* Joannes Plusiadenus Dialogo de Concilio Florentino; Ἔγνως ἄρα τί δηλοῦν βούλεται· τὸ μείζονα καὶ ἴσον αὐτὸν εἶναι τοῦ Πνεύματος· ἴσον μὲν καὶ τὸ ὁμοούσιον· οὐδὲν γὰρ τῶν τριῶν προσώπων μεῖζον καὶ ἔλαττον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ θεότητι, ἀλλ' ἄκρα ἰσότης· μείζονα δὲ ὅτι ἀπ' ἐκείνου τὸ εἶναι ἔχει. *Cognovisti itaque quid innuere vult, majorem & æqualem esse ipsum Spiritu, æqualem secundum substantium, ex tribus enim personis nulla major aut minor aut essentia aut divinitate est, sed summa in illis æqualitas: majorem quod ab eo habeat, quod sit.* Simon Byzantius de processione Spiritus sancti ad Sophoniam Athrescum verba Basilii ex tertio Antirrhetico exponens: Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἂν, πρόδηλον, ὡς ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος τὸ ἀξίωμα, εἴπερ ἐστὶν ἐκ τῶν οὐσιωδῶν ἰδιωμάτων, ἐξ ἴσου κοινόν ἐστι ταῖς τρισὶ θεαρχικαῖς ὑποστάσεσι. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει ἐνταῦθα ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ τῇ τάξει οὕτω καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ· δοκεῖ γὰρ ἐκ τούτου εἰσάγειν τῇ Τριάδι αὐτὸς βαθμοὺς ἀξιωμάτων καὶ ἐπακολούθως φύσεων. Καὶ γὰρ εἰ τῷ ἀξιώματι τὸ Πνεῦμα δεύτερόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ ἔμπαλιν ὁ Υἱὸς ἔσται τοῦ Πνεύματος μείζων τῇ ὑπεροχῇ τοῦ ἀξιώματος, καὶ ὁ Πατὴρ ἀκολούθως τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἰδίου· ὅπερ ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς κατ'. Εὐνομίου

* Joh. XIV. 28. ** Joh. XVI. 13.

Ἀντιῤῥητικοῖς οὐδαμῶς καταδέχεται. Τί τὸ λοιπόν ἐστιν ὅ φησι· δοκεῖ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιλέγειν ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Ἀλλ᾽ εἰς λύσιν τοῦ τοιοῦδε ζητήματος προσεκτέον, ὡς ὁ Εὐνόμιος ἐν τοῖς ψευδοεπέσιν αὐτοῦ συγγράμμασιν εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ὁ αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ ὁμόφρονες τὴν τῶν ἁγίων ἐν ἅπασι διδασκαλίαν φυλάσσοντες, παρ᾽ ὧν αὐτὸ τρίτον τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει μαθόντες, τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει πεπιστεύκασιν, ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ εἰρημένῳ περὶ τοῦ Πνεύματος τρίτῳ λόγῳ αὐτοῦ ἀποκριθεὶς αὐτῷ δύο ποιεῖ. Πρῶτον μὲν ἐλέγχει Εὐνόμιον, ὡς ἐψεύσατο ταῦτα εἰπών, διὸ καὶ λέγει, Τίνες δὲ ἅγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, εἰπεῖν οὐκ ἔχει. Ἆρα γέγονεν οὕτω τολμηρὸς ἄνθρωπος τὰς περὶ τῶν θείων δογμάτων καινοτομίας εἰσηγούμενος; τὸ δεύτερον εἰδὼς ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ ἀξίωμα ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος διχῶς ἐκλαμβάνεται, οὐσιωδῶς τε καὶ προσωπικῶς, συγχωρεῖ Εὐνομίῳ, ὡς ἐκ τῶν ἀνωτέρω δῆλον καθίσταται τοῦ ἀξιώματος τὴν φωνήν· διὸ καὶ κατ᾽ ἐκείνου φησί. Τίς γὰρ ἀνάγκη εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γὰρ οὐ τῷ οὐσιώδει, ἄπαγε, κατὰ γὰρ τὸ αὐτὸ οὐδεμία τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων προσεπιθεωρεῖται, ἢ προθεωρεῖται τῆς ἄλλης. Ταυτίζονται γὰρ τῇ αὐτῇ, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ προσωπικῷ αὐτοῦ ἀξιώματι δεύτερον χρηματίζει. Υἱοῦ καίτοιγε ὥς φασιν, πρόσωπόν ἐστιν ὄνομα ἀξιώματος. *Sed forte quisquiam dixerit, manifestum est in superſubſtantiali Triade dignitatem, ſiquidem eſt ex eſſentialibus proprietatibus, eodem modo communem eſſe tribus divinitatis principibus hypoſtaſibus. Quid igitur eſt, quod hic magnus Baſilius aſſerit, Spiritum uti ordine, ita & dignitate ſecundum eſſe a Filio. Videtur enim hiſce inſinuare in Trinitate gradus dignitatum, & conſequenter naturarum. Nanque ſi dignitate Spiritus ſecundus a Filio eſt, erit item Filius excellentia dignitatis major Spiritu, & Pater conſequenter proprio Filio, quod ipſe in Antirrheticis adverſus Eunomium nullo modo admittit. Quid ergo eſt quod ipſe dicit? nanque ipſe contraria hoc in loco videtur inſinuare. Veruntamen pro reſolutione hujusmodi quaeſtionis attendendum eſt, Eunomium in ſuis mendaciloquis Commentariis, cum dixiſſet de Spiritu ſancto, ſemetipſum, & reliquos, qui una cum eo ſentirent, Sanctorum in omnibus doctrinam ſervare, a quibus cum didicerimus tertium ipſum eſſe dignitate & ordine, tertium itidem natura ipſum eſſe credere, magnus Baſilius in jam laudato tertio ſuo de Spiritu ſancto libro reſpondens, duo peragit. Primum quidem Eunomium, uti mendacem, cum ſimilia aſſerit redarguit, quare & ſubdit: Quinam vero iſti Sancti ſunt, & quibus verbis id docuerunt, dicere non poteſt. An vero quiſpiam unquam ſeſe nobis divinis placitis introducendis tam audacem praebuit? Secundum, cum ſciret magnus Baſilius dignitatem in ſuperſubſtantiali Triade dupliciter ſumi, eſſentialiter & perſonaliter, concedit Eunomio, ut ex ſupra jam allatis manifeſtum ſit, dignitatis vocem, ideoque adverſus eundem dicit: Quae ergo neceſſitas eſt, Spiritum ſanctum tertium eſſe natura, etiamſi ordine & dignitate tertius eſt? Nam dignitate quidem non eſſentiali, abſit: ſecundum enim illam rationem nulla ex divinis perſonis aut intelligitur aut praeintelligitur: nanque una ſunt illa, ſed propria ſuiipſius dignitate ſecundus eſt a Filio, licet, ut inquiunt, perſona eſt nomen dignitatis.* Sed hi recentiores ſunt. Fateor. Antiquiores advocemus. Conſtantinus Meliteniota Orat. 2. de Proceſſione Spiritus ſancti. Ὥσπερ γὰρ ἵνα καὶ αὐτὸν τὰ θεῖα πολὺν καὶ αὖθις ἐρῶ, τάξει καὶ ἀξιώματι τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱὸς δεύτερον, ὅτι παρ᾽ αὐτοῦ κέκτηται μεθ᾽ ὧν ἄλλων πλούτει καὶ τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως, οὐ καὶ ἔννοιαν ἑτέραν τινὰ τοῦ ἀξιώματός τε καὶ τῆς τάξεως οὐδαμῶς. Ἐπειδήπερ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι χωρὶς ταύτης ἀποφέρονται πολύ τι τὸ βλάσφημον. Οὕτω δεύτερον τάξει, καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ τοῦ θεηγόρου Πατρὸς [illegible] ἀξιώματι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ᾽ οὐδεμί[illegible] αὐτῶν ἔννοιαν, ἀλλ᾽ ἢ πέφυκε τοῦ μονογενοῦς, πλὴν ὅτι σοι παρ᾽ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχει, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγέλλει ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης αἰτίας ἐξῆπται. *Quemadmodum enim, ut juxta diviſſimum hunc Virum denuo ſermonem inſtituam, ordine & dignitate a Patre Filius ſecundum quod eſt, & quod ab eo pendeat, tum rebus aliis omnibus quibus abundat; & cauſam & principium ſuae exiſtentiae, non ſecundum aliam quampiam dignitatis aut ordinis intelligentiam, cum reliquae aliae omnes praeter hanc unam ſolam multum in ſe blaſphemiae contineant: ſic ſecundum quid ordine; quod ipſius diviniloqui Patris eſt Spiritus ſanctus eſt, ſecundum nullam aliam intelligentiam, niſi quod ex eo eſt, & ab eo quod ſit habeat, & ab eo accipiat, & nobis annunciet, & omnino ab ea cauſa dependeat.* Nicetas Maroniae Archiepiſcopus Theſſalonicenſis Oratione ſecunda de Proceſſione Spiritus ſancti, cum Graecis oppoſuiſſet, ſi Spiritus a Filio procederet, majus quid haberent Pater & Filius ipſo Spiritu, cum a Spiritu ni-

tu nihil procedat, & illi haberent aliquid, quod Spiritus non haberet, respondet Latinus, & optime: Ἀλλ' οὐ κατ' οὐσίαν, ὦ οὗτος, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ μεῖζον πρὸς τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ τὴν ἰδιότητα, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα. οὐ μὴν ὁ Πατὴρ ἢ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος. καὶ ὅτι τοῦ Πνεύματος ἰδιότης οὐ τὸ γεννᾶν ἢ προβάλλεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐκπορεύεσθαι· Οὕτω δὲ τὸ μεῖζον ἐστὶ καὶ τῷ Πατρὶ πρὸς τὸν Υἱόν· μείζων γὰρ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καθά φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος, ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, ἀλλὰ τῷ αἰτίῳ, ἢ ἑτέρῳ λόγῳ τινί, οὐ τῇ οὐσίᾳ, καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐχ ὁ Πατὴρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἡ δὲ οὐσία μία καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ κατ' αὐτὴν ἀπαραλλαξία, καὶ ἰσότης ἐστὶν, ἡ ταυτότης τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ οὐδεμία διαφορά. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν ταυτότης ἐστὶν ἀπαράλλακτος, κατὰ τὸ αἴτιον δὲ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὡς γεννήτωρ οὐχ ὡς Θεὸς, καὶ τοῦτο οὐκ ἄτοπον. οὕτως γὰρ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αὐτὸ ἴσον καὶ τὸ ταυτὸν, κατὰ δὲ τὸ εἶναι τὸν μὲν Υἱὸν προβολέα τοῦ Πνεύματος, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ μὲν Πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐ μὴν τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος. τὸ μεῖζον ἴσως ἁρμόσει τῷ Υἱῷ. Ὅτι δὲ ὡς ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ καὶ μείζων καὶ ἴσος, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς καὶ μείζων τοῦ Πνεύματος καὶ ἴσος, ὁ μέγας τῆς Ἀλεξανδρέων Ἀρχιερεύς φησιν Ἀθανάσιος ἐν τῷ πρώτῳ κατ' Ἀρειανῶν λόγῳ· καὶ πάλιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἅγιος. Δῆλος δέ ἐστι λέγων, ὅτι κατὰ μὲν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν ἴσος τῷ Πνεύματι ὁ Υἱὸς, μείζων δὲ πάλιν κατ' ἄλλο τι, καὶ δῆλον ὅτι ἴσως κατὰ τὴν τῆς ἑαυτοῦ θεϊκῆς ὑποστάσεως ἰδιότητα, ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ μείζων τοῦ Υἱοῦ λέγεται, οὐ κατὰ τὴν φύσιν ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα, ἢ ὡς κατὰ τὸ αἴτιον, καὶ γοῦν καὶ ὁ Υἱὸς μείζων τοῦ Πνεύματος, ὅτι χορηγεῖ τὸ Πνεῦμα πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀποστέλλει, καθὼς καὶ αὐτὸς ἀποστέλλεται παρὰ τοῦ Πατρός. τάχα δὲ ὅτι καὶ προβολεύς ἐστι τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ λέγομεν. *Sed non secundum essentiam, o amice, Patri & Filio, respectu Spiritus, majus inest, sed secundum proprietatem, quod ex Patre & ex Filio Spiritus est, non vero Pater aut Filius ex Spiritu, & quod Spiritus proprietas est non generare, aut producere, sed procedere. Pari ratione Patri quoque inest majus respectu Filii: major enim est Pater Filio, ut ipse Dominus ait*, Pater meus major me est, *sed causa aut alia quapiam ratione, non essentia. Nanque Filius ex Patre est, & non Pater ex Filio. Essentia vero una & eadem, & in ipsa immutabilitas & æqualitas est, aut etiam unum idemque Patri & Filio, nullumque discrimen. Quemadmodum enim in Patre & Filio secundum essentiam unum idemque immutabile est; sic & in Filio & Spiritu secundum essentiam unum æqualeque: secundum vero quod Filius producit Spiritum, & Spiritus ex Filio procedit, & Spiritus ex Filio est, non vero Filius ex Spiritu, majus Filio adaptabitur. Uti vero Filio Pater major est & æqualis, ita & Filius major æqualisque Spiritui fuerit. Magnus Alexandrinæ Ecclesiæ Præsul Athanasius prima contra Arianos Orat. affirmat;* Et relatis Athanasii verbis, a nobis quoque supra adductis; subdit: *Et hæc quidem Sanctus ea mente profert, secundum Deitatis essentiam æqualem Spiritui esse Filium, majorem vero rursus secundum aliud, & manifestum est esse secundum divinæ ipsius hypostaseos proprietatem: quemadmodum & Pater major Filio dicitur non natura sed proprietate, causa videlicet. Quare & Filius major erit Spiritu, quod nobis Spiritum exhibet mittitque, uti & ipse mittitur a Patre. Forte etiam quod productor est Spiritus sancti.* Et his Græcus acquiescens ad alia se Græcorum confert argumenta. Non dici potuit clarius. Non placet? Ad ipsius Ecclesiæ lumina recurramus. Gregorius Nazianzenus Orat. 2. de Filio: Πῶς συμβήσεται τὰ ἀσύμβατα; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μεῖζον, καὶ ἴσον εἶναι τῶν ἀδυνάτων ἢ δ' ἄλλον. ὅτι τὸ μεῖζον μέν ἐστι τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον τῆς φύσεως· καὶ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς. Τάχα δ' ἂν εἴποι τις ἄλλο τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ προσφιλονεικῶν, μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ ἀναιτίου· τῆς τε γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχοι ἂν ὅτι καὶ ἐκ τοῦ ἀνάρχου, καὶ πρόσεστιν ἡ γέννησις πρᾶγμα τοσοῦτον τοῖς γε νοῦν ἔχουσι· καὶ οὕτω σεβάσμιον· τὸ γὰρ δὲ λέγειν, ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. Τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς τὸ μεῖζον κομπάζοντας. *Quomodo quæ dissident, in unum convenient? Neque enim fieri potest ut unum, & idem eodem aut aliis majus existat & par. Quod majus quidem causæ est, par naturæ, & hoc quidem ex multa nostra benignitate ac facilitate nos fatemur. Forte etiam aliud quispiam dixerit, nostri sermoni sese opponens, non minus esse ex simili causa illius, qui absque causa est, nanque gloriæ illius, qui sine principio est, particeps esse potest, quod ex eo est, quod sine principio existit, & generatio adest res tanta adeoque veneranda prudentibus. Nanque asserere, si ratio habeatur humanæ naturæ, illum majorem esse, verum est, attamen non magnum. Quid etenim mirum est, si Deus major homine*

men sustinuistis. Et νεοφώτιστοι sunt *recens, & nupere illuminati.* Habentur Cyrilli Hierosolymitani πρὸς τοὺς νεοφωτίστους Catecheses quinque. Eosdem *novella germina* nuncupavit Augustinus. Appellationis causam diversam a Methodiana reddidit Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. Οὕτω δὴ καὶ τὴν ἱερὰν τῆς θεογενεσίας τελετὴν, ἐπειδὴ πρώτου φωτὸς μεταδίδωσι, καὶ πασῶν ἐστιν ἀρχὴ τῶν θείων φωταγωγιῶν ἐκ τοῦ τελουμένου τὴν ἀληθῆ τοῦ φωτίσματος ἐπωνυμίαν ὑμνοῦμεν. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσι κοινὸν τοῖς ἱεραρχικοῖς τὸ φωτὸς ἱεροῦ μεταδιδόναι τοῖς τελουμένοις, ἀλλ' αὕτη τὸ πρώτως ἰδεῖν ἐδωρήσατό μοι, καὶ διὰ τοῦ ταύτης ἀρχικωτάτου φωτὸς ἐπὶ τὴν τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐποψίαν φωταγωγοῦμαι. *Ita quoque sacram divinæ regenerationis initiationem, quod primam lucem conferat, omniumque divinarum illustrationum principium existat, ex effectu, vero illustrationis nomine celebramus. Quamvis enim etiam aliis Hierarchicis functionibus commune sit, eos qui initiantur sacræ lucis consortes facere; attamen hæc illa est, quæ primum mihi visum impertivit, perque illius lucem principaliorem, ad cætera quoque sacra contuenda lumen accipio.* Dionysium sequuntur Maximus, & Pachymeres in Expositione. Aliam Proclus Constantinopolitanus Orat. in sanctam Pentecostem: Τοῦτο γὰρ τὸ Πνεῦμα συναναμίγνυται τῷ ὕδατι, καὶ χωνεύει τὰς ἁμαρτίας ὡς πῦρ, καὶ τοὺς νεοφωτίστους λαμπρύνει ὡς φῶς, καὶ ἡμᾶς ἐλεεῖ ὡς Θεός. *Hic nanque Spiritus commiscetur aquæ & peccata nostra non secus ac in fornace ignis consumit & conflat, & nuperos baptizatos ut lux illuminat, nostrique miseretur, ut Deus.* Aliam Michael Glycas Epistola 18. Ἀλλὰ καὶ λαμπὰς ἐπὶ τοῖς βαπτιζομένοις ἀνάπτεσθαι εἴωθεν, τὴν φωταγωγίαν αὐτὴν ὑπεμφαίνουσα, μεθ' ἧς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνήν τε καὶ παραβολὴν ὡς νυμφίῳ τῷ Χριστῷ ὑπαντήσομεν. Τοιούτων μὲν οὖν μυστηρίων τεκμήριον ἡ λαμπάς. ὁ γὰρ βαπτιζόμενος θείαν τινὰ ἔλλαμψιν παρ' αὐτοῦ τοῦ ἱερέως ἐξ ἀνάγκης εἰσδέχεται, καθ' ὃν δὴ τρόπον αἱ ἄνω δυνάμεις παρ' αὐτοῦ τοῦ πρώτου ἀρχιερέως ἀμέσως φωτίζονται. *Sed & cereus super eos qui baptizantur accendi assuevit, illuminationem ipsam indicans, cum quo secundum Evangelicam vocem & parabolam uti sponso Christi obviam exibimus. Horum arcanorum indicium cereus est, qui enim baptizatur, divinam quandam illuminationem a Sacerdote necessario suscipit, qua ratione superiores virtutes ab ipso primo Sacerdotum Principe immediate illuminantur.* Multa alia Baptismi nomina recenset & explicat Vasquez Tom. 2. in 3. part. Disputat. 140. cap. 1.

Pag. 210. vers. 23. *Secundum Ægyptiorum, & Chaldæorum principia, & hypotheses.*) De his Chaldæorum & Ægyptiorum principiis & Hypothesibus recolenda sunt, quæ tradit Sextus Empiricus adversus Mathematicos lib. 5. & excerpta Photii ex Theodori, sive Diodori Tarsensis libris de Fato, Tmem. 223. Multum enim ad ea, quæ Thecla hic dixerat, conducent.

Pag. 212. vers. 1. *Hinc qui vere Christum cognoverunt, non semper pueri.*) Respexit ad illa Platonis, quæ Soloni dixit Sacerdos Ægyptius in Timæo; Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. *O Solon, Solon, Græci semper pueri estis: Senex Græcorum est nullus.*

Pag. 236. vers. 8. *Prænunciantes Resurrectionem.*) Opinionem, præsentis seculi durationem ab Orbe condito usque ad diem judicii sex millium annorum spatio concludendam, multi ex antiquoribus Patribus & Græcis & Latinis tenuerunt. Vide quæ adnotabamus nostris in Eustathii Antiocheni Examеron Notis pag. 248. Si Latinorum computum sequaris, qui ad annos quattuor mille plus minus Nativitatem Christi referunt, cum millenarius iste annorum terminus nondum prætergressus est, sed a præscripto termino plurimum distet, adhuc in dubio est, an, uti Patres isti asseruerunt, eveniet. Verum ex Græcorum sententia annorum hic terminus præteriisse videtur. Sive enim Christus natus est ex Eusebio anno 5190. sive ex Theophilo Antiocheno ad Autolycum anno 5476. sive ex Eustathio Antiocheno 5531. sive ex Niceta 5503. sive ex Cedreno 5506. sive ex Græcorum communi calculo 5508. sextus iste annorum millenarius terminum durationis Mundi ab Elia Propheta, & reliquis decretus plurimos annos excessit, ut cuique, si illos computet detrahatque, patebit. Quare Eliæ Prophetæ vaticinium, quod in Bibliis nusquam extat, *Sex millia annorum Mundi, & postea destructio, duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus,* nihili faciendum est; & condonandum illis, qui Eliæ propter in Ecclesiam Dei sævam dominantium tyrannidem, & piorum hominum crudelissimas strages, nec non Hæreticorum continuas, & singulis momentis exorientes novas opiniones, & in Deum verum blasphemias, adde etiam Catholicorum crebra & pernicialia dissidia, assensum præbuere, & mundi finem non diu post adfuturum opinati sunt. Nisi cum nostro hoc Methodio dicere cautius velimus, non concludi hoc millenario annorum, sed eo expleto in septenario consummationem futuram, & humanarum rerum statum in melius reformandum, cum scribat; *Prænunciantes resurrectionem, & nostri in terram delapsi tabernaculi concreationem quod septimo millenario rursus immortale nos resumentes, magnum diem festum celebrabimus.* &c.

&c. Et pag. 254. *Non remanens in tabernaculis, tum, meum tabernaculum, non ut erat, prius permaneat, sed post millenarium ab habitu humano, & corruptione in Angelicam magnitudinem, & pulchritudinem immutetur.* &c. Quod an ita futurum sit, adhuc in occultissima Dei providentia latet. Et forte etiam ante quam septenarium hoc finem habuerit, succedet. Sed quis novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?

Pag. 242. vers. 5. *Erat quippe nostrum tabernaculum, & antea casus ignarum.*) Et supra dixerat pag. 63. *Nam & ille procreatus erat extra corruptionem,* &c. Extat Michaëlis Glycæ ad Maximum Smeniotam Epistola satis prolixa & docta apud me inter alias ejusdem Epistolas, nondum, quod ipse sciam, edita, in qua multis rationibus, & testimoniis ex veterum Patrum Joannis Damasceni, Synodi Carthaginensis, Joannis Chrysostomi, Andreæ Cretensis, Anastasii Synaitæ, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli, Basilii Cæsariensis, Athanasii Alexandrini, Gregorii Nysseni, Theodori Studitæ, Maximi Confessoris, Barsanuphii, Macarii Ægyptii, & aliorum Commentariis probat, Adamum ante peccatum immortalem & anima & corpore fuisse, post peccatum corpus illius corruptioni traditum. Dictis Patribus potest addi & hic noster Methodius.

Pag. 251. vers. 20. *Et absque illa neminem futurum, qui promissionum illarum compos evadet.*) Et infra repetit; *Absque illa* nempe castimonia *neminem futurum, qui promissionum illarum compos evadet.* Quasi vero nemo nisi castus * & virgo cœlorum regnum ingrediatur. Verumtamen ipse semetipsum explicat: nanque cum supra dixisset, & infra Virtus inculcet, nomine Castimoniæ & Virginitatis non tantum intelligere a voluptatibus venereis, sed ab omnibus aliis vitiis abstinentiam, & vitam integram & puram, & ab omi peccato disjunctam, consequenter intelligitur, cum dicit tantum castos & virgines possidere promissiones, sub nomine illo intelligi reliquos omnes, qui licet Virgines non sunt, nec castimoniam coluerint, fuerunt tamen & sanctitate vitæ, & pietate in Deum, & virtutibus aliis instructi atque ornati. Justorum enim, quomodocunque justi sunt, est regnum cœlorum.

Pag. 259. vers. 7. *Cum non ita commode lex a corruptione genus humanum liberare potis esset.*) Hisce Methodii verbis opinio refellitur asseverantium, ante Christi adventum plerosque neque a Christo, neque per Christum æternam salutem consecutos. De qua opinione nos alibi fuse disputavimus, & quomodo ea intelligenda sit, ne dicta Patrum id asserentia condemnare cogamur. Vide etiam quæ de Paganorum animabus libris quinque Franciscus Collius copiosissime disseruit.

* Castus, Allatio idem est hoc loco quod cœlebs, abstinensque à conjugio.

PETRI

PETRI POSSINI, S. I.
AD CONVIVIUM VIRGINUM S. METHODII PRÆFATIONES ET NOTÆ.

S. D. N.

ALEXANDRO VII. PONTIFICI MAX.

Petrus Possinus è Societ. JESU, Felicitatem.

BEATISSIME PATER,

*Reliquias Sancti Martyris METHODII, non ingratũ, ut spero, SANCTITATI TUÆ munus affero: Reliquias, inquam, non membrorum ejus atque ossium, si quæ Diocletiani olim gladium expertæ, dentem ac falcem temporis, arma rebus abolendis efficaciora vicerunt: quas tamen si offerrem, quanti eas esses habiturus, scio: sed potiores alias affero reliquias mentis illius, cui divini spiritus opibus plenæ, eruditionis humanæ & Græcæ omnis sapientiæ thesauri pars exigua pretii fuere. Ingenii hujus tanti, quod & oraculum & miraculum ævi sui fuit; quo Ecclesia oppugnationibus simul idololatrarum, simul hæreticorum seditionibus quassa, & scuto contra externam vim, & telo adversus domesticam rebellionem usa feliciter est, multa quidem illustria monumenta mirabatur Antiquitas: nullum tamen laude majori celebravit, quam hoc volumen CONVIVIUM VIRGINUM dictum, quo insignes fama sanctitatis Heroïnæ doctrinam Catholicam de Virginitate, universam è scripturis, è traditione, ex omnibus Christianæ Theologiæ locis illustratam, eruditius incertum an eloquentius explicant. Aureolum plane Commentarium; quem incuria hominum, iniuriave temporum multis jam sæculis obsolescentem, propitius quidam genius auspiciis commodum primis tui salutaris mundo Pontificatus excitavit. Quamquam equidem verisimilius de re intelligentiæ ac mentis plena locuturus videor, si eam non aliena cujusdam genii providentia, sed suo ipsius arbitrio prodiisse ac judicio dicam. Sane qui reputet, quando latere, quando apparere hic Liber cœperit, non ægre trahetur ad suspicandum, consilio non casu in latebras abditum, consilio item & electione rursum emersisse. Quinque sæculis familiari mortalium consuetudine usus, in sua præclara tum florente patria, usque ad Photii ætatem, qui ultimus Græcorum (quod ex scriptis apparet) eum vidit, tunc sese ultro abscondit, quasi offensus defectione Orientalis Ecclesiæ, quam idem ille impius Photius ferali schismate à Catholica Occidentali separavit. Neque nulla excogitari causa potest, cur arcano in Bibliothecas importatus Occidentis, cum inde patrum auorumque memoria innumera alia Opera Græcorum prompta in lucem fuerint, ipse illinc egredi hactenus recusaverit. Videri nempe potuit Doctor virginitatis incestatam Lutheri Calvinique Bacchanalibus * ætatem sibi vitandam statuisse; nec nisi evoluto ab istorum furiis sæculo suis credidisse locum esse posse VIRGINIBUS: quæ decem & ipsæ, numero Evangelica parabola consecrato, sed prudentes omnes, velut nocturno illo excitæ celeumate,* Ecce Sponsus venit, *non alii libentius occurrerent ad sponsalia Ecclesiæ divina electione venienti, quam ALEXANDRO VII, amabili cum orbi universo, tum Græciæ potissimum ipsarum patriæ nomini, ob suavissimam memoriam ALEXANDRI III. ad reconciliandam Ecclesiæ Græciam magna nec inutilia conati: cujus à virtutibus & dotibus præclaris in te, cive ac consanguineo illius, proportione ternarii ad septenarium crescentibus, quid sperari possit tacitæ sentiunt, & in sinu gratulantur. METHODIUM porro ipsum, cujus spiritu potissimum ac mente vigere hic Liber ac sentire putandus est, ea quibus splendet orthodoxa doctrina ac Christianæ sanctimoniæ lumina, confido equidem, abunde tibi commendabunt, ut indignum non putes cui promittas, ad suum hoc, quod nunc primum Latinæ præbet Ecclesiæ CONVIVIUM invitanti. Nec fas, opinor, fuerit, virginales te aspernari epulas, cum is cujus vices geris*

* Frigidum scomma. Quasi vero extincto jam Lutheri nomine & non propagata etiam latius Evangelica doctrina prodierit Methodii liber, qui nascentibus scilicet erroribus obstruere erubuit.

CHRISTUS Dei Filius ad nuptiales etiam venerit. Ac vereor ne mea hujus mensæ ministri culpa contigerit, ut sit hic quoque locus expectando à te signo ejus simili, quod apud Cana Galilææ primum suorum operatus est Dominus, dum veterem vere Græci ac transmarini liquorem meri, qualem Auctor abundanti huc copia contulerat, ego frigida insipidaque fortasse interpretatione diluo. Id quidquid defectus erit, tua, si dignaberis, benedictio supplebit. Cum qua & aliam sperabo gratiam, ejus geminam quæ Magdalenæ in Convivio apud Simonem * *à Domino JESU negata non est: ut mihi per te in hac mensa liceat, ad demissisima pedum oscula humillime prostrato, & tibi me meaque consecrare & vitæ florentis tantum precari, quo ad omnia quæ ad mundi felicitatem cupis & moliris, effeceris.*

* Luc. VII.

ERUDITO ET ANTIQVITATIS ECCLESIASTICÆ STUDIOSO LECTORI,

PETRVS POSSINVS è S. JESV S. D.

QVONIAM quæ me ad hoc Opusculum Latine interpretandum causæ impulerunt, eædem mihi videntur ejus Tibi cognoscendi desiderium movere posse: ipsas breviter hoc loco putavi declarandas. D. Lucas Holstenius Vir Clarissimus, idemque vigilantissimus Custos Bibliothecæ Vaticanæ, ad me ante hos sex menses retulit: deprehendisse ibi se integrum exemplar insignis Libri, Methodiani Convivii Virginum, magnopere suadens, ut ei Latinitate donando aliquot horas, si quas vacuas haberem, impenderem. Multum semper, magno suo merito, ejus Viri judicio atque autoritati detuli. Ergo, etsi gravibus aliis occupationibus urgebar, ostendi me non recusare quod jubebat; ea tamen necessaria conditione, si mihi exemplum, quod auferre domum possem, Græci ejus scripti traderetur. Neque enim ventitare me quotidie ad Vaticanum pluteum, & versionem ibi lucubrare posse. Ad ea ille: curam istam secum fore. Ac post fere duos menses descriptionem ejus Operis erudita sua manu è Vaticano repræsentatam Archetypo mihi quoad vellem utendam dedit. Eam ego cupide perlectam, quamquam facile sensi è non emendatissimo expressam exemplari, quamque propterea opus esset collatione meliorum adjuvari Codicum, qualium nulla ex parte spes nacifcendorum affulgebat, paucis tamen diebus Latine reddidi; eamque interpretationem vulgare decrevi: quod statuerem præstare, hanc qualemcunque docti & elegantis Commentarii, quam omnino nullam editionem extare. Sanctus enimvero Methodius tam antiquus tantique nominis Doctor est, ut neminem putem dubitaturum, quin ejus monumenta quæ supersunt, digna cognitione posterorum forent, vel si ea, sola memoria veteris præstantiæ, non etiam præsentis usus emolumentum commendaret. Nunc cum illa non magis venerabilia sua dignitas, quam necessaria nostra utilitas probet, quis infíciabitur publico ea beneficio prodire? Est quidem, ut dici solet, dies quisque sequens discipulus præcedentis; annique semper ac sæcula priora magisterium institutum a natura, consensu populorum agnitum, in posteritatem exercent suam: fateri tamen convenit, istam quandam autoritatem docendi majorem certis plenioremque inesse temporibus; quæ videlicet vel proventu benigniore ingeniorum illustrium, vel attentiore cultura disciplinarum, floruisse sunt visa præ cæteris. Quis enim nescit eloquentiæ liberaliumque cunctarum artium exempla frequentius repetere Græcos ab eo spatio quod olympiadas inter octogesimam fere centesimamque interstitit? Latinos à sæculo urbis conditæ sexto septimove? Nostris aurei temporis prærogativam obtinent quatuor Ecclesiæ sæcula priora: eo tamen inter se gradu dignitatis, ut quo propius eorum quodque à primo abfuit, eo venerabilius habeatur. Quæ res mediæ in isto ordine Methodii ætati primatum assignat

ejus

ejus autoritatis, quæ à vetustate, ac fontis primarii veritatum vicinia trahitur, super pleraque luminaria Ecclesiæ majora, quorum ortus Nicæna Synodo posterior meridianam quandam Apostolicæ doctrinæ claritudinem Orthodoxo invexit Orienti. Verum in hac communi aliis felicitate, illa propria Methodii prædicatur gloria, quod in neminem ejus æqualium liberalius concurrerunt eæ dotes, quæ præstantissimum magistrum sacræ doctrinæ omnibus possint numeris absolvere. Non enim ut de quibusdam egregie feracibus frugum ac fructuum terris excipitur, deesse illis amnem patientem navium, per quem earum copia redundans, in usum exterarum gentium bono commercio vulgetur: ita de Methodio queri licuit, magnis ejus partæ infusæque sapientiæ divitiis non respondisse flumen eloquentiæ, scribendique uberem elegantiam, cujus beneficio in seram usque posteritatem sensa ejus præclara permanarent. Ut nemo illo profundius sapuit, ita non facile reperietur qui uberius, disertius, ornatius scripserit. Testes illi, quos admirata ipsa infensa gentilitas est, adversus Porphyrium, rabiosum allatratorem divinæ religionis, Commentarii palmares. Testes Origenianorum elenchi errorum: tum de resurrectione sacrisque aliis dogmatibus disputationes veteribus, qui viderunt, laudatissimæ; quorum omnium nihil nobis nisi desiderium & tenuem è fragmentorum exilium gustu salivam injuria nean incuria temporum hominumve, reliqua hodie fecerunt. Sed bene habet, quod primarium ac plane princeps Methodii operum, Vaticana nobis salvum atque incolumem Bibliotheca custodivit, hunc quem damus librum, vel eo nomine dignissimum luce Latinitatis, quod victoriæ à Christiana Philosophia de Græca gentilique reportatæ illustre monumentum, & veluti trophæum est. Cui enim in scriptis Atheniensium veterum versato non statim occurrit: æmulatum hoc opere Methodium celebre illud Convivium Platonis? æmulatum autem, non tam ut ejus elegantiam, quod venustissime fecit, exprimeret imitando; quam ut, quod potissimum studuit, ejus nequitiam castigando abstergeret. Tædet profecto pigetque graves hodie ac frugi homines cognoscere quæ nugarum subturpicularum fercula mensæ imponantur isti, non alio quam quem nuda venus è natali mari extulit, sale conditæ; imo persperæ perfusæque. Flagrantis ibi formæ pueri, comatuli, delibuti unguentis Phædrus & Agathon, amoris encomia perorant: Aristophanes comica licentia plusquam fescenninorum verborum & sensuum tota dolia semiebrius in sodalium sinus effundit; Alcibiades denique temulentus ea facit, ea loquitur, ea de se fatetur, quæ ne profligati quidem pudoris nepos inter lucernas illic & merum dicere nisi pace aurium rogata sustinuit. En specimen Socraticæ gravitatis! Cui quanto severius Christianæ sanctitatis exemplum Methodiana hoc loco sapientia opponit? Laudationum hic argumentum non amor prophanus, sed divina Virginitas est. Non obscœnæ Poëtarum fabulæ Philosophorum autoritate commendantur; sed voluminum sacrorum lectissima oracula, doctissimi Theologiæ magistri disertissimis enarrationibus declarantur. Non lubrica spectacula lascivorum ephoborum, sed modestissimarum sanctissimæ personæ Virginum in scenam dantur spectatoribus plane Angelis dignam; cui cæterum omne choragium congruens è sacrario cœlesti depromptum apparet. Hæc speciem habent: requiret aliquis commoditatem atque usum. An parvi momenti opportunitas ea est, quam toto hujus Operis decursu prudens Lector observabit, conformitas in doctrina & disciplina Ecclesiæ hodiernæ, cum illa tam veteri, ac pene primigenia in qua Methodius florebat? Quid? hæresum quæ hodie pacem turbant, num est obscura in hoc libro reprobatio? Poterunt-ne Lutherani ac Calviniani segreges, qui è mundo, quantum in ipsis fuit, Virginitatis professionem exterminarunt, arrogare sibi communionem rituum & dogmatum cum Ecclesia secundi * sæculi, in qua tam celebrem & tam religiosum cultum incorruptæ castimoniæ hoc testimonio comperiunt? Conjurata vero adversus humanam libertatem factio, cujus furiæ frustra jam sæpius Romanis fulminibus afflatæ, hoc nostrum abunde infelix aliis malis, inquietare sæculum pergunt, profecto ex acri & prolixa Theclæ disputatione hic recitata, si quid sapit, sentiet; quam nullum profano illi suo dogmati, quo arbitrii libertatem culpæ laudisque capacem fatali necessitate negat perimi, à Catholica antiquitate sperare suffragium debeat. Pauca hæc in specimen indicasse sit satis: plura quisque attentus & sapiens hujus lectionis commoda experiendo percipiet, in qua si minus emendatas aliquas de Verbi ac divinarum personarum processione locutiones, si posterius damnatæ, tunc adhuc toleratæ Millenariorum opinionis vestigia forte deprehenderit: meminerit, condonari solere Patribus Nicæna Synodo prioribus nævos quosdam ejus generis: qaales nunquam obstiterunt, quominus Clementi utrique, Irenæo & Justino martyribus, Theophilo & Dionysio Alexandrinis, aliisque magnis nominibus Ecclesia, & in quibus humanitus lapsi sunt, veniam; & ob ea quæ divinitus docuerunt, fidem ac venerationem impertiret. Vale. Scribebam Romæ postridie Kal. Jan. ann. cIɔ Iɔc. LVI.

* Imo tertii.

S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Methodius Olympi Lyciæ & postea Tyri Episcopus, nitidi compositique sermonis, adversum Porphyrium confecit libros; & Symposium decem Virginum, &c.

S. Gregorius Nyssenus in libro cui titulus est: Quid sit ad imaginem Dei, & adsimilitudinem? Tom. I. ejus operum editionis Græcolatinæ Parisiensis, anni 1615. pag. 858.

ὅθεν καί φησι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ Συμποσίῳ ὁ Μεθόδιος ἀμήχανον καὶ ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν. καὶ τούτου χάριν ὥσπερ ζηλοτυπεῖσθαι καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων, ὡς κρείττονα αὐτῶν τῶν νοερῶν περικειμένην μορφήν. Hoc est: Unde & ait animam Methodius in Convivio immensa quadam & inenarrabili pulchritudine fulgere: eamque ob causam quadam quasi Zelotypia & amore illius flagrare spiritus adversarios, utpote quæ præstantiori quam ipsi, licet spiritales & intelligentes sint, forma sit prædita. Hic locus ex Methodii Convivio Virginum laudatus à Nysseno, reperitur in editione Possiniana pag. 73.

S. Epiphanius Hær. LXIV. postquam prolixam Origenis refutationem ex dialogo quodam Methodii descripsit à pag. 562. ad 590. hæc addit:

Ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ἀπὸ μέρους κατ' εἱρμὸν τῶν ὑπὸ μακαρίτου Μεθοδίου, ὃ καὶ Εὐβουλίου. Hoc est: Atque hæc sunt è Beati Methodii, qui & Eubulius, scriptis ordine decerpta. Ita Epiphanius, quæ indicant hunc Dialogum in quo Eubulius personæ unius è primis nomen est, celebratissimum sui excellentià cognomen Autori Methodio Eubulii adiecisse. Nam vel primum vel inter prima Methodii hoc opus exiisse indicant illa ejusdem Patris verba in principio Homiliæ in Symeonem à Pantino editæ: Πάλαι ἱκανῶς, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων τὰ περὶ παρθενίας, ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας Συμποσίοις κατεστρωκότων ἡμῶν. Hoc est: cum jampridem, quæ dici potuerunt de Virginitate, Convivio nostro de castitate intexuerimus &c. Jam pridem hunc à se librum ait editum, cum illam Homiliam haberet. Fuit hæc igitur ejus vel prima vel inter primas lucubratio, ex qua sicut Clemens Alexandrinus, è suis στρωμάτων Commentariis, STROMATEI; & Joannes Scalæ Autor ex illo suo libro, CLIMACI: sic Methodius Eubulii cognomen facile trahere potuit.

Photius in Bibliothecà Cod. CCCXXXVII.

Ανεγνώσθη τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Μεθοδίου, ἐκ τοῦ περὶ ἁγνείας, ὡς (lege εἰς) καὶ ἐν ὁμοίωσιν ψεως (corrige Συμποσίου) ἐξεδόθη τύπῳ. Hoc est: Lectus est Sancti Martyris & Episcopi Methodii liber de castitate ad formam Convivii compositus.

LECTORI BENEVOLO
CURATOR
TYPOGRAPHIÆ REGIÆ
S. D.

VACANTIBUS aliquantulum Typis Regiis expectatione Procopii, Bryennii, reliquorumque Byzantinæ Historiæ Scriptorum, quibus edendis addictam dudum operam habemus: suggestum ab amicis est, posse istud succisivum eorum otium in edendo Methodiano Convivio Virginum non male collocari. Constabat opus esse laudatissimum Antiquis

tiquis, hodie desideratissimum; ejusque exemplar integrum, cum Latina R. P. PETRI POSSINI Soc. JESU interpretatione, Roma missum offerebatur. Is obicis insuperabilis objectu à spe curandæ Romanis Typis Opusculi à se conversi editionis exclusus, ad aliquod solatium irritæ operæ, chartas omnes, ut tum erant, istas ad Amicum in hanc Urbem dono miserat. Ille edendum nobis tradidit: sed prius Græcum contextum, descriptum ex Codice Vaticano, locis non paucis, ut ipse Interpres admonuerat, mendoso, cum altero exemplari libri ejusdem ex Mazarina Bibliotheca deprompto contulit, & ubi opus fuit, emendavit. Horum omnium ut ratio tibi constaret, hæ Notulæ tumultuario congestæ sunt, in quibus quod erit sæpe necesse memorare duos Codices, Romanum & Parisiensem, eos nomine Bibliothecarum, ex quibus prodiere, Vaticanum & Mazarinum vocabimus, eosdemque compendii causa litteris V. & M. designabimus. Vale, & studium nostrum tibi gratificandi gratum habe.

AD CONVIVIUM VIRGINUM S. METHODII, NOTÆ.

PAG. I. ΕΥΒΟΥΛΙΟΝ. Uterque Codex primæ hujus Dialogi personæ nomen hoc modo in recto efferebat. Est ea terminatio Græcis ὑποκοριστικὴ, non nisi sexui aut ætati molliori conveniens. Quare cum puerum hic non induci loquentem satis appareat: restabat ut Εὐβούλιον non minus quam Γρηγόριον mulier hic esse putaretur. Verum cum M. Codex masculina pasim Eubulio adjuncta copularet; necesse fuit intelligere mulierem hoc loco *Gregorium* vocatam, cum viro *Eubulii* nomen habente fabulari. Nec in eo quidquam contra decorum est. Idonea profecto index rerum in muliebri convivio gestarum ministra ejus mensæ mulier fuit: quæ quod ministerii attentione avocata, verisimiliter nequivisset orationes convivantium Virginum, præsertim sublatis ferculis, & post ministrarum recessum habitas cognoscere: apte fingitur Theopatræ, unius è sodalibus, relatu didicisse, sicut Apollodorus narrator Convivii Socratici, quæ retulit, ex Aristodemo, qui interfuerat, se accepisse profitetur in eo Platonis libro, quem hic manifeste Methodius æmulatus est. Porro Gregorium, licet mulier, citra ullam ἀπρέπειαν fingitur in familiarem reversa domum, hæc quæ partim viderat, partim rescierat, ad virorū cœtum recitasse. Alios enim cum Eubulio fuisse, non semel indicatur: ut illis verbis Eubulii ejusdem, p. 2. μὴ ὀκνήσῃς νῦν περὶ ὧν πυνθανόμεθά σου ἀκολούθως ἡμῖν ἅπαντα διελθεῖν & illis ipsius Gregorii mox respondentis διὸ δὴ καὶ ἐσπούδαζον τάχιον δεῦρο ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ex his conjectamur nomen verum primæ hujus personæ in recto esse Εὐβούλιος: Sicque ubique rescripsimus. Neque enim exemplum ullum extare putamus viri qui Græce Εὐβούλιον vocetur. Itaque non dubitamus Εὐβούλιος à Methodio scriptum. Cæterum ex similitudine nominis, Γρηγόριον, errandi occasionem Librariis oblatam. Cujus opinionis in confirmationem trahimus quod ab Epiphanio Hær. LXIV. Eubulius alterum nomen Methodio tribuitur, sive id evenerit ex libri hujus ipsius celebritate, à primo, ut sæpe fit, vocabulo denominationem nacti, & nomen adventitum, proprio notius, Autori conciliantis, ut Clemens Στρωματεὺς, & Gregorius Dialogus cognominati sunt: sive jam antea binominis Methodius sese hic minus usitato signavit nomine.

Eadem pag. lit. D. οὕτω πάντως ex conjectura restitutum est, loco οὔπω πάντως, Codicis V. quod difficile quadrat in hunc locum. Hemistichium deflexum ex Homero Il. δ. sic mendose concipiebatur in Cod. V.

——————αἱ δὲ χρυσέοις δεπάεσσιν
Δειδέχατ' ἀλλήλας μέγαν εἰς οὐρανὸν ὁρῶσαι

quæ nemo non videt quam necessario ad numeros reduxerimus.

Pag. 3. ἀεὶ δεινὸν καὶ φιλέπευστον ita Cod. V. non male. M. ἀεὶ δεινὸς καὶ φιλοπεύσμων. quod non prætulerim. Illud ejusdem Codicis M. magis probo, quod pro ἀτέχνως post ἅπαντας, elegantius, ni fallor, ἀτεχνῶς legit. Paulo post, illa verba, ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα, ταύτης γὰρ ἐπυνθανόμην, parenthesi inclusi, necessario, ut opinor. Inducitur enim illic Theopatra loquens à Gregorio recitante ipsius verbis quæ ex ipsa audierat. Sane cum fingatur Gregorium intus apud Areten fuisse

fuisse, utpote pocillatricem parati Convivii futuram, non poterat ipsa vidisse quæ Theopatræ, & sociis ejus postremis ad condictum venientibus per viam contigerant.

Pag. 4. Circa medium καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσα εἰς τὸν περίβολον, ἔφη, φθάνομεν (sic Cod. V. nos φθάνωμεν reposuimus) ἀνεωγμένων ἔτι τῶν θυρῶν. Cod. M. aliter. καὶ ἅμα ταῦτα λεγούσης εἰς τὸν περίβολον, ἔφη, φθάνομεν ἀνεωγμένων ἔτι τῶν θυρῶν. Nos illa priora præferimus, ut τὸ ἔφη ad Areten referatur invitantem hospitas Virgines ad ingrediendum in septum adhuc patens. Alludit enim ad fatuas Virgines Evangelicæ Parabolæ, quæ serius appulsæ occlusas inexorabiliter fores repererunt. Pro eo quod sequitur in Cod. V. εἰσελθοῦσαι δὲ Cod. M. habebat εἰσελθούσας, non magni momenti discrimine.

Ibidem paulo post Cod. V. sic habebat: ἦμεν γὰρ, οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν ἔφη μοι δέκα. Cod. M. sic: ἦμεν γὰρ, ὡς οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν δαιτυμόνες ἔφη μοι δέκα. Recte interpres in Vaticano correxit εὔφημοι δέκα. Ait nimirum Theopatra (hæc enim sermonem resumit ab illo loco ἦμεν γὰρ &c. unde in versione reponendum: *eramus autem* &c.) Ait, inquam, cum consedissent vocatæ Virgines, repertum eas esse omnino decem, auspicato & bene ominato ex Evangelica Parabola numero. Alludit observatas veteribus superstitiones omnibus notas in numero convivalium cœtuum. Antepenultimo versu opportune suggerit Cod. M. ἡσύχως quod in V. deerat. Ubi ratio similitudinis aquæ scaturientis è fonte, cum oleo, innuitur, in lenitate nimirum fluxus minime præcipitis sita.

Pag. 5. Cod. V. πληθύοντα. M. melius πληθύνοντα. uti & 4. post versu εὐπνόοις, pro ἐμπνόοις, quamquam quod inferius εὐωδίας fiat mentio, ἐμπνόοις, retinere possit. At V. vicissim rectius versu mox sequenti κατεστεμμένοι, pro κατεστρωμμένοι. quod tamen & ipsum ferri posset. Item quod ἠπίως verbo προσέβαλλεν adiungit, quod adverbium in M. non comparet.

Ibid. lit. B. Arboris in Cod. V. innominatæ, sed generico tantum verbo designatæ, Codex M. proprium vocabulum exprimit sic locum efferens: ἦν δὲ ἐγγὺς γὰρ δένδρον ὑψηλὸν ἄγνος ὑφ' ᾧ. Quæ omnia libenter recipimus, & interpretationem Latinam sic ad textum emendatum refingendam putamus. *Erat autem probe arbor excelsa vitex.* Est ἄγνος Græcis, Latinis vitex, recentioribus Agnus castus, arbor castifica, aptum ideo diversorium Convivii virginalis. De ea Dioscorides lib. 1. cap. XXVI. sic habet ex interpretatione Marcelli Virgilii: Græca enim ad manum hæc scribenti non erant: *Agnon sunt qui Agonon, qui Lygon, qui Tridactylam, qui Amictomiaum, qui Ibis sanguinem, qui Piper agreste, qui Ligusticum vocent. Magi Semnon, Ægyptii Sum, Romani Salicem Amerinam appellant. Arborescens frutex vitex est. Nascitur asperis & incultis locis prope profluentes torrentes, aquas, & flumina. Ramulos habet longos vitilium modo lentore suo infragiles, folia olea, teneriora tamen. Florem alterum ejus genus candido cum purpureo, alterum purpureo tantū colore profert.* &c. Addit paulo post: *Agnus autem, id est, castus frutex, hic à Græcis dictus est, quoniam in Thesmophoriis castitatem custodientes mulieres foliis ejus cubitus sibi substernebant.* Hæc ille: quæ patientius descripsimus, quod ex his intelligatur, quam apte ad propositum loco alto & prærupto vicinis aquis perfluo fingatur excrevisse talis arbor, & opportune delectam ajus umbram instruendo celebrandoque Virginum Epulo.

Post medium paginæ ubi Cod. V. habebat μετὰ ταῦτα εἰσηγήσασθαι &c. Cod. M. μετὰ ταῦτα εἰσελθοῦσαν εἰσηγ. &c. Inferius lit. D. ubi V. ἀνηρότους, non male; M. legebat ἀκηράτους. Et antepenultimo versu ubi Vat. λόγον ἑκάστην ὑμῶν παρθενίας εἰπεῖν. Maz. λόγον ἑκάστην ὑμῶν ἐγκωμιαστικὸν περὶ παρθενίας εἰπεῖν.

Pag. 6. In Oratione Marcellæ versu 5. pro ἐκκλησίας Codicis Vat. Codex M. legit ἀφθαρσίας & versu sequenti post ἡ ἀπαρχὴ, addit αὐτῆς. Versu post tertio, Codex V. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Κύριος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Cod. M. εἰς τὴν βασιλείαν εἰσελάσαι τῶν οὐρ. &c. Paulo post pro σφόδρα Vat. Codicis, M. habet πάνυ. forte utrumque jungendum.

Post lit. D. Cod. V. ἀθρόως τῆς ἡδυπαθείας τὸ ῥεῦμα ὑπερπτάμεναι. M. ἀθρόως τὸ ῥεῦμα μετοχετεύσασαι τῆς ἡδυπαθείας. ultimo versu pro οὐράνιον M. C. legit οὐρανίαν.

Pag. 7. Post medium ubi Cod. V. legit καταχέειν ἁμιλλώμεναι λόγον. M. melius καταχέειν τῶν θείων ἁμιλλώμεναι λόγων.

Pag. 8. V ζκώληκας ποιεῖν. M. γλυνᾶν. In altetutro nimia Librarii licentiâ. Septimo post versu prætulerim Cod. M. lectionem qui εἰς οἶστρον habet ubi V. εἰς ὕστερον. Οἶστρος est stimulus carnis & cupiditas ad flagitium trahens. Etiam illud magis probo quarto post versu προσφέρεσθαι, quod M. Cod. habet ἀντὶ τοῦ φέρεσθαι Κυρίῳ quod erat in V. Quinto inde versu recte omittitur in Cod. M. vox αὐτῆς post præpositionem χωρίς.

Pag. 9. v. 2. C. V. σοφίαν. M. σοφίᾳ v. 3. ἣ Vaticanus bene. M. ἢ non bene. v. 5. M. Cod. τοῖς μικροῦ ἀξίους. V. legebat τοῦ μικροῦ ἀξίου. v. 7. V. ἔξοσι. M. ἔξουσι. v. 9. V. Cod. αὐτὸς, M. αὐταῖς. vers. 10. vox ἠγεῖσθαι mendosa est: sed silentibus codicibus vera lectio alibi quærenda. vers. 11. γὰρ à Cod. M. suppletur quod V. deerat. vers. 12. vox ἀνθρώποις

3. ante C. V. ἐ χειρὶ M. τῷ χειρῶ statim post: V. μεταζωγραφῶν. M. ζωγραφῶν. versu ante D. V. κατηγορήσονται, M. κατηγορήσοντα. versu hinc quinto, V. λέγοντες, M. λέγοντα.

Pag. 26. verf. 2. Cod. V. πιθανῶν λογῶν M. πιθανολογῶν. versu præcedente lit. B. V. ἐυθανάτε, M. θνητῆ. Tertio post versu V. ἀγηρον, M. ἀγήρω. rursum versu tertio, M. opportune suggerit ὅτι, quod à V. aberat. uti & quinto post versu, ὁ λόγος. Quarto versu ante lit. D. V. ποιήσαντα, M. πλάσαντα. Tertio post versu V. ἐμφυτεύσαντα, M. ἐμφυσήσαντα. Statim post, V. ὅτω πάντων ἀνθρώπων ὁ Θεός ὅτι ποιητής, M. ὅτος ὅτι πάντων ἀνθρώπων ποιητὴς ὁ Θεός.

Pag. 27. V. τῆς ἐν φυτοῖς γλυκασίας, M. τῇ ἐμφύτῳ γλυκασίᾳ. Tertio hinc verf. V. ἐχέγγυον βέβαιον, M. ἐχέγγυον. verf. sequenti, M. supplet vocem λέγοντα. versu 6. post C. V. ὁμαλός. M. ἀμόλυντος. E regione lit. D. M. suggerit vocem ἄνθος, quam merito recepimus: uti & quarto quintoque post versibus voces τοῖς, τῆς, & κατεστεμμένην.

Pag. 28. versu ante lit. B. V. ἡσύχασεν, sed interpres ex conjectura correxerat ἡσύχασαν, quam lectionem Codex deinde M. approbavit. verf. hinc tertio V. τελῶν. M. τελῶν. verf. 6. post lit. C. V. ἀντιλογικός. M. ἀντιλεκτικός. Post lit. D. v. 5. 6. V. συνέρξιν. M. σύζευξιν.

Pag. 29. versu quarto post D. δρυῶν δίκην. lectio ex conjectura interpretis. Nam V. Cod. habebat δρῶν δίκην M. Glossemate docti Lectoris è margine in contextum, ut verisimile est, recepto δένδρων pro δρυῶν posuit. δρῦς ut Græcè scientibus notum, non solam quercum, sed omnino genus omne arborum sæpe significat, imo & plantarum. Nam ἀκρόδρυα de omni fructu dici Cajus etiam Jurisconsultus annotavit. Si cui tamen magis probetur δένδρων, non repugnabimus. versu sequenti V. ποιεῖν. M. multo melius κύειν. mox V. ἀναλαμβάνεσθαι. M. ἀναπέμψας. ac statim post, διδάσκων supplet quod V. deerat.

Pag. 30. ad lit. B. V. ἀπεπήδα. M. μετεπήδα.

Pag. 31. verf. 5. Vox γραφῆς à Vatican. aberat.

Pag. 32. verf. altero post lit. D. V. ἀνοικείων. M. ἀνομοίων. verf. post 4. V. ἐπισάζειν. M. ἐξισάσαι. statim post, V. ἀποδειχθήσεται. M. ἀποδεχθήσεται. versu ante D. V. ἀπὸ καταδίκης. M. ὑπὸ καταδίκην. versu hinc secundo, V. ἀντισφετεριζόμενα, M. ἀντισφαιριζόμενα.

Pag. 33. versu 2. V. αὐτὸ τοῦτο. M. αὐτὸ ἐστι. Quod Verbum hic πρωτόγονον ἐ Θεοῦ καὶ πρῶτον βλάστημα, πρεσβύτατος τῶν αἰώνων καὶ πρῶτος τῶν Αρχαγγέλων dicitur, intelligendum salva æternitate, & consubstantialitate cum Patre Verbi ejusdem. Simul in memoriam revocandum patres plerosque Nicæna Synodo priores minus exacte interdum de Divinis personis locutos, ut singillatim demonstrat Petavius lib 1. de Trinit. à cap. III. ad VI. inter eos quoque Methodium numerans cap. IV. num. XII. Atque hinc occasionem Photio datam suspicor admonendi, hoc opus fuisse depravatum Arianis opinionibus immistis, quod non obstat quin utiliter edatur: si ratio similis non prohibuit, quin laudabiliter & bono publico in lucem producerentur scripta Justini Martyris, Athenagoræ, Tatiani, B. Theophili, Irenæi, Clementis utriusque Romani & Alexandrini, Origenis, Dionysii Alexandrini, Georgii Thaumaturgi, Luciani Martyris, Tertulliani, Lactantii, & similium: apud quos multo duriora in hoc genere leguntur, quam apud Methodium nostrum. Versu 5. post lit. C. hæc verba ex Cod. M. supplevimus ὅσης παρθένε γῆς εἶναι καὶ ἀνηρότε.

Pag. 34. verf. 1. verba illa καὶ τηκτὸν ὄντα καὶ ὑδαρῆ à V. aberant. versu 4. V. κατασκήψασα. M. κατασάξασα. versu sequenti pro his: πάλιν ἄνωθεν ἀναδέυων, V. habebat ἀναμορφῶν. verf. 4. post lit. B. Vox ἔξωθεν à V. aberat. uti & verf. 4. post. C. vox ἐπί. verf. 4. ante finem, V. πείθεται, M. πείθονται. verf. penult. V. κυβερνῶν. M. ῥυθμῶν.

Pag. 35. v. 4. Voces ἔξω τῆς φθορᾶς Vaticano Cod. deerant: ex M. additæ. verf. 3. ante B. V. συμβαίνει. M. συνέβη. verf. 3. post B. V. ἄθρωπον. M. ἄνθρωπος. verf. sequenti V. ταύτην. M. τούτων.

Pag. 36. verf. 2. V. πορεύσῃ. M. ἀπελεύσῃ. statim V. ἀναπλασθείς. M. ἐναπαλαίσας. verf. 3. ante C. M. Cod. dividit vocem αὐτοφύσει in duas. v. 4. post D. illa verba ὅτε αὐτὸ ἔστι δικαιοσύνη ex Cod. M. sunt. verf. 3. à fine, vox αὐτὴν est Cod. M. V. habebat αὐτό verf. sequenti V. πεικάμφθη, M. προσκλιθῇ.

Pag. 37. v. 4. V. μεθόριος. M. μεθόριον. E regione lit. C. V. ἀποκτείνον. M. ἀποκτεινόντων. versu hinc tertio V. ἀθανατίζον. M. ἀπαθανατίζον. & mox ἀπαθανατιζόμενον.

Pag. 38. verf. primo V. αὐτάρκως. M. ταῦτα. verf. 5. V. οἰκείως. M. δικαίως verf seq. V. δύναιτο. M δύναται; verf. seq. V. ἀπείκασμα. M. ἀπεικασία.

Pag 39. verf. 4. post lit. B. V. δυνάμει τινί, M. δύναμίν τινα. verf. 3. ante D V. καταλεχθῆναι. M. κληθῆναι. verf. 4. post D. ὑπὲρ αὐτῆς ex M. sumptum.

Pag. 40. v. 3. post C. V. συνεργήσωμεν. M. συνεργήσωσι. v. 4. post D. V. τόπον. M. τόκον.

Pag. 41. verf. ultimo ex Cod. M. reposuimus γυμνουμένους. V. habebat γυμνούς.

Pag. 42. v. 3. pro ἠδυπαθειῶν Codicis V. Codex M. legebat ἠδυπαθημάτων. verf. 2. post lit. B. V. ἐπὶ ἔστω. M. quem secuti sumus, ἐπὶ τούτῳ. verf. hinc quinto V. καταφροσύνας. M. melius κακοφροσύνας. verf. 2. post C. καὶ restitu-

stitutum est ex Cod. M. vers. hinc 4. καθαρίσας ex Cod. M. repositum, pro. καθαρίση. versu post D. περιτελβάς, melius quam quod V. habebet περιτελβάς.

Pag. 43. lit. C. vers. 5. ἐπαγγέλλεσθαι νομιζόμενοι, ex Cod. M. sumptum. V. habebat ἐπαγγελλομένοις. Post D. v. 3· V. παρήχθη. M. παρηνέχθη.

Pag. 45. v. 3. ante C. V. νοσηλευομένων. M. νοσευομένων. 1. v. post D. V. νέμοντες. M. ἀπονέμοντες.

Pag. 46. penultimo vers. lit. A. πυρῶσθαι. M. πυρακτῶσθαι. vers. 6. post B. εἰρῆσθαι. Cod. M. melius visum, quam αἱρεῖσθαι. V.

Pag. 47. v. 3. ταῦτα & λελέχθαι ex Cod. M. suppleta sunt. v. 7. Vat. ἀπευλαβηθείς. M. ὑπευλαβηθείς. vers. hinc 4. V. κατ' εὐθεῖαν. melius quam M. κατ' εὐθεῖαν. vers. 3. post. C. ὅμως δὲ, εἰ καὶ ταύτην. Correctus hic locus ex vestigiis Codicis M. adjuvante conjectura. Vat. legebat ὅπως δέῃ.

Pag. 49. vers. 5. & 6. loco προκρίνων & ἑλομένων. Cod. V. habebat M. προκρίνας & βουλομένων. v. hinc tertio lect. Cod. M. prætulimus δι' αἰδῶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους, cum V. legeret διὰ τοὺς ἀνθρώπους. Sequitur versu hinc 3. satis magna diversitas codicum, nam pro eo quod legitur in nostra editione ex Cod. V. à voce ἐνδιατρίψαι ad ἀνάγκην, M. hæc exhibebat: ἐνδιατρίψαι δυναμένων τοῦ ἐνυγχισμοῦ· καὶ μὴν ἀνθαιρέτως κρίνονται οἷ τοιοῦτοι παρὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτῶν, καὶ μὴ ἔχοντες ἀνάγκην. Paulo post è reg. lit. D. quod V. legebat νομικῶς καλῶς, M. habebat νομίμως, καὶ μὴ λαθροφθορῶν, καλῶς. tria verba media recepimus.

Pag. 51. vers. 3. ante D. pro αἰσθέσθαι. V. Codex. M. legit αἰσθάνεσθαι.

Pag. 52. vers. 4. post B. V. παρεφέρετο. M. melius παρέφερε τό. mox vicissim V. melius ἐπιχεόμενον, cum M. legat ἐπεισχεόμενον. Sequenti v. τοῦτο aberat à V. mox pro δυσπαθεῖς Vaticani, M. habet δυσμαθεῖς. uti & penultimo versu: ante D. θείας pro εὐθείας: & versu mox sequenti εὔδιον pro εὐήνιον : & versu ante finem paginæ tertio, παρθενίαν pro ἁγνείαν.

Pag. 53. v. 1. ἄνω ex Cod. M. suppletum est. v. 3. pro τὸ ἅγιον μαρτυρεῖ. M. κυρίως ἐφθέγξατο. v. 4. V. φέρεται M. δηλοῦται. Vers. 8. καὶ κρατηθεῖσαι in V. deerat, uti & v. 3. post B. γάρ. & vers. hinc 4. εἰς τὸν ποταμόν. & vers. post tertio καί.

Pag. 54. v. 1. ἐξάψασαι. M. ἐξαψάμεναι. versu ante B. vox κακίας à V. aberat. v. penult. paginæ, V. ἀρδεύηται. M. ἀρδεύη.

Pag. 55. vers. 4. V. δύνηται. M. δυνηθῇ. vers. 3. post C. ὀρεγνυμένοις. M. ὀρεγνωμένοις. mox pro ψαλμός. M. ψαλμῳδός, & τῇ Σιών pro τήν. Versu ante D. deerat in V. πάλιν. vers. 3. post D. in V. τῆς. in M. γῆς. Ultimo vers. V. ἐξορχοῦνται. M. ἐξερχονται.

Pag. 56. Duo primi versus sic habent in M. τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου τὸ θέλημα κακῶς ἐπιτελοῦντες τῆς πονηρίας. Vers ante B. Cod. M. οἰκιῶν. V. οἰκείων. vers. 3. ante C. ex M. ἐπιμεμορφασμένως. V. legit ἐπιμεμορφωμένοι. vers. 3. post C. in V. τῆς. in M. γῆς. mox quatuor fere versus ex M. suppleti sunt. E regione τοῦ D. Cod. V. αἰχμαλωτισθεὶς. M. αἰχμαλωτίζοντες.

Pag. 57. E regione B. κέραιον ex M. sumptum. V. κεραιόν. 3. hinc versu, V. τὰ φρονήματα. M. τὴν σωφροσύνην. Versu post D. primo, V. παραστῆναι. Sequenti vers. deest in V. καὶ κεραιόν, uti & vers. hinc 4. λέγων.

Pag. 58. v. 6. V. φησιν. M. φασιν. E regione B. Cod. V. ἐπιφανῶς. M. ἀνεπισφαλῶς. versu hinc quinto ἐμνημόνευσαν. M. ἐμνημόνευσε. vers. ante C. ἐπιλανθάνεσθαι. M. ἐπιλαθέσθαι.

Pag. 59. vers. 5. ante D. Cod. V. καὶ τὰ νῦν. M. κατὰ νῦν. In duobus sequentibus lectio Codicis M. prælata est. V. sic habebat παρὰ μὲν ἐκ τοῦ παρόντων φανῶμεν λέγειν. vers. 4. post. D. Cod. V. σῶν. M. ἱερῶν.

Pag. 60. vers. ante B. C. M. νεῶν σκεύη. V. νεοσκευῆ προσκομίσαι. mox ab ἑτέρου usque οὐσίας in V. deerat. Versu post C. secundo, V. πνεῦμα. M. προκείμενον.

Pag. 61. vers. 4. ante C. pro ἐπανηρημένα. V. habebat ἐπανῃρηκέναι.

Pag. 63. vers. post B. quarto, V. προσοχῇ. M. προσευχῇ. v. 5. ante D. pro ἕτερο V. Cod. habebat ἕτερος. vers. D. primo, V. πεισπύδαστος. M. πεισπυδάσεως.

Pag. 64. v. 1. pro εἰσηγήσομαι. M. εἰσηγητέον. versu post quinto, V. ἀποφαίνω. M. ἀποφαίνω. vers. ante B. καὶ πᾶσα deerat in V. uti & mox Verbum συνουσίας. E regione C. ἁγιάζηται ex Cod. M. est. Nam V. habet ἁγιάζεται.

Pag. 65. vers. post C. quinto, M. ἀποσήσωμαι. V. ἀποσείσωμαι. vers. post. D. quarto, V. & M. habebant ὅτι, sed ex conjectura repositum est ὅθι.

Pag. 66. vers. post. B. ἐξήρηται. V. ἐξήρηται. vers. 4. ante C. τὴν παρθένον. M. τὴν παρθενίαν. vers. post D. ἑαυτὸν suppletum est ex M. vers. 4. ante finem διαφορᾶς ἐκ. V. διαφορᾶς ὡς ἐκ. vers. pen. αἱ sumptum ex M. Cod.

Pag. 67. vers. 3. γὰρ in V. deerat. vers. 4. post D. Vatic. συγγενεῖ. M. συγγενικῷ.

Pag. 68. vers. 3. ante D. Vatic. προσποσίαι. M. προποσίαι.

Pag. 69. vers. 4. V. μεθύσκει. M. μεθύσκουσιν. versu post 4. M. ἀνατοσβουμένη. V. βουλομένη. mox V. ἅπερ ὠδίνουσι καὶ κύουσι τὸ πονηρόν. M. ἃ περιδινοῦσι καὶ κυκῶσιν ὥσπερ &c. vers. 5. ante finem. V. εἰς τὰ ὁλοκαυτώματα ὧ ἀνακομίζοντο

μίζοντο αἱ προσφοραί. M. εἰς ὅλα ὁλοκαυτώματα ἀνεκομίζοντο, καὶ αἱ προσφοραί.

Pag. 70. verſ. 6. poſt. B. Vatic. ἀναμφιάσασαι. M. melius ἀπαμφιάσασαι, mox. V. ἐφηπλωμένην. M. ἐφηπλωμένον, quod magis probandum videtur: ut referatur ad καλύμμα: quare tollenda eſt virgula præcedens: & interpretatio Latina ſic Græcis, ita correctis, accommodanda: *Age reducentes oppanſum ipſi literæ velamen, nudam coram & cominus veritatem intueamur.* verſ. 2. poſt C. in M. δαιδάλλειν. verſ. ante D. in M. pro οἰκήσεως, διοικήσεως. 3. poſt verſu V. τῆς ἀληθείας, M. τῆς ἀληθινῆς. verſu ante finem 4. V. ὡς πέφυκεν. M. ὥσπερ ἔοικεν. ſeq. verſ. οἱ ex Cod. M. poſitum eſt, V. habebat ἡ.

Pag. 71. verſ. poſt B. 3. M. ἐποπτεύοιμεν. V. ἐποπτεύσοιμεν. In eodem V. defuit ἦν verſ. 4 ante C. quod ex M. adſcitum eſt Inter C. & D. quod ex M. legitur τὸ μὲν περικεχαλκωμένον ἀπεικάζεσθαι τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ περιβόλῳ in V. ſic erat: τῷ μὲν περικεχαλκωμένῳ ἀπεικάζεσθαι τὴν γερουσίαν τῷ περιβόλῳ. ſtatim poſt, V. ἀνακομίζονται. M. ἀνακομίζοντες & verſ. ſeq. V. θυσίαν πλήρωμα Κυρίῳ. M. θυσίας πλήρωμα Κυρίῳ.

Pag. 72. verſ. 3. V. κατησφαλισμέναις. M. κατησφαλισμένα. 5. poſt verſu M. φαντάζεται. V. φαντάζονται. Mox V. προϊεμένης. M. προσιεμένης. Primo verſ. poſt C. in V. φράσας. in M. φήσας. verſ. hinc tertio ὑπὲρ ἀγνείας ex Maz. ſuppletum.

Pag. 74. verſ. 4. ante B. Vatic. ἀνυπέρβλητον. M. ἀφόρητον. E regione C. in V. λογικόν. in M. γνωστικόν,

Pag. 75. verſ. 4. poſt B. Vatic. ἀριθμεῖσθαι. M. ἀναμετρεῖσθαι. v. poſt 4. verba illa εὔφρονες ἐτύγχανον ἄρα καὶ σοφαί ex M. adſcita ſunt: uti & vox ἔρωτα v. 3. ante D. pro qua V. exhibebat αἰῶνα. Deerat etiam V. verbum εἴδωλον, quod verſ. ante finem quinto legitur.

Pag. 77. ἐπανῃρημένην. ita concorditer ambo Codd. Sed Photius in excerptis hujus ex melioribus exemplaribus totum hunc locum ſic repræſentat: σημαίνειν βούλεται τὴν αὐτὴν ὁδὸν τοῦ ἐπιτηδεύματος πάσας ἐπανῃρημένας. quod haud dubie melius eſt.

Pag. 77. verſ. 3. V. ἄϋλον. M ἄσυλον. verſ. hinc 4. V. προσαγορεύονται. M. προσαγορεύεται. verſ. poſt 4. V. λαμπτῆρ. M. λαμπάδα. verſ. ante finem 3. voces ἔλαιον & κἀκεῖνοι ex M. aſſumptæ ſunt.

Pag. 78. verſ. 4. ante D. Maz. λάμπων. Vatic. λαμπρός. E regione D. in V. ἐκτραπαλιζομένων. in M. ἐκτραπαλισθέντων.

Pag. 79. verſ. 3. ante C. in V. ὀχήσονται. in M. οἰχήσονται. verſu poſt C. quinto, V. ὅπου. M. melius ὥς που.

Pag 80. E regione C. in V. καινόν. M. καινότατον. verſ. ante D. tertio. V. ἔχει. M. ἔχει. qui & quæ ſequuntur diverſe ſic effert: καὶ τοῦτο καὶ Ἰωάννης ἐν τῇ &c. verſ. poſt D. κενεώνων quod erat in V. correctum ex M. καινῶν αἰώνων, verſ. 3. ante finem κῦφας, quod legebatur, videtur per errorem factum ex κωφῶς.

Pag. 81. verſ. hinc 3. M. legit πεπιστευκυῖαν: quod ſi recipitur, mutandum paulo ſuperius μοὶ in μέ. verſ. poſt 3. V. ὅτι. M. commodius ὅτῳ. verſ. poſt D. Cod. V. αὐτὸ. M. αὐτῶν. verſ. hinc tertio V. εἰσορμίσασθαι σπεύδειν. M. εἰσαρμόσασθαι σπουδήν.

Pag. 82. v. 2. καὶ ἅγιον ex M. ſumptum. ut & 4. poſt verſ. ἐπαρκέσει pro quo. V. ἐπαρκέσοι. Paulo poſt τῶν λόγων in V. legebatur τὸν λόγον. verſ. ante finem 4. V. ἑαυτοῦ πατρὶ. M. ἑαυτοῦ μείζονι.

Pag. 83. verſ. ante B. tertio V. χριστὸς. M. κύριος.

Pag. 84. v. 2. κατονομάζεσθαι. M. κατωνομάσθαι. verſ ante C. ἡμᾶς deeſt in V. v. ante D. 4. V. ὄψεων. M. ὄψεως. verſ poſt D. 3. V. μόνον. M. μόνης. verſ. quintus & quartus ante finem abſunt à V. uti & in verſ. penult. vox κόσμον.

Pag. 85. verſ. poſt. C. 4. V. ἀγάπης. M. σωφροσύνης.

Pag. 86. verſ. 4. poſt. C. in V. τλήσασθαι. in M. ἔτλησαν. tertio poſt verſu, V. διαθλήσασθαι. M. διαθλῆσαι.

Pag. 87. E regione B. illa verba οὐ μόνη à Cod. V. aberant. In verſ ult. M. ἀφθόρῳ. V. ἀφθάρτῳ. at excerpta Photiana ἀφθόνῳ legunt.

Pag. 88. verſ. 4. poſt B. in M. τεθεωρημένας. in V. τεθεωρημέναι.

Pag 89. E regione B. deerat in V. vox εὐθέως. uti & verſ. 3. ante D. illa verba ὅσην ὁ Νῶε. verſ. 3. poſt D. in V. ἀπ' ἀρχῆς. in M. ἀπαρχήτις, quod recepimus ultimo verſu retinuimus ex V. ἀνωτέρω; etiamſi M. & excerpta Photiana ἀπωτέρω, præferrent. In verſu ſeptimo columnæ Latinæ poſt *nempe* omiſſa eſt vox *homo*.

Pag 90. verſ. 2. M. ἔχρηζον. V. ἔχρῃζε verſ. 3. poſt B. in V. ἐφέσεως in M. ἀφέσεως. E regione C. in M. ὀκτώ. in V. ὄγδοον. verſ ſequent. V. ἡ. at M. & Photius ἧς verſ. 5. ante D. Cod. M. ſuffragante Photio legit, prout editum eſt, τῆς νοητῆς &c. V. autem ſic: τῆς ἐγδοάδος προσεξ. &c. E regione D. Cod. V. κρείττοσι. M. κρείτταις.

Pag. 91. verſ. 3. art. ἡ ſuppletus ex M. verſ. ſeq. V. συνηνωμένη. Maz. Codex cum Photianis excerptis ἡνωμένη. verſ. 4. ante D. γὰρ in V. deerat.

Pag. 92. verſ. 3. μόνη ex Cod. M. Nam V. habebat ἡ verſ. 4. εἰπεῖν deeſt in V. & tertio poſt verſu καί. At verſ. 4. ante C. ubi ex V. legitur πλειόνων περιεσαμένη ἐκ δεξιῶν. M. habebat λαιῶν καὶ δεξιῶν περιεσαμένη & verſ. 4. ante finem pro ἀσχημοσύνην, ἀσθένειαν.

Pag. 93. verſ. 4. vox φησὶ ſuppleta ex M. v.

1. post B. Cod. M. τὴν ἁγνείαν V. τῆς ἁγνείας.

Pag. 94. versu penultimo retinuimus Cod. V. lectionem in voce πανθεία, quam interpres, qui solum illum codicem habuit, secutus est. Cæterum probabilior videtur altera, quam & M. & Photiana excerpta suggerunt, παρθεία, sive potius παρὰ θεία, duobus vocabulis, quæ in unum conflata, sola mutatione τοῦ α in ν, & hujus infissione inter ε & ι penultimæ, vocem dabunt παρθενία. Etymologicus quoque præpositionem παρὰ in παρθενίας veriloquio agnoscit, dum scribit: παρθενία, ὅτι παρὰ Θεοῦ ἐδόθη.

Pag. 95. vers. 1. μόνη ex M. & Photio. Cod. V legebat μένην.

Pag. 96. vers. 4. ante D. καὶ deerat in V. qui & versu sequenti legebat αὐτοὺς pro αὐταῖς quod ex conjectura reposuimus, cum Codex M. haberet αὐτοῖς. vers. 4. ante finem ubi V. πλούτους καὶ δόξας. M. legebat πλοῦτον καὶ δόξαν.

Pag. 97. versu ante B. vox ἄστρων deerat in Vaticano Codice. vers. ante C. in V. παρθενέυουσαι. in M. παρθενέυσασαι. vers. 4. post C. in M. λόγος, quod assumpsimus: pro eo in V. legebatur ἔχει. vers. tertio ante finem ἐκδημοῦσαι mendo typographico positum pro ἐνδημοῦσαι. M. habebat ἐπενδημοῦσαι.

Pag. 98. vers. 4. ante C. ἀειδῆ ex Cod. M. sumptum. V. legebat καὶ εἴδει.

Pag. 99. E regione B. in V. τοιοῦτος. in M. τοιούτοις. vers. hinc 4. V. ἐνδίκως. M. ἰδικῶς. v. post tertio V. οἰκούμενος. M. οἰκουμένης. vers. 4. ante D. Cod. V. λόγους. M. λόγος. E regione D. in V. αὐτάς. in M. αὐταῖς. vers. post hæc quarto V. ἀεὶ δὲ M. αἱ δέ. vers. penult. ὦ deest in V.

Pag. 100. vers 3. ante B. Cod. V. ἀφθαρσίας ἁγνεία. M. ἀφθαρσία καὶ ἁγνεία. vers. 3. C. in M. ἀποσείεσθαι in V. ἐπισείεσθαι. versu post 4. M. πάντη. V. παντί. vers. sequenti V. φερόμενα. M. φαινόμενα.

Pag. 101. vers. 4. post D. pro καταφάγῃ Codicis M. cui vulgata Apocalypsis exemplaria consentiunt. V. habebat καταπίῃ. vers. post 3. ἐν à V. aberat. versu sequenti, V. legebat ἡρπάσθη. M. consentiente vulgato ἡρπάγη. vers. penultimo, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν. Sic ambo manuscripti & optimæ quæque editiones Apocalypsis XII. 6. : unde corrigendæ videntur illæ quæ legunt ἐκτρέφωσιν.

Pag. 102. vers. 2. M. ἀνέυρασθαι. V. ἀνευρεῖσθαι. vers. 3. ante D. verba illa αὐτῇ τοῦ πνεύματος aberant à V.

Pag. 103. E regione D. Cod. V. ἱερατῷ vers. post 4. V. ἀπεικάσματα. M. ἀπεικονίσματα.

Pag. 104. vers. 1. V. λιαρῷ. M. χλιαρῷ.

Pag. 105. vers. 7. V. τελεσφόρους. M. τελεσφορουμένας. E regione C. Cod. V. τῷ. M. τοῦ quinto post versu, duo verba μείνας ἐπιτρέχοντα, è M. suppleta, cum in V. solum περιτρέχοντα legeretur. vers. seq. V. δεῖ. M. δή.

Pag. 106. E regione B. Cod. V. ἐπαναποδίσασαι. M. ἐπαναπολήσασαι. vers. ante C. in V. χριστοῦ. in M. ἰησοῦ. versu post 3. illa verba ἐντυπουμένης τοῦ λόγου, καὶ ἐν αὐτοῖς sumpta sunt ex M. vers. 3. ante finem. V. πατρός. M. πνεύματος.

Pag. 107. v. 3. ante D. Cod. V. τόν M. τό. vers. 4. post D. Vat. ὑπάρξαντα. M. προϋπάρξαντα, quod & Photius præfert. vers. 5. ante finem deerat in V. articulus τόν, uti & vers. post tertio, illa verba προόντα ἤδη πρὸ τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Pag. 108. vers. 1. V. ζωνεθισμένοις. M. ζωνωσθημένοις.

Pag. 110. vers. 1. πεφυκέναι suppletum ex V. & mox, δέ vers. 4. post C. pro εὔβατος, ex eodem Cod. M. repositum ἔυβοτος.

Pag. 111. vers. 4. post C. τελείων ex M. sumptum. vers. 4. ante finem ἀναλυόμενον Vatic. Codicis, in ἀναλυόμενος Mazarini mutatum. vers. seq. V. ἴσον μέρος. M. ἴσα μέρη. vers. penult. uterque Codex legebat τεμνομένων. sed τεμνόμενον ex conjectura emendatum est

Pag. 113. v. 4. post B. ζυγκειμένη. sic Vat. at M. ζυνεστηκέναι. E reg. C. in V. περιέχοντος. in M. ἐμπεριέχοντος. mox ἡ τελεάς, ex eodem suppletum.

Pag. 114. v. 3. ante C. in V. πολλοῦ. in M. ζκαιοῦ. vers. 3. ante finem. V. ἐρευγόμενον. melius M. ἐρευγομέναν.

Pag. 115. vers. 5. Vat. ὑποχωρήζητε. M. μὴ ὑπαναχωρήζητε. vers. seq illa verba θερζώντι ταραχθεῖσαι, μυρίον γὰρ ex M. sumpta, Statim post, pro eo quod ex V. legitur ἀφέλητε. M. habebat ἀφέλησθε. vers. ult. V. ἧς M. αἷς.

Pag. 117. vers. 6. ὄντως deerat in V. vers. pen. pro illis verbis αἰγυπτίων καὶ χαλδαίων. V. legebat αἰγυπτιακάς.

Pag. 118. E regione B. Vat. περιδίνεται. Max. περιδινεῖτε. mox Vat. πρεσβυέστερον. M. πρεσβυεστέραν. versu 4. post C. in Vatic. γηγενοῦς in M. γηγενές. versu post 2. Vat. οἱ. M. οἳ. v. 3. post D. in V. οὐδέ in M. οὐδέν.

Pag. 119. vers. 2. ἀνθρώπους ex M. sumptum E regione D. Cod. V. τοῖς ἀρκτίοις. M. ταῖς ἄρκτοις. vers. sequent. μέρεσι ex M. adscitum. v. 3. ante finem pro illis verbis ἔξωθεν ἔχων τὸν τροπικόν, legebat ἔμπροσθεν.

Pag. 120. vers. 6. M. τῷ τὸν ζωδιακὸν κύκλον πάντων.

Pag 121. vers. 4. post B. Cod V. αἰγόκερω. M. αἰγοκέρωτος.

Pag. 122. vers. ante B. Cod V. ἔζησαν. M. ἐξήρκεσαν. vers. 4. post C. in V. τὸν ἡμέτερον. in M. τοῦ ἡμετέρου βίου.

Pag. 124. vers. ante C. in V. ὅ, τι. in M. ὅ τι. versus tertius & quartus cum dimidio quinti

post

post C. deest in V. vers. 3. ante D. Cod. V. πάντως ἐστίν. M. ὄντως καὶ. vers. ante D. Cod. V. φίλοις. M. φιλίᾳ. Mox duo versus deerant in V. & mox iterum alii duo penultimi paginæ.

Pag. 125. vers. 4. πέφυκεν assumptum ex M. Item vers. post C. primo, γίνεται. Ex M. quoque emendatam est vers. 5. post C. ἀνδρείων, pro ἀνδρῶν, & quæ sequuntur usque ad σωφρόνων.

Pag. 126. vers. 7. V. αὐτός. M. αὐτούς. E regione C. in V. μοιχήσασθαι. in M. μοιχεύσασθαι. vers. post C. 4. V. ὅσα δέ. M. εἰ γὰρ ὅσα. vers. ante D. 3. V. οἱ νομοθέται. M. γεγόνασιν οἱ νόμοι:

Pag. 127. vers. ante C. in V. ἑαυτοῦ & idem iterum vers. post C. At in M. utrobique ἑαυτοῦ.

Pag. 128. vers. 3. V. τοῦ. M. τό. E regione B. Cod. V. Θεὸς ἀναίτιος. M. οἷς ἂν ᾖ αἴτιον.

Pag. 129. vers. 6. τῷ Θεῷ & vers. post. 4. τι & rursus post 4. καὶ, deest in V. uti & è regione C. ἐξεῖναι. At vers. ante C: in V. τεχνήματος. in M. τεχνάσματος. & vers. seq. in V ἐπαισθάνεσθαι. in M. θεᾶσθαι. vers. ante D. 3 aliquando ex conjectura corrigebamus πεφυκότε, ut genere congrueret cum duali præcedente ἐπιθυμία. Sed post, Mazarino Codice & ipso πεφυκότε præferente, animadvertimus ejusmodi σολοικοφανῆ antiquis non displicere. Ita Photius primo Bibliothecæ suæ Codice scribit αὐξηθέντων παραδόσεων. Quem in locum Hoeschelius in Notis suis similia probatorum Autorum exempla colligit. Versu post D. δεῖν positum pro δεῖ, ut sæpe alias in hoc opere infinitivus pro præsenti. vers. 4. ante finem, V. αἱρουμένης. M. αἱρουμένους.

Pag. 130. vers. 3. post C. φανταζομένως. V. at M. φανταζομένης. E regione D. in V. νίκος. in M. μῆτιν. Mox suppletum λέγειν.

Pag. 131. versu post B. 4. V. καθ' οὕς. M. καθώς. mox V. ὑπέστην. M. ὑπεθέμην.

Hic deinceps nos deficit Mazarinæ Bibliothecæ Codex, quo hactenus multum usi sumus: in eo enim cætera Dialogi hujus desiderabantur, quæ ex Vaticano solo damus. quare pauca deinceps attingemus his Notis; quæ rationem editionis solam pollicentur, non illustrationem Autoris: quam designaverat Interpres, si per locorum distantiam & temporum difficultates liceret.

Pag. 144. vers. 3. ante C. pro αὐτῆς melius visum αὐτῇ.

Pag. 148. vers. 5. post C. pro τοῦ Νῶε ex conjectura repositum τῷ, & tribus versibus post, τῷ Μωσεῖ. Ibidem post τὸ, deerat, οἶνῳ, quod ex Photio reddidimus. Vers. 3. ante fin. cum V. haberet ἐπειδὴ γὰρ, maluimus assumere ex Photio ἐπειδήπερ.

Pag. 149. vers. 3. ante B. quod in V. erat διὰ τῶν καρπῶν, ex Photio emendatum est sublato διά. Vicissim ex eodem Photio versu 3. ante C. duæ particulæ τὴν ἐκ restitutæ sunt.

Pag. 150. vers. ante B. τῶν φευγόντων rescriptum ex Photio. Nam noster habebat πρὸς τὸν φεύγοντα.

Pag. 151. vers. 5. ante fin. in MS. erat πιστεῦσαι μοι. pro quo ex conjectura positum est πιστεύσασί μοι.

Pag. 152. vers. 3. post C. γὰρ repositum ex Photio.

Pag. 166. vers. post D. manifeste legendum ἀχθομένη. Quod statim Gregorium, Eubulium alloquens, Methodii meminit tanquam diversæ personæ, non infirmat quod alias diximus ex Epiphanio, Methodium binominem fuisse; sed confirmat potius conjecturam nostram à principio indicatam, S. Methodium hunc inter prima sua opera librum edidisse: quo libro celebritate magna suscepto, primæ personæ in isto Dialogo loquentis nomen Autori adhæsisse, posterius inde dicto Eubulio; ut Clemens Stromateus vocatus est, &c. quæ diximus. Unde nullo modo infringi, sed potius magis confirmari putamus conjecturam, qua virilem sexum Eubulio reddidimus.

CLAUDII SALMASII
Commentarius inchoatus
in
ARNOBIUM,
Nunc primum editus ex apographo Gudiano.

ARNOBII DISPUTATIONUM ADVERSUS GENTES) Non indignum obſervatu, nudum hic Arnobii nomen, absque prænomine & cognomine inſcribi. Quod profecto non magis mirum eſt, quam de Agellio, qui Noctes Atticas ſcripſit. Nam libri omnes antiqui *Agellium* eum nominant, non cum prænomine & nomine *A. Gellium*, ut hactenus per editiones vulgatum eſt. Sed nec aliter eum citat Auguſtinus Libro IX. cap. IIII. de Civ. Dei, ut quidem ibi habent libri antiqui, quot contulere Lovanienſes Theologi. Et ſic plane etiam ſcribitur in antiquiſſimo exemplari, quod nobis utendum dedit omnis antiquitatis promicondus Clariſſimus Petrus Scriverius. *Agellius*, inquam, toto illo capite vocatur apud Auguſtinum, non *Aulus Gellius*. Quo nudo etiam nomine citatur a Priſciano. At primi editionum hujus Auctoris conditores haud pati potuerunt, ire ſine prænomine. Quod etiam Apulejo contigit, cui prænomen adſcripſerunt editiones, cum minime tamen id compareat in pluteariis libris, in quibus legitur tantum: *Incipit primus liber Metamorphoſeos Apuleji.* Atque ita deinceps & in ceteris ejus ſcriptis. Quid igitur dicendum? an putabimus Apulejum, Agellium, aut Arnobium caruiſſe prænominibus & cognominibus? Vix quidem ita cenſuerim, cum & plebeji & libertini generis homines multiplicitatem nominum etiam affectaſſe conſtet, ſatisque certum ſit, nemini paulo honeſtiori Romani quidem nominis, defuiſſe prænomen aut cognomen. Quin & multo etiam magis ævo infimo apud Romanos hanc nominum multiplicandorum ambitionem invaluiſſe videmus non tantum penes nobiliores, ſed etiam apud ignobiles & vulgares. Et verum quidem eſt, quod ait Priſcianus, neminem Romanum eſſe absque prænomine, ab eo tempore ſcilicet, quo morem hunc prænominum ſuis nominibus præponendorum accepere: quem alii a Sabinis, alii a Græcis eos ſumpſiſſe volunt. De quo infra. Per Conſtantinum tamē uſus prænominum abolitus fere eſt, qualis olim nimirum erat, ut Titus aliquis, aut Marcus, aut Aulus, aut Gnæus ante alia nomina vocaretur. Retentum tamen eſt, ut plura haberent nomina, quorum prima quæque ut prænominis vicem obtinuiſſe videri poſſint. Ita longe ab antiquis prænominibus alia fuere. De quo etiam paulo poſt. Quod de Romanis dico, hoc de Afris, Hiſpanis, Gallis etiam ſentiendum, qui hanc Romanis ſollemnem πολυωνυμίαν uſurparunt ac frequentarunt, ut & Græcorum nonnulli, qui a libertis Romanorum deſcenderunt, vel per matrimoniorum affinitatem in Romanas familias ſe inſinuaverunt, vel etiam Romæ dignitates geſſerunt. Solebant enim Græci generis homines, liberti apud Romanos facti, præter nomen ſuum, quo in patria vocabantur, adſciſcere prænomen & cognomen dominorum ſuorum, ut Titus Cæcilius Eutyches, & ſimilia. Qui ab his genus ducebant, hoc ſemper conſervarunt. Atque id verum de his, qui Romanas dignitates capeſſebant in urbe Roma, aut cum Romanis familiis affinitates contrahebant, ut de Claudio Attico Herode nos alibi notamus. Quod & in aliis infinitis probari poſſet. Alias Græci plerique priſtinam ſemper conſuetudinem retinuerunt, ut unico nomine gauderent. Ut ad rem, unde ſumus digreſſi, redeamus, unde, aut quare factum putabimus, ut ſola hodie Apuleji, Agellii & Arnobii nomina in eorum libris inſcripta legamus? An librariis imputabimus hunc defectum? ne id quidem dici poſſe probabiliter autumem. Nec cauſæ eſt, cur in his ſolis id omiſerint, quod contra faciunt in aliis omnibus auctoribus, quorum & prænomina & cognomina fideliter ubique conſervarunt. Sane quod ad Agellium & Apulejum attinet, Græci moris imitatione id eos factitaſſe lubens crediderim, cujus magnam in omnibus affectationem produnt. Nam & Agellius Athenis ſtuduit, & libros illos Atticarum Noctium ibidem compoſuit. Quin & capita librorum ſuorum litteris Græcis numeralibus notavit, ut diſerte quidem Codices teſtantur, hoc modo ſingulis capitibus inſcriptum præferentes, ad numerum eorum indicandum: Α. Β Γ. Δ. Ε. Σ. Ζ. & cetera. Apulejus quoque ipſe non ſolum multus

multus in Græcis studiis fuit, iisque maxime inclaruit, sed etiam generis oiginem è Græcia traxit, ut initio primæ Metamorphoseos de se prædicat. Ceterum quod ad Agellii & Apulejii nomina spectat, gentilitia ea esse, satis constat, qualia erant, quibus & prænomen præponi, & cognomen postponi solitum. In veteribus inscriptionibus mentio est: G. APULEI. P. F. FILUMEN. item D. APULEI JONICI. item M. APULEI COMITIAN. & M. APULEI PROCULI. Invenitur etiam in iisdem: SEX. APULEIUS, SEX. L. APOLLONIUS, & SEX. APULEIUS THEMISTOCLES. & cum duplici PP. SEX. APPULEIUS FUMOSUS. P. APPULEIUS URBICUS. P. APPULEIUS P. F. VOL. PATERNUS. Non dubito itaque, quin morem Græcum sequuti, cujus, ut & linguæ, studiosi inprimis fuere Agellius & Apulejus, unico nomine inscribi adfectaverint in titulo librorum suorum. De Arnobio videndum, an & ipse similiter sic se voluerit sciri, Græcos hac in re etiam imitatus. Profecto Arnobius nomen mere Græcum est. Αρνόβιος, ut Ζηνόβιος, Μακρόβιος, Πολύβιος. Nec enim gentilicium est, ut Apulejus, sed ut Græcanica pura nomenclatura est, ita ex eorum nominum genere existit, quæ vicem cognominis in libertis habere solita erant, prænomine ac nomine dominorū præpositis. Liberti quippe prænomine ac nomine domini ascito tertium suum addebant proprium & Græcum. Exempla passim obvia apud Auctores, & in antiquis inscriptionum monumentis. Sic enim sese vocabant. A. APPULEIUS. A. L. THYASUS, hoc est, Aulus Appuleius Auli libertus Thyasus. Nomen servi Græcum Thyasus, qui dominum habuit Aulum Appulejum, sic vocatum prænomine & nomine: cognomen ignoratur. Ab eo manumissus adsumto prænomine & nomine domini vocatus est: *Aulus Appuleius Thyasus.* Hoc in omnibus perpetue & constanter observatum. Libertini autem nomen proprium paternum, quod in patre vice cognominis fuit, post ejusdem emancipationem convertebant in nomen quasi gentilicium, ac de nomine patroni gentilicio prænōmen plerumque faciebant hoc modo: *Flavius Sosipater Charisius.* Sosipatri nomen proprium Charisius, patris Sosipater, qui Flavius nominabatur, ab aliquo prtrono ex gente Flavia manumissus. Sic ille Thyasus si filium habuisset nominē Epaphroditum, sic nuncupandus secundum hanc regulam veniret: *Appuleius Thyasus Epaphroditus.* Aliquando etiam prænomen Patroni paterni retinebant libertini, ut possem multis exemplis probare, si opus esset. Quemadmodum vero vix dubitandum est, quin plura nomina habuerit Arnobius, quod solemne etiam fuit Afris omnibus, ita incertum est, utrum nominis an cognominis ei loco fuerit hæc appellatio. Sed nec ambiguum mihi est, quin Græcorum ritu, qui unico nomine contenti erant, solam Arnobii epigraphen libris suis præscripserit. Quin vel ex eo colligi posse puto nomen hoc illi proprium fuisse. Siquidem ex pluribus cum unum præcipue seligitur, præteritis ceteris, id maxime proprium videtur, quo solo quis nominatur. Quæstio tamen est, inter tria nomina, quibus maxime gaudebant Romani, quod proprium ex tribus fuerit. Totidem enim sunt sententiæ, quot nomina, & unumquodque suos habet assertores, qui proprietatem significationis partim prænomini, partim nomini atque etiam cognomini vindicent. De quo paucis, occasione hinc sumpta, agendum est. Prius tamen de veterum Romanorum πολυωνυμία præmittenda quædam, &, utrum e Græcis, ut quidam antiquorum voluerunt, an a Sabinis eam traxerint, videndum. Varronis opinio fuit, simplicia olim in Italia fuisse nomina, quia Romulus & Remus, & Faustulus solis his nominibus censi non aliud porro prænomen aut cognomen habuerint. Alii contra eum allegabant Rheam Silviam, Silvium Numitorem, Amulium Silvium, aliosque Albanorum reges, a quibus Romani descenderunt, quibus duo fuere nomina. Quod igitur & Faustulus, & Romulus & Remus uno tantum nomine nuncupantur, verisimile est, non ideo singulare nomen eos habuisse, sed alterum ab Auctoribus non proditum. Vt ut sit, certum est, ex illa duplici regum Albanorum denominatione jam antea consuetudinem extitisse, plusquam unius usurpandi nominis. Vetus igitur fuit Albanorum mos, duo habere nomina, quod & aliis Italiæ populis usitatum asserunt. Apud Sabinos Titus Tatius nominatur & Numa Pompilius, cui pater Pompus Pompilius. Apud Tuscos Lars Porsenna. Apud Aequicolas Septimus Modius, Rex eorum primus. Quæstio porro heic moveri potest, quamdiu duo nomina in usu fuere priscis Italiæ populis, utrum ea duo prænomen & nomen, an vero nomen & cognomen fuisse dicendum sit. In ea potius sententia veteres Grammaticos esse video, ut alterum ex his prænomen fuerit, nomen alterum. Ego vero, contrarium adstrui posse, probabili ratione censeo. Sic in mulieribus, quæ duo tantum habuere nomina, alterum ex his nomen fuit, alterum cognomen, ut paulo post demonstraturi sumus. Cum ad hæc duo nomina antiquitus tantummodo usurpari solita tertium adiici cœptum est a Romanis, utrum ad finem id adiecerint, an ad principium duorum, quærendum est. Si finale nomen addiderunt, idque cognomen fuit, tum cre-

 den-

dendum est, antea prænomen ac nomen frequentata fuisse, non nomen ac cognomen. Si initio adiectum, contrarium obtinuit. Atqui constat, ubi tria facta sunt nomina, duobus prioribus de novo adjunctum, quod priore loco positum est, idque prænomen. Præterea cognominum ratio & ubique ex omnibus, & ab omni fere ævo celebrata. Prænomina nec semper, nec omnibus nota aut usurpata. Proinde verisimilius, cum duo nomina olim ab Italis usurparentur, alterum ex his cognomen potius fuisse, ut quod primo loco ponebatur, nomen fuerit, non prænomen. Jam vero quod attinet ad nomina Regum Albanorum, quæ in argumentum adferuntur ab epitomatore Valerii, ut inde ostendat, duplicia olim nomina fuisse, non simplicia, quod putant docti, alterum ex his pro prænomine accipiendum, falluntur. *Qui a Varrone*, inquit, *dissentiunt, aiunt matrem eorum Rheam Silviam vocatam: avum Silvium Numitorem : fratrem ejus Amulum Silvium : & superiores Albanorum Reges Capetum Silvium; Agrippam Silvium.* Quaero, in his Albanorum Regum binis nominibus & quod putent fuisse prænomen? De Rhea Silvia certum est, nullum ex duobus prænominis loco habendum. Nam mulieres, ut paulo post docebimus, prænomine carebant. Ergo nec in ceteris, qui idem Silvii nomen an cognomen habuerunt, ullum fuit prænomen, sed nomen & cognomen. Ambigi etiam posset, utrum ex his nomen fuerit, aut cognomen. Nam ecce modo præponit Silvii nomen, modo postponit, dum Silvium Numitorem vocat, & Numitorem Silvium. Sed omnino puto Silvii vocamen in omnibus Regibus Albanorum obtinuisse vicem cognominis. Primus Albanus Rex, post Ascanium, Silvius vocatus est, Aeneæ, ex Lavinia filius postumus, sic dictus, quod in silvis educatus esset, ut Græcis ὑλαῖος. Ab eo deinceps omnes Albanorum Reges sic cognominati fuere, ut & Servius notat ad VI. Aeneidos : *Postea Albani omnes Reges dicti Silvii sunt, ab hujus nomine, sicut hodieque Romani Imperatores Augusti vocantur, Ægypti Ptolemai, Persæ Arsacidæ, Latini Murani.* Exempla non usque quaque respondent, & aliqua in his differentia. Primus Silvius, qui Albæ regnavit, hoc nomine sibi proprio, & fortassean unico, sic dictus est. Sequentes Reges hoc, sed cognomen sibi adsciverunt præter nomen proprium, quo appellabantur, ut Capetus Silvius, Capys Silvius, Agrippa Silvius, Numitor Silvius, Amulius Silvius. In Ptolemæis Ægypti aliud fuit. Omnes quippe Ptolemæi vocati sunt proprio ac suo nomine, ab illo primo Ptolemæo Lago, qui regnum Ægypti obtinuit. Ut autem invicem distinguerentur, variis cognominibus adscititiis factum est, dum alius nimirum Ptolemæus Philadelphus dicitur, alius Ptolemæus Evergetes, atque ita de ceteris. Quod nisi hæc cognomina habuissent, sane poterant distingui, & fortean etiam distincti essent, successionis serie atque ordine, ut Ptolemæus primus, Ptolemæus secundus, tertius, atque ita deinceps dicerentur. Quod nos hodieque facimus in nostris Regibus: ubi plures cognomines sunt, ordine successionis quasi cognominantur: Henricus primus, secundus, tertius, quartus. Idque & in ceteris nominibus tenuit. At quod de Persarum Regibus, Arsacidis dictis, quasi simile affert Servius, valde dissimile est. Nec enim hoc nomine vel cognomine appellati Persarum Reges, sed nomen fuit patronymicum familiæ dominantis ab illo primo Arsace, qui imperium Macedonibus ereptum Parthis transscripsit. Sic apud nos Valesiii, Borbonii, ut apud Persas Arsacidæ. Sic Servio parum hæc ratio constitit. In nominibus porro Sabinorum duplicibus idem statuendum puto, quod in Albanorum Regum, ut nimirum alterum ex his nomen fuerit, alterum cognomen, non vero prænomen & nomen. Nec aliter opinandum de nominibus Ducum Albanorum posteriorum, Metio Suffetio, & Tutore Cloelio, quæ ibidem a Valerio producuntur in Epitome. Et Metius quidem nomem proprium fuit. Ergo Suffetius cognomen. Romani sane Auctores & Poëtæ Metium simpliciter plerumque vocant. Virgilius :

—— —— Metium in diversa quadriga
Distulerint. —— —— ——

Ovidius :

Sic doluit Metius tum, cum in contraria versos,
Ultores habuit proditionis equos.

Sic enim ibi legendum docemus in Notis ad Florum. Si Metius prænomen esset, utique multis commune foret. Atqui moris non est Romanis scriptoribus, aliquem vocare solo prænomine. Quis enim, exempli gratia, Titum appellat pro Livio, aut Marcum pro Cicerone, cum æque Marcus Antonius intelligi possit, ac Marcus Tullius ? Transeamus ad Sabinorum nomina. De his idem Valerius in Epitome: *nec contenti his, ad Sabinos transgrediuntur, & Titum Tatium, Numam Pompilium, & patrem ejus Pompum Pompilium.* Sabini veteres, ut ex his constat, duplici nomine censebantur. Quorum alterum an prænomen fuerit, non dubitant docti, sed plane asserunt fuisse. Quibus ego non accedo. Nec hilum facit eorum sententiæ confirmandæ, quod Titus apud Romanos postea prænomen fuerit, ut & Metius atque etiam Numa. Nihil enim prohibet, hæc prænomina fuisse Romanis, quæ Sabinis antiquitus & Albanis nomina fuerint.

Et

Et sane ita est. Nam ubi duo tantum nomina sunt, qualia olim Albanis, Sabinis, aliisque Italiæ populis fuere, alterum omnino vice nominis proprii cessit, alterum cognominis. At ubi tria sunt, facta accessione tertii, primum ex tribus locum prænominis habuit, quod nomini præponeretur, secundũ nominis, tertium cognominis. Hoc patet ex binis mulierum nominibus apud Romanos, quorum prius pro nomine proprio habitum est, posterius pro cognomine. Ubi vero quartum etiam superadditum est, tum duplex cognomen factum, non duplex prænomen censitum. At quartum illud Grammatici etiam nominatione distinguunt a cognomine, & agnomen proprie vocaverunt. Cui tamen Grãmaticali scito usus classicorum Auctorum plane jadversatur. Suetonius in libro de Grammaticis illustribus, in Sævio Nicanore: *fecit Satyram quoque in qua Libertinum se ac duplici cognomine esse hic indicat:*

Sævius Nicanor Marci libertus negabit:
Sævius Postumius idem sed Marcus docebit.

Nimirum appellatus est Marcus Sævius Postumius Nicanor. Ubi duplex cognomen est Postumius & Nicanor. Forte pater ejus libertus Marcus Sævius Nicanor dictus est. Marci Sævii libertus, cum prænomine ac nomine domini, suo vero nomine proprio Nicanoris, quod duobus aliis præpositis, in cognomen versum est. Filius autem ejus libertinus, nominibus tribus patris quartum suũ proprium addidit. Præterea quod agnomẽ proprie esse volunt Grãmatici, eum nempe titulum, qui Romanis Imperatoribus ab devicta ac domita aliqua gente, quarto loco post tria nomina dabatur, eum inquam titulum Auctores omnes idonei non agnomen, sed plane cognomen & cognomentum appellant, ut Macedonicus, Africanus, Asiaticus & similia. Sed cum jam alii id clare docuerint, testimoniis supersedebo. Agnomen igitur & cognomen ex usu Auctorum idem est. Cum illud quartum, hoc tertium ordine esse Grammaticorum malit natio. Ego vero potius putem, agnomen, id esse proprie, quod statim post nomen sequitur: nam *agnomen* pro *adnomen*, quod nomini a dponitur. Ut *agnatus* pro *adgnatus*, *agnosco*, pro *adnosco*. Græcis ad verbum προσώνυμον dicitur, ut prænomen προωνυμον. Sic enim apud Diomedem legendum est, non πρώνυμον, ut perperam citant viri eruditi. Agnomen igitur proprie est προσώνυμον, quam & προσωνυμίαν Græci dicunt, ut ἐπώνυμον & ἐπωνυμία idem. Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis de Menecrate Medico: Ζεὺς ἐπεκλήθη φορτικῶς χρώμενος ταύτῃ τῇ προσωνυμίᾳ. Insolenter utebatur hoc agnomine vel cognomine. Sic enim ille se inscribebat in epistolis: Μενεκράτης Ζεὺς Βασιλεῖ Ἀγεσιλάῳ χαίρειν: ubi vides, quod statim nomen sequitur, esse προσώνυμον vel προσωνυμίαν. Ut enim προσῳδία est accentus, ita προσωνυμία adnomen vel agnomen. Cognomen vero erit ἐπώνυμον, sic enim Græci vocant, quod super omnia nomina ponitur. Latini vero vocabuli ea ratio est, cognomen id esse, quo quis cum aliis pluribus nominibus indigetatur. Nam ad verbum deberet esse idem quod Græcorum συνώνυμον vel ὁμώνυμον: nam & cognominis alicui dicitur, qui idem cum eo nomen habet, qui Græce vocatur ὁμώνυμος. Longe tamen in alio significatu ponitur cognomen Latinis, quam Græcis συνώνυμον aut ὁμώνυμον. Illud quippe est, quod Græci vocant ἐπώνυμον vel ἐπίκλησιν. Attici vero ἐπίκλην. Quod & ipsum ejusdem prorsus est notionis cum προσωνύμῳ & προσωνυμίᾳ, ut passim ex Auctorum lectione constat, qui hæc duo ubique confundunt. Sic cognomen & agnomen idem quoque prorsus significare certum est, nec ulla invicem discerni differentia. Corrigendus est in hac voce Græca ἐπίκλησις Diomedis locus, ubi agit de his nominum differentiis ex Arruntio Claudio. *Si quis ergo velit hæc tria simul copulare, sic ordinet: Achilles Aeacides Podocys, Pyrrhus Aeacides Neoptolemus. Alexander Dardanius Paris. His etiamnum accedit agnomen ex aliqua virtute forinsecus quæsitum, quod* ἐπιγένητον *Græci dicunt, quo cognomina discriminantur, ut est Ulyssi agnomen Polytlas. Nam prænomen est, ut ait Ibycus, Ulysses, nomen Acrisiades, cognomen Odysseus; & ordinantur sic: Ulysses Acrisiades Odysseus Polytlas.* Verba illa aperte corrupta videntur, *quod* ἐπιγένητον *Græci dicunt.* Omnino legendum: *quod* ἐπίκλην *Græci dicunt*, vel ἐπίκλησιν. Hoc commune, illud Atticorum. Hesychius: ἐπίκλην ἡ ἐπίκλησις παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Grammatici interpretantur ἐπωνυμίαν. Eunapius in Proæresii vita de Anatolio: οἱ δὲ βασκαίνοντες αὐτῷ καὶ Ἀζουτρίωνα ἐπίκλησιν ἔθεντο. Cognomen illi Azutrionis imposuerunt. Potuit & scribere Diomedes: *quod* ἐπίκλητον *Græci dicunt.* ἐπίκλητον ὄνομα sc. aliunde quæsitum, arcessitum. Nam Græci exponunt ἐπίκλητον, ἔξωθεν ἐπεισερχόμενον, quod Diomedes vocat *forinsecus quæsitum*; ἔξωθεν ἐρχόμενον. Sic ἐπίκλητος καὶ ἄλογος λοιδορία apud Suidam accersita & injusta. Sic ἐπίκλητα γελοῖα, accersiti joci, & longe quæsiti. Ita nomen ἐπίκλητον erit, forinsecus quæsitum & accersitum ex aliquo eventu vel casu vel virtute impositum. Hoc est, quod supra dicebamus ἐπώνυμον & ἐπίκλησιν idem esse, & nomen ultimo loco post reliqua nomina

mina adjunctum proprie significare, quod etiam optimi Auctores cognomen appellant. Diomedi cum reliquo Grammaticorum vulgo placet esse agnomen. Atque hæc hactenus. Jam igitur habemus tria Romanorum nomina, cum Albani & Sabini aliique prisci Italiæ populi duobus tantum censeri solerent. Unde igitur dicemus Romanos eam consuetudinem induxisse, trium nominum imponendorum? Ex Albanis non puto traxisse. Inde tamen potius debebant. Atqui vel ex eo constat, non sumsisse hunc morem ab Albanis, quod vix usi videantur nominibus Albanorum. Saltem non prænomina ulla usurparant ex Albanis. Et hoc argumentum quoque non parvum est, nomina illa Albanorum, quæ cognominibus præponi solita erant, non fuisse prænomina, sed vera ac propria nomina. Valerius in Epitome: *Romanos autem arbitrandum est maxime ab Albanis & Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse, quoniam ab illis orti sunt.* At quomodo ab Albanis & Sabinis hanc consuetudinem traxisse putandi sunt, cum eam consuetudinem nec Sabini habuerint. Constat, duo tantum nomina usurpare solitos Albanos & Sabinos, Romani vero etiam tria & plura assumere soliti. Non igitur hoc ab illis sumserunt, quod ipsi non habuerunt. A Græcis etiam multo minus, quæ tamen sententia fuit Arruntii Claudii apud Diomedem, cum satis exploratum sit, Græcos unico nomine fuisse contentos. Nihil nunc verisimilius occurrit, quam quod Prisciano notatur lib. II. cap. de Nomine: *Prænomen*, inquit, *est, quod præponitur nomini, vel differentiæ causa, vel, quod tempore, quo Sabinos Romani adscivere civitati, ad confirmandam conjunctionem, nomina illorum suis præponebant nominibus, & invicem Sabini Romanorum, & ex illo tempore consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque prænomine.* Non hoc tantum verisimile opinor, sed etiam verum. Et hoc est, quod paulo ante notabam, prænominum usum inde tantum cœpisse, postquam tria nomina ab Romanis introducta, cum nullum esset prænomen in Sabinorum Albanorumque nominibus, qui duplicia tantum ea agnoscebant. Ex eo etiam factum, ut nomina, quæ fuerant Sabinorum, præfixa postmodum Romanorum nominibus, ac primo de tribus loco posita evaserint prænomina. Ante id temporis, cum & Sabinos & Romanos διωνύμους fuisse constet, ubi convenit inter eos, ut, ad majorem significandam conjunctionem, alter alterius nomen assumeret, Romanus Sabini, Sabinus Romani, non de alio nomine adsciscendo ab illis cogitatum videtur, nisi proprio. Nec enim aliud decuit capi, quia gentilitium non convenit, nisi ab eadem gente profectis. Atqui hæc duo tantum ante id locorum habuere nomina, proprium ac gentilitium. Numa proprium nomen fuit, secundi Romanorum Regis, e Sabinis oriundi. Pompilius idem vocabatur cognomine paterno vel gentilitio: nam pater ejus *Pompo Pompilius* nuncupatus est, quorum διωνύμων Pompo nomen proprium, cognomen Pompilius, sicut notissimum. Apud eosdem Sabinos proprium nomen fuit *Lars*, quod docti perperam contendunt fuisse prænomen. Lars Porsena, & Lars Tolumnius appellati sunt. Sic Vejentium Rex ille Clusianorum uterque nomine proprio Lars dictus. Idque non magis mirum est, plures in eadem natione eodem proprio nomine vocatos esse, quam plures Xenophontes, & Socrates & Platones apud Græcos reperiri. Quin & clare testatur Dionysius, Larten nomen fuisse proprium, Porsenam vero cognomen. Sic enim scribit Lib. V. Βασιλεὺς ἦν Κλυσιανῶν Λάρης ὄνομα, Πορσένας ἐπίκλησιν. *Rex erat Clusianorum, Lars nomine, cognomento Porsena.* Ita Metius tam apud Albanos, quam apud Sabinos proprium fuit, ut ex Metio Suffetio Albanorum Duce clarum est, & ex Metio Curtio Sabinorum principe. Postquam vero a Romanis id nomen suis duobus præpositum est, prænomen existere cœpit. Idem & de Tito dicendum est. Titus Tatius διώνυμος erat Rex Sabinorum proprio nomine ac cognomine. Ubi duobus aliis accessit hoc Titi nomen, factum exinde prænomen. Atque ita de ceteris judicandum. Eodem prorsus modo mulieres, quæ διώνυμοι fuere, alterum habuere ex his nomen proprium, alterum autem cognomen. Nam prænomine eas caruisse certum est, quamvis viri eruditione præstantes contrarium pertendant. Quod enim exempla mulierum adducant, quæ tribus censa nominibus, quorum necessario primum fuerit prænomen, & ex eo regulam constituere satagant, magnopere falluntur. Exceptiones illæ a regula sunt, non regulam faciunt. Diserte Plutarchus in Mario negat, prænomen habuisse feminas. Disputat eo loco contra Posidonii sententiam, qui asserebat, trium apud Romanos nominum primum sive prænomen proprium esse nomen, eosque errare, qui tertium, nempe cognomen proprietatis nota donarent. Nam si hoc esset, inquiebat Posidonius, qui tertium illud nomen, quod cognomen est, non haberent, oporteret carere proprio nomine. Quod de Gajo Mario & Quinto Sertorio & Lucio Mummio traditum est, quorum cognomen sive tertium nomen ignoratum est. Inde enim sequeretur, eos proprium nomen non habuisse, siquidem tertium illud nomen proprii loco esset ducendum. Hoc argumentum in eum retorquet Plutarchus. Immo, inquit, non videt Posidonius, hac eadem ratione dici posse mulieres nullo proprio nomine fuisse signatas

tas, siquidem hoc verum est, quod ille vult, primum nomen ex tribus, sive prænomen nominis proprii locum occupasse. Οὐδεμίᾳ γὰρ γυναικὶ τίθεται τῶν ὀνομάτων τὸ πρῶτον. ὅπερ οἴεται κυρίως ὄνομα Ῥωμαίοις ὑπάρχειν ὁ Ποσειδώνιος. *Nulli enim mulieri primum nomen sive prænomen imponitur, quod tamen Posidonius proprium solum esse apud Romanos arbitratur.* Hæc plane mens est eorum Plutarchi verborum, quæ statim initio vitæ Marii leguntur: quam adeo male assequutum esse virum doctissimum Onuphrium miror, ut contrariam prorsus sententiam inde stabilire instituat: Plutarchum nempe inter eos Auctores poni, qui prænominibus mulieres usas esse doceant. Ita enim scribit in commentario de antiquis nominibus, capite ultimo: *Plutarchus postremo in Quæstionibus hoc innuens* (nempe prænominibus usas feminas) *ait viros tribus, feminas duobus nominibus fuisse contentas. Et in Mario Posidonium reprehendit, qui, quum primum nomen proprium esse diceret, nulli tamen mulieri primum nomen esse dicebat. Ex quo efficiebatur, mulieres proprio nomine caruisse.* Immo nihil æque sententiæ Plutarchi adversatur, quam hæc verba, quæ & ipsius Posidonii argumentum, quod a Plutarcho refellitur, minime, quale fuerit, aperiunt. Nec enim dixit Posidonius, nulli mulieri Romanæ primum nomen fuisse, sed ipse Plutarchus hoc affirmat, qui ex eo revincere conatur dictum Posidonii, quo ille adstruebat, primum nomen in Romanis nominibus proprii loco habendum. Ex eo quippe consequens esset, inquit Plutarchus, mulieres Romanas, quæ primum nomen sive prænomen non haberent, proprio nomine caruisse. Quod apertius afferri potuit ex Plutarcho testimonium, ut nullum prænomen mulieribus fuisse confirmetur? Hoc solum videtur respexisse Onuphrius, Plutarchum variis locis tradere, feminis Romanis duo nomina fuisse indita, ex quibus duobus nominibus alterum ille omnino prænomen oportere esse existimavit. Ejus rei gratia & Plutarchum eundem quoque allegat in Quæstionibus, quo loco viros tribus, mulieres duobus usas esse nominibus testatur. Χρῶνται δὲ δυσὶ μὲν ὀνόμασιν αἱ θήλειαι, τρισὶ δὲ οἱ ἄῤῥενες Conatur & alio ejusdem scriptoris evincere testimonio, duo nomina habuisse mulieres, & consequenter prænomen quoque: nempe quod in vita Romuli scripserit, Romulum ex Hersilia filiam suscepisse, quæ ab ordine nascendi *Prima* appellata sit: item Sullæ dictatori filiam ex Valeria natam, quæ nomen, quia post obitum patris in lucem venerat, *Postumæ* tulerat. His omnibus planum quidem efficitur ac certum, duo nomina usurpasse Romanas mulieres, sed non inde necessario fit, ut alterum horum prænomen fuerit, ut adstruit Onuphrius. Quin immo Plutarchus ille ipse, qui docet duo nomina mulieribus frequentata, hoc expresse ac disertis verbis negat, prænomine usas esse. Quare inde manifestum est, nomine ac cognomine, absque prænomine fuisse præditas. Cum igitur neget Plutarchus, prænominum usum penes mulieres fuisse, & tamen prodat διωνύμους eas extitisse, quod & *Prima* aliqua nuncupata sit a nascendi serie, & *Postuma*, quæ post obitum patris nata foret, apparet, non has eum pro prænominibus habuisse appellationes, sed proprii nominis instar debere credidisse, quod & cognomen fuit. Quod enim *Hersiliæ Prima* Romuli filia nomen tulerit, ea Primæ cognomen habuerit necesse est, Hersiliæ gentilitium. Idem & de Postuma Sullæ dicendum. Prima ergo, & Secunda, & Tertia, & Quarta mulierum cognomina sunt, quæ gentilitiis earundem fere semper subjungi solebant. Non possunt itaque prænominũ loco haberi, quæ semper post gentilitium nomen poni solita constat. Exempla infinita suggerere potest Index propriorum nominum cognominumque, tam virorum quam mulierum, quem ad veteres inscriptiones propria cura confectum addidit incomparabilis Scaliger. Exempli gratia non dicetur Prima Tullia, sed Tullia Prima, Tullia Primitiva, Tullia Primogenia, Tullia Primilla. Ita Secunda, Secundina, Secundilla, & similiter cum aliis numeris. Ubi enim plures erant in una domo filiæ, ab ordine nascendi impositis cognominibus invicem discernebantur. Si duæ tantum erant, altera major, altera minor dicebatur: vel altera Maxima, altera Minima. Et hæc quoque cognomina sunt, non prænomina. Nam Tullia Major & Tullia minor diceretur, non Major Tullia, aut Minor Tullia. Sic *Cæliæ Maximæ* mentio in veteribus inscriptionibus: Item *Alphiæ Maximæ* & *Cassiæ Maximæ*. Quin & diserte Festus *Majores* & *Minores* inter cognomina mulierum refert, non inter prænomina. *Minores*, inquit, & *Majores inter cognomina feminarum poni solebant.* Nec secus est de Postumæ nomine. Cognomen, inquam, est mulieris, non prænomen. Inde & *Domitilla Postuma* in antiquis saxis, quæ alia etiam exempla subministrabunt. Si quando autem hoc nomen præpositum reperies gentilitio nomini, vel alii, scito, male ibi scribi, ac rescribendum Postumiæ nomen, quod gentilitium est, ut pleraque gentilitia facta sunt ex prænominibus, ut Titius a Titus, Postumius a Postumus, & similia. Quæ ergo in antiqua inscriptione vocatur *Postuma Marina*, debet esse potius *Postumia Marina*. Sic in iisdem inscriptionibus *Postumia Quarta*, *Postumia Paulla*, & alia ejusdem generis. *Gemina* quoque vel *Gemella* in his mulieribus, quæ geminæ erant natæ, cognominis vicem habuit, non præno-

prænominis, & semper nomini gentilitio postpositum reperitur hoc nomen, ut *Cæsia Gemella*, *Avilia Gemella*. Eadem prorsus ratione & a colore, & ab alia re quacunque imposita mulieribus nomina, præter gentilitium: ea & cognomina fuere, & nomini gentilitio semper subjungi consueta. Sic *Antonia Rufilla*, *Terentia Rufina*, *Terentia Nigella*, & similia, quorum innumera exempla reperire est in antiquis saxis, & apud Auctores probatos. Fallitur igitur Valerius, Maximus, in Epitome de nominum ratione, qui putat, Rutiliam & Cæselliam prænomina fuisse mulierum, quæ cognomina fuerunt. Nec enim Rutilia Tullia vocaretur, sed potius Tullia Rutilia, & Festus sane Rutiliam cognomen esse, non prænomen mulieris, aperte demonstrat his verbis: *Rutilium Rufum significat, cujus coloris studiosæ etiam antiquæ mulieres fuerunt, unde & traxerunt cognomina Rutilias, ut indicat frequenter Afranius.* Sic *Ravilia* vel *Ravillæ* a ravis oculis: *Cæsullæ* vel *Cæselliæ* a cæsiis cognomina quoque sunt, non prænomina, ut & *Rufa*, *Burra*, & alia, quorum ibi meminit Valerius. At, quod addit idem: *ista prænomina a viris tracta sunt: Caja, Lucia, Publia, Numeria.* Certe si quæ mulieres ista nomina habuerunt, in prænominibus ea potius habenda, quam cognominibus liquet. Sed raro reperiuntur istis prænominibus notatæ mulieres. Festus quidem ita scribit: *Prænominibus feminas esse appellatas, testimonio sunt Cæcilia & Tarrutia, quæ ambo Caiæ solitæ sunt appellari.* Vel hinc maximum argumentum duci potest, ejus ætate non usurpata feminis prænomina. Nam in promiscuo ac communi cum usu fuissent, quid opus erat, ad antiqua testimonia provocare, ut hinc probaretur? Profecto nihil tale necesse fuit adducere, ut demonstraretur, viros uti prænominibus solitos. Ex eo igitur constat antiquissimas Romæ mulieres aliquando prænomine insignitas fuisse, quod unico probatur exemplo Cæciliæ, Tarquinii Prisci Regis uxoris, quæ quod optime lanificium faceret, boni ominis gratia novæ nuptæ vocantur Caiæ. Valerius: *Cæterum Caia usu super omnina celebrata est. Fertur enim Caiam Cæciliam Tarquinii Prisci Regis uxorem optimam lanificam fuisse: & ideo institutum, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, Caiam esse dicerent C. Titii.* Vetus illud institutum fuit, quod postea cum aliis plerisque desitum. Sed nec ex eo ostenditur, mulieribus vulgo id prænomen fuisse appositum, utpote cum illud tantum usurparent boni ominis causa, cum ad maritum deductæ ante januam ejus interrogari solerent, quænam vocarentur. Certum tamen est, etiam aliquas hoc prænomen Cajæ, & alia quoque virilia prænomina gestasse, sicut in antiquis inscriptionibus videre est, etsi exempla satis rara sint. Meminit vetus lapis *C. Fulviæ Quintiæ.* Item alius *Q. Fulviæ Opiolæ.* Puto & alia posse reperiri, sed quæ videri queant exceptiones esse a regula, aut præter morem solennem usurpationes. Nam & *Luciam Felicitatem* exhibent iidem antiqui lapides, & *Luciam Eromenam*, & *Luciam Laciniam*, & *Luciam Quartam*. In hoc ultimo notandum est, *Quartam* non posse haberi pro prænomine, alias duo essent prænomina ibi posita sine ullo alio nomine; quod non potest per rerum naturam obtineri, ut in duobus solis nominibus utrumque sit prænomen, cum ratio suadeat, alterum debere esse prænomen tantum, alterum agnomen vel cognomen. In illis tamen quatuor nominibus suprascriptis Luciæ nomen gentilitium esse censeo potius quam prænomen. Quod verissimum. Nam & Lucius frequens est in virorum nominibus, pro nomine gentilitio. Sic *C. Lucius Restitutus* in veteri lapide, & in alio *C. Lucius Severus. Q. Lucius Sabinianus.* Idem de Titia judicium fieri debet, quod non est prænomen muliebre, sed gentilitium nomen, cui subnecti solet cognomen. Inde & *Titiæ Secundæ* vetus inscriptio meminit, & *Titiæ Quintæ.* Nam & Titius passim virile nomen gentilitium in iisdem veteribus inscriptionibus & apud Auctores occurrit. Falsus itaque Festus, cum Luciam & Titiam inter prænomina mulierum recenset, quæ nomina sunt gentilitia, nisi sic prænomina interpretatus sit, quod præponi soleant cognominibus. *Pari modo*, inquit, *Lucia & Titia.* Prænomina mulierum sunt scilicet. Atqui *Tita* debuit dici, non Titia, siquidem esset prænomen, ut *Caius*, *Caia.* Varronis quoque locus, qui citatur eruditis, ostendit plane rem esse antiquam prænomina mulierum, ac sua ætate jam desitam. Ita enim scribit lib VIII. de L. L. *E quibus quæ cum item accidissent feminis proportione appellata declarant prænomina mulierum antiqua Mania, Lucia, Postuma. Videmus enim Maniam matrem Larum, & Luciam Volumniam Saliorum carminibus appellari, Postumam a multis post patris mortem, & etiam nunc appellari.* Prænomina mulierum tria hic tantum recenset, duo antiqua, quæ non amplius usurparentur, Maniam & Luciam: alterum adhuc sua ætate solitum usurpari, Postumam, de illa quæ post patris mortem nata esset. Haud equidem scio, an Varronis ætate Postuma nomen fuerit in mulieribus prænominis loco, sed sequentem ætatem certus sum id nominis accepisse pro cognomine, & nomini gentilitio postposuisse, ut in *Domitilla Postuma*, & in *Asia Postuma*, quarum mentio habetur in veteribus saxis: item in *Terentia Postumina*; nam *Postumina* eadem

eadem cum *Postuma*, ut *Secundina* cum Secunda, *Tertina* cum Tertia, *Quartina*, cum Quarta. Deinde & alia facta ex his, idem significantia *Postumilla*, *Primilla*, *Tertulla*, *Quartilla*. Unde Quartilla illa Petroniana, cujus & in versu de Petronio mentio est:

Quartilla hac pro se gaudet lascivapuella,
Ac quoque delicias frigida sentit anus.

Ita enim ibi legendum. *Postumus* in virorum nominibus prænomen aliquando fuit, postea factum cognomen. An & in *Postuma* nomine idem acciderit, ut Varronis tempore præponi solitum fuerit, vice prænominis, & postmodum transierit in cognominis locum, dubitari potest. Varro sane de sua ætate id affirmans eo me trahit. Tum temporis igitur dicebatur *Postuma Terentia*, quod ævo sequenti ordine mutato dictũ est: *Terentia Postuma*. Profecto idem ille Varro eodem, quem superius adduximus, loco, *Prima* quoque ac *Secunda*, *Tertiaque* muliebria nomina prænomina facit, & comparat cum virorum prænominibus *Quintus*, *Sextus*, *Decimus*. Verba ejus hæc sunt: *Itaque ibi apparet analogia, ac dicitur Terentius vir, Terentia femina, Terentium genus. In prænominibus ideo non fit idem, quod hæc instituta ad usum singularia, quibus discernerentur nomina gentilitia, ut a numero Prima, Secunda, Tertia, Quarta: in viris ut Quintus, Sextus, Decimus.* Aperte hic Primæ, Secundæ ac Tertiæ nomina in mulieribus prænomina esse vult, ut in viris erant Quintus, Sextus, Decimus. Sed quæro, si æque prænominibus usæ sunt mulieres ac viri, cur in promiscuo usu non eadem utrisque facta prænomina? Cur, inquam, Primus, Secundus, Tertius, Quartus non recepta sunt inter virorum prænomina? Cur rursus mulieres prænominibus virorum abstinuerunt? Quid enim causæ fuit, ut, quemadmodum aliqua mulier Caja in prænomine dicta est, ob eam, quam supra attulimus rationem, ita ceterorum virilium prænominum usus non adeo illis communis extiterit, ut Titæ nimirum dicerentur & Publiæ. Nam certe nec ipse Varro frequentata mulieribus virorum prænomina sua ætate ulla innuit, præter Postumæ. Quæro etiam præterea, si paria sunt in viris Quinti, Sexti ac Decimi prænomina, atque in mulieribus Primæ, Secundæ, Tertiæ, cur illa virorum nunquam tertium locum occuparunt, sed semper primum insederunt, cum muliebria ista sæpius ac frequentius pro mulierum ultimo nomine sub medio ævo posita sint? *Terentiam Primam*, *Terentiam Secundam*, *Terentiam Tertiam* ita media ætas vocavit, ut *Terentiam Nigellam*, *Terentiam Rufillam*, *Terentiam Severam*, quarum extat mentio in antiquis inscriptionibus. At nullo unquam in tempore dictum reperies *Terentium Varronem Septimum*, *aut Terentium Varronem Decimum*, ac multo etiam minus *Terentium Varronem Marcum*. Atqui debuit eadem lex esse ac situs, ut eadem est notatio prænominis virilis ac muliebris. Quid enim, aut unde prænomen, nisi quod præponitur ceteris nominibus. At dixerit aliquis, quæ Varronis ævo prænomina fuerunt, situm postea in mulierum nominibus mutarunt, ac cognomina facta sunt. Ita quidem hæc conciliari posse video, & certum est, aliqua etiam exempla reperiri in antiquis lapidum monumentis, ubi Prima prænomen est, non cognomen: ut in ea inscriptione, quam refert Sigonius in libro de nominibus: SEX. TVLLIVS. SEX. F. V. SIBI. ET. SVIS. ET. PRIMÆ. VALERIÆ. S. P. F. Ibi *Prima Valeria* cum prænomine Primæ significatur. Si ordinem mutes, ac dicas, *Valeria Prima*, tum erit Prima cognomen, quomodo passim alibi in antiquis monumentis scriptum reperitur, ut in illis ipsis inscriptionibus ibidem ab eodem Sigonio productis, *Salvia Prima*, *Julia Secunda* & *Cornelia Secunda*. Alia inscriptio apud eundem habet *Tertiam Prisciam* vel Priscam potius, sed *Tertia* ibi non prænomen esse videtur, cum potius sit gentilitium. Sic *T. Tertius Paulus* in antiquo lapide dicitur, ac *T. Tertius Severus*. Item in alio *T. Tertius Verecundus*. Sic *Primius*, *Quartius*, *Secundius*, gentilitia nomina. At apud eundem Sigonium vetus lapis ab eo allatus, ubi *Quincta Nonia Rufa* mentio est. Ibi Quintæ nomen plane prænomen est, ac respondet examussim virili prænomini Quincto. Certum quippe est, eam Quinctam Noniam Rufam non sic appellatam, quod quinta esset ordine nascendi, sed prænomine paterno fortasse sic vocata. Et profecto magna est differentia inter Quintum, Sextum ad Decimum virilia prænomina, & inter Primam, Secundam, Tertiam muliebriá, nec eundem invicem usum habent aut eandem rationem, hæc in mulierum nominibus, illa in virorum. Primum sciendum est, nusquam ullam mulierem uno ex his nomine affectam, quin id revera habuerit ab ordine, quo nata erat in domo patris. Exempli gratia, si M. Terentio Varroni plures fuissent filiæ, tres nimirum, omnes dictæ essent Terentiæ, nomine paterno ac gentilitio, sed primogenitæ præterea nomen additum foret *Prima*, ut discerneretur hoc sive prænomine sive cognomine a ceteris duabus, quarum secunda appellanda fuit *Terentia Secunda*, ac postrema natu *Terentia Tertia*. His itaque nominibus ita distinguebãtur mulieres invicem in eadem domo, ut aliis solebant cognominibus à colore sumtis, vel aliis rebus. Nam si qua rufa esset aut cæsia nata in Terentia familia, potuit dici

Kk *Terentia*

Terentia Rufa, aut *Rufilla*, vel *Terentia Casulla*, & sic invicem discerni, si non placeret distingui nominibus ab ordine nascendi impositis. Hoc enim in arbitrio parentum stabat. Certe quod jam dixi, nulla unquam mulier Tertia aut Prima appellata est, quin id nomen adepta sit ex veritate, ac ordine, quo nata fuerat. At in illis virorum prænominibus Quintus, Sextus ad Decimus, longe aliter se res habuit. Nec enim aliam habuere rationem illa numeralia, quam Caius, Titus ac Publius. Prænomina illa, inquam, illis attributa de more fuere, qui nec quinto ordine essent, nec sexto, nec decimo. Potuit quidem ab initio hoc esse, ut hujus appellationis ratio inde causam nacta sit, ut nempe Decimus nuncupatus sit, qui decimo loco natus foret, sed postea passim his prænominibus usi, quibus non alia causa ea usurpandi competebat, quam quod pater aut avus sic appellatus esset, ut solebant familiæ certa affectare prænomina, quæ libentius usurparent, quam cetera. Eodem prorsus modo & Caji, Lucii, Maniique ac Publii prænomina aliquid significarunt, & certa ratione imposita sunt illis, qui primitus ea gesserunt: Ut Lucius nempe, qui luci natus, & Manius qui mane diceretur. Sed postea promiscue & Lucius aliquis prænomen habuit, qui noctu natus erat, & Manius, qui vesperi. Et mirum profecto videretur, si hæc prænomina Quinti, Sexti ac Decimi illis solis adposita forent, qui quinto, sexto, ac decimo loco nati essent, cur non aliqui similiter Primi, Secundi ac Tertii Quartique dicerentur. Quid enim? an mulieres primæ, secundæ ac tertiæ vel quartæ nasci possunt, viri non possunt, sed ordine tantum quinto, sexto ac decimo? nam certum est, hæc tantum prænomina fuisse virorum recepta, quæ a numeris nomen haberent. Jam inde latum discrimen apparet fuisse inter hæc virorum ac mulierum prænomina, nec ulla analogia invicem sibi respondere. Quod adeo verum est, ut quemadmodum mulier Prima dicta est, quæ prima nata esset, ita etiam vir Primus, qui primo loco; ita & Secundus ac Tertius. Sed hæc in viris cognomina fuere. Ergo & in feminis illa, quæ & parem habent rationem. M. Terentius Primus recte dictus esset, aut Secundus vel Tertius, ut cognomine distingueretur a ceteris ejusdem familiæ Terentiis, si forte idem omnes prænomen haberent, quod factum est. Harum porro appellationum in viris, quæ a numeris imponuntur, & locum habent cognominis, infinita exempla peti possunt ex indice veterum inscriptionum. Pauca inde delibavimus, quæ hic subjicere visum est Ibi legitur *P. Nonius Primus*, *C Munatius Primus*, *C. Nigidius Tertius*, *C. Masurius Secundus*. Si prænomina tollas, & virilia hæc nomina in muliebria convertas, facies inde *Noniam Primam*, *Munatiam Primam*, *Nigidiam Tertiam*, *Masuriam Secundam*. Quomodo passim solent nuncupari mulieres in antiquis monumentis. Idem igitur ordo in mulierum nominibus ac virorum, excepto, quod illæ carebant prænominibus, ut diserte tradit Plutarchus, qui mulieres duobus tantum nominibus usas fuisse vult, ut necesse sit, alterum fuisse gentilitium, quod primo loco ponebatur, alterum cognomen, quod, ut in viris, ab ordine nascendi sæpe, interdum & ab aliis rebus ducebatur. Si quando vero & prænomen sibi adsciscerent mulieres, quod & aliquando factum non inficior, tum, ut in viris ita in illis quoque numerale nomen, quod cognominis erat vice, ultimo loco statuebatur, ut in *T. Hedistia Quinta*, cujus meminit vetus lapis. Ea Quinta cognominata est ab ordine nascendi. At *Quinta Nonia Rufa* in alia inscriptione, prænomen habet Quintæ, quod respondet virili Quinto prænomini, nec ullam habet significationem ordinis nascendi. Sicut autem Minor & Major mulierum quoque cognomina ab ætate, ita & virorum. Sic enim in veteri lapide: *C. Allienus Felix Major* ac *C. Allienus Felix Minor*. Quod enim idem uterque haberet prænomen, nomen & cognomen, ideo & alterum cognomen, quod Grammaticis dicitur agnomen, adsciverunt, ut invicem discerni possent. Si *Minor* & *Major* cognomina sunt in mulieribus, æque *Prima* & *Secunda* cognomina erunt, cum & similiter discernendi causa facta sint ab ætatis & ordinis differentia, & eandem rationem habeant. Hæc nomina autem vera esse cognomina, nihil vetat, quod aliquando ordine inverso ab Auctoribus præponantur, quam debeant postponi. Nam in ejusmodi nominibus significantibus parum refert inter scribendum, utrum *Terentiam Minorem* dicas, an *Minorem Terentiam*: *Terentiam Secundam*, an *Secundam Terentiam*. Sic apud Valerium lib. VI. cap. VII. *Terentia Æmilia* memoratur Africani prioras uxor. Eidem Valerio lib. I. *Quinta Claudia* ponitur pro Claudia Quinta & sic etiam vocatur Ciceroni in Orat. de Haruspicum responsis. Suetonio *Tertia Junia* dicitur, Livio *Quarta Hostilia*. In antiquis inscriptionibus: *Tertia Antonia*, *Tertia Cominia*, *Tertia Petronia*, *Tertia Vitedia*. Item *Quarta Pompullia*, & *Quinta Martia*, & *Secunda Bebia*. Item *Prima Valeria*, & *Prima Sallustia*. Sed in his ponendis nominibus, cum ea Valeria intelligenda sit, quæ ordine nascendi prima fuit, atque inde *Prima* cognominata est, nihil sane interest, utrum præponas, an postponas, haud magis quam Lictor primus, an primus Lictor dicatur. Atque ita de ceteris. Et sane plerumque Auctores hunc ordinem neglexere, qui

qui exactius servatur in statuarum ac sepulcrorum inscriptionibus. Quin & ipsi Auctores sæpe in referendis virorum nominibus præpostero interdum ordine postponunt, quod præponendum est, nomen cognomini, ut pluribus in Exercitationibus Plinianis observavi. Alias, si præcise res sumatur, haud dubium est, quin prænominis vice habendum sit, quod præponitur, & tunc cognomen sit, quum subjungitur nomini. Alterum fortasse magis usitatum veteribus, alterum recentioribus. Non semper porro his cognominibus distinctæ mulieres, quæ ab ordine nascendi dabantur, vel ab ætate, sed infinitæ aliæ causæ cognomina his formabant. Sæpe etiam præter nomen gentilitium, quod nunquam omittebatur, paternum cognomen assumebāt. Unde Cæcilia Metella, Aurelia Lepida, Aurelia Orestilla, & alia ὅσα κόνις; quæ non solum ab ætate Augusti in mulieribus celebrari cœpta cognomina, sed etiam longe antea, stante adhuc republica, ut & illa numeralia non post Augustum desierunt, sed etiam sub mediis Imperatoribus plurimum frequentata esse liquet. Summa hujus observationis hæc est, mulieres caruisse prænominibus, duobusque tantum affectas nominibus, nomine nimirum ac cognomine, quod fuit probandum adversus virorum doctorum sententiam. Hinc *mulierum liberti duobus tantum nominibus censebantur*, cum, qui a viris manumittebantur, tria haberent: præter proprium nempe ac servile, domini prænomen ac nomen adsciscebant. At liberti mulierum, nomine dominæ assumto, qui prænomen non poterant, quod nullum erat, duplici tantum nomine afficiebantur. Inde Rhemnius Palæmon Grammaticus, mulieris verna, teste Suetonio. Mulier illa vocata Rhemnia nomine gentilitio, unde liberto ejus sive vernæ hæsit nomen Rhemnii. Ita etiam alius apud eundem Grammaticus Scribonius Aphrodisius sic nominatus a Scribonia Libonis filia, a qua redemtus ac manumissus, sine prænomine ideo fuit, quia illa quoque sine prænomine. E contrario liberta virorum, cum liberti tria nomina habere soliti essent, ipsa duo tantum habebat, ceterarum more mulierum. Nam ad suum ac proprium nomen domini addebant gentilitium, quod præponebatur, ut liberta Terentii Varronis, quæ sub Zosimes nomine serva ejusdem fuisset, nuncuparetur Terentia Zosime. Ita de aliis. Et exempla passim obvia apud auctores, & in antiquis lapidibus. Obiter & hic explicanda quæstio, circa quam variant veterum sententiæ, quando nimirum imposita sint pueris nomina apud Romanos, utrum omnia simul, an aliud atque aliud diversis temporibus. Prima occurrit Valerii Maximi sententia in Epitome, qui Q. Scævola auctore tradit, *pueris non prius quam togam virilem sumerent, puellis non antequam nuberent, prænomina imponi moris fuisse.* Huic auctoritati ex diametro pugnat, quod prodidit Plutarchus in Quæstionibus, his verbis: τῶν μὲν παίδων τοῖς μὲν ἄρρεσιν ἐνναταίοις, τοῖς δὲ θήλεσιν ὀγδοαίοις τὰ ὀνόματα τίθενται. Cum Plutarcho faciunt, quotquot Romanorum de die lustrico infantium scripserunt, qui omnes affirmant, eo die non solum infantes lustrari solitos, sed etiam nominibus donari. Unde & ille dies *Nominalia* dictus, quem pueris nonum a natali die fuisse, puellis octavum tradunt. Nodum hunc non solvunt eruditi viri, qui de nominibus commentati sunt. Sic conciliari posse videntur, quod Valerius prænomina sola pueris imponi solita tradit, cum togam virilem sumerent, puellis cum nuberent. Ergo reliqua nomina, nomen inquam gentilitium ac cognomen die lustrico imponebantur pueris, nec non puellis. Multa tamen contra hanc conciliationem afferri possunt. Illud inprimis: verisimilius esse, die lustrico infantibus prænomen impositum, quam nomen gentilitium aut cognomen. Ad nomen gentilitium quod attinet, non opus erat illud imponi hoc vel illo tempore. Sequebatur cum reliquis nominibus ut perpetuum & solemne; ut nobis Christianis, cum in Baptismo nomen accipimus, id nominis imponi solet, quod proprium dicitur, ac respondet veterum prænomini. De gentilitio siletur, quia nascentibus veluti induitur, sequiturque omnes necessario ex eadem familia progenitos. At cognomen vero apud Romanos, cum variis ex causis indi soleret, quæ nondum existere aut conspici possent circa infantis ætatem, non videtur verisimile, eo tempore inditum, quo necdum causa ejus dandi extaret. Primus aut Major inter cognomina etiam virorum. At unde sciri posset, huic primogenito id cognominis competere, nisi alii secuti essent liberi, qui in causa forent, ut hic vel ille Primus aut Major appellaretur? Quid enim, si unicus mansisset? nec Primus sic, nec Major appellatus esset. Expectandum igitur fuit, ac differendum id genus cognominis, donec sciretur, an ex eventu posset convenire. *Longus, Rufus, Ahenobarbus* pro cognomine dictus aliquis, non potuit hoc nancisci cognominis, nisi ex statura, aut capillitio, aut barba, quæ nonum diem agenti puero adesse non possunt, ac barba quidem præcipue. Nam de statura aut capillitio scio, quid contra dici possit. Ex post factis plures cognomina invenerunt. *Diadematus Metellus* nuncupatus, quod diu frontem ex ulcere diademate obligatam gessisset. Claudus ac Cœcus dicti a vitiis corporis, quæ diu, postquam nati essent, acciderunt. A moribus alios vel virtute

tute aliqua cognomina sortitos constat,quæ non apparuit, nisi jam in adulta vel profecta ætate. Titus Pomponius, quod optime Atticissaret in loquendo, cognominatus Atticus. Aemilius Lepidus similiter a lepore orationis. Sexcenta sunt ejus generis cognomina, quæ certum est non potuisse indi puellis infantibus, quod eorum causæ grandioribus jam natu evenerint. Quædam certe & statim natis competebant, ut Postumi cognomen ei, qui post mortem patris natus est. At veteribus id etiam prænomen fuit. Ex casu nascentium quædam etiam obvenerunt, ideo & statim natis poni potuerunt, ut *Agrippa*,&*Opiter* & *Cordus*, siquidem Grammaticis credimus vere eos tradere nominum illorum etyma. Præterea contra Valerium Maximum, vel auctorem ejus Scævolam, id vel præcipue facit, quod in veteribus inscriptionibus multos puellos invenimus cum tribus illis nominibus decessisse, quosdam etiam cum duobus primis. Exemplis aliquot productis, plura aliis colligenda relinquam. In quodam lapide Romano mentio extat *M. Tarquitii Severi*,qui vixit annos V. menses VII. dies IX. cui pater iisdem nominibus appellatus. Non ille expectavit tempus virilis togæ sumendæ, ut omnia ista nomina sumeret. In alio lapide puer septennis vocatur his tribus nominibus: *M. Titulenus Justus*. Alius quinquennis etiam quatuor habuit nomina. *C. Julii Valerii Lucilliani*, Tribulis tribus Palatinæ. Legitur & monumenti inscriptio Romæ facta *M. Ulpio Lucio*, qui vixisse dicitur annos tres. Alia item posita in eadem urbe cuidam *T. Pompusio Secundino*, qui quatuor annos natus decessit; & alia *M. Quintio Felici*, trium annorum puello. Sed & *M. Marius Proculus* quidam in alio sepulcri titulo visitur qui vixit annos tres,cui pater *M. Marius Fronto*. Plura alia colligere est in ea inscriptionum veterum parte, cui titulum fecerunt viri eruditi : *Affectus parentum in liberos*. Quædam inscriptiones ibidem sunt infantium, cum solo prænomine ac nomine, absque cognomine, ut illa, quæ *L. Valerio infanti* dicata legitur, qui diebus tantum LXXI. vixerat. Et profecto certum est, si aliqua dilata sunt nomina usque ad tempus virilis togæ, cognomen sæpius eo demum tempore adscitum. Tum enim aliquando in locum prioris cognominis aliud sumebatur, aut novum imponebatur, quum usque adhuc absque cognomine fuissent. Capitolinus in vita Marci Philosophi refert, post virilem togam *Annium Verum* eum vocatum esse, cum antea *Verissimus* esset appellatus: *Post excessum vero Patris ab Adriano Annius Verissimus vocatus est : post virilem togam Annius Verus*. Lampridius in Diadumeno: *Ferunt denique Diadematum appellatum, sed ubi adolevit, avi sui nomine materni Diadumenum vocatum, quamvis non multum abhorruerit ab illo signo Diadematis nomen Diadumeni.* Verba illa *ubi adolevit*, accipienda de tempore, quo togam virilem sumsit. Vides itaque tum vel cognomina mutata vel accepta, quæ ante id tempus data nulla fuerant. Capitolinus in Gordianis, de Gordiano seniore: *Quod Antoninorum cognomine semper est nuncupatus : quod Antoninum filium suum, ipse significari voluit in Senatu.* Posuit hic *significari* pro cognominari, ut *signum* pro cognomine acceptum non solum illis auctoribus, sed huic etiam nostro Arnobio. Notamus, in Senatu cognominatum a patre Antoninum hunc minorem Gordianum, die virilis togæ. Cetera nomina, prænomen nimirũ, & nomẽ sic proprie vocatum, hoc est gentilitium, capiebantur a pueris ipso die lustrico, quo die nomina illis fieri dicebantur, dieique inde ipsi nomen *Nominalia*. Itaque semper obtinuit non solum prisco Romanorum adhuc libera Rep. viventium ævo, sed etiam sub Imperatoribus. Capitolinus in vita Albini: *Cum rarum esset, aquilas in his locis videri, in quibus natus est Albinus, septima ejus diei hora convivii, quod celebritati pueri deputabatur, cum ei fierent nomina, septem aquilæ parvæ de nido allatæ sunt, & quasi ad iocum circa cunas pueri constitutæ.* Quæ nomina fiebant pueris etiam illo tempore. Quid igitur sibi vult cum suo Scævola Valerius, qui ad tempus togæ virilis, aut nuptiarum in feminis, nominum impositionem rejicit. Quo magis id cogitatione revolvo, eo magis absurdum id videtur ac falsum, ut sine nominibus fuerint ad illud usque temporis tam pueri quam puellæ. Putarim itaque,omissa conciliandi ratione, quæ nulla idonea potest adferri, Valerium male assequutum mentem auctoris sui Scævolæ, quem ex suo sensu interpretatus est, cum aliter ille senserit. Nimirum Scævola scripserat, pueris, non priusquam togam virilem sumerent, puellis, non antequam nuberent, *nomina propria imponi moris fuisse*. Scævolæ,ut plerisque aliis veterum, nomen proprium cognomen esse visum est, atque ita eo loco intellexerat. Valerius, qui cum aliis etiam quamplurimis prænomen pro nomine proprio habuit, in verbis Scævolæ nominis proprii notionem sic accipit. Huic tamen conjecturæ non nihil adversari videtur quod ipse Valerius alio loco, in eadem epitome de nominibus, non prænomen proprii nominis vicem habere dicit, sed nomen gentilitium. Sic enim scribit : *Nomina autem quæ adunumquemque nostrum definiendum excogitata sunt, eadem vim significandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc distat, quia eo gens cognoscitur, ideoque dicitur gentilitium. Cetera ordine*

ordine variantur. Nam quod præponitur, prænomen, quod postfertur, cognomen: quod ad ultimum adiicitur, agnomen est. His verbis gentilitium nomen plane pro proprio agnoscit. Quæ sententia etiam fuit Dionysii, ubi de Lucumone tradit, qui cum Romam venit, curavit se pro Lucumone Lucium vocandum, & alterum sibi nomen adiecit, quasi gentilitium, Tarquinium, quia Romanis mos esset, duo habere nomina: *μαθὼν ὅτι Ῥωμαίων ἑκάστῳ κοινὸν ὄνομα κεῖται, καὶ μετὰ κοινὸν ἕτερον ὃ δὴ συγγενικὸν αὐτοῖς ἐστι καὶ πατρωνυμικόν.* Hic, ut vides, prænomen vocat commune nomen, gentilitium autem ac patronymicum pro nomine proprio videtur habere. Certe ea ratione adductos apparet, qui gentilitium nomen proprium esse faciunt, quod nomen proprie & absolute vocatur, cum, quod ante se habet, dicatur prænomen, quod post sequitur, cognomen. Cui igitur potius conveniat nominis proprii notio, quam quod nomen proprie appellatur? Atqui nómen gentilitium proprium gentis est, aut familiæ, non personæ, & commune censetur omnium, qui ex eadem gente sunt. Cum quæritur proprii nominis vera ac propria notatio, id tale esse debere videtur, ut singulorum in eadem familia ita sit proprium, ut aliis non communicetur. Quod cum aliis commune mihi est, id proprium ac meum neutiquam dici potest. Præterea, si nomen gentilitium unius cujusque proprium putatur, servi, qui nec gentem, nec gentilitium nomen habuerunt, nomine proprio caruisse existimandi. Græci quoque, quibus nullum nomen gentilitium, sed unicum ac solum, quo a ceteris ejusdem familiæ liberis unusquisque eorum distinguebatur, proprii etiam nominis expertes juxta eam rationem fuisse censendi. Nec etiam hodieque aliter utimur. Nec enim gentilitium nomen nobis est proprium, sed illud, quod præponitur gentilitio, ut Petrus, Johannes, Iacobus. Melius igitur illi, qui in nominibus Romanis prænomen proprii nominis vim habuisse crediderunt. Inter eos est Plutarchus in vita Coriolani, qui ex tribus his ejus viri nominibus *C. Marcii Coriolani*, Caium proprium esse dicit, Marcium vero commune gentis aut familiæ, Coriolanum autem cognomen: *ἐκ τούτου τρίτον ἔσχεν ὄνομα τὸ Κοριολάνον, ᾧ καὶ μάλιστα δῆλόν ἐστιν, ὅτι τῶν ὀνομάτων ἴδιον ὁ Γάϊος, τὸ δὲ δεύτερον οἰκίας ἢ γένους κοινὸν ὁ Μάρκιος.* Idem tamen Plutarchus, quasi sui oblitus, saltem eorum, quæ in Coriolani vita scripserat, in Mario aliud plane sequitur, & Posidonium reprehendit, quod in ea esset sententia, in qua ipse fuit, cum vitam Coriolani literis mandaret. Occasione ex duobus C. Marii nominibus sumta, cujus tertium ignorabatur, aliquot alios Romanorum commemorat, duobus similiter tantum nominibus cognitos, prænomine scilicet & nomine, ut Quintum Sertorium, & Lucium Mummium, qui Corinthum evertit. Subjicit porro ibidem, eo argumento usum Posidonium, ut illos revinceret, qui tertium nomen, hoc est cognomen haberent pro proprio. Etenim, si proprium nomen habendum est, dicebat Posidonius, tertium illud nomen in Romanorum nominibus, quod & cognomen vocatur, oporteret caruisse nomine proprio, qui ex Romanis duo tantum priora gesserunt nomina, ut Caium Marium, Lucium Mummium, & Quintum Sertorium. Sed alio argumento eum repercutere conatur Plutarchus, ex nominibus itidem Romanis, sed mulierum sumto. Immo, inquit, si verum esset, quod vult Posidonius, aut aliquam vim haberet ad astruendum quod ille ponit, in eandem & ipse absurditatem incideret, qua negari quoque posset, mulieres Romanas nullum habuisse nomen proprium, quia id nominis illis abesset, quod proprium putat esse Posidonius, nempe prænomen. Ecce igitur & alia opinio circa proprietatem nominis, quæ vindicat eam cognomini, sive tertio nomini Romano, cui nunc suffragari videtur Plutarchus, cum in Coriolano proprium adseruerit prænomen. Et longe erravit Sigonius, dum non animadvertit, hæc duo loca Plutarchi citans, ea contrarias & pugnantes inter se continere sententias. Nam sensum magis quam verba ex Mario Plutarchi referens, prima nomina propria esse, quasi ex ipsius auctoris mente affirmat, cum ille Posidonium eo locô refutet id asserentem. Ipse vero eo inclinet, ut cognomen, sive tertium nomen proprium esse censeat, quod negabat Possidonius. Ut Plutarchum tamen excusemus, ac liberemus ea suspicione, quasi ipse a se tam notabiliter dissentiret, dicemus non eum suam promere sententiam in principio vitæ Marii, sed argumentum tantum Posidonii infirmare, quo ille nitebatur, ad probandum, prænomen esse proprium nomen, ac refellendos contrariæ opinionis assertores, qui cognomen hac proprietate cognominandi donabant. Multi Romanorum binomines tantum fuere, solo prænomine ac nomine gentilitio noti. *ἐξ οὗ*, inquit, *καὶ μάλιστα Ποσειδώνιος ἐλέγχειν οἴεται τοὺς τὸ τρίτον ὄνομα Ῥωμαίοις κύριον εἶναι νομίζοντας, οἷον τὸν Κάμιλλον, καὶ τὸν Μάρκελλον, καὶ τὸν Κάτωνα. γίνεσθαι γὰρ ἀνωνύμους τοὺς ἀπὸ μόνων τῶν δυοῖν προσαγορευομένους.* Si tertium nomen proprium censetur, dicendum, sine nomine fuisse proprio, qui tertium illud non habuerint. Ergo primum nomen proprium est, inferebat Posidonius. Nam

 gen-

gentilitium, quod est secundum, proprii notam habere non potest, quod gentis commune est. Non improbat quidem hanc sententiam Posidonii Plutarchus, quinimo ei plane adstipulatur in Coriolano, ubi similiter asserit, prænomen, sive primum nomen fuisse proprium, sed argumentum, quo id probare contendit, parum firmum esse, ex eo probat, quod everti possit pari prorsus argumento ab his, qui contrariam tuentur, & negant, proprium videri posse prænomen. Dicere quippe illi poterant, si prænomen proprium est nomen sicut Posidonio placet, mulieres Romanæ sine proprio nomine fuere, quæ prænomine utique caruerunt. Οὐδεμίᾳ γὰρ γυναικὶ τίθεται τῶν ὀνομάτων τὸ πρῶτον, ὅπερ οἴεται κυρίως ὄνομα Ῥωμαίοις ὑπάρχειν ὁ Ποσειδώνιος. Quæ sequuntur apud Plutarchum, ex ejusdem Posidonii sententia dicuntur. Τῶν δὲ ἄλλων, τὸ μὲν κοινὸν, ἀπὸ συγγενείας, τοὺς Πομπηΐους καὶ τοὺς Μαλλίους καὶ τοὺς Κορνηλίους (ὥσπερ ἂν Ἡρακλείδας τὶς εἴποι καὶ Πελοπίδας) τὸ δὲ προσηγορικὸν ἐξ ἐπιθέτου πρὸς τὰς φύσεις ἢ τὰς πράξεις, ἢ τὰ τοῦ σώματος εἴδη καὶ πάθη τίθεται, τὸν Μακρῖνον, καὶ τὸν Τορκουάτον καὶ τὸν Σύλλαν, οἷον ὁ Μνήμων, ἢ ὁ Γρυπὸς ἢ ὁ Καλλίνικος. Tria igitur hæc sunt ex opinione Posidonii, quam ibi refert Plutarchus, & alibi etiam sequitur Romanorum nomina: τὸ κύριον, quod est prænomen: τὸ κοινὸν, quod est gentilitium, sive commune totius gentis: τὸ προσηγορικὸν, quod est cognomen. In quo tamen etiam notanda Posidonii cum Dionysio pugna, cum iste προσηγορικὸν ὄνομα appellet, quod Posidonio proprium habetur &. κύριον. Dionysius autem κοινὸν sive commune velit esse, quod illi est proprium. At gentilitium Posidonio proprium videtur, quod κοινὸν esse putat Dionysius. Posidonio, ut dixi, adstipulatur Plutarchus, licet vim ejus argumenti haud satis validam censeat eam, qua refutare ille conatus est eos, qui tertium nomen proprium faciebant. Etenim pari argumento & ipsum refutari posse, qui primum proprium esse velit. Ideo post explicatam Posidonii sententiam subjicit Plutarchus: εἰς μὲν οὖν ταῦτα πολλὰς δίδωσιν ἐπιχειρήσεις ἡ τῆς συνηθείας ἀνωμαλία. Quibus verbis fatetur inæqualitatem consuetudinis in nominibus concipiendis Romanorum, multa in contrarium suppeditare argumenta hoc aut illud sentientibus. Inæqualitas in eo est, quod quidam virorum tertio nomine caruerunt, mulieres omnes primo. Hinc potest argumentum duci, primum nomen, sive prænomen non esse proprium, quia mulieribus nullum fuit, quas tamen proprium aliquod nomen habuisse certum est. Rursus illinc etiam potest ratio depromi probabilis, qua putet aliquis, tertium nomen minime proprium videri, quod quibusdam viris illud tertium abfuerit, quos tamen proprio aliquo nomine nuncupatos fuisse pro comperto habendum. Hic est sensus eorum verborum Plutarchi.

Cætera non absolvit Auctor, qui hæc quum typographo Arnobium sub prælis versanti imperfecta tradidisset, diem suum obiit: quo nomine omissa sunt in Lugdunensi illa editione.

ACTA DISPUTATIONIS
ARCHELAI
EPISCOPI MESOPOTAMIÆ
CUM MANETE HÆRESIARCHA.

TESTIMONIA VETERUM
De hac Archelai Disputatione.

SANCTUS Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi VI. pag. 145. ex editione Prevotii Græco-Latina in quarto, φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλῳ δικαιοσύνης Ἀρχέλαος Ἐπίσκοπος, καὶ ἐπὶ φιλοσόφων

σοφῶν κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι, Λέγε, φησὶν Ἀρχέλαος &c. *Fugit è carcere* (Manes) *& in Mesopotamiam venit; verum obstitit ei armis justitiæ Archelaus Episcopus, & sub Philosophis eum Judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne si Christiani Judices essent, viderentur favisse, Age profer, ait Archelaus,* & ut infra ad calcem Disp. quibus absolutis, statim subdit, Τοιούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων, τοιαύταις συμπλοκαῖς κατεπάλαισε τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος· Φεύγει πάλιν, καὶ ἐντεῦθεν, ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγών· καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδράσας, ἔρχεται ἐπὶ κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ τὸν ὄφιν, τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα· ἀλλ' ὁ καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοῶν, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως δρομαῖος ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπείγετο ζήτησιν. Μάνης δὲ ἰδὼν ἐξαίφνης τὸν ἀντίδικον, ἐξεπήδησε, καὶ ἔφυγεν. *Talibus aliisque pluribus sermonibus evertebatur draco, talibus Archelaus conflictionibus Manem postravit. Iterum idem fugit & hinc, qui de carcere aufugerat; & elapsus adversario, venit ad vilissimum quendam pagum, ad instar serpentis, qui relicto Adam in Paradiso, ad Evam accessit. Sed bonus pastor Archelaus, ovium saluti providens, audita fuga, cursu citato, ad lupum requirendum festinat. Manes autem statim atque adversarium conspexit, exiliit inde, atque aufugit.*

S. Epiphanius in hæresi LXVI. num. VII. post allatam Manetis ad Marcellum epistolam, hæc habet, Συμβέβηκε γὰρ Ἀρχέλαον τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον οἴκαδε ἅμα αὐτῷ συνεῖναι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Μανιχαίου μετὰ χεῖρας εἰλήφει ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος· ὁ δὲ Ἀρχέλαος γνοὺς τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ἔβρυχε τοὺς ὀδόντας, ὥσπερ λέων ὠρυόμενος, καὶ ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβὼν ἐπειρᾶτο ὁρμῆσαι μᾶλλον ἕως αὐτοῦ, καὶ χειρώσασθαι τὸν τοιοῦτον ὡς ἐπίλυτον, ἐκ βαρβάρων, ὅθεν καὶ ὥρματο, πρὸς ἀφανισμὸν τῶν ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπαναστάντα. *Ac tum forte contigit, ut eodem die, quo illam à Manichæo epistolam Dei servus accepit, Archelaus urbis Episcopus una cum illo domi esset. Qui re omni perspecta, dentibus fremens, rugientis leonis instar, ac divino quodam ardore percitus, ad Manichæum potius proficisci cupiebat, hominemque è Barbaris, unde is ortus erat, advenientem, & ad humani generis perniciem insurgentem capere.* Et paulo post num. VIII. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀρχέλαος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ μετὰ τὸν λόγον, καὶ τὸ ζηλωτικὸν τῆς πίστεως, ἐβουλεύετο, εἰ ἦν δυνατὸν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὥσπερ πάρδαλιν, ἢ λύκον, ἤ τι ἕτερον τῶν θηρίων ἀγρεύσας, θανάτῳ παραδοῦναι, ἵνα μὴ λυμανθῇ τὰ θρέμματα τοιούτου θηρὸς, ἐφ' οὗ τὴν εἴσοδον κατανοῶν. *At Archelaus Episcopus præter doctrinam, fidei insuper ardore præditus, author erat, ut, si fieri posset, homo ille pardi instar, ac lupi, vel cujusvis alterius bestiæ, interceptus, morti traderetur, ne ejusmodi feræ incursione pecora læderentur, cum illius ingressum cognosceret.* Et infra post enumeratos à Turbone Manetis errores n. X. Ὡς δὲ ταῦτα ἦν οὕτως, καὶ ἐν καταλήψει γεγένηται ὑπὸ τοῦ Ἀρχελάου εἰς τὴν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος, ἑτοιμότατος ὑπάρχων διὰ τὴν πρὸς Θεὸν πολυποίκιλον γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δι' ἣν προεντεθείκειτο παρὰ τοῦ Τύρβωνος ἀκριβῶς μεμαθηκὼς τῆς περὶ τὸν ἄνδρα γοητείας τὰ πάντα, ἰδοὺ ὁ Μάνης παρεγένετο μεθ' ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ ἀνδρῶν. ἐξ αὐτῆς οὖν, καὶ εὐθὺς παρέχονται εἰς συζήτησιν δημοσίᾳ, ἐν αὐτῇ τῇ Καχάρῃ, πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος αἱρησάμενοι ὁμοῦ κριτὰς Μάρσιπόν τινα ὀνόματι, καὶ Κλαύδιον, καὶ Αἰγιαλέα, καὶ Κλεόβουλον, τὸν μὲν τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφον, τὸν δὲ ἰατροσοφιστὴν, τὸν δὲ φύσει γραμματικὸν, καὶ τὸν ἄλλον σοφιστήν. καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου, ὥσπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῆς διεναντίας, τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν, τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ. *Hæc igitur cum ita se haberent, & Archelaus penitus omnia cognosset, ut de quæstione illa disputare posset; cumque ad id esset instructissimus, partim quod à multiplici divinarum rerum scientia paratissimus erat, partim quod à Tyrbone perdoctus ante fuerat, & omnes nefarii hominis præstigias accurate didicerat; ecce tibi cum suorum comitatu Manes accessit. Quare subinde, nulla interjecta mora, publicam collationem instituunt in oppido ipso Caschara, ut ante omnia controversiam illam agitarent. Ad id vero concertationis arbitros deligunt, Marsipum quendam, & Claudium, & Ægialeum, & Cleobulum, quorum primus ethnicæ sapientiæ, secundus medicinæ professor, tertius Grammaticus, postremus erat Sophista. Multa in ea disputatione ultro citroque jactata sunt; cum hinc Manes fabulas suas proponeret, inde Archelaus, velut egregius miles, adversarii tela vi sua, ac virtute discuteret. Postremo victus est Manes, ac de Judicum sententia veritati cessit.* Et post pauca num. XI. Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης ἀποδράσας &c. ἀναχωρήσας δὲ ἔρχεται εἰς κώμην τῆς Καρχάρων εἰς Διοδωρίδα καλουμένην, ἐν ᾗ Τρύφων τις ἐπιεικέστατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐτύγχανε τῶν αὐτόθι πρεσβύτερος· παρ' ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος, πάλιν ἐκεῖσε καυχώμενος, καταλαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τὰ ἄλλα, καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπείληφεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δούλῳ. *Secundum hæc Manes fuga sibi consuluit &c. Inde igitur discedens Diodoridem (pagus is est in Carcharis) sese contulit: ubi Tryphon quidam erat vir optimus, ac tum loci illi-*

us Presbyter. Ad hunc Manes divertens, rursum miscere omnia, ac se arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, & excellenti pietate præditum, sed orationis præsidio destitutum. Verum ne sic quidem, uti speraverat, illudere Christi servo potuit. Et post pauca: Ἐντεῦθεν πάλιν βουληθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν Πρεσβύτερον, καὶ αὐτοῦ ἐν πολλοῖς ἀντειπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ &c. *Sed cum Manes iterum cum Tryphone Presbytero congredi vellet, qui sibi in plerisque contradixerat, ille rem omnem per literas Archelao significat.* Et post pauca: Ὁ γὰρ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι τοῦ Μάνη, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμανεν· ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθριαίτερον, προσκαλούμενος ἐν τῷ συνάρξασθαι, προκαλεῖσθαι, τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἥκειν. καὶ τοῦ Τρύφωνος ἰνδαλλομένου, ἀποκριθέντος δὲ αὐτοῦ πρὸς ἕκαστον ὧν ᾔτησε κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ στροβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα, ἠρέμα πῶς ἐν ἑαυτῷ ἐνεδοίαζεν, ἀνακύπτει ὁ Ἀρχέλαος ὥσπερ ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παρρησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Ἀρχέλαον, ὑποκορισικῶς καθ' ὑπόκρισιν ἔφη. ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὸν Ἐπίσκοπον· ὁ δὲ καὶ μετὰ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας, ἀπεφίμωσεν· τῶν δὲ ὑπ' ἐκείνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος, αὖθις εἰς αἰσχύνην αὐτὸν κατέστησε, μηκέτι δυνάμενον διαίρειν στόμα· οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀνειληφότες, ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι· ὁ δὲ ἀποδρὰς τοὺς δήμους, καὶ εἰς τὸν προειρημένον κάστελλον Ἀραβίωνος πάλιν ἀφίκται· *Archelaus his acceptis literis, duos ad eum libros mittit, quos in promptu, facilique comprehenderet, contra Manem conscriptos. Cæterum ut adventum suum præstolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum summo diluculo prodiens, Tryphonem ad disputandum provocat. Qui cum se stitisset, & ad omnia, quæ quæsierat, singillatim pro ea, quam à Deo acceperat, sapientia respondisset, atque impostorem leniùs agitaret, apud se nonnihil hæsitans; repente Archelaus nec opinato conspectus est, qui tanquam acerrimus paterfamilias, suorumque studiosissimus, audacter in prædonem fremens incurrit. Quem ut Manes aspexit, simulata blanditia; sine me, inquit, cum Tryphone contendere; tu enim me, cum sis Episcopus, dignitate superas. Archelaus vero, ex eo, quod jam illius dogma confutatum erat, multo, quam verbis exprimi posset, simulandi callidiorem esse docuit, osque illi prorsus occlusit. Tum quæ ab illo proposita fuerant dissolvens, novum ei puderem incussit, cum ne hiscere quidem amplius auderet. Sub hæc populus, ardentibus rursum animis, scelestum illum opprimere conatus est. Quorum ille manus effugiens ad castellum Arabionis reversus est.*

Notandum tamen est, Epiphanium perperam Tryphonem vocare Presbyterum illum, qui cum Manete disputavit; nam in Actis disputationis Archelai, à nobis primum editis, Diodorus diserte appellatur.

Idem Epiph. n. XXI. Ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ' αὐτοῦ ἀντιρρήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποίηνται· Ἀρχελάῳ μὲν τῷ Ἐπισκόπῳ ὡς προείρηται. *Jam à magnis Viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes sunt editæ, velut ab Archelao Episcopo, ut antea dictum est.* Et num. XXV. Κατὰ λέξιν δὲ καθεξῆς ὑποτάξω ἁρμοττόντως τὸ αὐτοῦ φρόνημα ἀπὸ Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν πεπραγματευμένων ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίᾳ, ὡς αὐτὸς ἀπεκάλυψε Τύρβων, εἷς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, περὶ οὗ ἄνω ἐπεμνήσθην. ἐπερωτησάντων τοίνυν τῶν περὶ Ἀρχέλαον τὸν Ἐπίσκοπον, καὶ Μάρκελλον, Τύρβωνα περὶ τῆς τοῦ Μάνη διδασκαλίας, ὁ Τύρβων ἀπεκρίνατο λέγων, ἅτινα ἐκ τοῦ βιβλίου παρεθέμην, καὶ ἔστιν τάδε. *Sed nunc illius dogma ad verbum, uti consentaneum est, adscribam, ex Archelai opere, quod adversus eundem illum edidit, ex iis quæ à Tyrbone discipulo illius acceperat, de quo mentionem ante fecimus. Nam cum discipulo illius acceperat, de quo mentionem ante fecimus. Nam cum Archelaus Episcopus, & Marcellus de Manis dogmatibus Tyrbonem interrogassent, hæc ille ipsa respondit, quæ nos ex eo libro descripsimus, suntque ejusmodi.* Sequuntur excerpta ex actis disputationis Archelai cum Manete, quæ græce, & latine habentur in editione nostra cap. VII.

Idem Auctor in libro de Mensuris, & Ponderibus num. XX. iterum meminit Archelai, ejusque disputationis cum Manete.

Sanctus Hieronymus de Scriptionibus Ecclesiasticis cap. LXXII. *Archelaus Episcopus Mesopotamiæ librum disputationis suæ, quam habuit adversus Manichæum, exeuntem de Perside, Syro sermone composuit; qui translatus in græcum, habetur à multis. Claruit sub Imperatore Probo, qui Aureliano, & Tacito successerat.*

Heraclianus Chalcedonensis Episcopus in libris adversus Manichæos, apud Photium in Bibliotheca codice XCV. Ἀνατρέπει δὲ τὸ παρὰ Μανιχαίοις καλούμενον εὐαγγέλιον, καὶ τὴν γιγάντειον βίβλον, καὶ τοὺς θησαυρούς. Καταλέγει καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ κατὰ τῆς τοῦ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμόνιόν τε τὸν τὰς Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας ἀναγράψαντα. *Evertit vero id, quod Manichæi appellant Evangelium, & Giganteum librum, atque Thesauros. Recenset insuper eos, qui ante se in Manichæorum impietatem calamum strinxerunt, Hegemonium nimirum, qui disputationem Archelai adversus ipsum Manetem perscripsit, &c.*

Socrates lib. I. Hist. Eccles. cap. XXII. post absolutam Manetis historiam, sic inquit, Ταῦτα δὲ ἡμεῖς οὐ πλάσαντες λέγομεν· ἀλλὰ διὰ λόγου Ἀρχελάου τοῦ Ἐπισκόπου Κασχάρων, μιᾶς τῶν ἐν Με-

ἐν Μεσοποταμίᾳ πόλεων, ἐντυχόντες συνηγάγομεν· αὐτὸς γὰρ Ἀρχέλαος διαλεχθῆναι αὐτῷ φησὶ καὶ τὰ προγεγραμμένα εἰς τὸν βίον αὐτοῦ ἐκτίθεται. *Atque hæc nos haudquaquam commenti sumus; sed ex disputatione quadam Archelai Caschbarorum urbis in Mesopotamia Episcopi, à nobis lecta, excerpsimus. Hic enim Archelaus ait, se cum Manichæo ipso disputasse, & ea, quæ superius à nobis relata sunt, de illius vita commemorat.*

Petrus Siculus in Historia Manichæorum pag 25. 35. & 37. ea cuncta ad verbum refert, quæ supra ex Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphanio de Mensuris, & Ponderibus, & ex Socratis Historia Ecclesiastica, de Archelao, ejusque cum Manete disputatione modo retulimus.

Photius Patriarcha Constantinopolitanus in libro 1. adversus Manichæos suis temporibus repullulantes, hæc habet, φυγὰς (ὁ Μάνης) καταλαμβάνει Μεσοποταμίαν, καὶ σπείρειν πάλιν ἀπάρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια· ὁ δὲ Καρχάρων Ἐπίσκοπος, Ἀρχέλαος αὐτῷ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερὸς, καὶ περὶ λόγους τοὺς τε θείους, καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους περιδέξιος, ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξῃ, χριστιανῶν κρινόντων, φιλοτιμίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἢ ἀληθείᾳ, πρὸς τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον. τοῦ τῆς εὐσεβείας ἀνακινήσας λόγον, οὕτω κατήσχυνε, καὶ διήλεγξε τὸν τερατολόγον, ὡς αὐτίκα τε φυγεῖν ἐκεῖθεν, καὶ μηδὲ φυὴν λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα· ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς, καταλαμβάνει κώμην τινὰ τῶν εὐτελεστάτων, κἀκεῖ πάλιν ὑποθάλπειν ἐμηχανᾶτο, καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκεῖον δυσσέβημα· ἀλλ' ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Ἀρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιούμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐνερραθύμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκου τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπανιστάμενον. *E carcere fugiens* (Manes) *in Mesopotamiam venit, ibique hæreseos suæ Zizania iterum spargere cœpit. At Carcharorum Episcopus, cui nomen Archelaus, vir sacer, & multa in sermonibus de divinis, humanisque rebus dexteritate præditus, coacto Ethnicorum auditorio, ne si Christiani judicassent, veritati victoriam, judicum favore, cessisse videretur, usque adeo miserrimum illum redarguit, tantoque pudore suffudit, ut statim fugam arripuerit, & ejus hæreseos semina, antequam nascerentur, oppressa fuerint. Porro inde fugiens Manes, ad vilissimum quoddam oppidum pervenit, ibique rursus fovere, atque evulgare suam impietatem machinabatur; sed acerrimus pietatis propugnator, & revera pastor Archelaus, qui sedulam ovium curam gerebat, eundem lupo sæviorem in Christi gregem, ut eum disperderet, irruentem persequi nequaquam cessavit.* Et infra, ὁ μὲν οὖν Μάνης οὗτος, ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας ἔξαρχος, ἔτει τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ, καὶ Γαλλιηνοῦ, οἳ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγὼν (οὐδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν ἃ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν) καὶ μετὰ Μεσοποταμίαν γεγονὼς, ὑπὸ δὲ τοῦ θεσπεσίου Ἀρχελάου, Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ ἔφορος ἦν, πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπητήθη. ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διοδωρίδα Καρχάρων κώμην παραδύεται· ἐν ταύτῃ δὲ Τρύφωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν, ἐντυχὼν, τὰ ἴσα ὑπέστη· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός τε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν, ὀξὺς γὰρ ἦν, καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνον ἀμηχανίας, καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτοῦ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε, καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προὐτίθει πᾶσι γέλωτά τε καὶ βδέλυγμα, παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι. *Hic itaque Manes tam impiæ hæreseos auctor nono anno Valeriani, & Galieni, qui Romanum obtinebant imperium, ex Persarum carceribus fugiens (nil enim vetat, quominus in narrationis serie superius prætermissa recenseamus) cum in Mesopotamiam venisset, ab admirabili viro Archelao (erat autem sacer iste vir Carcharorum ejusdem regionis urbis Episcopus) ejus impietas egregie abundanterque confutata est. Inde ob ignominiam, quam ex necopinato passus est, fugiens, ad Diodoridem Carcharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem* (male, vocabatur enim Diodorus) *quendam sacrum probatumque virum, & in presbyterii gradu positum, incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin & ipse Archelaus Manetem illuc advenisse cognoscens, erat enim vir acer, & pietatis Zelo succensus, ad idem oppidum accessit, & deceptorem illum ad consilii inopiam redactum, & confusione, quam maxime vitabat, perfusum, iterumiis rationibus, quibus exosa ejus dogmata subvertit, & cunctis deridenda, atque detestanda proposuit, fugam arripere coëgit.*

Petrus Lambecius lib. III. Bibliothecæ Cæsareæ codice XL, ait in eo codice contineri anonymi cujusdam auctoris Epitomen expositionis variorum Sanctorum Patrum, aliorumque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum, in Evangelia secundum Matthæum, Lucam & Joannem, & subdit, *Cæterum quod ad Auctores antiquos in margine ibi annotatos, ex quorum operibus Epitome ista collecta est, attinet, ii ordine alphabetico sunt hi Apollinaris Episcopus Laodicenus, S. Archelaus Caschara in Mesopotamia Episcopus &c.*

Ex recentioribus de Archelao scribunt Ludovicus Ellies du Pin in nova Ecclesiasticorum Scriptorum Bibliotheca, & Gulielmus Cave in Ecclesiasticorum Scriptorum Historia literaria.

LAURENTIUS ZACCAGNIUS

Prolegomenis ad Collectanea Monumentorum Veterum

edita Romæ A. MDCXCVIII.

PRimum inter hæc vetera monumenta locum obtinent acta binæ disputationis ab Archelao Mesopotamiæ Episcopo cum Manete nefariæ hæreseos auctore, apud Carras primum, deinde in Diodoridis Vico habitæ, quorum editio tum ob materiæ præstantiam, tum ob rei gestæ antiquitatem, acceptissima, ut arbitror, illis erit, qui Sacrarum literarum studio tenentur. Quinam acta ista scriptis consignaverit, inter Epiphanium, Hieronymum, & Heraclianum Chalcedonensem Episcopum non convenit. Sanctus enim Epiphanius in Hæresi LXVI. quæ Manichæorum est, num. XXI. XXV. & XXXII. & S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. LXXII. Archelaum ipsum, quæ coram delectis Judicibus adversus Manetem disseruit, scripto tradidisse putant. Heraclianus vero Chalcedonensis Episcopus in libris, quos contra Manichæos conscripsit, Hegemonium quendam illorum auctorem fuisse censuit. Siquidem Photius in suæ Bibliothecæ codice LXXXV. horum Heracliani librorum excerpta referens, eundem Heraclianum, ait, in confutandis Manichæorum erroribus, usum fuisse actis disputationis Archelai Episcopi cum Manete, ab Hegemonio conscriptis. Et Heracliani quidem sententiam confirmare videntur acta ipsa disputationis, in quibus cap. XXXIX. hæc legimus: *Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi, atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum, aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat.* Et clarius in eorundem cap. ultimo; *Quibus postea agnitis Archelaus, adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi, in prioribus exposui.* Verisimile enim non est Archelaum ita locutum fuisse, si ipsemet, quæ nunc habemus, disputationis hujus acta scriptis mandasset; eo præsertim, quod pro *inscripsi*, legendum potius esse videatur *exscripsi*. Sed nihilo secius cum in postremo eorundem actorum loco mox memorato diserte dicatur, Archelaum ipsum nonnulla priori disputationi suæ postmodum addidisse, in eam sententiam lubens venio, ut Epiphanium, atque Hieronymum cum Heracliano conciliari posse credam, si dicamus, Archelaum Syriaca primum lingua cuncta, quæ coram delectis Judicibus adversus Manetem protulerat, divulgasse; Hegemonium vero, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non solum ordine digessisse, verum etiam exordio, epilogo, aliisque nonnullis locupletasse, ut omnibus numeris absoluta, celeberrimæ illius disputationis acta ad posteros transmitterentur. Porro Syriaca primum lingua scripta fuisse acta ista, præter Hieronymum id ipsum loco mox laudato clare testantem, illud etiam argumento est, quod Archelaus de solaris cursus spatio agens, sphæram illud à Græcis vocari ait cap. XXXII. Quinam ea in Græcum sermonem transtulerit, certo affirmari non potest, quamvis magna apud me suspicio sit, Hegemonium, qui alteram Archelai disputationis editionem concinnavit, ipsum quoque eorundem versionem è Syriaco in Græcum eloquium elucubrasse, ut in notiorem linguam transfusa, cuncti per Orbem fideles plenissimam eorundem notitiam habere possent. Factum id antiquissimis temporibus fuisse, ex Epiphanio constat, qui insignia eorundem excerpta græce refert in Manichæorum hæresi, nec dici potest, ex Syriaco exemplari Epiphanium ipsum Græca fecisse, cum omnia, quæ ab eodem ex actis disputationis Archelai cum Manete afferuntur, in latina, quam edimus, versione totidem verbis reperiantur. De Latino interprete nobis tantum liquet, illum Hieronymo posteriorem fuisse, quem de latina versione mentionem fecisse par erat, si suis temporibus extitisset; vixisse tamen ante septimum Christianæ æræ sæculum, vel inde colligitur, quod in laudandis S. Scripturæ locis vulgatam editionem, quæ eo sæculo per Occidentem passim recepta fuit, non sequatur.

Porro Græcam versionem, non vero Syriacum textum præ manibus Latinum interpretem habuisse, non modo ex universa ejus locutione, quæ Græcæ, non vero Syriacæ linguæ indolem, geniumque redolet, satis superque demonstratur, verum etiam pluribus aliis argumentis fortissime evincitur. Quippe in hujus disputationis cap. VIII. ita loquitur, *Cum igitur Luna onus, quod gerit, animarum, sæculis tradiderit patris, permanent illæ in columna gloriæ, quod vocatur Vir Perfectus. Hic*

autem

autem vir est columna lucis. Quæ verba ita leguntur in Græca apud Epiphanium versione: Τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν, τοῖς αἰῶσι τοῦ πατρὸς, παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος· ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στύλος ἐστὶ φωτός. Ex quibus patet, latinum interpretem græcarum vocum similitudine deceptum, pro ἀὴρ, ut Epiphanius habet, ἀνὴρ legisse, & cum vertere debuisset, *Permanent illæ in columna gloriæ, quæ vocatur aër perfectus; aër autem iste est columna lucis;* ipsum male interpretatum fuisse, *Quod vocatur Vir perfectus: hic autem Vir est columna lucis*; in quem sane errorem non incidisset, si ad Syriaci textus fidem, in quo magnum inter utramque vocem discrimen est, versionem suam elaborasset. Sunt & aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipsum evidentissime colligitur. Siquidem cap. VII. de viventi spiritu à Manete conficto loquens, ait; *Rursus ipse vivens spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquiæ animæ, & fecit ea firmamentum circumire, & iterum creavit terram, & sunt octo.* Hinc autem patet ipsum græco exemplari usum fuisse, in quo scriptum fuerat, εἰσὶ δὲ ὀκτώ, vel εἰσὶ δὴ ὀκτώ, cum tamen apud Epiphanium legatur εἰς εἴδη ὀκτώ *octuplici specie*; quæ sane æquivocatio non ex Syriaca, sed ex græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. VIII. vertit, *effundet famem*, cum vertere debuisset, *pestem*, à græcarum vocum λιμός, *fames*, & λοιμός, *pestis* similitudine deceptus, ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic capite IX. pro πήσσει, *congelat*, *frigore adstringit*, ut est apud Epiphanium, legisse videtur πλήσσει, *percutit*, ut in eisdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces græcas in versione sua, & interdum quidem absolute, interdum vero addita earundem explicatione, quod utique non fecisset, qui Syriace scriptum opus latinitati donasset. Hinc cap. LIII. talenti vocem pro pondere usurpat, quo sensu apud Græcos vox τάλαντον, interdum accipitur. Sic paulo ante, *Cybi* vocabulo utitur, & statim subdit ex emendatione nostra, *quod nomen est tali*; vel ut in quodam Regio-Alexandrino codice legitur, *quod nomen est aleæ*, à κύβος, scilicet, quæ vox æque talum, atque aleam significat, ut in nostris ad eum locum notis, & earum appendice observavimus. Sic denique cap. VIII. ait, *Lunam apocrusin, detrimentum pati*, quam postremam vocem prioris interpretationem esse nemo non videt.

Refert Epiphanius cap. XI. Archelaum, post fugatum è Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem Castrum, à Diodoro loci illius Presbytero certiorem factum, duos ad eundem Diodorum λόγους, hoc est, libros misisse, ut eorum lectione instructus impii Hæretici conatus & ipse infringere valeret. Sed eâ in re lapsum fuisse Epiphanium scitè advertit Gulielmus Cave in Scriptorum Ecclesiasticorum Historiâ litterariâ, & ex actis ipsis disputationis Archelai cum Manete luculenter ostenditur, in iis enim cap. XLI. integra refertur Archelai ad Diodorum epistola, in qua se voluisse quidem, ait Archelaus, ad Diodorum omnia perscribere, de quibus cum Manete coram delectis Judicibus disputaverat; sed propterea iis mittendis supersedisse, quod deinceps per otium de tota disputatione eundem certiorem reddere cogitabat. In fine etiam epistolæ post breviter perstrictos Manetis errores, se multa silentio præteriisse scribit, dum celerem ipsi responsionem reddere festinat, ne minima quidem librorum ad eundem missorum mentione factâ. Certum itaque est, Archelaum, quo tempore ad Diodorum Presbyterum litteras dedit, nullos adversus Manetis hæresim libros elucubrasse: sed nec secutis deinceps temporibus libri ulli ab Archelao adversus eundem scripti fuisse videntur; nisi quis contendat, ipsummet acta disputationis suæ scriptis mandasse. Nam Epiphanius ipse ex alio quopiam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adversus Manichæorum errores profert, quod in disputationis à nobis editæ actis non reperiatur. Eadem quoque sola acta, non verò alios quospiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonensis Episcopus, dum omnium antiquorum Patrum scripta commemorat, quibus in suo adversus Manichæos opere usus fuerat. Quamobrem dicendum est, hac in re quoque humani quid passum fuisse Epiphanium, & duorum Archelai librorum loco habuisse acta ipsa disputationis à nobis editæ, quæ cum res diversis temporibus gestas complectantur, haud inani conjectura colligi potest, in duas olim partes divisa fuisse, in quarum priori disputatio Archelai cum Manete apud Carras, in secundâ verò cuncta, quæ tam Diodorus Presbyter, quam idem Archelaus à Diodoro monitus, contra Manetem in Diodoridis castro egit, continerentur.

Jam verò Archelaum Κασχάρων, *Caschararorum* Episcopum fuisse tradit Socrates lib. I. Historiæ Ecclesiasticæ capite XXII. Epiphanium secutus in Manichæorum Hæresi num. V, & VII. & in tractatu de Mensuris, & Ponderibus Num. XX. At auctor iste sibi non constat, utpote qui in eadem Manichæorum Hæresi Num. XI. Urbem, cujus Episcopus erat Archelaus, Καρχάρων, nominat in Petavianâ editione, licèt in aliâ Basileensi editione Καλχάρων, corruptè habeatur. Postremam hanc lectionem expressisse videtur Epiphanius ex actis ipsis disputationis Archelai Episcopi cum Manete, in quorum initio dicitur, *Thesaurus verus*,

verus, sive disputatio habita in Carchar civitate Mesopotamiæ; eamque lectionem sequuntur Petrus Siculus in Manichæorum historiâ pag. 37. & Photius P. C. in opere adhuc inedito adversus Manichæos suo ævo repullulantes, lib. 1. qui dum Epiphanii narrationes in epitomen redigunt, Archelaum non Καχάρων, vel Καλχάρων; sed Καρχάρων Episcopum vocant; undè etiam patet, emendanda esse alia Epiphanii, & Socratis loca, in quibus Κασχάρα, vel Κασχάρων perperam legitur. Porrò urbem quandam Carcham nomine in Arabiâ felice sitam fuisse, Anonymus Ravennas Geographiæ Scriptor tradit lib. II. cap. VII. Meminit & alterius Carchæ Ammianus Marcellinus lib. XVIII. cap. XXIII. & lib. XXV. cap. XX. cum sequenti; verùm neutræ harum Urbium Archelaus Episcopus extitit; nam ejus cum Manete disputatio habita est in Mesopotamiæ Urbe sub Romanorum ditione positâ, cujus Episcopatum obtinebat Archelaus, ut disertè dicitur apud Epiphanium, & in actis ipsius disputationis: Carcha verò à Marcellino memorata, extra Mesopotamiam, trans Tigrim, in Persarum ditione sita erat, eodem Ammiano teste locis suprà laudatis. Carchæ quoque Arabiæ Urbis, cujus apud Anonymum Ravennatem mentio est, Archelaus nullo pacto Episcopus esse potuit, cum antiqui omnes Scriptores eum non Arabiæ, sed Mesopotamiæ Episcopum fuisse tradant. Posteriorem apud Epiphanium lectionem, præter Petrum Siculum, atque Photium, probare insuper videntur acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, in quorum initio dicitur, *Thesaurus verus, sive disputatio habita in Carchar civitate Mesopotamiæ.* Verum cum inferius cap. III. Charram habeant, eamque Mesopotamiæ urbem esse dicant; hinc lucidè constat, tam eadem acta, quam Epiphanium, & alios, intelligendos esse de Carris celeberrima Mesopotamiæ urbe; undè vias duas regias in Persidem ducentes distingui tradit Marcellinus lib. XXIII. cap. IV. quæ urbs Charra etiam scribitur apud Paulum Diac. in Hist. Miscella lib. XXII. cap. XX. Carchar autem, vel Carchara in eisdem actis, & apud Epiphanium scriptum fuisse videtur, librariorum forsitan errore, vel quod vulgari indigenarum lingua ita nuncuparetur.

De tempore etiam habitæ ab Archelao disputationis consentanea sibi nequaquam tradit Epiphanius; nam in libro de Mensuris, & Ponderibus num. XX. Manetem ob perpetratam Regis Persarum filii necem ex Perside profugum, in Mesopotamiam nono Valeriani, & Gallieni Impp. anno venisse, qui est Christianæ æræ annus CCLXII. eodemque tempore cum Archelao ejusdem regionis Episcopo disputasse refert. At in hæresi Manichæorum sub ipsum operis initium, & num. XX. primum quidem ortos fuisse Manichæos, seu potius antiquam de bono, ac malo Deo hæresim à Manete per varias Orbis terrarum partes circa annum IV. Aureliani Imp. rursus divulgatam fuisse scribit; deinde vero sub Aureliano, & Probo id à Manete factum fuisse innuit, ut videre est num. XIX. XX. LIX. & LXXVII. ejusdem hæreseos. Non potuit autem Archelaus Valeriani, & Gallieni anno IX. Manetem viva voce confutare, ut in libro de Mensuris, & Ponderibus ait Epiphanius, si post non paucos annos, vel anno IV. Aureliani, vel circa finem ejusdem Imperii, & initium Probi, Manes antiquioris nefarii dogmatis incrementa procuravit. Priorem Epiphanii calculum in libro de Mensuris, & Ponderibus sequitur Petrus Siculus in Hist. Manichæorum pag. 37. & Photius in laudato lib. 1. adversus Manichæos repullulantes, licet Valerianus Aug. jam ab anno VII. ejus Imperii à Sapore Rege Persarum captus fuerit. Posteriorem verò probant acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. XXXVII. lucidè apparet, Archelaum sub Imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete, de cujus hæresi nil adhuc sibi compertum erat, disputasse. Cyrillus quoque Hierosolymitanus, qui septuaginta tantum annis post detectam Manetis hæresim se scribere testatur in Catechesi VI. pag. 140. Manetem Probo imperante, hæresim divulgare cœpisse, disertè scribit. Dicendum itaque est, Epiphanium in libro de Mensuris, & Ponderibus errasse, & multo certiora de Manichæorum hæresis exortu in libris adversus hæreses nobis tradidisse, licet in eisdem quoque libris iterum sibi non constare deprehendatur; nam cum dixisset anno IV. Aureliani, qui partem anni CCLXXIII. & CCLXXIV. complectitur, emersisse Manetem, ac præterea affirmasset, id accidisse Aureliani, & Probi temporibus, hoc est, anno Christi CCLXXVI. secundum quosdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos numerare sueverant, vel anno CCXLVI. secundum alios, qui à Christi morte annos supputabant; postea subdit, à Manetis temporibus usque ad annum XIII. Imp. Valentis, & IX. Gratiani, ac primum Valentiniani Junioris, quo ipse scribebat, hoc est, usque ad æræ vulgaris annum CCCLXXVI. intercessisse annos CVII. quod sanè verum esse non potest; nam ab anno CCLXXVI. vel CCLXXIII. aut CCLXXIV. ad annum CCCLXXVI. non centum, & septem anni; sed centum tantummodo, vel CIII. aut CIV. anni secundum varias supputationes modo memoratas numerantur.

Porrò quonam Probi anno id acciderit, ex Eusebio colligi potest, qui in Chronico

nico sic de Manichæorum initiis scribit, *Secundo anno Probi juxta Antiochenos CCXXV. annus fuit, juxta Tyrios CCCII. vel CCCIII. secundùm quosdam; juxta Laodicenos CCCXXIV. juxta Edessenos CCCLXXXVIII.* (ita enim corrigi debet Pontaci editio, in qua perperam legitur CCCLXXXIX.) *juxta Ascalonitas CCCLXXX. Insana Manichaeorum hæresis in commune humani generis malum exorta.* Hæc autem Eusebii verba ita intelligenda sunt, ut non tunc primum Manichæorum hæresis orta fuerit; jam enim ab Apostolorum ferme temporibus quorundam mentes ille nefarius error invaserat, ut ex Archelao nostro, & Epiphanio liquet; sed quod tunc primum Manete hæresim veterem per varias Orientis regiones disseminante, & in Archelaum fortè incidente, qui omnes ejus artes, ac errores disputando detexit, ita in cunctorum per Orbem fidelium notitiam venerit, ut eo tempore incœpisse quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus post confutatum coram Judicibus Manetem, rem totam cunctis per Orbem Episcopis notam fecisse, ut labanti Catholicæ Fidei, quanta possent sedulitate, succurrerent, eoque pacto factum fuisse par est, ut qui subdolos Manichæorum progressus ignorabant, tunc illorum hæresim ortam fuisse crediderint, cum primum ejusdem notitiam ex Archelai literis habuerunt.

Sed & habitæ ab Archelao disputationis tempus ex D. Leone Magno præcisius designari potest, qui in Sermone II. de Pentecoste, Manichæum innotuisse, ait, Probo Imp. & Paulino Coss. anno post Christi Resurrectionem CCL. ut accommodatius ad Chronologicam veritatem in codice Oxoniensi legi Quesnellus testatur. At hic Probi, & Paulini Consulatus partem anni primi, & secundi Imperii Probi continet, quem obeunte Tacito die XIII. Aprilis, ejusque fratre Floriano post duos menses occiso, Romanum Imperium obtinuisse constat. Quare si juxta Eusebium anno Probi II. & juxta Leonem Magnum sub Consulatu Probi, & Paulini patefacta est Manichæorum hæresis, necessario dici debet, Archelai cum Manete disputationem, per quam universæ Ecclesiæ Manetis error innotuit, accidisse intra Julium, atque Decembrem anni CCLXXVII. Verum Archelai nostri verba benigne sunt interpretanda, qui in cap. XXVII. disputationis suæ post trecentos ferè annos à Christi morte, imo post trecentos, & eò amplius annos ab eadem Christi morte advenisse Manetem asserit. Archelaum enim ad exaggerandam Manetis stoliditatem, qui Paraclitum spiritum à Christo promissum, temere se esse affirmabat, annorum numerum in disputationis æstu auxisse dicendum est, ut clarius ostenderet, ipsum longo adeo post Christi mortem tempore emergentem, Paraclitum esse non posse, quem Jesus post suum in Cœlos ascensum, illico se Apostolis missurum affirmaverat, & revera post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, Apostolorum acta diserte testantur.

His de Archelai cum Manete disputationis tempore, ac versionibus, deque ejusdem Archelai episcopali sede prælibatis, agendum nobis est de synceritate, atque præstantia ejusdem operis, ac præterea videndum, an aliqua sui parte mutilatum sit; postremo indicandum, quænam actorum, quæ integra nunc primi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, & ex cujus Bibliothecæ codice editio nostra profluxerit. Et primo quidem de actorum istorum synceritate suspicio nulla oriri potest; nam Epiphanius anno Christi CCCLXXVI. adversus hæreses scribens, insigne ex disputatione Archelai fragmentum protulit in hæresi Manichæorum cap. XXV. quod ejusdem actis ex latina versione à nobis in lucem editis prorsus respondet; ac præterea si Archelai rationes, atque argumenta cum Epiphanii confutationibus conferas, evidentissime apparebit, ipsum ita in omnibus secutum fuisse Archelaum, ut pauca de suo adversus Manetis errores attulerit. Meminit etiam Actorum hujus disputationis Socrates, qui in consulatu XVII. Theodosii Junioris, hoc est, anno æræ Christianæ CCCCXXXIX. Ecclesiasticam Historiam absolvit, & ea omnia, quæ de Manichæorum hæresi narravit, se ex eisdem actis hausisse ingenuè fatetur lib. I. cap. XXII. Eorum insuper, tanquam ab Hegemonio quodam scriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonensis Episcopus, ut supra dictum est. Denique Archelai nostri operum fragmentum contineri in veteri Catenæ Græcorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in scripto Cæsareæ Bibliothecæ codice, testis est Lambecius lib. III. Comm. de eadem Bibliotheca, codice XL. quod utique ex hujus disputationis actis desumptum fuisse non dubito.

Præterea ex eorundem actorum textu varia argumenta erui possunt, quibus eorum antiquitas, atque synceritas demonstratur. Archelaus enim cap. XXVII. & XXXVIII. varios hæreticos enumerans, neminem Sabellio recentiorem appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno Christi CCLVII. & CCLVIII. Romanam Ecclesiam rexit, à Dionysio Alexandrino hæreseos accusatum fuisse constat ex Eusebio in Historiæ Ecclesiasticæ lib. VII. cap. VI. Meminit quoque obsidionis Carrarum, cui præsentem se fuisse testatur cap. XXIV. quæ nulla alia videtur

esse

esse posse, quam illa, quæ sub Valeriano Augusto contigit, cum scilicet à Persis expugnata fuit; vel alia sub Gallieno, cum ab Odenatho Orientis Rege Persis erepta in Romani Imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teste in Gallieno cap. X. & XII. Eorum insuper mentionem facit cap. LII. qui per parentum traditionem Scythiani hæretici Apostolorum temporibus viventis notitiam habuerant, sibique nonnulla de ejus hæresi narraverant. Quin & varii antiqui mores, in hisce actis memorati, de eorumdem synceritate nos dubitare non sinunt. Nam in ipso Actorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum Legionum militibus, Marcelli misericordiæ exemplo commotos, deposito militiæ cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse, quod antiquissimis Ecclesiæ temporibus à Christianis militibus, ne Paganorum commercio, & superstitionibus macularentur, factum fuisse, testis est Tertullianus de Corona militis cap. XI. aliique in nostris ad eum locum notis laudati. Marcellum quoque ait, hospitia in Christianorum peregrinantium usum per vias regias construxisse, quæ à Carris in Persidem ducebant, quod itidem ab antiquis Christianis, qui sedulam hospitalitati operam dabant, fieri consuevisse aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum Apostatam, ubi Imperatorem hunc diversoria, & hospitia per orbem Romanum, Christianorum exemplo ædificari mandasse testatur, ut Paganorum superstitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Narrat insuper Archelaus cap. LIV. Manetem in carcere positum, Discipulos suos misisse *ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur*, eisque, Christianorum se nuncios esse simulantibus, sacrorum codicum copiam factam fuisse. At id sub Ethnicis tantum Imperatoribus facere oportebat, quorum temporibus Christi fideles summa religione curabant, ne sacrosanctæ legis libri ad Ethnicorum manus pervenirent, ac propterea non ubique, sed certis quibusdam in locis, Sacri codices vendi consueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæresi cap. V. ait, Manetem discipulos suos ad inquirendos Sacros libros misisse, antequam in carcerem truderetur; nam in mox laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id à Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

Nec ex sacris tantummodo, verum etiam ex prophanis quibusdam rebus, quarum in hisce actis mentio fit, eorundem fides adstruitur. In iis quippe legimus Manetem, cum à Marcello literis accitus Carras venit, baculum ex ebeno in manibus gestasse, quod ab Alytarchis factitatum olim fuisse testatur Jo. Maleles in Chronico recens in Anglia edito pag. 367. Callisthenes quoque spurius scriptor à Doctissimo Ducangio in Glossario mediæ, & infimæ græcitatis laudatus, verbo Ἐβελλῖνος, de Psammeticho ita scribit, *Καὶ ἐστόλιζε ἑαυτὸν στολὴν προφήτου, κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἐβελλίνην*, ubi Æsopus ejusdem Callisthenis interpres, qui versionem suam Constantio Constantini Magni filio dicavit, malè Tamarisci virgam vertit; unde patet hujusmodi baculo eos uti consuevisse, qui publica aliqua dignitate decorabantur, quique doctrinæ laudem affectabant. Incessum quoque Imperatorum, dum publice cum Protectoribus, signis, draconibus, labaris, Ducibus, Principibus, & Præfectis urbem aliquam ingrederentur, exacte describit cap. XXXVII. Denique de multiplici sigillorum, & clavium usu apud veteres non pauca tradit cap. XIV. & XXVI. quibus similia prorsus in Ethnicorum Scriptorum monumentis occurrunt, ut in nostris ad ea notis ostendimus. Ex quibus omnibus satis superque demonstratur acta ista genuina, & antiquissima esse, nec eorum fidem ullæ ex parte nutare.

Illud tamen dissimulare non possum Acta ista disputationis Archelai cum Manete, quæ ex Vaticano Casinensis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, sed pluribus in locis à veteri librario mutilata. Siquidem Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi VI. pag. mihi 147. quædam Manetis argumenta cum Archelai responsionibus recitat, quæ in nostræ editione non reperiuntur; nec dici posse videtur, Cyrillum Archelai dictorum sensum, non vero ipsamet Archelai verba laudasse, cum simile quidpiam in nullo nostræ editionis loco legatur, ac præterea verba illa, quæ Cyrillus refert, ita concepta sint, ut ab ipsomet Archelao prolata fuisse videantur. Sed & conjecturæ nonnullæ ex nostra eorundem actorum editione peti possunt, quibus id ipsum ulterius confirmatur. Nam in eorundem cap. XII. hæc habentur, *Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit, & in Archelai domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes*, & quæ sequuntur. At vero nil in antecedentibus narratur, quod eæ, qua Manes advenit, die factum fuerit. Præterea in cap. XXV. hujus disputationis Archelaus ait, *Nonne David ex ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait, de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit.* At vero in antecedentibus non legimus hæc unquam à Manete dicta fuisse. Quin & in cap. XXXVIII. verba

verba illa, *Quæ quidem ego non ex meis verbis astruo*, & quæ sequuntur usque ad finem capitis, nullam cum præcedentibus connexionem habere videntur. Denique in horum Actorum capite ultimo, post narratam Manetis necem, hæc legimus, *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi inprioribus exposui.* Videntur autem hæc verba esse Hegemonii illius, qui ut superius diximus, eadem acta compilavit, & in Græcum sermonem transtulit. Sed in nostra editione, quo loco ea de re sermo habeatur, non invenio, quia fortasse in Casinensi codice præfatio deficit, in qua Hegemonius compilationis suæ rationem reddebat; nisi quis verba illa, *In prioribus exposui*, de his accipienda esse censeat, quæ proxime de Manetis morte narravit. Jure itaque merito suspicari potest, eum, qui Casinensem codicem ante quingentos, & amplius annos exaravit, magnæ Actorum disputationis hujus prolixitate pertæsum, multa omisisse, multaque breviasse, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai disputationis actis suam Manichæorum hæreseos confutationem potissimum hausisse, editionem nostram cum ejus scriptis conferenti clare patebit.

Quod ad eorum editionem attinet, vetusti adeo monumenti partem reperit in perantiquo codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosianæ Bibliothecæ servatur, Emericus Bigotius diligentissimus Italicarum Bibliothecarum perscrutator, eamque Clarissimo Valesio communicavit, qui in calce suarum notarum ad Socratem, & Sozomenum, fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa, quæ ex eadem disputatione suis inseruit scriptis Epiphanius, tum alia nonnulla ab eodem omissa, quæ tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa disputationis Archelai, ut eam cum Palladio recudere cogitaverit, apposito Græco Epiphanii textu, ut ex utriusque comparatione, genuina illorum fragmentorum lectione restituta, quivis colligere posset, quanti faciendæ sint antiquæ latinæ versiones, & quantum utilitatis ex illis redundet, ut idemmet ait in præfatione ad Palladii Dialogum de vita S. Joannis Chrysostomi prope finem, sed postea hanc curam iis relinquere satius duxit, qui novam editionem operum S. Epiphanii aggressuri essent, aut qui Socratis historiæ cum notis Doctissimi Valesii rursus edendæ operam susciperent. Et hactenus quidem nil aliud ex Archelai disputatione publicam lucem aspexit. Cum autem Sacri Loci reverentia ductus, Casinum venissem, & ab antiquissimis temporibus conditam ibi à Doctissimis æque, ac Sanctissimis Cœnobiarchis Bibliothecam perlustrassem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta, Archelai integram cum Manete disputationem in sexcentorum, & amplius annorum codice reperi, quam bonæ Reverendissimi quondam Abbatis, nunc vero Archiepiscopi Rossanensis Andreæ Deodati Viri humanissimi, atque amicissimi veniæ, cum nonnullis aliis veterum scriptis in Vaticanæ Bibliothecæ ornamentum transcribi curavi, operam, favoremque suum humanissime præstante Domno Augustino Collicello à Neapoli, tunc temporis Bibliothecæ illius Præfecto. Non possum tamen hic silentio præterire quantum diligentissimi alterius Bibliothecarii Erasmi Gattolæ à Cajeta humanitati debeam, qui nunquam meis votis defuit, plurimosque in meorum studiorum profectum labores ultro subivit, præsertim in emaculanda hac disputatione Archelai, cujus apographi plurima loca mendis incubantia, cum archetypo codice contulit. Sed ut ad Archelaum redeam, reperto hoc vetustissimo adversus Manichæos opere, ad nefariæ eorundem hæreseos historiam conscribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai disputationem, sed & Photii Patriarchæ CP. libros IV. adversus Manichæos suo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita, magnique facienda veterum Auctorum scripta appendicis loco subjungere decreveram: sed Doctissimorum Virorum consilio factum est, ut in antecessum acta ista in primo collectionis nostræ tomo ederentur. Habes itaque, Erudite Lector, integram Archelai cum Manete disputationem bona fide ex apographo Casinensis codicis, quod in Vaticana Bibliotheca servatur, editam, brevibusque notis criticis illustratam, atque ubi per ingenium tuto licuit, emendatam; sunt enim in eo codice librarii sphalmata plurima, quæ sine alterius codicis ope emendare periculosum conatum esse, probe sciunt, qui in vetustis scriptis edendis occupantur. Sed fortasse hoc opus, Deo dante, correctius recudere fas erit cum aliis veterum Scriptorum adversus Manichæos lucubrationibus ad calcem nostræ Manichæorum historiæ, si aliquod aliud exemplar inter lustrandum Bibliothecarum nostrarum loculos occurrat, aut in aliis Europæ Bibliothecis repertum, mihi communicare, Eruditos Viros non pigeat.

Cæterum magnum ex Archelai nostri verbis Catholicæ Fidei præsidium, atque ornamentum accedit. Nam dum Manetis hæresim validissimis argumentis oppugnat, ejusque originem, atque incrementa consectatur, non modo eam funditus subvertit, &

& quam impios habuerit auctores, ostendit; sed & pleraque Catholicorum dogmata illustrat, atque confirmat. Elegans est inter alia locus de instituta ab Apostolis, quam usque nunc servamus, Ecclesiæ Hierarchia, hisce verbis in cap. LI. conceptus, *Sed & optimos architectos ei fundamentum nostrum, id est, Ecclesia, Paulus posuit, & legem tradidit, ordinatis Ministris, & Presbyteris, & Episcopis, in ea describens per loca singula, quo modo, & qualiter oporteat Ministros Dei, quales, & qualiter fieri Presbyteros, qualesque esse debeant, qui Episcopatum desiderant, quæ omnia benè nobis, & rectè disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ disciplina.* Palmaria quoque sunt in hisce actis loca, in quibus humani arbitrii libertas adversus recentiores hæreticos adstruitur, ut videre est cap. XV. & XIX. Pulcherrima sunt, maximeque notanda verba illa cap. XXXII. ubi sic ait: *Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare &c. Et certè qui voluerint, observant mandata, qui vero contempserint, & in perversum declinaverint, sine dubio legem Judicii ferent.* Romanarum quoque antiquitatum studiosi plura in hoc opere invenient scitu haud indigna, quorum pleraque superius commemoravimus, ubi de ejusdem sinceritate tractavimus. Denique hinc etiam discere possumus quousque Romani Imperii limites Parthorum, seu Persarum ditionem versus, tunc temporis protenderentur, aliaque nonnulla de locis in eorundem collimitio sitis, deque Romanorum militum numero, qui apud Carras castra servabant; de his enim rebus sparsim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in ejusdem cap. LII. LIV. & LV. Plura Eruditi inter legendum observabunt, nos enim alio properamus.



ACTA DISPUTATIONIS ARCHELAI EPISCOPI MESOPOTAMIÆ ET MANETIS HÆRESIARCHÆ.

THESAURUS verus, sive disputatio habita in [1] Carchar civitate Mesopotamiæ, judicantibus [2] Manippo, & Ægialeo, & Claudio, & Cleobolo. In qua urbe Mesopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vita, & studiis, & genere, prudentia quoque, & honestate valde clarus habebatur; facultatibus etiam copiosus, & quod omnium maximum est, religiosissime Deum timens, & his quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans, nec quicquam omnino boni erat, quod illi viro deesset; unde & honore plurimo ab universa civitate colebatur, plurimisque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus potius, quam digna proferamus, hæc dixisse sufficiat; ad opus quod propositum est, veniam. Quodam in tempore cum Archelao Episcopo captivorum multitudo fuisset oblata à militibus qui ibi castra servabant, septem millia numero, & septingenti, non mediocris eum sollicitudo constrinxerat, eo quod pro salute ipsorum aurum à militibus posceretur; qui cum dissimulare non posset, pro religione & timore Dei vehementer æstuabat, & tandem ad Marcellum properans, rei gestæ negotium exponit. Verum, ut hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino moratus, ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacunque poposcissent qui deduxerant

1 Hæc eadem urbs infra cap. 3. *Charra* vocatur, non *Carchar*, aut *Caschar*, ut Epiphanius habet. Quare disputatio illa habita fuisse videtur apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione nostra, ubi de Archelao.

2 Μάρσιππος vocatur apud Epiphanium in Hæresi Manichæorum num. 10.

rant vinctos,& continuo, reseratis bonorum suorum thesauris, pietatis pretia militibus, nec numero aliquo, nec discretione ulla [1] distinguit, ut magis dona, quam pretia viderentur. At illi admirati & amplexi tam immensam viri pietatem, munificentiamque & facti stupore permoti, exemplo misericordiæ [2] commonentur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini nostri Jesu Christi, [3] derelicto militiæ cingulo; alii vero, vix quarta pretiorum portione suscepta, ad propria castra discederent, cæteri autem parum omnino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque gestis lætus Marcellus erat valde, & accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo causam belli, vel quo casu ipsi inferiores extiterint, ac vinculis captivitatis innexi sint. At ille, loquendi sibi potestate permissa, ita exorsus est. Nos, Domine mi Marcelle, viventi Deo credimus soli. Est autem nobis mos hujusmodi Patrum nostrorum in nos traditione descendens, quique à nobis observatus est usque ad hunc diem, per annos singulos extra urbem egressi, una cum conjugibus ac liberis, supplicamus soli, & invisibili Deo, imbres ab eo satis nostris ac frugibus obsecrantes: quod cum tempore, ac more solito celebraremus, immorantes jejunos vesper obtexit, & gravabant nos duo omnium difficillima, jejunium, & vigiliæ. Circa medium vero noctis invidus nobis, & importunus somnus obrepsit; & cervicibus degravatis ac laxis, [4] demerso capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum est, quoniam tempus aderat, ut Dei judicio pœnas pro meritis penderemus; forsitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoscentes non desinebamus. In illa igitur hora subito militum nos multitudo circumdat, ut æstimo, putantes nos pro insidiis consedisse, aut omnino usum vel studium habere præliorum; & nulla conventus nostri causa penitus explorata, bellum nobis denunciant, non sermone, sed gladio, & homines, qui injuriam facere cuiquam non didicimus, sine ulla misericordia [5] missibilibus vulnerant, hastis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cum vero dies inclaruit, qui superfuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec sic quidem aliquid nobis misericordiæ concedentes: agebant enim nos ante equos, hastilium verberibus stimulatos, & equorum frontibus impulsos. Et perduravit quidem, si cui vires fuerunt tolerandi, plurimi vero ante ora dominorum crudelium concidentes, animas exhalabant; pendentes uberibus parvulos suos matres, defatigatis ac dimissis onere brachiis, humi decidere sinebant, agitatæ insequentium minis; omnis vero senilis ætas victa laboribus, ac resoluta per inediam, corruebat in terram. Superbi vero milites hoc tam cruento collabentium spectaculo, tanquam voluptate aliqua, fruebantur, cum alios deficientes sterni solo cernerent, in aliis sitis ardoribus fatigatis, intuerentur etiam vocis meatum, arescente linguæ glutino, præpediri; alios vero viderent, conversis post terga oculis, expirantium parvulorum suorum ingemiscentes exitiis, cum illi infelicissimas matres vagitibus inclamarent, illæ vero prædonum acerbitatibus agitatæ, quibus solis libere uti licebat, gemitibus responderent: quarum si quæ tenerius propriis indulgerent visceribus, interitus sortem sponte sibi parem cum filiis præsumpserunt; si quæ vero habere aliquid tolerantiæ potuerunt, captivæ huc usque perductæ sunt. Triduo itaque exacto, cum ne noctibus quidem aliquam requiem cepissemus, ad locum hunc perducimur, in quo post hæc jam quid gestum sit, melius ipse nosti.

III. His auditis vir piissimus Marcellus plurimum in lacrymas profusus est, misertus tantos & tam varios casus; sed nihil moratus, cibos præparat, fatigatis per semetipsum ministeria exhibens, imitatus patrem nostrum Abraham Patriarcham *a*) qui quondam Angelis à se hospitio susceptis, non vernaculis imperavit vitulum deferre de gregibus; sed ipse senior impositum humeris pertulit, ac per semet præparatos cibos propriis manibus Angelis apposuit. Simili &

 Marcel-

1 Fortè, *distribuit.* 2 Fortè, *commoventur.*

3 Abhorruisse à militia Christianos primitivæ Ecclesiæ, ne Paganorum commercio, atque superstitionibus macularentur, notius est ex Tertulliano de Corona Militis cap. 11. quam ut pluribus demonstrari opus sit. Sed ad illustrandum hunc disputationis Archelai cum Manete locum, plurimum facit, quod ibidem ait Tertullianus. *Plane si quos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut Centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, & quem Petrus catechizat; dum tamen suscepta fide, atque signata, aut deserendum statim sit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum, ne quid adversus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut novissime perpetiendum pro Deo, quod aque fides pagana condixit.* Concilium Nicænum can. 12. *Quicunque vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum, post modum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita ut quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annos post triennii tempus, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant.* Vide Lupum & Beveregium in eundem canonem.

4 Fortè, *dimisso.* 5 Barbara vox pro, *missilibus.* *a*) Genes. 18.

Marcellus functus officio, denos præcipit per convivia reclinari, septingentisque omnibus extructis mensis, cum ingenti lætitia reficiebat universos, ita ut qui superesse potuerant, oblivionem caperent laborum, ac totius mali efficerentur immemores. Cum autem quintus decimus transfigeretur dies, Marcello cuncta affatim ministrante captivis, placuit eis omnibus remeandi ad propria tribui facultatem, præter eos, quos vulnerum cura retinebat, quibus competens adhibita medela, ad sua cæteros abire præcepit. Sed his omnibus majora addidit Marcellus pietatis officia; cum plurima namque suorum manu progressus est ad sepelienda corpora in itinere peremptorum, & omnia quæcunque invenire potuit, ut dignum erat, tradidit sepulturæ: quo munere impleto, ad [1] Charram rediit, atque exinde recuperata sanitate, vulneratos ad patriam remeare permittit, largissimo ad iter viatico præparato. At vero facti hujus opinio ad reliqua Marcelli bene gesta immensum cumulum contulit: per universam enim regionem illam ingens fama discurrit de pietate Marcelli, ita ut plurimi ex diversis urbibus videndi, atque cognoscendi viri cupiditate flagrarent, & maximè hi, quibus ferre penuriam usus ante non fuerat, quibus omnibus vir egregius indulgentissime ministrabat, Marcelli veteris imitatus exempla, ita ut omnes dicerent hoc viro nullum pietate præstantiorem. Sed & viduæ universæ in Domino credentes ad eum concurrebant; cum imbecilli quoque ex eo sibi auxilium certissimum præsumebant, nec non & orphani omnes ab ipso nutriebantur, domusque ejus peregrinorum, & pauperum hospitium dicebatur: super omnia vero hæc, fidei curam egregie ac singulariter retinebat, ædificans cor suum super immobilem petram.

IV. [2] Igitur cum diversis in locis fama de eo sæpissime spargeretur, etiam Stranga fluvio superato, Persarum in regionem eum pertulit admirandum, in qua demorabatur Manes quidam, qui ad se hujuscemodi viri opinione perlata, plurima secum ipse volvebat, quemadmodum eum doctrinæ suæ posset laqueis irretire, sperans assertorem dogmatis sui fieri posse Marcellum. Præsumebat enim universam se occupare posse provinciam, si prius talem virum sibimet subdere potuisset; in quo duplici cogitatione animus æstuabat, utrumnam ipse ad eum pergeret, an literis eum primo tentaret adoriri; verebatur enim, ne fortè improviso & subito ingressu malum sibi aliquod nasceretur; ad ultimum versutioribus consiliis parens, scribere decrevit: accitumque unum ex discipulis, [3] Turbonem nomine, qui per Addam fuerat instructus, traditâ Epistolà, abire jubet, ac perferre Marcello; [4] quique acceptam eam huic, cui à Mane fuerat præceptum, pertulit, omni itinere diebus quinque transacto. Veloci etenim usus est cursu, in quo plurimum supradictus Turbo laboris, & molestiæ pertulit: si quando enim [5] veluti peregrinans ad hospitium pervenisset, [6] quæ quidem diversoria hospitalissimus Marcellus instruxerat, cum à servatoribus hospitiorum interrogaretur, unde, & quis, vel à quo missus esset, ajebat, sum quidem [7] Mesopotamensis, de Persida autem venio, à Manichæo Magistro Christianorum missus. At illi [8] ignotum sibi nomen non libenter amplexi, Turbonem etiam ipsis hospitiis detrudebant, ne aquæ quidem ipsius ad bibendum facultate concessa; quæ cum singula quotidie, atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca mansionibus, atque hospitiis præerant, nisi ad ultimum Marcello se portare literas indicasset, peregrinus Turbo mortis pertulisset exitia.

V. Acceptas igitur Marcellus literas resolvit, ac legit, præsente Archelao civitatis Episcopo, quarum exemplum hoc est.

[1] *MANI-*

1 Habita est itaque hæc disputatio apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem, cujus Episcopus erat Archelaus, uti supra adnotavimus.

2 Hinc incipit pars hujus operis edita à Valesio ex Codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana Bibliotheca servatur.

3 Codex Bobiensis legit, *Adda Turbonem.* Fuit autem Adda unus ex discipulis suis, cui Orientem hæresi inficiendum Manes demandavit, ut infra cap. II. dicitur.

4 Codex Bobiensis, *Quippe* mala lectio.

5 Idem codex *ad vesperam veluti peregrinus.*

6 Idem codex, *quæ quidem ipsa diversoria.* Hinc autem apparet quam sedulo hospitalitati operam dederint primitivæ Ecclesiæ fideles Pauli præcepto in Epistola ad Hebræos cap. 13. vers. 1. obsecuti. Tertullianus de Præscriptionibus adversus Hæreses cap. 20. *Sic omnes* (Ecclesiæ videlicet) *primæ & apostolicæ; dum una omnes probant unitatem, dum est illis communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio.* Nota sunt, quæ de Christianorum erga Peregrinum hospitem officiis refert Lucianus in libro de ejusdem morte. Sed & quod de diversoriis atque hospitiis, per regias vias in Persidem ducentes, à Marcello constructis, hic legimus, id aliis in locis, ac ubique ferme à Christianis factum fuisse, aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum Apostatam, ubi Imperatorem hunc ad Christianorum imitationem diversoria & hospitia per orbem Romanum ædificari mandasse testatur, ut Gentilium superstitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Vide plura apud Priorium de Literis Canonicis cap. 5. & seqq. & Thomasinum de Tesseris hospitalitatis cap. 26.

7 Codex Bob. *Mesopotamenus.*

8 Codex Bobiensis, *ignoratum.*

[1] *MANICHÆUS*

Apostolus Jesu Christi, & qui mecum sunt omnes sancti, & virgines, Marcello filio carissimo gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Domino nostro Jesu Christo, & dextera lucis conservet te à præsenti seculo malo, & [2] *à ruina ejus, & à laqueis maligni.*

Dilectionem quidem tuam immensam sentiens, vehementer gavisus sum; fides vero, quia non sit [3] juxta te recta ratione, moleste tuli; propter quod ad emendationem generis humani [4] missus sum, & subveniens his, qui se seductionibus, atque erroribus tradiderunt, hæc [5] scripta ad te necessarium duxi transmittere; primo quidem ad salutem animæ tuæ, deinde & eorum qui tecum sunt; [6] uti ne indiscretos animos geras, sicut simpliciorum [7] magistri docent dicentes, malum, & bonum ab eodem subsistere, & unum initium introducentes, neque quicquam perscrutantes, vel discernentes [8] à luce tenebras, & bonum à malo, & exteriorem hominem ab interiori, sicut prædiximus; sed confundere ac permiscere alterum alteri non cessant. Tu vero, ô fili, ne similiter ut multi hominum, irrationabiliter & simpliciter utraque indiscreta [9] permisceas, neque bonitatis Deo inferas contumeliam. Initium enim & finem, & horum patrem malorum ad [10] Deum referunt, *b*) *quorum finis est maledicto proximus.* Non enim [11] his, quæ dicta sunt in Evangeliis Salvatoris nostri & Domini Jesu Christi credunt, quia *non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. c*) Quomodo Dominum Satanæ, & malorum ejus actuum factorem dicere audeant & conditorem, plurimum miror. Et atque utinam eò usque eorum vanitas pervenisset, & non unigenitum, [12] *qui de Patris finibus descendit,*

ΜΑΝΙΧΑΙΟΣ

Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι, καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῦ, καὶ παγίδων τοῦ πονηροῦ, ἀμήν.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγάπην μεγίστην οὖσαν αἰσθηθεὶς, λίαν ἐχάρην. τὴν δὲ πίστιν οὐκ οὖσαν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἠχθέσθην. ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταλεὶς, φειδόμενός τε τῶν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων, ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι, πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς. ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἅμα σοι τυγχανόντων, [6] πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμὸν, ὡς οἱ τῶν ἁπλουστέρων καθηγεμόνες διδάσκουσι λέγοντες, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγούμενοι, οὐ διακρίνοντες, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαύλου, καὶ τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, ὡς προείπομεν, ἀλλὰ κιρνῶντες καὶ ἐγκαταμιγνῦντες θάτερον θατέρῳ, οὐ παύονται. σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίστως, καὶ ἁπλῶς ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, ἑνώσῃς [9] μηδὲ τῷ τῆς ἀγαθωσύνης Θεῷ ἀνατίθεσο. …χὴν γὰρ, καὶ τέλος, καὶ τὸν τούτων πατέρα τῶν κακῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν, ὧν τὸ τέλος κατάρας ἐγγύς. οὔτε γὰρ [6] ἐν τοῖς εἰρημένοις εὐαγγελίοις παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύουσιν, ὅτι οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς κακοὺς ποιῆσαι, οὐδὲ μὴν δένδρον κακὸν καλοὺς καρποὺς ποιῆσαι. καὶ πῶς τὸν Θεὸν τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῶν κακῶν αὐτοῦ πραγμάτων λέγειν τολμῶσι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται. καὶ εἴθε μὲν ἄχρι τούτων ἔφθασεν αὐτῶν ἡ ματαιοπονία καὶ μὴ τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρὸς

1 Hanc Epistolam cum Marcelli responsione integram refert Epiphanius in Manichæorum hæresi n. 6. ex quo græca desumpsimus.
2 Codex Bobiensis, *à ruinis ejus, & de laqueis.* Sic & Epiphanius.
3 Idem codex, *juxta rectam rationem.* Sic & Epiphanius.
4 Idem codex, *missus sum subveniens.* Epiphanius, *missus & subveniens.*
5 Idem codex, *hac scripta necessarium duxi.*
6 Hinc patet recte in græco Epiphanii textu emendasse Petavium, πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτον nam prius, μὴ, deerat.
7 Codex Casinensis, *magistri dicentes.* Sed aliam lectionem exprimit etiam Epiphanius.
8 Malè idem codex, *à luce, à tenebris.*
9 Codex Casinensis, *Permiscens.* at Bobiensis, *Permisceas neque bonitatis Dei inferas.* Epiphanius, *Permisceas, neque ad bonitatis Deum referas. Initium enim, &c.* Præterea Casinensis legit paulo post, *Initium & finem.* Nos autem ex utroque codice, atque Epiphanio hunc locum emendavimus.
10 Bobiensis codex, *Dominum.*
11 Casinensis habebat, *In his.* Vide tamen an leviter emendandum sit apud Epiphanium, οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν εὐαγγελίοις.
12 Codex Bobiensis, *Qui patris finibus discessit.* Casinensis, *Quidem patris finibus descendit.* Nos ex Epiphanio hunc locum restituimus. *b*) Hebr. 6. 8. *c*) Matth. 7. 18.

d) Christum, Mariæ cujusdam mulieris esse dicerent filium, ex sanguine, & carne, ac reliquis mulierum spurcitiis generatum. Et, ut ne plurima per hanc epistolam scribam, atque in longitudinem temporis protraham patientiam tuam, cum mihi non adsit eloquentia naturalis, sufficit ista dixisse. Omnia autem cognosces, cum præsens fuero apud te; si tamen saluti tuæ [1] parcere, ac providere festinas; non enim *laqueum alicui injicio*, *e*) sicuti plurimi insipientium faciunt. Intellige quæ dico, fili [2] honorabilis.

πατρὸς καταβάντα Χριστὸν, Μαρίας τινὸς γυναικὸς ἔλεγον εἶναι υἱὸν, ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας τῶν γυναικῶν γεγενῆσθαι. καὶ ἵνα μὴ τὰ πολλὰ διὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς γράφων, εἰς μῆκος χρόνου διασύρω σου τὴν ἐπιείκειαν, οὐκ ἔχων τὰς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τούτοις ἀρκεσθήσομαι. τὸ δ' ὅλον γνώσῃ παρόντος μου πρὸς σὲ, εἴγε τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἔτι φείδῃ, οὐδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω, ὡς οἱ τῶν πολλῶν ἀφρονέστεροι ποιοῦσιν. νόει ἃ λέγω, τέκνον τιμιώτατε.

VI. Hac epistola lecta, bajulum literarum Marcellus [3] obsequentissime fovebat hospitio, Archelaus vero ea quæ lecta sunt, non libenter amplexus, velut leo conclusus dentibus [4] infrendebat, auctorem epistolæ sibi desiderans dari; quem Marcellus suadebat quiescere, semet polliciens procuraturum præsentiam viri. Rescribere ergo Marcellus ad ea, quæ scripta sunt, statuit epistolam continentem hæc.

MARCELLUS

[5] *Vir notus, Manichæo, qui sibi per epistolam indicatus est, salutem.*

Scriptam quidem à te epistolam sumpsi, & Turbonem solitâ mihi humanitate suscepi, sensum vero literarum nequaquam adverti; nisi fortè tu præsens exponas nobis per verba, singula, [6] sicut promisisti. Vale.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ

Ἀνὴρ ἐπίσημος, Μανιχαίῳ τῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς δηλουμένῳ, Χαίρειν.

Τὴν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκάμην. τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ φιλοφροσύνην ἐμὴν, τῶν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν οὐδαμῶς ἔγνων, εἰ μὴ σὺ παραγινόμενος φράσῃς ἡμῖν καταλογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέσχου διὰ τῆς ἐπιστολῆς. ἔρρωσθε.

Hanc epistolam signatam tradebat Turboni referendam ad eum, à quo prius ipse pertulerat: ille vero ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, & rogabat alium pro se dirigi, abnegans ultra sibi [7] ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum. Marcellus verò, accito uno ex pueris suis, Callisto nomine, præcipit proficisci, qui nihil moratus, illico proficiscitur: & post triduum pervenit ad Manem, quem in castello quodam [8] Arabionis reperit, atque epistolam tradidit; qua ille perlectâ, gavisus est, à Marcello invitatum se esse, ac sine mora iter invadit: Turbonis tamen remorationem non prosperam [9] præsagitus, & quasi consulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo vero de Marcelli domo prorsus non discedebat, nec ab Archelai Episcopi confabulatione cessabat: valde enim studiose uterque de Manichæi studiis perquirebant, scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi ferat. At ille universa dilucidè enarravit, repetens & exponens de fide ejus hoc modo.

VII. [10] Si fidem Manichæi discere à me vultis; breviter audite. Hic duos colit Deos innatos, ex semetipsis extantes, æternos, unum uni adversantem; & alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. Lux uni nomen imponit, & alteri tenebras. Et lucis quidem esse partem animam, quæ in hominibus est, tenebrarum autem corpus, &

Εἰ τὴν τοῦ Μάνη πίστιν θέλετε μαθεῖν, παρ' ἐμοῦ ἀκούσατε συντόμως. οὗτος δύο σέβει Θεοὺς ἀγεννήτους, αὐτοφυεῖς, ἀϊδίους, ἕνα τῷ ἑνὶ ἀντικείμενον, καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν, τὸν δὲ πονηρὸν εἰσηγεῖται, φῶς τῷ ἑνὶ ὄνομα θέμενος, καὶ τῷ ἑτέρῳ σκότος, καὶ τοῦ μὲν φωτὸς εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τοῦ δὲ σκότους τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιούργημα. μῖξιν δὲ, ἤτοι σύγκρασιν

1 Casinensis, *parere*. Melior alia lectio Bobiensis codicis, ut patet ex Epiphanio.
2 Codex Bobiensis, *Honorabilis. Vale*, quod verbum non habet Epiphanius.
3 Codex Bobiensis, *Obsequentissimo*.
4 Codex Bobiensis, *Infringebat*.
5 Melior Petavii versio, *Vir illustris*.
6 Codex Bobiensis, *Sicut per epistolam promisisti. Vale. Hanc epistolam scriptam atque signatam tradebat Turboni ferendam*. Epiphanius pariter legit, *sicut per epistolam promisisti. Vale*.
7 Codex Bobiensis, *Ad illum reversurum, aut communionem cum eo aliquam fore*.
8 Castellum hoc trans fluvium Strangam situm fuisse in medio Persarum & Mesopotamiæ, ait Epiphanius in hac hæresi num. 7.
9 Codex Bobiensis, *Præsagus*.
10 Sequentia usque ad cap. 12. verbatim græce retulit Epiphanius num. 25.

d) Joan. 1. 18. *e*) 1. Cor. 7. 35.

quæ ex materia est conditio. Permixtionem autem, vel conjunctionem [1] hoc modo dicit effectam, conferens ambos Deos in hujuscemodi exemplum. Quemadmodum si duo Reges sint adversum se pugnantes, qui ab initio fuerint inimici, habentes singuli suas portiones; acciderit autem ut tenebræ progredientes fines suos, bellum cum luce commiserint. Quod cum cognovisset bonus Pater, tenebras ad terram suam supervenisse, [2] produxit ex se virtutem, quæ dicitur Mater vitæ, [3] qua virtute circumdedit primum hominem, quæ sunt quinque elementa [4] idest, Ventus, Lux, Aqua, Ignis, & Materia, quibus indutus, tanquam [5] ad paratum belli, descendit deorsum pugnare adversum tenebras. At verò tenebrarum Principes, repugnantes ei, comederunt de armatura ejus, quod est anima. Tunc ibi vehementer afflictus est deorsum [6] primus parens homo à tenebris, & nisi orantem eum exaudisset Pater, & misisset alteram virtutem, quæ processerat ex se, quæ dicitur Spiritus vivens, & descendens porrexisset ei dexteram, & eduisset eum de tenebris, olim primus homo detentus periclitaretur. Ex eo ergo animam deorsum [7] reliquit, & propterea Manichæi cùm sibi invicem occurrunt, dant sibi dexteras hujus signi gratiâ, tanquam ex tenebris liberati, in tenebris enim [8] omnes hæreses esse dicunt. Tunc vivens Spiritus creavit mundum, & indutus alias tres virtutes, descendens eduxit [9] Principes, & crucifixit eos in firmamento, quod est ejus corpus sphæra; & rursum ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quæ sunt [10] reliquiæ animæ, & fecit ea [11] firmamentum circumire, & iterum creavit terram, [12] & sunt octo. Est autem Omophorus deorsum, id est, qui eam portat in humeris; & cum laboraverit portans, intremiscit: & hæc est causa terræ motus præter constitutum tempus. Hac de causâ filium suum misit benignus pater [13] de finibus suis in cor terræ, & in interiores ejus partes, [14]

σιν [1] τοῦτον λέγει γεγονέναι τὸν τρόπον, ἀπεικάζων τοὺς δύο τῷδε τῷ παραδείγματι. καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀναμέρος ἑκάστου τὰ ἴδια ἔχοντος. κατὰ δὲ σύστασιν τὸ σκότος ἐπελθὸν ἐκ τῶν ὁρίων αὐτοῦ προσεμαχήσατο τῷ φωτὶ. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκότος ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐπιδεδημηκὸς, προβάλλειν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα. εἰσὶ δὲ, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ, καὶ ὕλη. καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενον, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου, κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει. οἱ δὲ τοῦ σκότους ἄρχοντες ἀντιπολεμοῦντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή. τότε δεινῶς ἐθλίβη ἐκεῖ κάτω ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ εἰ μὴ εὐξαμένου εἰσήκουσεν ὁ Πατὴρ. καὶ ἀπέστειλεν ἑτέραν δύναμιν προβληθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελθὼν δέδωκεν αὐτῷ δεξιὰν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ τοῦ σκότους, πάλαι ἂν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος κατεχόμενος, ἐκινδύνευσεν. ἔκτοτε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχήν. καὶ διὰ τοῦτο Μανιχαῖοι ἐὰν συναντήσωσιν ἀλλήλοις, δεξιὰς διδόασιν ἑαυτοῖς σημείου χάριν, ὡς ἀπὸ σκότους σωθέντες. ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἱρέσεις εἶναι λέγει. τότε ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸ φορέσαν ἑτέρας τρεῖς δυνάμεις, κατελθὸν ἀνήνεγκε τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐστερέωσεν ἐν τῷ στερεώματι, ὅ ἐστιν αὐτῶν σῶμα ἡ σφαῖρα. Τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἅ ἐστι τῆς ψυχῆς λείψανα, καὶ οὕτως ἐποίησε τὸ στερέωμα κυκλεῦσαι. καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἴδη ὀκτώ. ὁ δὲ Ὠμοφόρος κάτω βαστάζει, καὶ ἐπὰν κάμῃ βαστάζων, τρέμει, καὶ σεισμοῦ αἴτιος γίνεται παρὰ τὸν ὡρισμένον καιρόν. τούτου ἕνεκα τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατὴρ ἐκ τῶν κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ ταύτης κατώτατα μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν [14] ἐπιτιμίαν δῷ. καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ τρέμει κάμνων, ἢ ἀντιφέρει εἰς τὸν ἕτερον

1 Hinc patet apud Epiphanium legi debere, τοῦτον λέγει. cum prius esset, τούτων.

2 Codex Bobiensis, *Produxit ex virtute.* Casinensis, *Produxerit & esse virtutem.* Sed legendum ex Epiphanio uti emendatum est.

3 Codex Bobiensis, *Quâ circumdedit.* Casinensis, *Qua virtute.* Sed ex Bobiensi, & Epiphanio emendavi, *Quâ virtute.*

4 Codex Bobiensis, *Id est, lux, aqua, ignis & materia.* Sed Epiphanius legit *ventus, lux, aqua, ignis & materia*, ut in codice Casinensi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.

5 Epiphanius legit, *Ad apparatum belli.* 6 Codex Bobiensis, concinente Epiphanio, *Primus homo.*

7 Codex Bobiensis, *relinquit.* mala lectio, ut patet ex Epiphanio.

8 Codex Bobiensis, *omnis haresis esse dicitur.* Sed hanc lectionem rejicit Epiphanius.

9 Hæc est hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam enim ex codice Bobiensi Valesius exprimit, corruptam esse nemo non videt; sic enim se habet, *Descendens eduxit Principes Jeru, exiens in firmamentum, quod est, &c.* In græco Epiphanii est, *Et stabilivit in firmamento, quod est ipsorum corpus sphara.* Sed vide eundem Epiphanium cap. 48.

10 Ita & Epiphanius. Malè apud Valesium, *Reliqua anima.* Vide eundem Epiphanium ibid. cap. 49.

11 Et hic malè codex Bobiensis, *in firmamento circuire*, ut patet ex Epiphanio.

12 Epiphanius habet εἰς εἴδη ὀκτώ. *Creavit terram octuplici specie. Omophorus autem*, hoc est, bajulus, *infrà sustinet.* Sed latinus noster interprês legit, εἰσὶ δὲ, vel, εἰσὶ δή.

13 Codex Bobiensis, *de finibus in cor terra.* Sic legit & Epiphanius.

14 Idem codex, *quod illum, ut pareret, coërceret.* Prava lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro ἐπιθυμίαν, rectè emendasse ἐπιτιμίαν.

quò illum, ut par erat, coërceret; quotiens enim efficitur terræ motus, tremante eo ex labore, vel de humero in humerum transferente pondus, efficitur. Tunc ergo & ipsa materia creavit ex se plantas, vel germina, quæ cum [1] furatæ essent à quibusdam Principibus, convocavit omnes Principes primarios, & sumpsit ab eis singulas virtutes, & fecit hominem hunc secundum speciem primi hominis illius, [2] & junxit animam in eo.

ἕτερον ὦμον. τότε τοίνυν καὶ ἡ ὕλη ἀφ' ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτά, καὶ συλωμένων αὐτῶν ἀπό τινων Ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τοὺς τῶν ἀρχόντων πρωτίστους, καὶ ἔλαβεν ἀπ' αὐτῶν ἀνὰ μίαν δύναμιν, καὶ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδησε τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ. [2] αὕτη ἐστὶ τῆς συγκεράσεως ἡ ὑπόθεσις.

VIII. Cum autem vidisset Pater vivens affligi animam in corpore, [3] quia est miserator & misericors, misit Filium [4] suum dilectum ad salutem animæ; hac enim causâ, & propter omophorum misit eum. Et veniens filius, transformavit se in speciem hominis; [5] & apparebat quidem hominibus ut homo, cum non esset homo, & homines [6] putaverunt eum natum esse. Cum ergo venisset, machinam quandam [7] concinnavit ad salutem animarum; id est, rotam statuit, habentem duodecim urceos, [8] quæ rota per hanc sphæram vertitur, hauriens animas morientium, quasque luminare majus, id est, sol radiis suis [9] adimens purgat, & lunæ tradit, & ita adimpletur lunæ [10] discus, qui à nobis ita appellatur. Naves enim vel translatorias cymbas esse dicit duo ista luminaria, & cum repleta fuerit luna, transfretare animas, ad subsolanam partem, & ita [11] apocrusin, detrimentum, patitur, cum onere fuerit relevata: & [12] iterum repleri cymbam, & rursus exonerari, dum hauriuntur per urceos animæ, usquequo partem suam propriam liberet [13] animarum. De substantiâ autem boni Patris omnem animam, atque omne animal, quod movetur, partem trahere confirmat. Cum igitur luna onus, quod gerit, animarum, seculis tradiderit Patris, permanent [14] illæ in columnâ gloriæ, quod vocatur [15] Vir perfectus. Hic autem Vir est co-

Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν θλιβομένην τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, εὔσπλαγχνος ὢν καὶ ἐλεήμων, ἔπεμψε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἠγαπημένον εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς. διὰ γὰρ ταύτην τὴν πρόφασιν, καὶ τὴν τοῦ Ὠμοφόρου, ἀπέστειλεν αὐτόν. καὶ ἐλθὼν ὁ Υἱὸς μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν εἰς ἀνθρώπου εἶδος, καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος, μὴ ὢν ἄνθρωπος, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγεννῆσθαι. ἐλθὼν οὖν ποιεῖται τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥτις ὑπὸ τῆς σφαίρας στρεφομένη, ἀνιμᾶται τῶν θνησκόντων τὰς ψυχάς. καὶ ταύτας ὁ μέγας φωστὴρ ταῖς ἀκτῖσι λαβών, καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῖν προσαγορευόμενος. πλοῖα γάρ, ἤτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει τοὺς δύο φωστῆρας. εἶτα ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεύει εἰς ἀπηλιώτην, καὶ οὕτως ἀπόκρουσιν ποιεῖται, τοῦ γόμου ἐλαφρυνομένη καὶ οὕτω πληροῖ τὸ πορθμεῖον, καὶ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμωμένων ὑπὸ τῶν κάδων τῶν ψυχῶν, ἄχρις οὗ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει [13] τῆς ψυχῆς. τῆς γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς οὐσίας πᾶσαν ψυχήν, καὶ πᾶν κινούμενον ζῶον μετέχειν λέγει. τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς Αἰῶσι τοῦ Πατρός, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος. ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στῦλος ἐστι φωτός, ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν καθαριζομένων. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἧς αἱ ψυχαὶ σώζονται. ἡ δὲ τοῦ ἀποθανεῖν τοὺς ἀνθρώπους

1 Codex Casinensis, *furatæ essent*, *convocavit*. Nos Bobiensem codicem & Epiphanium secuti sumus.

2 Malè codex Bobiensis, *& vexit animam in eo.* quam lectionem non sequitur Epiphanius: subditurque apud eundem, *Et hæc est commixtionis ratio.* quæ verba de suo fortasse addidit Epiphanius.

3 Codex Bobiensis, *qui est.* 4 Ita cod. Bobiensis, & Epiphanius. Casinensis non habet *dilectum*.

5 Uterque codex, *& parebat.* Sed nos Epiphanii lectionem prætulimus.

6 Codex Bobiensis, probante Epiphanio *putabant eum natum esse.* Casinensis malè, *naturam esse*.

7 Codex Bobiensis, *concinnatam.* Epiphanius habet, *Veniens igitur opus quoddam ad animarum salutem molitus est, & machinam construxit, cados duodecim habentem, quæ à sphærâ conversa mortuorum animas sursum evehit.*

8 Codex Bobiensis, *quæ per hanc sphæram hauriens animas viventium.* Mala lectio, ut ex Epiphanio apparet.

9 Epiphanius, λαβὼν, *assumens.* 10 Codex Bobiensis, *discursus*, pessima lectio.

11 In codice Casinensi, *Apocrisin*, scribitur; sed nos locum restituimus ex codice Bobiensi, in quo *Apocrusin* rectè legitur, licet in aliis hic depravatissimus existat. Ἀπόκρουσιν autem Alexandro Aphrodisiensi, & Tralliano dicitur facere luna, cum decrescit, seu senescit, ut notum est.

12 Epiphanius οὕτω, *& ita repleri.* 13 Idem Epiphanius, τῆς ψυχῆς, *anima*; sed ex hujus antiqui interpretis versione debet emendari.

14 Legendum *illæ*, hoc est, animæ ex Epiphanio, licet uterque codex habeat, *illa*.

15 Epiphanius habet, *Aër perfectus*, unde colligitur latinum hujus operis exemplar è græco expressum esse, & malè interpretem legisse, ἀνὴρ, pro ἀὴρ; vertendum autem esse, *Aër perfectus. Aër autem hic &c.* ut græca cum latinis conveniant, & aliquis inde sensus eruatur.

lumina lucis: repleta est enim mundarum animarum, & hæc est causa salutis animarum; mortis verò causa hominibus est ista. Virgo quædam decora & exornata, elegans valde, furto appetit Principes, qui sunt in firmamento à vivente Spiritu educti, & crucifixi, quæ cum apparuerit, maribus fœmina decora apparet; fœminis verò adolescentem speciosum & concupiscibilem demonstrat. Sed Principes quidem, cum eam viderint exornatam, * amore ejus in libidinem moventur; & quia eam apprehendere non possunt, vehementer instigantur amoris incendiis excitati; rapti sunt enim [1] libidinis calore: cum enim currentibus post eam anxii effecti fuissent, Virgo subitò nusquam comparuit. Tunc Princeps ille magnus producit nebulas ex semetipso, uti obscuret in irâ suâ omnem mundum, qui cum tribulatus fuerit plurimum, sicut homo sudat post laborem, ita & hic Princeps [2] sudat ex tribulatione suâ, cujus sudor pluviæ sunt. [3] Sed & messis Princeps, si deceptus fuerit à Virgine, [4] effundit pestem super terram, ita ut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad similitudinem magni hujus mundi, [5] & omnes homines, qui sunt deorsum, radices habent sursum colligatas. Cum ergo deceptus fuerit à Virgine, [6] tunc incipit excidere radices hominum, & cum excisæ fuerint radices eorum, efficitur pestilentia, & ita moriuntur. [7] Quod si superiores partes radicum validiùs concusserit, fit terræ motus, & insequitur Omophori concussio, & hæc est mortis occasio.

IX. Dicam autem vobis, quomodo & animæ in alia quoque corpora,[8] transfunduntur. In hoc primo purgatur aliquid ex ea parum; deinde transfunditur in canem, aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quod si [9] homicidium commisit, anima in elephantiacorum corpora transfunditur; quòd si messem secuit, in mutos. Nomina autem animæ sunt ista, [10] Mens, Sensus,

θρώπους δὴ πάλιν αὕτη. παρθένος τις ὡραία κεκοσμημένη, πιθανὴ πάνυ συλᾷν ἐπιχειρεῖ τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ ζῶντος Πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σταυρωθέντας, φαινομένη γὰρ τοῖς ἄρρεσι θήλεια εὔμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις νεανίας εὐειδὴς καὶ ἐπιθυμητός, καὶ οἱ μὲν Ἄρχοντες ὁπόταν ἴδωσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰστρῶνται τῷ φίλτρῳ, καὶ μὴ δυνάμενοι αὐτὴν καταλαβεῖν, δεινῶς φλέγονται τῷ ἐρωτικῷ πόθῳ τὸν νοῦν ἐξαρπασθέντες. ὅταν οὖν τρεχόντων αὐτῶν, ἡ παρθένος ἄφαντος γίνηται τότε ὁ Ἄρχων ὁ μέγας προβάλλει τὰς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τὸν κόσμον. καὶ οὕτως ἐὰν θλιβῇ πάνυ, καθάπερ ἄνθρωπος ἱδρῶν ἀποκοπιοῦται. ὁ δὲ ἱδρὼς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ βροχή. [3] ὁμοῦ καὶ ὁ θερισμὸς ἄρχων ἐὰν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, καταχέει λοιμὸν ἐφ᾽ ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατώσῃ τοὺς ἀνθρώπους. τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον. καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ῥίζας ἔχουσι, κάτω συνδεθείσας τοῖς ἄνω. ὁπόταν οὖν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, τότε ἄρχηται κόπτειν τὰς ῥίζας τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὅταν κοπῶσιν αἱ ῥίζαι αὐτῶν, τότε ἄρχηται λοιμὸς γίνεσθαι, καὶ οὕτως ἀποθνήσκουσιν. ἐὰν γὰρ τὰ ἄνω τῆς ῥίζης πόνῳ σαλεύσῃ, σεισμὸς γίγνεταί τε, καὶ ἐπακολουθεῖ, συγκινουμένου μὲν τοῦ Ὠμοφόρου, αὕτη ἡ αἰτία τοῦ θανάτου.

Ἐρῶ δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο, πῶς μεταγγίζεται ἡ ψυχὴ εἰς πέντε σώματα. πρῶτον καθαρίζεται μικρόν τι ἀπ᾽ αὐτῆς, εἶτα μεταγγίζεται εἰς κυνὸς, ἢ εἰς καμήλου, ἢ εἰς ἑτέρου ζώου σῶμα. ἐὰν δὲ ᾖ πεφονευκυῖα ψυχὴ, εἰς κελεφῶν σῶμα μεταφέρεται. ἐὰν δὲ θερίσασα εὑρεθῇ, εἰς μογιλάλους. τῆς δὲ ψυχῆς δὴ τὰ ὀνόματα ταῦτα, νοῦς, ἔννοια, φρόνησις, ἐνθύμησις, λογισμός. οἱ δὲ θερισταὶ, ὅσοι θερίζουσιν, ἐοίκα-

* Melior in seqq. Epiphanii lectio, quæ sic latinè sonat; *Amoris æstro aguntur, cumque eam assequi nequeant, extra mentem acti, præ amore, & cupiditate mirum in modum exardescunt. Quum igitur, accurrentibus illis, virgo se ex illorum aspectu subduxerit, tunc, &c.*

1 Malè codex Bobiensis, *libidinis amoris calorem; cum ergo currentibus eis post eam, virgo, &c.*

2 Idem codex, *sudat ei ex tribulatione.* prava lectio.

3 Epiphanius habet ex versione Petavii, *Sic & Princeps alter, Messor appellatus, si Virginis illecebrâ capiatur, pestem in universam terram perdendis hominibus immittit.* In textu tamen græco, *Messis* est, non *Messor*, sed fortasse legendum θερισμοῦ.

4 Codex Casinensis, *effundit famem.* Bobiensis, *effundet famem.* Sed nos ex seqq. & ex Epiphanio, *pestem* substituimus. Facile autem fuit veteri latino interpreti ob similitudinem vocum, λιμὸς, *fames*, & λοιμὸς, *pestis*, in hunc errorem incidere.

5 Epiphanius habet, *Et omnes homines radices habent infrâ cum superioribus connexas.*

6 Codex Bobiensis, *tunc cum incipiet.*

7 Apud Epiphanium legitur, *Quòd si superiores partes radicum præ labore quatiantur, terræ motus fit, atque consequitur, Omophoro quidem insimul concusso.*

8 Codex Bobiensis, *transferuntur.* mala lectio. Epiphanius habet, *quomodò anima in quinque corpora transfundatur. Primùm, &c.*

9 Codex Bobiensis, *homicidium admisit, anima in elephantorum corpora.* In Casinensi scribitur, *in elefantiacorum corpora*, quod procul dubio, *elephantiacorum*, legi debet. Epiphanius tamen habet, κελεφῶν, *celephorum.* ignotum mihi animal.

10 Petavius meliùs vertit apud Epiphanium, *Mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio.*

Prudentia, Intellectus, Cogitatio. Messores autem, qui messem metunt, conferuntur Principibus, * qui ex materiâ orti, in tenebris sunt, ex quo manducaverunt de primi hominis armaturâ, propter quod necesse est eos transfundi in fœnum, aut in faseolum, [1] aut in hordeum, aut in olera, ut & ipsi desecentur & demetantur: & qui manducant panem, [2] necesse est, ut & ipsi manducentur, panem effecti. Qui occiderit pullum, & ipse pullus erit; qui murem, mus etiam ipse erit. Si quis verò est dives in hoc mundo, cùm exierit de corpore suo, necesse est eum in corpus pauperis injici, [3] ita ut ambulet, & mendicet, & post hæc eat in pœnas æternas. Cum ergo corpus hoc Principum sit, & materiæ, necesse est eum, qui plantaverit perseam, transire per multa corpora, usquequo [4] persea illa, quam plantaverat, concidat. Qui autem ædificaverit sibi domum, [5] dispergetur per omnia corpora. Si quis laverit se in aqua, animam suam [6] vulnerat; & qui non præstiterit electis ejus [7] alimenta, pœnis subdetur [8] gehennæ, & transformatur in catechumenorum corpora, usquequo faciat misericordias multas; & propterea si quid optimum est in escis, [9] offerunt illud electis: & cum voluerint manducare panem, orant primò, ista dicentes ad panem, neque ego te messui, neque molui, neque [10] tribulavi, nec in clibanum te misi, alius te fecit, & detulit te mihi, ego innocenter te [11] manduco. Et cum intra semetipsum hæc dixerit, [12] respondet ad eum, qui ei detulit, oravi pro te, & ille discedit ita. Sicut ergo dixi vobis paulò ante, si quis messuerit, demetetur, ita & si quis frumentum in molam miserit, etiam ipse mittetur in molam, aut si quis consperserit, conspergetur, [13] aut si panem coxerit, excoquetur; & propter hoc illicitum est apud eos opus facere. Et iterum dicunt esse [14] alios quosdam, præter hunc, quem videmus, mundos, quibus hujus mundi luminaria, cùm hic occiderint, oboriuntur.

ἐοίκασι τοῖς Ἄρχουσι τοῖς ἀπ' ἀρχῆς οὖσιν εἰς σκότος, ἐπεὶ ἔφαγον ἐκ τῆς τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πανοπλίας. διὸ ἀνάγκη αὐτοὺς μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κριθὴν, ἢ εἰς στάχυν, ἢ εἰς λάχανα, ἵνα θερισθῶσι, καὶ κοπῶσι. καὶ εἴ τις πάλιν ἐσθίει ἄρτον, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν βρωθῆναι, ἄρτον γενόμενον. εἴ τις φονεύσει ὀρνίθιον, ὀρνίθιον ἔσται. εἴ τις φονεύσει μῦν, καὶ αὐτὸς μῦς ἔσται. εἰ τις πάλιν ἐστὶ πλούσιος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ, ἀνάγκη αὐτὸν εἰς πτωχοῦ σῶμα μεταγγισθῆναι, ὥστε περιπατοῦντα αὐτὸν ἐπαιτῆσαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπελθεῖν αὐτὸν εἰς κόλασιν αἰώνιον. τοῦ δὲ σώματος τούτου ὄντος τῶν Ἀρχόντων, καὶ τῆς ὕλης, ἀνάγκη τὸν φυτεύοντα περσέαν διελθεῖν πολλὰ σώματα, ἕως ἂν καταβληθῇ ἡ περσέα ἐκείνη. εἰ δέ τις οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ οἰκίαν, διασπαραχθήσεται εἰς τὰ ὅλα σώματα. εἴ τις λούεται εἰς τὸ ὕδωρ, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν [6] πήσσει. καὶ εἴ τις οὐ δίδωσι τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ εὐσέβειαν, κολασθήσεται εἰς τὰς γενεὰς, καὶ μετενσωματοῦται εἰς κατηχουμένων σώματα, ἕως οὗ δῷ εὐσεβείας πολλάς, καὶ διὰ τοῦτο, εἴ τι κάλλιστον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς προσφέρουσι. καὶ ὅταν μέλλωσιν ἐσθίειν ἄρτον, προσεύχονται πρῶτον, οὕτω λέγοντες πρὸς τὸν ἄρτον, οὔτε σε ἐγὼ ἐθέρισα, οὔτε ἤλεσα, οὔτε ἔθλιψά σε, οὔτε εἰς κλίβανον ἔβαλον. ἀλλὰ ἄλλος ἐποίησε ταῦτα, καὶ ἤνεγκέ μοι, ἐγὼ ἀναιτίως ἔφαγον. καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν εἴπῃ ταῦτα, λέγει τῷ κατηχουμένῳ, ηὐξάμην ὑπὲρ σοῦ, καὶ οὕτως ἀφίσταται ἐκεῖνος. ὡς γὰρ εἶπον ὑμῖν πρὸ ὀλίγου, εἴ τις θερίζει θερισθήσεται. οὕτως ἐὰν εἰς μηχανὴν σῖτον βάλλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτὸς, ἢ φυράσας φυραθήσεται, ἢ ὀπτήσας ἄρτον ὀπτηθήσεται. καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρηται αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς, τῶν φωστήρων δυνάντων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. καὶ εἴ τις περιπατεῖ χαμαὶ, βλάπτει τὸν ἀέρα. ἐπειδὴ ὁ ἀὴρ ψυχή ἐστι τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἑρπετῶν. καὶ εἴ τις ἐν κόσμῳ ἐστὶν, εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦτο

* Codex Bobiensis, *qui ex materia horti*, typographorum, ut videtur, errore. Apud Epiphanium legitur, *qui ab initio in tenebris sunt*.

1 Codex Bobiensis malè, *faseolam*.

2 Codex Bobiensis, *necesse est, & ipsum manducari panem effectum, Quòd si occiderit pullum, & ipse pullus erit. Quis verò est dives.* Sed Epiphanius cum Casinensi codice convenit. Malè autem in margine emendavit Valesius, *Quisquis verò est dives*.

3 Codex Bobiensis, *ut ambulet, mendicet*.

4 Malè in Casinensi codice legebatur, *per se ad illam*. Porro περσέα Petavius vertit, *Persica arbor*. Vide Epiphanium num. 9.

5 Codex Bobiensis, *Dispergitur*. Epiphanius habet ut Codex Casinensis.

6 In græco Epiphanii est πήσσει, *frigore adstringit, congelat*. Latinus tamen interpres legisse videtur πλήσσει.

7 Apud Epiphanium scribitur, εὐσέβειαν, *pietatem*.

8 Epiphanius, *per multas generationes, pœnas expendet*.

9 Codex Bobiensis, *Offerunt illud illis electis*. Casinensis, *offerre illud electis*, sed ex Epiphanio legendum ut edidimus.

10 In græco Epiphanii ἔθλιψα, *subegi*, eo sensu, quo farinam subigere dicimus.

11 Casinensis, *Manduco & solvo*. Sed nos Bobiensis codicis, & Epiphanii lectionem expressimus.

12 Codex Bobiensis, *Respondet ad illum, qui detulit: oravi pro te. Si quis messuerit, demetetur &c.* Epiphanius habet; *Dicit catechumeno, oravi pro te, & ita ille discedit. Nam, sicut ego paulò ante dixi, si quis messuerit, demetetur.* Sed melior latini interpretis lectio.

13 Codex Bobiensis, *Ita & si quis panem*.

14 Idem Codex, *Alios præter hunc, quem videmus, mundum*.

[1] Et illi dicunt, si quis ambulat in terrâ, lædit terram, & [2] qui movet manum, lædit aërem, quia aër anima est hominum, & animalium, & volatilium, & piscium, & [3] repentium, & si quid est in hoc mundo: dixi enim vobis, quia [4] corpus hoc non est Dei, sed materiæ est tenebrarum, & ideo necesse est illud obscurari.

X. Paradisus autem, [5] qui vocatur Mundus, & arbores, quæ in ipso sunt, concupiscentiæ sunt, & cæteræ seductiones corrumpentes [6] cogitationes hominum. Illa autem arbor, quæ est in Paradiso, ex qua agnoscitur bonum, ipse est Jesus, & [7] scientia illius, quæ est in mundo; quam qui acceperit, discernit bonum à malo. Mundus autem nec ipse est Dei, sed [8] ex parte materiæ plasmatus, & ideo omnia exterminantur. Quod autem furati sunt Principes à primo homine, ipsum est, quod adimplet lunam, quod quotidie purgatur à mundo: [9] & si exierit anima, quæ non cognoverit veritatem, traditur Dæmonibus, ut eam doment in gehenna ignis, & postea quam [10] correcta fuerit, transfunditur in alia corpora, ut dometur, & ita injicitur in illum magnum ignem usque ad consummationem. De Prophetis autem, qui [11] apud vos sunt, hæc dicit, spiritus esse impietatis sive iniquitatis tenebrarum illarum, quæ ab initio [12] ascenderunt, à quibus decepti, non sunt locuti in veritate; excœcavit enim Princeps ille [13] mentes ipsorum; & si quis sequitur verba ipsorum, morietur in sæcula, [14] devinctus intra massam, quoniam non didicit scientiam Paracliti. Præcipit autem electis suis solis, [15] qui non sunt amplius quam septem numero, ut cum [16] desinerent manducantes, orarent, & mitterent oleum super caput, [17] exorcidia-

τοῦτο οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης. διὸ καὶ σκότος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

Περὶ δὲ τοῦ Παραδείσου, [5] ἐς καλεῖται κόσμος· ἔστι δὲ τὰ φυτὰ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι ἀπάται, διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων. τὸ δὲ ἐν Παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν, αὐτό ἐστιν ὁ Ἰησοῦς [7] ἡ γνῶσις αὐτοῦ, ἡ ἐν τῷ κόσμῳ. ὁ δὲ λαμβάνων, διακρίνει τὸ καλὸν, καὶ τὸ πονηρόν. ὁ μέντοι κόσμος, οὐδ᾽ αὐτός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ ἢ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἀφανίζεται. ὃ δὲ ἐσύλησαν οἱ Ἄρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, αὐτό ἐστι τὸ γεμίζον τὴν σελήνην, τὸ καθαριζόμενον καθημερινὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, μὴ γνοῦσα τὴν ἀλήθειαν, παραδίδοται τοῖς δαίμοσιν, ὅπως δαμάσωσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γεένναις τοῦ πυρὸς, καὶ μετὰ τὴν παίδευσιν μεταγγίζεται εἰς σώματα, ἵνα δαμασθῇ, καὶ οὕτω βάλλεται εἰς τὸ μέγα πῦρ, ἄχρι τῆς συντελείας. Περὶ δὲ τῶν [11] παρ᾽ ὑμῖν Προφητῶν, οὕτως λέγει. Πνεῦμα εἶναι ἀσεβείας, ἤτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀνελθόντος. καὶ διὰ τοῦτο [12] πλανηθέντες οὐκ ἐλάλησαν. ἐτύφλωσεν γὰρ αὐτῶν ὁ Ἄρχων τὴν διάνοιαν. καὶ εἴ τις ἀκολουθεῖ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀποθνήσκει εἰς τοὺς αἰῶνας, δεδεμένος εἰς τὴν βῶλον, ὅτι οὐκ ἔμαθε τὴν γνῶσιν τοῦ Παρακλήτου. ἐνετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ μόνοις, οὐ πλέον ἑπτὰ οὖσι τὸν ἀριθμὸν, ἐὰν παύσησθε ἐσθίοντες, εὔχεσθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον ἐξωρκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς, πρὸς στηριγμὸν τῆς πίστεως ταύτης.

1 Codex Bobiensis, *& ibi dicunt.* 2 Idem codex, *Qui levat manum.*
3 Idem codex, *reptantium. Et si quod.*
4 Codex Bobiensis, *Corpus hoc non illud necesse est obscurari.* Sed mutilum hunc locum esse patet ex Epiphanio, qui cum Casin. cod. concordat. Nisi quòd habet Epiphanius, *Sed materiæ est, ipsumque corpus obscuritas est.*
5 Hinc patet apud Epiphanium legi debere ὃς καλεῖται κόσμος. non autem, οὗ καλεῖται κόσμος.
6 Codex Bobiensis, *cogitationem.* Epiphanius habet, *Cogitationes hominum illorum. Arbor autem.* Sed melior videtur latini interpretis lectio.
7 Codex Bobiensis, *& scientia ejus.* Epiphanius, γνῶσις *cognitio*, vel etiam *scientia.* Hinc autem patet legendum esse apud eundem, καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ. *ejusque cognitio.*
8 Ita apud Epiphanium, & in Codice Bobiensi. At Casinensis, *ex materia.*
9 Codex Bobiensis, *& si exierit, animamque non cognoverit veritas, tradetur.* Sed codicis Casinensis lectionem firmat Epiphanius.
10 Codex Bobiensis, *correpta fuerit, transfundetur.* Casinensis, *correpta fuerit, transfunditur.* Nos tamen, *correcta fuerit*, edidimus ex Epiphanio.
11 Hinc patet apud Epiphanium pro ὑμῖν non esse legendum ἡμῖν, ut Petavius in margine emendandum esse monuit; nam hæc Turbo videtur narrasse antequam hæresim deposuisset. Vide pag. seq. num. 4.
12 Codex Bobiensis, *Ascenderunt, quibus deceptus.* Epiphanius, *Et ob id aberrantes.* Malè autem ibi expungendam esse negativam particulam censuit Petavius, eam enim antiquus latinus interpres retinet; qui tamen legisse videtur in græco textu οὐκ ἐλάλησαν ἐν ἀληθείᾳ.
13 Codex Bobiensis, *mentem illorum.* Ita & Epiphanius.
14 Codex Bobiensis, *devictus*, quod est contra græci textûs sensum.
15 Idem codex, *Qui sunt*, mala lectio. 16 Codex Bobiensis, *desinerint.*
17 Oleum exorcidiatum ait, pro exorcizatum, contra quam veteres interdum scribere solebant; hic enim syllaba *za*, in *dia*, convertitur, illi autem propositionem græcam διὰ, & *j* consonans vocalibus adjunctum in *z* mutabant; sic *Zabulus*, pro *Diabolus*, & similia. Vide Barthium in notis ad Phœbadium cap. 1.

tum, invocatis nominibus plurimis, ad confirmationem fidei [1] hujus; nomina tamen mihi non manifestavit,[2] soli enim illi septem utuntur his nominibus. Et [3] iterum hoc, quod [4] apud vos magnum, & honorabile [5] est nomen Sabaoth, ille dicit naturam esse hominis, & patrem concupiscentiæ; & propterea, inquit, [6] simpliciores adorant concupiscentiam, Deum eam putantes. De Adam vero quomodo creatus sit, [7] ita dicit, quia qui dicit; *f) Venite, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram,* [8] secundum eam, quam videmus formam, Princeps est, qui hæc dicit ad collegas suos Principes, id est, venite, date mihi de lumine, quod accepimus, & faciamus secundum [9] nostram, qui Principes sumus, formam, & secundum eam, quam videmus, quod est primus homo, & ita hominem creaverunt. [10] Evam quoque similiter fecerunt, dantes ei de concupiscentiâ suâ ad decipiendum Adam, & per hæc factum est figmentum [11] mundi per conditionem Principis.

XI. [12] Deum verò non habere partem cum mundo, nec gaudere super eo, [13] quòd ab initio [14] furtum passus sit à Principibus, & oborta fuerit ei tribulatio; hac de causa mittit, & furatur ab eis animam suam quotidie per luminaria hæc, id est, per solem, & lunam, per quos universus mundus, & omnis creatura [15] raptatur. Illum verò, qui locutus est cum Moyse, & Judæis, & Sacerdotibus, Principem dicit esse tenebrarum, & ideo unum atque idem sunt Christiani, & Judæi, & [16] Gentes, eundem Deum colentes; in concupiscentiis enim suis seducit eos, quia non est Deus veritatis. Propter hoc ergo quicunque in illum Deum [17] sperant, qui cum Moyse locutus est, & Prophetis, cum ipso habent vinculis tradi, quia non sperave-

τὰ δὲ ὀνόματά μοι οὐκ ἐφανερώθη. μόνοι γὰρ οἱ ἑπτὰ τούτοις χρῶνται. καὶ πάλιν τὸ παρ' [+] ὑμῖν τίμιον καὶ μέγα ὄνομα Σαβαὼθ, αὐτὸ εἶναι τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πατέρα τῆς ἐπιθυμίας, καὶ διὰ τοῦτο [6] ἁπλάριοι προσκυνοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν, Θεὸν αὐτὴν ἡγούμενοι. Περὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ πῶς ἐκτίσθη, λέγει οὕτως. ὅτι ὁ εἰπὼν, δεῦτε, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἢ καθ' ἣν εἴδομεν μορφὴν, Ἄρχων ἐστὶν, ὁ εἰπὼν τοῖς ἑτέροις Ἄρχουσιν, ὅτι δεῦτε, δότε μοι ἐκ τοῦ φωτὸς, οὗ ἐλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν Ἀρχόντων μορφὴν, καθ' ἣν εἴδομεν, ὅ ἐστι πρῶτος ἄνθρωπος. καὶ οὕτως ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον. τὴν δὲ Εὔαν ὁμοίως ἔκτισαν, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν, πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τούτων γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς τοῦ Ἄρχοντος δημιουργίας.

Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, μηδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σεσυλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θλίψιν. τούτου χάριν πέμπει, καὶ συλᾷ ἀπ' αὐτῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων τούτων, ἡλίου, καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἁρπάζεται. τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν ἱερέων, τὸν Ἄρχοντα λέγει εἶναι τοῦ σκότους. ὥστε ἕν εἰσι, καὶ τὸ αὐτὸ οἵ τε Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἐθνικοὶ, τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβοντες. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἐξαπατᾷ αὐτοὺς, οὐκ ὢν ἀληθείας Θεός. διὰ τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν μετὰ Μωϋσέως λαλήσαντα, καὶ τῶν Προφητῶν, μετ' αὐτοῦ ἔχουσι δεθῆναι, ὅτι οὐκ ἤλπισαν ἐπὶ

1 Codex Bobiensis, *ad confirmationem fidei. Hujus nomina.* Casinensis, *ad confirmationem fidei. Horum nomina.* Nos juxta fidem græci apud Epiphanium textûs emendavimus, *ad confirmationem fidei hujus. Nomina tamen, &c.*

2 Codex Casinensis, *soli autem.* 3 Bobiensis codex, *iterum quod.*

4 Hinc patet apud Epiphanium legendum non esse ἡμῖν, ut paulò ante monuimus.

5 Codex Bobiensis, *esset.*

6 Quid Manichæis ἁπλαρίων, vox significaret, Eruditis explorandum reliquit Petavius. Verùm hoc nomine Catholicos, quasi *simpliciores*, ut antiquus latinus interpres transtulit ab eisdem designatos fuisse ex anathematismis, quos olim apud Græcos publicè emittebant Manetis asseclæ, ad catholicam fidem venientes, probat Ducangius in Glossario mediæ, & infimæ Græcitatis. Malè autem in Cæsareæ Bibliothecæ scripto codice, ex quo eosdem anathematismos à Clarissimo Viro Jacobo Tollio humanissimè descriptos habeo, pro ἁπλαρίους, scribitur ἁπλαναρίους. Meliore tamen vocabulo eos ἁπλουστέρους vocat Manes in epistolâ ad Marcellum superius relatâ.

7 Idem codex, *ita dicit. Venite.* Sed hæc mera est librarii hallucinatio. Cæterum dolosè corruptum fuisse à Manete hunc Geneseos locum additione vocis, *Venite*, testis est Epiphanius num. 56.

8 Idem codex, *& secundùm.* 9 Codex Bobiensis, *nostram, qua.* lectio improbanda.

10 Codex Bobiensis, *Qui Evam.* 11 Malè Casinensis codex, *mundum.*

12 Codex Bobiensis, *Dominum verò non habere patrem cum mundo.* Typographi forsitan error.

13 Codex Bobinensis, *propter quod.* 14 Malè codex Casinensis, *furcam.*

15 Codex Bobiensis, *rapatur.* Valesius autem rectè correxit, *raptatur.*

16 Cod. Casinensis, *Gentes unum Deum.* Codex autem Bobiensis, *Gentiles eundem Deum,* quam lectionem, consona cùm esset græco apud Epiphanium textui, nos retinuimus.

17 Malè codex Bobiensis, *superant.*

runt in Deum veritatis; ille enim secundum concupiscentias suas locutus est cum eis. Post hæc verò omnia ad ultimum dicit, [1] sicut ipse scripsit, senior cum manifestam fecerit ejus imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit, & ita dimittitur magnus ille ignis, qui mundum consumat universum; deinde iterum [2] dimittunt animam, quæ objicitur inter medium novi sæculi, ut omnes animæ peccatorum [3] vinciantur in æternum. Tunc autem hæc fient, [4] cum statuta venerit dies. [5] Prolationes autem omnes Jesus est in modicâ navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis, & Senior tertius. Unde [6] & majori in navi vivens spiritus adhibetur, & murus illius ignis magni, & murus venti, & aëris, [7] & aquæ, & interioris igni vivi, quæ omnia in lunâ habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat: in quot autem annis, numerum non didici. Et post hæc restitutio erit duorum [8] luminarium, & Principes habitabunt in inferioribus [9] partibus suis: Pater autem in superioribus, quæ sua sunt recipiens. Hæc est omnis doctrina, quam tradidit tribus discipulis suis, & jussit eos in tres mundi [10] plagas proficisci. [11] Adda partes sortitus est Orientis; Thomas verò Syrorum terras suscepit; Hermas verò ad Ægyptum profectus est, & usque in hodiernum, ibi degunt, dogmatis hujus gratiâ prædicandi.

ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας. ἐκεῖνος γὰρ μετὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐλάλησε μετ' αὐτῶν. μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ τέλει λέγει, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, ὁ Πρεσβύτης, ὅταν προφανῇ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ὠμοφόρος ἀφίησιν ἔξω τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἀπολύεται τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. εἶτα πάλιν ἀφίησι τὴν βῶλον μετὰ τοῦ νέου αἰῶνος, ὅπως πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. τότε δὲ ταῦτα γενήσεται, ὅταν ὁ ἀνδριὰς ἔλθῃ. αἱ δὲ προβολαὶ πᾶσαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ Μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα κυβερνῆται, καὶ ἡ παρθένος τοῦ φωτὸς, καὶ ὁ Πρεσβύτης ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ ζῶν Πνεῦμα καὶ τὸ τεῖχος τοῦ μεγάλου πυρὸς, καὶ τὸ τεῖχος τοῦ ἀνέμου, καὶ τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ἔσωθεν πυρὸς τοῦ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φωστῆρα οἰκοῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον, ἐν ποσοῖς ποτὲ ἔτεσιν, ὧν οὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάστασις ἔσται τῶν δύο φύσεων. καὶ οἱ Ἄρχοντες οἰκήσουσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ Πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς τρισὶν αὐτοῦ μαθηταῖς, κελεύσας ἕκαστον εἰς [10] κλίματα ὁδεύειν· καὶ ὁ μὲν Ἀδδᾶς τὰ τῆς Ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν, ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται, Ἑρμείας δὲ ἄλλος τὴν εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποιήσατο. καὶ μέχρι σήμερον ἐκεῖσε διατρίβουσι, τὴν τοῦ δόγματος ὑπόθεσιν στῆσαι θέλοντες.

1 Casinensis, & Bobienses codices habent, *Sicut ipse senior scripsit. Cum manifestam.* At nos ex Epiphanio unius vocis transpositione locum restituimus. Senior autem ille, hoc est, πρεσβύτερος, idem esse videtur cum eo, quem infra Seniorem tertium vocat. Præterea codex Bobiensis, pro *fecerit*, habet *feceris.*

2 Codex Bobiensis, *dimittitur anima, quæ objicior inter medium novi seculi.* Græca sonant, *Deinde iterum glebam novo cum æone mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis constrictæ teneantur.* Unde autem tanta inter græcam, & latinam versionem diversitas oriatur, ignoro.

3 Codex Bobiensis, *vineantur*, quam lectionem mendosam esse græcus apud Epiphanium textus evincit.

4 Codex Bobiensis, *cùm ista tota venerit; probationes, &c.* Sed apud Epiphanium est, *cùm statua venerit.*

5 Hic locus mirè in Bobiensi etiam codice est depravatus, in quo sic legitur: *Probationes autem omnes, Jesus est in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis, & Senior tertius. Unde & major in navi vivens Spiritus adhibetur; & murus ignis illius magni, & murus venti & aëris, & aquæ interioris ignis vivensque. Omnia in luna habitabunt usquequo totum mundum ignis absumat, in quem autem annorum, numerum non didici.* Videtur autem antiquus interpres non benè intellexisse quibusdam in locis vim græci textûs, cujus verba apud Epiphanium ita latinè sonant ex versione nostrâ. *Cuncta verò propagationes, seu prolationes potestatum ex bono Deo, nempe, Jesus, qui in minori navigio manet, & vitæ Mater, & Gubernatores duodecim, & Virgo lucis, & Senior tertius, qui in majore navigio residet, & vivens Spiritus & ingentis ignis murus, & murus venti, & aëris, & aquæ, & interioris ignis viventis; hæ inquam omnes propagationes, seu prolationes, apud exiguum luminare habitant, quousque ignis universum mundum absumat, id quod certo annorum spatio continget, quorum numerum nescio.* Sed de his Manichæorum ineptiis commodior nobis agendi locus erit in Manichæorum historiâ.

6 Codex Casinensis, *majore navi.* Legendum autem, *majori in navi.* Græci enim textûs apud Epiphanium hic est sensus.

7 Codex Bobiensis, *& aqua interioris ignis vivensque.* Casinensis, *eaque interioris vivi.* Nos ex græco textu latinum correximus.

8 Codex Casinensis, *luminariorum.* Græca sonant, *duarum naturarum.*

9 Hic lacuna est in codice Bobiensi, in quo etiam *recipies*, perperam legitur.

10 Hinc patet rectè Petavium in græco hujus loci textu pro κλήματα, ut perperam legitur in Basileensi Epiphanii operum editione, substituisse κλίματα.

* Codex Bobiensis, *ex quibus Adda.* Cæterum ex Codice Bobiensi, & Epiphanio Casinensem supplevimus, in quo nulla Thomæ mentio.

XII. [1] Hæc cùm Turbo dixiſſet, vehementer accendebatur Archelaus; Marcellus verò non movebatur, Deum expectans, [2] auxilium veritati ſuæ futurum: Archelao autem erat cura pro populo, tanquam paſtori pro ovibus, cùm luporum parantur inſidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis [3] replevit, & in Archelai Epiſcopi domum reſidere præcepit. Eâdem autem ipſa die adventavit Manes, adducens ſecum juvenes, & virgines electos [4] ad viginti duo ſimul; & primo omnium Turbonem [5] requirebat pro foribus Marcelli, quem cum non inveniſſet, ad Marcellum ingreditur ſalutandum. Quo ille viſo, admiratus eſt primo habitus indumenta; habebat enim calciamenti genus, quod [6] quadriſole vulgo appellari ſolet; pallium autem varium, tanquam [7] aërinâ ſpecie; in manu vero validiſſimum baculum tenebat ex ligno [8] ebelino; Babilonium vero librum portabat ſub ſiniſtrâ alâ; [9] crura etiam braccis obtexerat colore diverſo, quarum una rufa, alia velut praſini coloris erat: [10] vultus vero ut ſenis Perſæ artificis, & bellorum ducis videbatur. Igitur Marcellus ſtatim ad Archelaum mittit, qui cum verbo citius affuiſſet, invehi in eum animo urgebatur ex ipſo habitu, ac ſpecie ejus, [11] & maximè quidem, quod & quæ Turbone referente cognoverat; ſecretius factum apud ſemetipſum retractaverat, & diligenter præparatus advenerat. At vero prudentiſſimus Marcellus omni contentionum ſtudio ſublato, utrumque audire [12] decernit, invitatis viris primariis civitatis; ex quibus judices elegit, religione gentiles, quatuor numero, quorum hæc ſunt nomina, Manippus [13] Grammaticæ artis, & diſciplinæ rhetoricæ peritiſſimus, Ægialeus archiater nobiliſſimus, & literis apprime eruditus, Claudius & Cleobolus duo fratres egregii [14] rhetores. Fit ergo magnificus conventus; ita ut domus Marcelli, quæ erat immenſa, repleretur ex his, qui ad audiendum fuerant [15] vocati: & cum in conſpectu omnium conſtitiſſent ii, qui adverſum ſe dicere proponebant, tunc illi electi judices excelſiores omnibus conſederunt, atque Manæ dicendi initium datum eſt. Silentio igitur facto, [16] primum aggreſſus eſt hoc modo.

XIII. [17] Ego, Viri fratres, Chriſti quidem ſum diſcipulus, Apoſtolus vero Jeſu; pro nimiâ autem humanitate Marcelli adeſſe feſtinavi, ut qualiter oporteat obſervare modum divinæ religionis, eum edoceam: ne ſicut muta animalia, quæ intellectu carent, nec quid agunt advertunt, ita etiam Marcellus, qui nunc ſe velut dedititium doctrinæ Archelai ſubjugavit, ad ultimum damno animæ feriatur, cum præparandæ divini cultus obſervantiæ ultrà non habuerit facultatem. Scio autem & certus ſum, quod [18] emendato Marcello, etiam vos omnes ſalvi eſſe poteritis; ipſius enim judicio ſuſpenſa pendet urbs veſtra: quod ſi ab unoquoque veſtrum abjiciatur vana præſumptio, & ea quæ dicentur à me, veri amore audiantur, futuri ſeculi hæreditatem, cœlorum regna capietis. Sum quidem ego Paraclitus, qui ab Jeſu mitti prædictus ſum, *f) ad arguendum mundum de peccato, & de* [19] *injuſtitia*. Sicut & qui ante me miſſus eſt Paulus, *g) ex parte ſcire, & ex parte prophetare* ſe dixit, mihi reſervans, quod perfectum eſt, ut hoc quod ex parte eſt, deſtruam. Tertium ergo teſtimonium accipite, Apoſtolum me eſſe Chriſti electum: & ſi vultis mea verba ſuſcipere, invenietis ſalutem; nolentes autem, vos æternus ignis abſumere habet. Sicut enim Hymenæus & Alexander *h) traditi ſunt Satanæ, ut diſcerent non blaſphemare*; ita & vos omnes pœnarum Principi trademini, pro eo quod manus injeciſtis in patrem Chriſti, cum eum dicitis cauſam eſſe omnium malorum, & conditorem injuſtitiæ, & totius iniquitatis creatorem, ex eodem fonte dulcem & amaram producentes aquam: quod fieri aut intelligi nulla ratione poſſibile eſt. Cui enim oportet credi? magiſtris veſtris iſtis, qui carni-

1 Huc uſque Epiphanius. 2 Codex Bobienſis, *auxilio.* 3 Codex Bobienſis, *donavit.*
4 Vox, *Epiſcopi*, deeſt in Bobienſi. 5 Codex Bobienſis, *ad duodecim.* 6 Codex Bobienſis, *requirit.*
7 Codex Bobienſis, *triſolium.* Perſas altis calceis uſos fuiſſe ait Strabo lib. 15.
8 Mirè corruptus eſt hic Bob. cod. legit enim, *aër inaſpici enim. Manus verò.*
9 Codex Bobienſis, *ebilino.* Baculum ex ebeno geſtaſſe Prophetas, hoc eſt, ſacrarum rerum interpretes ex Calliſthene probat Ducangius in Gloſſario, verbo Ἐβέλλινος.
10 Hic lacuna eſt in codice Bobienſi. 11 Caſinenſis, *Vultus erat.*
12 Codex Bobienſis non habet, *quidem.* 13 Codex Caſinenſis malè, *cernit.*
14 Codex Bobienſis, *Grammaticus & diſciplinæ rhetoricæ artis peritiſſimus, & Ægidius.* Horum autem Judicum primum, Gentilium Philoſophiæ profeſſorem, ſecundum Medicum, tertium Grammaticum, quartum Rhetorem facit Epiphanius num. 10. 15 Codex Caſinenſis, *Rectores.*
16 Codex Bobienſis, *convocati.* 17 Codex Caſinenſis, *plurima.*
18 Huc uſque Valeſius edidit ex codice Bobienſi. * In codice Caſinenſi, *enim dato.*
19 Videtur hic locus à Manete, vel ab imperito librario corruptus; nam in ſacro textu, *juſtitia*, ſcribitur contrario ſenſu. Varia autem Sacræ Scripturæ loca doloſe interpolaſſe, atque corrupiſſe Manetem diſertè Archelaus aſſerit infra cap. 53. & ex Epiphanio colligitur in ejuſdem hæreſi num. 56.

f) Joan. 16. 8. g) I. Cor. 13. 9. h) I. Timoth. 7. 30.

carnibus vescuntur, & affluentissimis deliciis perfruuntur, aut Salvatori Christo Jesu dicenti, sicut scriptum est in Evangeliorum libro, *i) Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere?* Et alio in loco, *k)* patrem Diaboli, mendacem, & homicidam ab initio esse confirmat. [1] Rursum desiderium fuisse tenebris, ut insequerentur illud, quod de luce initio fuerat prolatum verbum, & inimicum hominem zizaniorum seminatorem, & principem seculi mundi hujus Deum, qui hominum mentes excœcat, *l)* ut in Evangelio Christi deserviant? Bonus est iste Deus, qui suos homines salvari non vult? Et, ut ne multa alia revolvam, & spatium temporis obteram, veræ doctrinæ [2] differens tempus, hæc dixisse sufficiat, & ad propositum redeam, ut competenter ostendam istorum absurdam esse doctrinam, nec quicquam Deo, & Patri Domini nostri Salvatoris adscribendum, sed malorum nostrorum causam accipere Satanam: in ipsum etenim rejiciendum, quod omnia hujuscemodi mala ab ipso generentur. Sed & ea, quæ in Prophetis, & lege scripta sunt, ipsi nihilominus adscribenda sunt; ipse est enim, qui in Prophetis tunc locutus est, plurimas eis de Deo ignorantias suggerens, & tentationes, & concupiscentias. Sed & devoratorem eum sanguinis, & carnis ostendunt; quæ omnia ad eum pertinent Satanam, & ad prophetas ejus, quæ transformare voluit in patrem Christi, & scribere pauca quædam vera, ut per hæc etiam cætera, quæ sunt falsa, crederentur. Unde bonum nobis est ex omnibus, quæ usque ad Joannem scripta sunt, nihil omnino suscipere, à diebus verò ejus evangelizatum regnum cælorum solùm amplecti: semetipsos enim irriserunt, ridicula & ludicra introducentes, exiguis quibusdam verbis in lege adumbratis, ignorantes quia malis si admiscerentur bona, malorum corruptione etiam, quæ bona sunt, exterminantur. Et si quidem est quisquam, qui possit ostendere, legem recti tenentem esse, debet custodiri; sin autem malam ostendero, interimenda est & abjicienda, quippe quæ [3] mortis ministerium continet *m)* informatum, quæ vultùs Moysi gloriam, contegens, destruxit. Non est igitur sine periculo cuiquam vestrûm pariter cum lege, & Prophetis novum [4] testamentum, tanquam unius sint utraque, docere; quippe cum renovet de die in diem Salvatoris nostri eruditio; illa verò veterascens & senescens prope exterminium fiat. Quod manifestum est his, qui discretionem habere possunt; quia sicut arboris cum senuerint rami, vel truncus fructum ultra non affert, sed abscinduntur, & membra corporum, cum corrupta fuerint, amputantur: corruptionis enim virus ex membris per omne corpus infunditur, & nisi artificis diligentia remedium morbus acceperit, corpus omne vitiatur; ita ergo & recipientes legem, nisi cognoveritis cujus sit, animas cum salute perdetis. *Lex enim, & Prophetæ usque ad Joannem Baptistam n)* à Joanne verò lex veritatis, lex promissionum, lex cœlorum, lex annuntiatur humano generi nova. Equidem donec non erat qui verissimam scientiam Domini nostri Jesu vobis ostenderet, peccatum non habebatis: nunc autem & videtis, & auditis, [5] & in inscitias ire vultis, ut legem, quæ destructa est & relicta, [6] sicut Paulus, qui apud vos probatissimus habetur, ait in quadam epistola sua hoc modo, *o) Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo.* Hoc autem dicit, gentiles eos judicans, propter quod sub elementis mundi essent, priusquam venerit plenitudo fidei, *p)* credentes in lege, & Prophetis.

XIV. JUDICES DIXERUNT, Si quid adhuc manifestius habes dic de doctrinæ tuæ modo, & fidei titulo. MANES DIXIT, Ego duas naturas esse dico, unam bonam, & alteram malam, & eam quidem, quæ bona est, in quibusdam partibus habitare; malam verò esse tam mundum hunc, quam omnia, quæ in eo sunt, quæ quasi ergastula in parte maligni posita sunt, sicut ait Joannes, *q) Totus mundus in maligno est positus,* & non in Deo. Propterea duo loca esse diximus, unum bonum, & alium, qui extra eum est, ut in his spatium habens, posset in se suscipere creaturam mundi. Si enim dicimus monarchiam unius naturæ, & omnia Deum replere, & nullum esse extra eum locum, quis erit creaturæ susceptor? ubi gehenna ignis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus? In ipso dicam? Absit; alioquin etiam ipse in his pariter cruciabitur. Non ista sentiatis quicunque salutis vestræ curam geritis; exemplum enim vobis dicam, ut plenius intel-

1 Videtur respicere Manes ad illa Joan. 1, 5. *Et tenebræ eum non comprehenderunt.*
2 In codice Casinensi, *differens* legitur.
3 Hic unus ex illis Sacræ Scripturæ locis esse videtur, quos Manes, Archelao teste in cap. 53. hujus disputationis, ad suam fulciendam hæresim corrupit: nam diversum sensum præ se ferunt Pauli verba, ad quæ respicit, tam in vulgatâ editione, quàm apud Archelaum nostrum infrà cap. 43.
4 Ita Codicis Casinensis lectionem correximus, in quo scriptum est, *novum testimonium, tum tanquam.*
5 Locus corruptus: fortè, *& inficias.*
6 Deest fortasse, *observetis,* vel quid simile.

i) Matth. 7. 18. *k)* Joan. 8. 44. *l)* Matth. 13. 25. Ephes. 6. 12.
m) II. Cor. 6. 7. *n)* Luc. 16. 16. *o)* Gal. 12. 18. *p)* Ibid. 4. 3. *q)* I. Jo. 5. 19.

intelligatis. Unum vas est mundus; quod Dei substantia totum hoc vas replevit, quomodo jam potest in ipso vase aliquid amplius reponi? Si repletum est, quomodo suscipiet quod ponitur, nisi evacuetur de vase pars aliqua? Aut quo proficiet quod evacuabitur, cum locus non sit? Ubi terra? ubi cœlum? ubi abyssus? ubi stellæ? ubi sedes? ubi Potestates? ubi Principes? ubi tenebræ exteriores? quis est qui horum posuit fundamenta, & ubi? Non potest aliquis dicere, nisi fortè blasphemet. Quomodo autem, & condere potuit creaturas non subsistence materiâ? si enim de non extantibus, [1] consequentur has visibiles creaturas meliores esse, & omnibus virtutibus plenas. Quòd si malitia est, & mors in eis, & corruptio, & si quid bono contrarium est; quomodo ex aliâ naturâ factas esse eas dicimus? Si verò consideretis quomodo generentur filii hominum, invenietis non esse Dominum hominis creatorem; sed alium, qui & ipse ingenitæ est naturæ, cujus conditor nullus, nec creator, nec factor est, sed sola malitia sua talem eum protulit. Est igitur vobis hominibus commixtio cum uxoribus vestris de hujuscemodi occasione descendens. Cum quis vestrûm carnalibus aliisque cibis fuerit satiatus, tunc ei concupiscentiæ oboritur incitatio, & ita generandi filii fructus augetur, ut non ex virtute aliquâ, nec ex Philosophiâ, nec ex alio ullo intellectu; sed ex solâ ciborum satietate, & libidine, & fornicatione. Et quomodo mihi quisquam dicet, quia ad imaginem Dei factus est pater noster Adam, & ad similitudinem, & similis est ei, qui fecit eum? Quomodo omnes, qui ex eo generati sumus, similes ei sumus? imò verò è contrario plurimæ nobis sunt formæ, diversi vultûs ferentes effigiem? Quod quàm verum sit demonstrabo vobis in parabolis. Intuemini mihi aliquem volénte [2] thesaurum, aut aliquid aliud signare, & acceptâ cerâ, vel luto velle vultûs sui signaculum, quod gerit, exprimere; quod si alius quoque vultûs sui figuram similiter expresserit nunquid simile signaculum apparebit? Nequaquam; etiamsi vos nolitis, quod verum est, confiteri. Quòd si non sumus similes in signaculo, sed est in nobis differentia; quomodo non probatur Principum nos, & materiæ esse facturam, [3] secundum enim ipsorum formam, & similitudinem, & imaginem etiam nos existimus formæ diversæ. Quòd si eam, quæ ex initio facta commixtio est, & qualiter facta sit, vultis ediscere, edicam.

XV. JUDICES DIXERUNT, Non priùs quæritur quomodo facta sit prima commixtio, nisi priùs detur ratio, duo esse principia naturalia. Cum enim claruerit duo esse ingenita, tunc etiam reliqua fidem capient, etiam si pars aliqua non accommodaverit assensum: judicandi enim nobis potestate permissâ dicemus, quòd nostræ opinioni claruerit. Demus tamen, & Archelao dicendi facultatem ad hæc, ut quæ ab utroq; dicta fuerint comparantes, pro veritate possimus ferre sententiam. ARCHELAUS DIXIT, Tametsi ingentis audaciæ, & blasphemiæ plena est intentio adversarii. MANES DIXIT, Audite Judices, [4] quid dixerit, adversarii? Ergo duæ res sunt. ARCHELAUS DIXIT, Insaniæ magis quàm prudentiæ videtur mihi plenus iste, qui mihi hodie controversiam movet, quia dixero Adversarii, sed ablata tibi est in modico sermone objectio: [5] tametsi quidem ex hoc arbitratus es me affirmaturum duas esse naturas. Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum, quæ asseris, stat. Potest enim is qui non naturâ, sed proposito adversarius est, amicus effectus, non esse adversarius, & ita cùm alter è nobis alteri acquieverit, unum

1 In codice Casinensi est, *consequentem.*

2 Antiquos anulis omnia signasse, quæ à domesticorum, & servorum rapinis vindicare satagebant, arcas, armaria, amphoras, penum, aliaque furto ac rapinæ obnoxia, res notissima est antiquitatis Romanæ & Græcæ studiosis, deque eâ post alios latè agit Kirchmannus de Anulis cap. 10. Anuli ad hoc facti, *signatorii*, & *sigillatorii*, & à Vopisco in Aureliano, *sigillaritii* nuncupantur; quin & *signacula*, ut Archelai disputationis interpres vertit, dici posse scitè tradit Salmasius de subsignandis testamentis cap. 19. Cerâ autem in hanc rem usos fuisse veteres latè probat Vossius de Idololatria lib. 4. cap. 91. De cretâ, quam *lutum*, idem Archelai interpres vocat, testis est Servius in lib. 4. Æneidos ad illa verba; Longæva Sacerdos, ubi Sibillæ apud Cumas agenti, ab Erythræis epistolam missam fuisse refert, *cretâ antiquo more signatam.* Meminit Herodotus in Euterpe γῆς σημαντρίδος, *terra signatricis*, & Cicero orat. 4. in Verrem epistolæ *cretulâ* signatæ. Cujus autem generis esset hæc terra, ex eodem Cicerone liquet in Or. pro Flacco, ubi sic ait, *Hac quæ à nobis prolata laudatio obsignata erat cretâ illâ Asiaticâ, quæ ferè est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modò in publicis, sed & in privatis literis.* Pinguis enim, lenta, & glutinosa est creta illa. Denique de proprii vultus imagine in anulis interdum repræsentatâ locus est Plauti in Pseudolo scen. 1. *Eâ causâ miles hic reliquit symbolum, Expressam in cerâ ex anulo suam imaginem.* Cæterum thesauri sigillo obsignati mentio est apud Theodoretum in orat. 5. de providentiâ haud procul ab initio, ubi de apibus.

3 In codice Casinensi erat, *Sed Deum enim*, nullo sensu, nos ex ingenio, ut editum est, correximus.

4 Fortè, *quòd dixerit*, vel *quia dixerit.*

5 Ita hunc locum restituimus; nam in codice legebatur, *tam si quidem ex hoc arbitratus est se affirmaturum:* sed supra vocem *tam*, quædam lineola literæ *e*, similis apparebat, quam particulæ &, compendium esse putavimus.

unum atque idem uterque apparebit; quæ causa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio esse permissas, unde & conversiones recipiunt, & [1] ideo ingenitæ naturæ esse non possunt. Quid ergo ais? duæ istæ naturæ inconvertibiles sunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At verò Manes remoratus est, non inveniendo responsum; intuebatur enim quod ex utroque concluderetur retractans; quia si dicam converti eas, respondebit mihi illud, quod in Evangelio scriptum est de arboribus; quòd si negem esse convertibiles, permixtionis statum, & causam necessario [2] expetet. Interea aliquando respondit Manes, inconvertibiles quidem sunt utræque, quantùm [3] spectat ad contraria, convertibiles verò, quòd speœat ad propria. ARCHELAUS DIXIT, Videris mihi delirus esse, & obliviscens propositionum tuarum; sed ne eorum quidem, quæ [4] didicisti, verborum virtutes, vel qualitates agnoscere. Neque enim conversio quid sit agnoscis, neque quid sit ingenitum, aut quid dualitas, non quid præteritum, vel quid præsens, quidve futurum sit, sicut ex his, quæ à te nunc dicta sunt, adverti. Inconvertibilem enim esse affirmasti utranque naturam, quantum ad contraria [5] spectat; convertibilem verò, quantùm ad propria. Ego verò dico, quia qui in propriis vertitur, non excedit à se, sed est in eisdem, quibus semper est inconvertibilis; qui verò recipit convertibilitatem, hic extra propria effectus, devenit in aliena.

XVI. JUDICES DIXERUNT, Convertibilitas illum, cui accidit, transfert in alium, ut si dicamus, Judæus, si velit fieri Christianus, aut si Christianus velit esse Gentilis, hæc species est convertibilitatis, & causa. Neque verò si Gentilis, cum in omnibus propriis suis maneat, ac Diis suis hostias offerat, templisque ex more deserviat, donec perseverat in propriis, ac proficit, nunquid dici potest esse conversus? Quid igitur dicis? recipiunt convertibilitatem an non? Et immorante Mane, ARCHELAUS AIT, Si quidem convertibiles esse dicit utrasque naturas, quid est, quod impediat, uti ne unum atque idem eas esse opinemur? Si enim inconvertibiles sunt, non est in his naturis, quæ similiter inconvertibiles sunt, & similiter ingenitæ, ulla discretio, neque altera ex his bona agnoscitur, aut mala. Quòd si convertibiles sunt, scilicet provenire potest, & bonum effici malum, & malum bonum. Si enim hoc provenire possibile est, quare non unum dicamus ingenitum, quod intelligere magis dignum est juxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi constitutionem. Cum cœlum nondum extitisset, & nondum terra subsisteret, non homo, non animal, in quos exercebat malitiam? quem opprimebat injuste? quem spolians occidit? Quòd si suis eum dicas extitisse malum, sine dubio ergo ostenditur illum bonæ esse naturæ. Si verò & illi omnes mali sunt, quomodo potest Satanam, & Satanas ejicere? Sed conclusus [6] sermone convertis, ut dicas, bonus vim passus est à malo. Sed nec hoc quidem est tibi sine periculo dicere, ut lucem victam esse confirmes; quod enim vincitur, vicinum habet interitum. Quid enim ait sermo divinus? r) *Quis enim potest introire in domum fortis, & deripere vasa ejus, nisi illo sit fortior.* Quòd si hominibus eum malum extitisse dixeris, & ex eo malitiæ suæ indicia demonstrasse, ergo ante hoc bonus fuit, & convertibilitatem recipit ex eo, quod [7] creati hominis causa invenitur extitisse malitiæ. Sed postremò dicat quod est malum, ne fortè nomen solum defendat, aut adstruat. Quod si non nomen mali, sed substantia; fructus nobis malitiæ & nequitiæ hujus exponat, quoniam non agnoscitur unquam arboris natura sine fructu. *

XVII. MANES DIXIT, Constet apud te priùs, quia est radix alia malitiæ, quam non plantavit Deus, & tunc tibi dicam fructus ejus. ARCHELAUS DIXIT, Non hoc veri expetit ratio; neque enim assentiar tibi radicem esse malæ arboris illius, de cujus fructibus nunquam ullus gustaverit. Tanquam si velit aliquid quis emere; nisi priùs gustando discat, utrùm arida sit species, aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi assentiar esse arborem malam & pessimam, nisi priùs qualitas fructuum ejus fuerit manifestata; scriptum est enim, ** quia de fructibus arbor cognoscitur. Dic ergo nobis, ò Manes, arbor, quæ dicitur mala, quem afferat fructum, aut cujus naturæ sit, quam virtutem habeat, ut tibi credamus, etiam radicem arboris ipsius esse talem? MANES DIXIT, Radix quidem mala, arbor autem pessima, incrementum verò non ex Deo, fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia, & omnes mali

1 Forte, *& ideo duæ ingenitæ naturæ esse non possunt.*
2 In codice Casinensi erat, *expetit.*
3 In eodem codice tam in hoc commate, quàm in sequenti, perperam legitur *expectat.*
4 Fortè, *dixisti.*
5 Et hic malè legitur in codice Casinensi, *expectat.*
6 Fortè, *sermonem convertis.*
7 Fortè, *creatio hominis.*

r) Marc. 3. 27. * Matth. 7. 18. ** Matth. 7. 16.

mali actus malæ illius radicis. ARCHELAUS DIXIT, Ut tibi credamus, quia isti sunt fructus malæ illius radicis, gustum nobis eorum profer; substantiam enim ingenitam esse pronunciasti hujus arboris, cujus fructus secundum sui similitudinem proferuntur. MANES DIXIT, Hæc ipsa injustitia, quæ in hominibus est, testimonium reddit, & avaritia de gustu illius malæ radicis. ARCHELAUS DIXIT, Ergo, ut dixisti, fructus sunt arboris hujus iniquitates istæ, quæ geruntur ab hominibus. MANES DIXIT, Ita planè. ARCHELAUS DIXIT, Si fructus isti sunt, idest, actus hominum mali, ipsi ergo homines radicis locum, atque arboris obtinebunt; ipsos enim pronunciasti fructus ferre hujuscemodi. MANES DIXIT, Ita dico. ARCHELAUS DIXIT, Malè dicis, ita dico; non enim ita dicis, alioquin cum homines cessaverint peccare, arbor malitiæ infructuosa apparebit. MANES DIXIT, Impossibile est quod dicis; si enim unus cessaverit, aut alius, aut plures; alii autem hoc agerent. ARCHELAUS DIXIT, Si omnino possibile est unum, & alium, & plures, sicut ais, non peccare, possibile est etiam hoc omnes agere; unius enim conditoris sunt, & unius massæ homines omnes; & ne otiosè per ineptias sequar, ea quæ inconditè protulisti, certis præscriptionibus excludam. Ais fructus malæ radicis, atque malæ arboris esse actus hominum, idest, fornicationes, adulteria, perjuria, homicidia, & reliqua his similia? MANES DIXIT, Ita. ARCHELAUS DIXIT, Ergo si humanum genus interire pervenerit à faciæ terræ, ita ut ultrà jam peccare non possint, periret arboris hujus substantia, fructum ultrà non afferens. MANES DIXIT, Et quando, quod dicis, fiet? ARCHELAUS DIXIT, Quoniam quod futurum est nescio, homo enim sum; non tamen sermonem istum indiscussum relinquam. Quid dicis de humano genere, ingenitum est, aut factura? MANES DIXIT, Factura est. ARCHELAUS DIXIT, Si factura est homo, quis est adulterii, & fornicationis, & reliquorum talium pater? cujus hic est fructus? Priusquam fieret homo, quis erat qui fornicaretur, aut adulteraret, aut homicidia perpetraret? MANES DIXIT, Sed homo à malâ naturâ plasmatus, manifestum est, quia ipse sit fructus, etiam si peccet, etiam si non peccet: unde semel absolutè nomen hominum, & genus tale est, etiamsi justa gesserit, aut injusta. ARCHELAUS DIXIT, Sed & illius rei faciamus mentionem. Si ipse, ut ais, hominem fecit malignus, quare malitiam exercet adversus eum?

XVIII. JUDICES DIXERUNT, Hoc volumus scire à te, Manichæe, quomodo illum affirmasti malum esse? Ex eo, quo homines facti sunt, aut antea? Quia enim necesse est te malitiæ ejus opus ostendere ex eo tempore, ex quo malum eum fuisse asseris, certus esto, quia neque cognoscitur vini qualitas, nisi priùs gustaverit quis, sicut & ex fructu omnis arbor dignoscitur. Quid ergo dicis? ex quo tempore malus est hic? necessaria enim nobis videtur hæc ratio. MANES DIXIT, Semper. ARCHELAUS DIXIT, Ostendam etiam hoc, optimi Viri, & prudentissimi Auditores, quoniam sermo ejus omnino non constat; nam & ferrum non est semper malum, nisi ex quo homo est, & artificium ejus in malo conversum, utendo ex eo perversè; & omne peccatum extitit ex quo homo est. Sed nec ille quidem ipse magnus serpens, malus ante hominem fuit; sed post hominem, in quo malitiæ suæ ostendit fructum, quia ipse voluit. Si ergo nobis post hominem apparet secundum scripturas malitiæ pater; quomodo ingenitus erit, qui post hominem, qui factura est, malus effectus est? Sed ex hominis [1] tempore à se creati, cur malus ostendatur? Quid in eo concupivit, si omne corpus suæ facturæ erat, quid zelatus est? Qui enim zelatur, aut concupiscit, meliora & aliena concupiscit. Si ergo ex eo homo est, mala natura, demonstratur quomodo suus fuit, sicut frequenter ostendi, homo. Si enim suus erat homo, malus erat etiam ipse, tanquam talis arboris fructus; mala enim arbor, sicut ais, malos fructus facit. Cum omnes enim mali essent, quid desideravit, aut unde initium malitiæ ostendit, si ex tempore plasmati hominis malitiæ ejus homo causa est? Lege autem ac præcepto sibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare serpenti, & his quæ ab eo dicebantur, cui si non obtemperasset homo, qua ex causâ malus fuisset? Quòd si ingenitum est malum; & quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem; & ridiculum est, si iste qui factura est, fortior inveniatur ingenito. Cujus autem est lex & mandatum, illud dico, quod homini datum est? Sine dubio confitebitur Dei esse. Et quomodo potest dari lex alieno, aut inimico quis potest dare præceptum? Aut ille, qui accipit præceptum, quomodo potest adversus Diabolum, idest, adversus creatorem suum pugnare, tanquam si filius patri, cum beneficiorum debitor sit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte inutilitatem hominis designas, si per legem & manda-

1 Primâ facie hic locus videbatur esse corruptus, sed modicâ vocum transpositione clarè sensus ejus constabit, ut sit, sed ex tempore hominis à se creati, hoc est, quo hominem ipse creavit, cur malus ostendatur?

mandatum adversùs eum, qui plasmaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim stoliditatis progressum esse ipsum Diabolum putabimus, quòd adversum se hominem fecisse non senserit, nec animadverterit quid futurum esset, nec providerit quid sequebatur; cùm etiam in nobis, qui factura sumus, sit aliqua vel parva scientia, inest & aliquid prudentiæ, & existimationis nonnunquam certæ. Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuisse credimus, neque existimationis, aut intellectus; sed brutissimus sensu, & obtusissimi cordis, & naturæ pecoris invenitur, secundùm assertionem, videlicet, tuam? Quòd si ita est; quomodo homo, qui ingenio, atque scientiâ non parùm pollet, ab eo, qui ignarus omnium atque hebes sensu est, potuit accepisse substantiam? Quomodo hujuscemodi auctoris opus esse hominem audebit aliquis confiteri? Quòd si homo anima est, & corpus, & non solum corpus sine anima, quæ sine se subsistere non possunt; quare ea inimica sibimet dices & contraria? Videtur enim mihi Dominus noster Jesus Christus de his dixisse per parabolas, *s) Nemo potest vinum novum in utres veteres mittere, alioquin rumpentur utres, & vinum effundetur.* Sed vinum novum in utres novos mittendum est; quoniam quidem idem Dominus est utris, & vini; nam etsi diversa substantia sit, sed dominatione, & observantiæ usu ex his duabus una persona subsistit. Non enim animam dicimus substantiæ unius esse cum corpore, sed habere unumquodque qualitatem suam; & tanquam ad unum genus, atque unam speciem hominum, uter, ac vinum comparatur, ita ab uno Deo hominem editum ratio expetit veritatis: gaudet enim anima corpore, & diligit, & colit illud, nihilominus etiam corpus gaudet ab animâ se vivificatum. Quòd si maligni opus dicat esse quis corpus, cùm sit & corruptibile, ac vetustum, atque deterrimum, non potest ferre spiritûs virtutem, nec animæ commotionem, & ejus splendidissimam creaturam. Sicut enim si assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri, major scissura fit, *t)* ita etiam corpus, si præclarissimo operi, animæ adsociatum fuerit, interiret. Similiter & si quis inferat lucernæ lumen in locum tenebrosum, fugantur continuò tenebræ, nec apparent; ita intelligendum est, animâ corpori insertâ, continuò tenebras effugatas, & unam jam effectam esse naturam, atque unum hominem in unam speciem constitutum, & ita conveniet consonanter vinum novum esse missum in utres novos, & assumentum panni rudis assutum non esse veteri vestimento. Sed ex hoc ostendere possumus consonantiam esse virtutum in utrâque, idest, corporis, atque animæ substantiâ, in qua ait scripturarum Doctor maximus Paulus, *u)* Deum in corpore, sicut voluit, unumquodque membrum posuisse.

XIX. Quòd si tibi id difficile videtur intellectu, nec acquiescis his dictis, saltem exemplis tibi affirmabo. Intuere hominem templum esse quoddam, sicut scriptum est, *x)* spiritus autem, qui in ipso est, referat ejus formam, qui inhabitat templum; neque ergo templum constitui potest, non agnito priùs habitatore templi, neque inhabitator collocatur, si templum non sit extructum. Cùm ergo utrunque unâ ac pariter dedicetur; quomodo in his inimicum aliquid aut contrarium inveniri potest, & non potiùs ab amicis, atque idem volentibus utrunque videtur effectum? Et ut scias, quoniam & amicitiâ, & genere conjuncti sunt, qui scit & audit, *Faciamus hominem*, & reliqua, respondit. [1] Hic enim, qui templum extruit, interrogat illum, qui informat simulacrum, mensurasque etiam magnitudinis, ac latitudinis, vastitatisque perquirit, ut ita fundamentorum spatia describat; neque enim in vanum quis templum extruit, nisi mensuras collocandi didicerit simulacri. Similiter igitur perquiritur modus corporis, atque mensura, ut possit aptè in eo anima collocari ab artifice omnium Deo. Quòd si dicat quis inimicum esse eum, qui plasmaverit corpus; [2] Deus, qui creator est animæ meæ, quomodo non, dum alteri invidet, alterius operi irrogavit infamiam, ut aut ille, qui templum extruit, angustum faciat, ita ut capere non possit, quod collocatur? aut ille qui simulacrum fecit, quomodo non grave aliquid pertulit, & ponderosum, quo intromisso, templum continuò concideret? Secundùm hoc, quod novimus esse inimicorum studia, contemplemur hæc, si non ita se habent; sin autem oportet omnia iisdem mensuris, eâdem æquitate disponi, similique gloriâ efferri; quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tantùm, si placet, etiam illud exemplum, similis videtur esse homo navi, quæ instructa ab artifice, atque in mare deducta est, quamque navigare impossibile est sine gubernaculis, quibus regi & flecti possit in quæcunque loca voluerit gubernator ejus. Et quia eodem artifice indigeat corpus gubernaculorum, quo & totius navis, nulli dubium est; sine gubernaculis

1 Fortè, *Sic enim qui templum extruit.* In codice enim erat, *extruis.*
2 In codice Casinensi, *Deum.*

s) Matth. 9, 17. *t)* Matth. ibid. *u)* I. Cor. 12. 18. *x)* I. Cor. 3. 17. Et II. Cor. 6. 16.

naculis enim otiosum erit omne navis opus, corpus illud immensum. Ita ergo animam corporis gubernacula dicimus, reguntur autem utraque arbitrii, atque animæ libertate, quo velut gubernatore utimur; [1] quæ cùm per conjunctionem unum effecta, consonantiam officii sui continent ad omne opus, quodcunque ex semetipsis effiiunt, uni auctori & conditori testimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ, quæ aderant, vehementer gavisæ sunt, ita ut penè manus injicerent in Manem, quos vix Archelaus cohibens & reprimens, conquiescere fecit. JUDICES DIXERUNT, Sufficienter ostendit Archelaus hominis & corpus, & animam unius esse factoris, eo quòd consonare in conjunctione non possit opus unius, si propositum artificis à se dissentiret alterius. Quòd si dicatur unum explicare utrunque minimè valuisse, infirmitatem ostendit artificis; quia & si dicat quis animam boni Dei esse, otiosum opus invenitur hominis, nisi etiam corpus acceperit. Quòd si rursum corpus mali Dei dicatur esse figmentum, otiosum nihilominus erit, si animam non acceperit: quæ utique nisi commixtione, atque sibi invicem fuerit inserta cum corpore, homo nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis approbavit Archelaus, totius hominis unum atque eundem esse factorem. ARCHELAUS DIXIT, Scire te non dubito, Manes, hoc, quòd generantis, aut creantis filius dicitur ille, qui [2] natus est, & creatus. Quòd si malignus hominem finxit, pater ejus esse debet secundùm naturam. Et cui ergo dicebat Dominus Jesus, docens orare homines, *Sic dicite cùm oratis, Pater noster, qui es in cœlis.* y) Et iterum, [3] *Orate patrem vestrum, qui est in occulto.* z) De Satana autem dixit vidisse se eum, *Sicut fulgur cadentem de cœlo.* a) utì ne quisquam audeat dicere, quòd ipsum nos docebat orare; neque enim descenderat Jesus, ut homines conjungeret, & reconciliaret Satanæ, quin potiùs conterendum eum sub pedibus fidelium suorum tradidit. Sed ego beatiores istos dicam esse Gentiles, qui multos quidem introducunt Deos unanimes tamen, atque amicos eos confitentur; hic verò duos introducens, inimicitias inter eos, discordemque sententiam non erubescit astruere. [4] Quòd si simulatos sub hujuscemodi conditione [5] introducerent Deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas, diversasque sententias.

XXI. Jam verò de interiore, atque exteriore homine quid me necesse est dicere, cùm Salvatoris voce dicatur ad eos, qui camelum glutiunt, & de foris hypocritæ sunt, blandimentis atque adulatione circundati, ad quos Jesus ait, b) *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quare, quod de foris est catini, & calicis lavatis; quod autem intus est, immunditiâ plenum est? Aut nescitis, quia qui fecit, quod foris est, & quod de intus est, fecit.* Nunquid de catino, & de calice loquebatur? Nunquid vitriarius erat, qui hæc dicebat, aut figulus, ex luto fingens vasa? Nonne de corpore, atque anima evidentissimè loquebatur? Quoniam quidem Pharisæi c) aneti, & cimini decimas expectantes, quæ erant graviora legis relinquebant, [6] & his quæ extrinsecùs erant, adhibentes diligentiam, contemnebant ea, quæ ad salutem animæ pertinebant; expectabant etiam salutationes in foro, d) & primos [7] discubitus in cœnis, quos sciens Dominus Jesus perditos esse, dicebat eis, quia his solis rebus, quæ de foris erant, adhiberent diligentiam, & ea quæ intrinsecùs erant contemnerent, velut aliena, ignorantes quoniam qui corpus fecerat, ipse fecit & animam. Et quis ita lapideus est, & stolidus, ut non ad omnia ei iste sermo sufficiat? Cui sermoni consonans Paulus ait, interpretans ea, quæ in lege scripta sunt, hoc modo: e) *Non infrenabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?* [8] *Aut propter nos utique dicit?* Sed quid immoramur ulteriùs; adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo sunt ingenita, & his loca certa decernimus, dividitur Deus, si intra certum locum est, & non ubique diffunditur, & erit multò inferior loco, in quo est, ([9] majus enim quod continet semper eo, quem continet) & efficitur Deus ejus magnitudinis, cujus est locus, in quo continetur, sicut homo, si sit in domo. Deinde ratio requirit, quis est, qui inter eos diviserit, aut quis eis certos terminos statuerit, & invenitur jam uterque multò inferior virtutis humanæ. Lysimachus enim & Alexander totius mundi imperium tenuerunt, omnesque

1 In codice Casinensi est, *quæ cùm conjunctionem.* 2 In eodem codice legitur, *natus est creatus.*

3 Meliùs in Vulgatâ, *Ora Patrem tuum in abscondito.* 4 In codice Casinensi, *Quòd simulatos.*

5 In Casinensi codice est, *introduceret.* Sed hic de Gentilibus loqui palàm est, quare legendum, *introducerent.*

6 In eodem codice, *ex his.*

7 Hic mirè depravatus est codex Casinensis, legit enim, *Primos discipulos subitos in cœnis, quod scientes Dominus.* Nos eum ex sacro textu restituimus.

8 Meliùs vulgata, *An propter nos.* 9 In Casinensi, *Malus*, nullo sensu.

y) Matth. 6. 9. Luc. 11. 2. z) Matth. 6. 9. a) Luc. 10. 18. b) Matth. 23. 26. Luc. 11. 39.
c) Luc. 11. 42. d) Luc. 20. 46. Matth. 23. 6. Mar. 12. 38. e) I. Cor. 9. 9.

que nationes barbaras, atque omne genus hominum subjicere potuerunt, ita ut non esset alius Imperator per illud tempus præter ipsos sub cœlo. Et quomodo audebit quisquam dicere, non ubique esse Deum, qui est lumen verum indeficiens, cujus est regnum sanctum, & sempiternum, [1] ceu nequissimi istius impietas, qui nec [2] æqualem quidem cum hominibus potestatem omnipotenti Deo tribuit.

XXII. JUDICES DIXERUNT, Lumen in totâ domo lucere scimus, & non in unâ aliquâ parte, sicut & Jesus dicit, *f*) quia *Nemo lucernam accendens ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Si ergo lumen est, necesse est illud (si tamen Jesus creditur) mundo universo lucere, & non per partes; [3] à quo si universum obtinet mundum, ubi jam ingenitæ tenebræ, nisi fortè accidentes, intelligantur? ARCHELAUS DIXIT, Quoniam quidem multò meliùs à vobis intelligitur sermo Evangelicus, quàm ab isto, qui se Paraclitum esse profitetur, quem ego magis Parasitum, quàm Paraclitum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebræ. Cùm lux esset ubique diffusa, mundum cœpit Deus condere, initium à cœlo & terrâ sumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas, quæ est terræ locus umbrâ obtectus, [4] objectu videlicet earum, quæ factæ sunt, creaturarum, inveniretur obscurus, ita ut res expeteret introduci lucem huic ipsi in medietatè posito loco. Unde & in Genesi Moyses enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quasi factæ sint, aut non factæ; sed ipse tacuit, his qui possint advertere, derelinquens rationem hujus intellectûs; quæ quidem nec satis est ardua atque difficilis: cui enim non fiat manifestum, solem istum visibilem, cùm ab oriente fuerit exortus, & tetenderit iter suum ad occidentem, cùm sub terram ierit, & interior effectus fuerit eâ, quæ apud Græcos sphæra vocatur, [5] quòd tunc objectu corporum obumbratus non appareat. Sed obtecto eo, obstante terræ corpore, superducitur umbra, quæ ex se efficit tenebras, usquequo rursum, inferioris spatii cursu per noctem transacto, ad orientem revolvat, atque in locis solitis obortus appareat. Est ergo umbræ, atque noctis causa corporis terræ soliditas, quod etiam [6] ex suimet ipsius umbrâ homo intelligere potest. Ante cœlum enim, & terram, atque omnes istas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cùm nullum corpus existeret, quod umbram sui objectione generaret, & ideo nusquam tenebras, nusquam noctem fuisse profitendum est. Nam si, verbi gratiâ, placeat ei, cui potestas est omnium, plagam quæ ad occasum est, auferre de medio; non agente sole ad illam partem cursum, nusquam fiet vespera, aut tenebræ; sed erit sol semper in cursu, nec unquam occidet, & medium cœli axem penè semper tenebit, nec aliquando desinet apparere, & per hoc erit universus orbis terrarum clarissimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, sed manebit ubique unius luminis æqualitas. Occidentali autem plagâ statum suum servante, & sole cursum suum tribus mundi partibus ministrante, hi quidem, qui sub sole sunt, clariùs videntur illuminari, ita ut penè dixerim, dormientibus, adhuc iis, qui è diversâ plagâ consistunt, isti priores diei exordium sumant. Sicut autem ante eos, qui in parte occiduâ jacent, illis lumen exoritur, ita velociùs obscuratur, & soli omnium, qui in orbis medietate consistunt, æqualitatem semper sentiunt lucis. Cùm enim medium sol tenuerit cœlum, nullus est locus, qui aut lucidior, aut obscurior esse videatur; sed omnes mundi partes [7] ex æquo & justo, solis fulgore luminantur. Si ergo, ut superius diximus, occiduæ plagæ pars auferatur è medio, ultrà jam non obscurabitur pars, quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi simpliciùs dicta sint, cùm possim & zodiacum circulum describere; [8] sed non intui nunc fieri ratus sum, propter quod de his silebo, & ad illud caput recurram, quod objecit adversarius, affirmans [9] omni nisu, tenebras esse ingenitas, quod & ipsum, quantùm valuimus, jam confutatum est.

XXIII. JUDICES DIXERUNT, Si consideremus lucem fuisse ante conditionem creaturarum, & nihil fuisse objectum, quod ex se umbram generaret, necesse est lucem ubique fuisse diffusam, & omnia loca fulgore lucis illuminata, sicut ostensum est ex his, quæ à te nuper dicta sunt, in quibus veram esse rationem videntes, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim divisionem accipiat universus mundus, veluti muro quodam per medium instructo, & ex unâ parte habitent tenebræ, ex alia verò lux, intelligitur nihilominus, quia ex eo, quòd instructum est ædificium, umbrâ generatâ, acciderint tenebræ,

1 In codice Casinensi est, *eu*, quod legendum putavimus, *ceu*.
2 Ita depravatum locum ex ingenio restituimus; nam in codice Casinensi scribitur: *Nec quæ vellem quidem*.
3 Fortè, *Atqui*. 4 In Casinensi codice, *obtectu*. 5 In Casinensi est, *quòd nunc oblectu*.
6 Ita emendavimus scriptum codicem, qui habebat, *Exnet ipsius umbra*.
7 In codice Casinensi legitur, *ex ea quo*. & mox *fulgure*.
8 Locus manifestè corruptus, cujus mihi emendatio non occurrit.
9 In Casinensi erat, *Omni nisi*. sed legendum, *Omni nisu*, hoc est, omni conatu; formula dicendi huic interpreti usitata. Vide cap. 40. & præsertim cap. 47.
f) Matth. 5. 16.

tenebræ, & rursum nobis quærendum est, quis ædificaverit murum in medio duorum, si tamen ædificatum fateris, ò Manichæe. Si verò illa ratio consideretur, quasi murus non sit instructus, rursus sine aliqua exceptione unus esse universus intelligitur locus, ac sub una potestate positus; unde ex omni parte tenebræ ingenitam naturam habere non possunt. ARCHELAUS DIXIT, Dicat mihi etiam hoc ad ea, quæ proposita sunt. Deo in regno suo posito, & maligno similiter in suo regno, quis inter medium ipsorum construxerit murum? Non enim potest dividere quid duas substantias, nisi quod sit [1] utriusque majus, sicut dicit in Genesis libro, quia *divisit Deus inter lucem, & tenebras. g)* Talem esse aliquem necesse est & muri istius instructorem, murus enim terminos uniuscujusque demonstrat, sicut inter eos, qui rura incolunt, lapis solet portionem uniuscujusque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujuscemodi divisio fraternæ potiùs hæreditatis sit ratio. Verùm nunc non est mihi de his dicendum, quanquam necessarium videatur; nam illud est, quod petimus, quis est, qui extruxerit murum ad designandum uniuscujusque terminum regni? Non dixerat; nolo moretur hic perfidus, sed jam confiteatur dualitatis suæ in unum refusam esse substantiam. Dicat quenquam, qui medium extruxerit murum? Quid agebat alter, altero instruente? Dormiebat, aut ignorabat, aut resistere non valuit, aut pretio concessit? Dic quid faciebat, vel quis est omnino, qui extruxit? Vos deprecor, Judices, quos Deus plenissimè repletos intellectu misit nobis, judicate, quis ex duobus extruxerit, & quid agebat unus, cùm alter extruxerat.

XXIV. JUDICES DIXERUNT, Dic nobis, ò Manes, quis designaverit fines utriusque regni, quis murum fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus sermonis exposcit. MANES DIXIT, Bonus Deus, & nihil habens commune cum malo, firmamentum posuit in medio, quò alienum à se esse [2] patefaceret malignum. ARCHELAUS DIXIT, Usquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim solummodo nomine appellas, & deitatem ipsius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non extantibus, aliquando ex subjectâ materiâ, quæ quidem ante se fuerit, asseris extruxisse, ut homines solent extructores. Interdum etiam eum timidum, interdum & convertibilem dicis; Dei est enim agere, quæ Dei sunt, hominis verò, quæ humana sunt. Si ergo Deus, ut ais, murum construxit, timidum se hic, & nihil fortitudinis se habere designat. Scimus enim semper eos, qui suspicantur ab extraneis sibi dolos intendi, atque hostium verentur insidias, ipsi solent urbes suas muris circundare; in quo & ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem sui ostendunt. Sed ne illud quidem à nobis reticendum est, quin potiùs in medium proferendum, ut & multâ assertionum copiâ, machinationum adversarii diversitas destruatur, auxilium nobis ferente veritate. Concedimus structuram factam esse muri, quæ ad discretionem esset uniuscujusque regni: impossibile enim est sine hoc uno habere unumquenque proprium regnum; eodem verò modo impossibile est, & malignum egressum propriis finibus boni partes invadere, muri interdictione constante, nisi fortè priùs dejiciatur, sicut audivimus ab hostibus fieri, atque etiam oculis nostris [3] nuper conspeximus. Cùm Rex aliquis oppugnat turrim valido muro circundatam, adhibet primò ballistas, & jacula, securibus deinde portas excidere, atque arietibus muros conatur evertere; & cùm obtinuerit, tum demum ingressus, quæ libuerit, agit, sive captivos placet cives adducere, sive cuncta subvertere, aut etiam, si placuerit, rogatus indulget. Quid ergo dicit iste? Non substantiâ, idest, proposito adversarius quis dejecit, quod interjectum fuerat munimentum: in præcedentibus enim professus est, quia supervenerint tenebræ ex propriis finibus in regnum Dei boni. Quis priùs dejecit munitionem? Impossibile enim erat ingredi malum, munitione constante. Quid taces? Quid moraris tu, Manichæe? Etiamsi tu differas, aggrediar meâ sponte. Si enim dixeris, quia Deus destruxerit, requiram quid eum moverit ad destruendum hoc, quod priùs propter importunitatem maligni, & separationem ipse extruxerat? Quid iratus, aut quid damni perpessus, adversum se ipse pugnare contendit? Aut nunquid de maligni facultatibus aliquid concupivit? Quòd si horum nihil in causâ est Deo destruendi ea, quæ jamdudum ad alienandum à se, & separandum malum ipse construxerat, illud nec mirum putandum est, [4] quòd ejus consortio fuerit delectatus; munitio enim, quæ missa fuerat propter hoc, ne ejus molestiam pateretur, idcirco destructa videbitur, quoniam non jam

1 In codice Casinensi, *utrunque majus.* 2 In codice Casinensi, *partum faceret.*

3 Nota Archelai ætatem, & habitæ disputationis tempus; loqui autem hic videtur Archelaus de Carrhis à Persis sub Valeriano Augusto expugnatis, vel de eisdem iterum ab Odenatho Orientis Rege Gallieni Imperatoris temporibus in Romani Imperii ditionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in Gallieno cap. 10. & 12.

4 In codice Casinensi, *putandum est consortio.* Sed, *si ejus consortio,* vel, *Quòd ejus consortio,* videtur legendum.

g) Genes. 1.

jam molestus, sed amicus fore putabitur. Quòd si à maligno murum dicas esse destructum; quomodo possunt boni Dei opera à maligno superari? alioquin fortior Deo invenietur maligna natura. Quomodo & ipse, cùm sit omnino totus tenebræ, luci supervenit, & comprehendit, Evangelistâ testimonium ferente, quia *Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt? b)* Quomodo cæcus armatur? Quomodo tenebræ adversùs lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc [1] illæsis oculis solis radios in se recipere non possunt; ita & hic ferre non valet regni lucis intuitum, sed manet semper extraneus, & alienus.

XXV. MANES DIXIT, Non omnes capiunt verbum Dei, sed quibus datum est scire mysteria regni cœlorum. *i)* [2] Et jam quidem scio qui sint nostri; *Meæ* enim, inquit, *oves vocem meam audiunt. k)* Propter nostros ergo, quibus datus est veritatis intellectus, per similitudines dicam. Similis est malignus leoni, qui irripere vult gregi boni pastoris, quod cùm pastor viderit, fodit foveam ingentem, & de grege tulit unum hædum, & jactavit in foveam, quem leo invadere desiderans, cum ingeniti indignatione voluit eum absorbere, & accurrens ad foveam, decidit in eam, ascendendi inde sursum non habens vires; quem pastor apprehensum pro prudentiâ suâ in caveâ concludit, atque hædum, qui cum ipso fuerit in foveâ, incolumem conservavit. Ex hoc ergo infirmatus est malignus, ultrà jam leone non habente potestatem faciendi aliquid, & salvabitur omne animarum genus, ac restituetur, quod perierat, proprio suo gregi. ARCHELAUS DIXIT, Si leonem maligno comparas, Deum verò pastori, oves atque hædum, dic, cuinam comparabimus? MANES DIXIT, Oves & hædus unius mihi videntur esse naturæ; in similitudinem autem ponuntur animarum. ARCHELAUS DIXIT, Animam ergo perditum dedit Deus, objiciens eam leoni in foveâ. MANES DIXIT, Nequaquàm, absit hoc; sed apprehensus est hoc ingenio, in futurum verò salvabit eam. ARCHELAUS DIXIT, Ridiculum jam istud est, Viri auditores, si agnum, quem retinebat in finibus, pastor extimescens leonis ingressum, projecit eum devorandum, & dicitur quia in futurum salvabit eum. Quomodo non, totum hoc ridiculo plenum est? Nam & in hoc etiam judicium adimitur. [3] Deus enim Satanæ animam tradidit, in perditionem ab eo assumendam. Quando enim pastor, [4] nonne David de ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quòd ait, de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit. Sed dices mihi, Deus est, & omnia potest. Audi ergo ad hæc, cur igitur quòd possit, non illud potiùs asseris, quòd poterit propriâ virtute vincere leonem, [5] sive purâ Dei potentiâ, & nunquam machinis quibusdam, & foveæ hædo, sive agno tradito? Dic mihi etiam illud, si pastori superveniat leo, non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim est, qui dicitur pastor, ingenitus quoque etiam leo. Cùm ergo nondum esset homo, priusquam pastor haberet gregem, si supervenisset leo, quid fiebat, quia non erat leonis esca priusquam hædus esset? MANES DIXIT, Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam suam per quæcunque poterat invenire, discurrens per vertices montium; quòd si aliquando ei etiam esca erat necessaria, capiebat ex bestijs, quæ erant sub regno suo. ARCHELAUS DIXIT, Ergo unius sunt substantiæ bestiæ, quæ sunt in regno maligni, & hædi, qui sunt in regno boni Dei. MANES DIXIT, Absit; nequaquam; nihil commune est, neque ipsis ad invicem, neque his, quæ sua sunt. ARCHELAUS DIXIT, Unus atque idem est usus in esca leonis. Si enim ex propriis aliquando bestiis capiebat cibum, aliquando & de his boni Dei, nulla est in his differentia, quantùm ad escas pertinet, & ex hoc apparet unius eas esse substantiæ. [6] Sed aliud alio longè differre ignorantiam pastori adscribimus, quia non aptam escam, quin potiùs alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut fortè rursus dissimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illum ne igitur, qui comedere nesciebat, ipse ad comedendum animam provocavit, nec solâ foveâ ad decipiendum eum uti voluit, si tamen hoc dignum est facere Deum, & dolos exquirere? Et sicut Rex aliquis, bello sibi illato, nequaquam propriâ virtute confisus, sed imbecillitatis suæ timore perterritus, muris ipse urbis inclusus, vallum aliaque munimenta circundat,

1 In eodem codice *illius oculis*, nullo sensu.

2 In Casinensi codice scribitur, *etiam quidem.* Sed legendum videtur, *& jam quidem.* sæpe enim in hoc codice junguntur verba, quæ disjungi debent.

3 Loquitur hic Archelaus, ex Manetis sententiâ, qui cùm pastorem prævidentem, ac prænoscentem inevitabili leonis devorationi exposuisse hædum diceret, necessariò consequebatur pastorem ipsum causam esse perditionis hædi, eique illius necem jure adscribi.

4 Hic aliquid deesse videtur. Fortè *Quando enim pastor hoc fecit? Nonne David, &c.*

5 Ita corrigi debere videtur lectio codicis Casinensis, qui habet, *si & pura.* nisi malueris, *si est pura.*

6 Locus iste videtur mendosus, nec quid sibi velit Archelaus clarè intelligitur, nisi legamus, *Sed alium ab alio longè differre si dicamus, ignorantiam pastori adscribimus.* b) Joan.1.5. i) Matth.19.11. k) Joan.10.27.

dat, ac præparat, manui, ac viribus nihil fidens; si verò vir fortis sit, etiam porro à suis finibus in occursu hosti procedit, & agit omnia, usquequo vincat, & obtineat adversarium.

XXVI. JUDICES DIXERUNT, Si ais pastorem hædum, sive agnum leoni projecisse, cùm ille irrueret adversùm ingenitum, actum est. Quem enim potest judicare pastor hædorum, atque agnorum, cùm ipse inveniatur eis in delicto, si causâ traditus etiam agnus per infirmitatem pastoris resistere non valuit leoni, & consequens est, ut quodcunque fuerit leoni, & consequens est, ut quodcunque fuerit leoni libitum, gerat; tanquam si Dominus unum è servis suis ejectum, vel per metum tradat adversario suo, quem rursus recipere suis viribus non valeat? Si verò casu aliquo provenerit eum recipi, qua tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, si ad omnia, quæ ei imperabat inimicus, parebat, cùm [1] eum ipsum tradiderit inimico, sicut leoni hædum? prænoscentem enim asseris esse pastorem. Verberatus enim agnus, & interroganti se pastori, cur in his leoni paruerit, respondet; tu me leoni tradidisti, nec restitisti adversùs eum, sciens, & prævidens quæ mihi gerenda forent, cùm ejus me necesse esset obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus pastor ostenditur, neque leo alienos cibos percepisse demonstratur, & ideo ipsâ veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta sunt, palmam nos debere conferre. ARCHELAUS DIXIT, Quoniam quidem de omnibus, de quibus disceptavimus, prudentia Judicum plenissimum terminum posuit, tacendum est de reliquis, & in tempus aliud reservandum. Sicut enim [2] si quis serpentis conterat caput, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda sunt; ita dualitatis quæstione rejectâ, sicut pro viribus ostendimus, reliqua quæ per hanc asserebantur, cum ipsâ pariter explosa sunt. Sed in ipsum, qui adest, assertorem horum paucis dicam, ut omnibus innotescat quis, & unde, & qualis est; dixerat enim se esse Paraclitum illum, quem Jesus proficiscens, humano generi missurum se esse promiserat ad salutem fidelium animarum, & non longè [3] possit ei Paulus vas electionis, & vocatus Apostolus, unde & prædicans veram doctrinam [4] ajebat, [5] *Aut documentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus. l)* Et quidem quod dico tali exemplo, [6] sed clarius. Homo quidam conclusit in thesauro frumenti plurimùm, ita ut refertus esset locus, quem locum [7] clausum atque signatum sufficientibus signaculis, custodiri præcepit; ipse Dominus verò [8] cessit; alius autem quidam post multum temporis advenit ad thesaurum, dicens se ab eo, qui signaculis locum concluserat, missum ad hoc, ut etiam ipse in eundem thesaurum triticum congregaret. Quem cùm vidissent custodes, poscebant ab eo [9] signaculi fidem, quo possint ei, videlicet, aperire thesaurum, & parare ei, tanquam ab illo, qui signaverat, misso; [10] qui cùm nec claves ostenderet, neque signaculorum fidem deferret, (neque enim habebat jus) à custodibus ejectus est, & fugatus; fur enim potiùs, & latro ab eis esse deprehenditur, convictus, & [11] confugatus etiam ex hoc, quòd post multum tempus, quàm promissum fuerat, adesse desideret, neque claves, neque signacula, neque ullum omnino custodibus indicium deferens, non quantitatem frumenti reconditi sciens; quæ omnia manifesta indicia sunt, nequaquam eum ab illo esse transmissum,

1 Fortè legendum, *eum ipse*. 2 In codice Casinensi deficit, *si*, & paulò post, *quæstione relectâ*, habet. Sed necessaria visa est utrobique correctio nostra.

3 Vel hic nonnulla desunt, vel fortasse legendum, *ut non longè post sit ei Paulus*, nempe, ut ipso parùm inferior sit Paulus Apostolus, quem à Deo ante se ad humani generis salutem missum fuisse ait suprà Manes, ita tamen ut sibi, quod perfectum erat, reservatum fuerit. Vide suprà cap. 13.

4 In codice Casinensi est, *agebat*, librarii, ut arbitror, errore; sic infrà capite 29. *Jesus ad discipulos agebat*.

5 Vulgata legit, *An experimentum*; in græco tamen textu est, ἐπεὶ.

6 Fortè *fit*, vel *sit*, aut etiam, *est*.

7 Suprà thesauri solo sigillo obsignati mentionem facit Archelaus: at hic sigillo claves adjungit, quo pacto chariora quæque ab antiquis custodiri consuevisse, testis est Aristophanes in comœdia, cui titulus, Θεσμοφοριάζουσαι pag. 787. apud quem mulier quædam conqueritur gynæceorum fores sigillis, & pessulis à maritis obfirmari, quem morem irridet Menander apud Stobæum.

8 Fortè *recessit*, vel *discessit*.

9 Anulis pro tesserâ, seu signo in repetendo deposito, & majore nuntiis fide conciliandâ veteres usos fuisse, ex Plauto, & Apulejo discimus, quorum primus in Bacchide act. 2. scena 3. vers. 93. ita inquit Chry. *Anulum gnati tui Facito, ut memineris ferre.* Nic. *Quid opus est anulo?* Chry. *Quia id signum est Theotimo, qui cùm illi afferet, ei aurum ut reddatur.* Alter verò in lib. 10. de Asino aureo hoc iratæ cujusdam mulieris facinus refert. *Anulo mariti surrepto, rus profecta, mittit quendam servulum, sibi quidem fidelem, sed de ipsâ fide pessimè merentem, qui puellæ nuntiaret, quòd eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad se; addito, ut sola, & sine ullo comite quàm maturissimè perveniret. Et ne qua fortè nasceretur veniendi cunctatio, tradit anulum marito subtractum, qui monstrans, fidem verbis adstipularetur. At illa mandato fratris obsequens (hoc enim nomen sola sciebat) respecto etiam signo ejus, quod offerebatur, gnaviter, ut præceptum fuerat, incomitata festinat, &c.*

10 In Casinensi *Quicumque*. Sed sensus postulare videtur, ut *qui cùm nec* legatur.

11 Fortè, *confutatus*. l) II. Cor. 13. 3.

missum, [1] & ideo, ut consequenter erat, à custodibus reservatus est.

XXVII. Aliud etiam, si videtur, dicimus exemplum. Homo quidam paterfamilias dives plurimùm, ad tempus peregrè abfuturus, filiis suis pollicitus est, missurum se esse aliquem, qui pro se distribueret eis ex æquo substantiam. Et quidem non multò post misit tutum virum quendam, justum, & verum, qui cùm venisset, susceptâ universâ substantiâ, primò omnium instruere eam ac regere studuit, laborans plurimùm in itineribus, [2] sedens ipse per se suis manibus opus faciens, & ministrans; [3] deinde moriturus testamentum scribit, propinquis suis & proximis omnibus hæreditatem derelinquens, & signacula dedit eis, & nominatim singulos convocans, præcepit eis servare hæreditatem, & custodire, ac regere substantiam, sicut susceperant, & perfrui bonis & fructibus, ipsi domini hæredesque derelicti. Si qui verò ex agri hujus fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent; [4] sin autem cohæredem se dicens, exposceret, devitarent, atque alienum esse pronunciarent; opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus benè, rectèque dispositis & statutis, ac plurimo tempore in eo statu perseverantibus, eum qui post trecentos ferè annos venerit, & hæredem esse se confirmet, non abjiciemus, non justè alienum pronunciamus, qui nec de propinquis se esse ostendit, qui defuncto nostro non adfuerit ægrotanti, qui in exequias non ierit Crucifixo, qui sepulchro non adstiterit, qui omnino nesciat, quomodo, aut qualiter defunctus est, qui denique thesaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo, qui obsignaverit? Nonne eum, tanquam latronem & furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus. Hæc igitur signa, quæ in prædictis comprehendimus exemplis, iste non deferens adest, dicens se esse Paraclitum, qui ab Jesu præsignatus est mitti, in quo [5] mendacem, ignorans fortasse asseret Jesum; qui enim dixerat se non multò post missurum esse Paraclitum, invenitur [6] post trecentos, & eo amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi testimonium perhibet. Quid dicent Jesu in die judicii illi, qui jam vitâ excesserunt ex illo tempore usque nunc? Nonne hæc apud eum allegabunt, noli nos cruciare, si opera tua non fecimus; cur enim cùm promiseris sub Tiberio Cæsare missurum te esse Paraclitum, qui argueret nos de peccato, & de justitia, *m)* sub Probo demum Romano Imperatore misisti, orphanos dereliquisti, cùm ipse dixeris, *non derelinquam vos orphanos. n)* cùm ipse dixeris te, mox ires, missurum esse Paraclitum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem, nihil nos deliquimus, tu nos fefellisti? [7] Sed absit hoc à Domino nostro Jesu Christo Salvatore omnis animæ. Non enim moratus est in promissionibus suis, sed cùm dixisset, *Vado ad Patrem meum, & mitto vobis Paraclitum, o)* statim misit, dividens, donans discipulis suis; [8] abundantiùs verò conferens Paulo.

XXVIII. MANES DIXIT, Tuimetipsius indicio comprehensus es. Hæc enim adversùm te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conjicere, majori culpæ succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui à Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, noli nos judicare, quia opera tua non fecimus, non enim misisti nobis Paraclitum, [9] cùm dixeris te missurum; non multò magis illi hæc dicent, qui à Moyse usque ad adventum ipsius Jesu Christi vitâ excesserunt, & eò rectiùs dicent,

1 In codice Casinensi legitur, *& ideo consequenter.*

2 Fortè, *sed & ipse per se.*

3 In codice Casinensi, *Deinde die moriturus*, nos secundam vocem, ex præcedentis verbi postremæ syllabæ repetitione veluti insertam, sustulimus. Vel fortasse legendum, *Deinde die, qua moriturus erat, testamentum.*

4 Aut nihil video, aut ita restituendus est hic locus manifestè corruptus; nam in codice ita scribitur. *Sin autem conderem se dicens, exposceret, devitarent persequi, alienum esse pronunciaret.*

5 Hoc eodem argumento adversus Montanistas utitur Theodorus Heracleota in cap. 14. Evang. Joan. vers. 17. cùm inquit, *Nam si illis non diligentibus solùm, sed & pro Deo mortem appetentibus, non misisset, quem promiserat Paraclitum, secundùm Phrygiorum impietatem, mendacium in Evangeliis reperiretur. Quòd si verò, cùm sit ipsa veritas, miserit iis Spiritum Sanctum, temerè errando comminiscuntur, dicentes per Montanum, & Priscillam missum esse Paraclitum post ducentos & triginta annos ab Apostolicâ gratiâ transactos.*

6 Contentionis æstu actus videtur hic dixisse Archelaus, post trecentos & amplius annos a Christi morte Manetem emersisse: nam à Christi morte usque ad habitæ cum Manete disputationis tempus, anni circiter ccxlix. intercedunt. Vide præfationem nostram in Archelao.

7 Parvâ mutatione hunc locum rectè, ni fallor, emendavimus, qui in codice Casinensi ita se habet. *Sed absit hanc à Domino nostro Jesu Christo Salvatore omne anima.*

8 Mirè hic & in seqq. depravatus est codex Casinensis, in quo legitur, *Abundantibus verò confitens Paulo. Manes dixit, Tuum & ipsius indicio comprehensus es; hac enim versum te lotutus, ignorans, quia dum me vis probra conicere, majori culpa se succumbit. Dic age mihi studias, qua Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, nolite nos judicare.* Nos tot menda, quantùm per conjecturas licuit, abstergere conati sumus.

9 Verbum, *missurum*, nostra est additio, cùm in Casinensi desit; & sanè vocem illam, vel quid simile ibi deficere ipsa orationis series ostendit.

m) Joann. 16, 8. *n)* Joh. 14. 18. *o)* Joh. 14. 16, 28.

dicent, [1] noli nos tradere tormentis, quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non solùm hi, qui ante ipsius adventum decesserunt, jure hæc allegare videbuntur; verùm etiam illi, qui ab Adam usque ad adventum Jesu obierunt? Neque Parácliti enim scientiam consecuti sunt, neque Jesu doctrinâ eruditi sunt. [2] Sed hoc solùm ultimum genus hominum, ut ais, quòd à Tiberio est, salventur; ipse enim *Eos Christus de maledicto legis redemit, p)* sicut Paulus testimonium dedit, *Quia litera occidit, nec quenquam vivificat, q)* &, *Quod lex ministerium mortis est, virtusque peccati. r)* ARCHELAUS DIXIT, Erras nesciens scripturas, neque virtutem Dei; multi enim etiam post adventum Christi usque nunc perierunt, & pereunt, hi scilicet, qui operibus justitiæ deservire noluerunt; illi verò soli, qui susceperunt eum, & suscipiunt, *Potestatem acceperunt filii Dei fieri, s)* Non enim omnes dixit; sed neque tempus terminavit, *Quicunque enim*, inquit, *acceperunt eum*. Adest autem semper justis viris, à creaturâ mundi, nec cessat inquirere sanguinem ipsorum ex sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ. *t)* Unde ergo Abel justus, & illi omnes reliqui [3] per ordinem, qui inter justos enumerantur, cùm lex non esset Moysi, cùm Prophetæ oborti non essent, nec prophetiæ munus implessent? Nonne justi effecti sunt ex eo quòd legem implebant, *Ostendens unusquisque eorum* [4] *opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientiâ suâ? u)* Cùm enim quis legem non habens, naturaliter, quæ legis sunt, facit, hic legem non habens, ipse sibi est lex. Et intuere multitudinem legum per singulos justos, qui benè agebant vitam suam, nunc ex semetipsis proferentes in cordibus suis insitam Dei legem, nunc à propriis parentibus inquirentes, aliquando etiam ab antiquioribus & senioribus addiscentes. Verùm quia pauci [5] per hunc modum poterant ad justitiæ culmen ascendere, idest, per parentum traditiones, nullâ in literis lege conscriptâ, miseratus est Deus humanum genus, & scriptam legem per Moysen voluit hominibus dare, quoniam quidem non apprime in cordibus eorum naturalis legis æquitas retinebatur. Consona igitur primæ creationi humanæ fit in literis legislatio, quæ per Moysen datur salutis causâ plurimorum. Si enim æstimamus hominem sine operibus legis justificari, & Abraham reputatus est justus, quantò magis ii, qui adimpleverint legem, continentem ea quæ hominibus expediunt, justitiam consequentur. Et quoniam trium solummodo sermonum mentionem fecisti, de quibus Apostolus dixit, *x) Ministerium mortis esse legem*, &, *y) Christum redemisse nos de maledicto legis*, & quoniam, *Virtus peccati est lex. z)* Adde adhuc, & dic quantacunque tibi videntur adversùs legem esse conscripta.

XXIX. MANES DIXIT, An non idem est, quod Jesus ad discipulos ajebat, incredulos eos esse demonstrans, *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis, a)* Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus Princeps hujus mundi, & quanta desideraverit, per Moysen scripserit, & dederit hominibus facienda. *Ille enim homicida est ab initio, & in veritate non stetit, quoniam veritas in eo non est; cùm loquitur mendacium, de suis propriis loquitur quoniam mendax est, sicut & pater ejus. b)* ARCHELAUS DIXIT, Sufficit tibi hæc, sunt, an habes & alia, quæ dicas? MANES DIXIT, Habeo quidem multa, & horum majora; sed his contentus ero. ARCHELAUS DIXIT, Exemplum, scilicet, accipiamus ex his, eorum quæ habere te dicis, ut si hæc rectè posita fuerint inventa, etiam reliqua cum his adnumerentur; sin minus, ero ego obnoxius sententiæ Judicum, idest, victi ignominiam feram. Ais ergo ministerium mortis esse legem, & Principem hujus mundi mortem, regnare ab Adam usque ad Moysen, scriptum est enim, *In eos qui* [6] *non peccaverunt c)* MANES DIXIT, Ergo mors regnavit sine dubio, quia dualitas est, nec aliter, nisi essent ingenita. ARCHELAUS DIXIT, Et quomodo ingenita mors certo ex tempore regni sumit exordium? ab Adam enim, inquit, & non dixit ante Adam. MANES DIXIT, Quomodo verò, & justorum,

1 In Casinensi est, *noli nostra de tormentis*, nullo sensu, nisi ut editum est, corrigatur.

2 In codice Casinensi sic legitur, *Sed hoc solùm ultimum genus hominum, ut eas, quod à Tiberio est, salventur.* Nos autem verba illa, *ut eas*, interpretati sumus, *ut ais*, exemplo alterius loci infrà cap. 30. ubi *ut as*, pro, *ut ais*, vel, *ut asseris*, à librario scriptum fuisse, sensu ipso poscente, conjecimus.

3 In codice Casinensi, *qui per ordinem, qui inter justos.*

4 In eodem codice scribitur, *opus legis scripturæ.*

5 Ita videtur legendum, licet in codice Casinensi scribatur, *per hunc mundum.*

6 Irenæus quoque lib. 3. adv. hæreses cap. 20. cum particulâ negativâ laudat hunc D. Pauli locum: unde patet D. Augustinum in libro de Peccat. meritis & remiss. lib. 1. cap. 11. rectè censuisse, ita ad græcorum codicum fidem legendum esse, licet in majori latinorum codicum parte sine particulâ negativâ legeretur. Hanc tamen postremam lectionem multis contendit veram esse Hilarius Diaconus in commentariis ad eum Pauli locum inter D. Ambrosii opera, sed ejus opinionem, utpote originali peccato adversantem, rejecit Ecclesia, quæ probatam D. Augustino lectionem in latinis quoque sacræ Scripturæ codicibus huc usque retinuit.

p) Galat. 3. 13. *q)* II. Cor. 3. 6. *r)* I. Cor. 15. 56. *s)* Joann. 1. *t)* Matth. 23. d. *u)* Rom. 2. 15.
x) II. Cor. 3. 7. *y)* Galat. 3. 13. *z)* I. Cor. 15. 56. *a)* Joann. 8. 44. *b)* Joann. ibid. *c)* Rom. 5. 14.

rum, & peccatorum obtinuerit regnum dicito? ARCHELAUS DIXIT, Cùm priùs confessus fueris, quia à tempore, & non æternitate regnavit, tum dicam. MANES DIXIT, Scriptum est hoc, quia *Ab Adàm usque ad Mosen regnavit. d)* ARCHELAUS DIXIT, Ergo & finem habet, quod cœpit [1] ex tempore, & verum est illud, quod dictum est, quia *Absorpta est mors in victoriâ. e)* Etiam ingenita non erit, quæ & initium habere monstratur, & finem. MANES DIXIT, Deus ergo eam fecit. ARCHELAUS DIXIT, Nequaquam; absit; Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. MANES DIXIT, Deus eam non fecit, facta tamen est, ut ais; à quo acceperit imperium, vel à quo creata sit, dicito? ARCHELAUS DIXIT, Si hoc plenissimè ostendero, quòd substantiam ingenitæ naturæ mors habere non possit, nonnè confiteberis unum Deum esse, & hunc ingenitum? MANES DIXIT, Loquere, subtiliter enim vis [2] discere. ARCHELAUS DIXIT, Quia tu verba illa ita protulisti, tanquam tibi proficerent ad ostensionem ingenitæ radicis; sufficiunt tamen nobis, & ea, quæ suprà tractata sunt, in quibus plenissimè ostendimus, impossibile esse duarum naturarum ingenitarum existere posse substantias.

XXX. JUDICES DIXERUNT; Dic ad ea, quæ nuper proposuit, Archelae? ARCHELAUS DIXIT, Principem mundi, & malignum, & tenebras, & mortem unum eundemque esse dicit, legemque ab eo datam, propter hoc, quod scriptum est, *Ministerium mortis, f)* & reliqua, quæ objecit. Quoniam, [3] inquam, sicut superiùs diximus, malorum memoriæ lex non diligenter hærebat, scripta naturaliter in cordibus eorum, * neq; apud seniores erat satis firma traditio, [4] cùm eis inimica semper memoriæ inhæsisset oblivio, & aliter quis eruditur à magistro, aliter à semetipso, perveniebat facilè legis naturaliter scriptæ transgressio, & ex prævaricatione mandatorum regnum mors in hominibus obtinebat; hujuscemodi est enim genus hominum, quòd virgâ ferreâ regi indigeat à Deo. Exultabat ergo mors, & cum omni potestate regnabat usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccaverant, hoc modo, quo diximus; super peccatores quidem, veluti proprios, sibique subjectos, sicut fuit Cain, & Juda; super justos verò propter hoc, quòd non consentirent ei, quin potiùs resisterent, abscindentes à se libidinum vitia & concupiscentias, veluti hi, qui fuerant ab Abel, & usq; ad Zachariam, ** transferens semper usque ad tempus in similes illius. Cùm verò adfuisset Moyses, & legem dedisset filiis Israël, & revocasset eis in memoriam omnes justificationes legis, quæcunque observare oportebat, & facere, eos verò solos, qui prævaricarentur legem, morti traderet; intercisa est mors, ne super omnes regnaret; regnabat enim super peccatores solos, dicente sibi lege, ne contigeris hos, qui mea præcepta custodiunt. Hujus ergo verbi ministerium Moyses detulit morti, reliquos omnes prævaricatores legis [5] interitui tradens; non enim pro eo, ut omnino mors nullâ ex parte regnaret, Moyses advênit, cùm utique plurimi etiam post Moysen sub mortis ditione tenerentur. Ex hoc *ministerium mortis* appellatum est, [6] quoniam soli transgressores legis puniebantur, non etiam conservatores, sicut Abel faciens ea, quæ legis sunt, & custodiens, quem Cain, vas maligni effectus, interemit. Verùm etiam post hæc voluit mors pactum, quod fuerat per Moysen positum, rescindere, & regnare denuo super justos; & irruit quidem in Prophetas, interficiens, & lapidans eos, qui missi erant à Deo usque ad Zachariam. Dominus autem meus Jesus, justitiam Moysi legis custodiens, indignatus adversùs mortem pro prævaricatione [7] pacti, & totius illius ministerii, advenire dignatus est in hominis corpore, vindicaturus non semet-

 ipsum,

1 In codice Casinensi manifesto errore scribitur, *exemplo re.* 2 Fortasse, *dicere.*
3 In codice Casinensi malè, *iniquam.*
4 Ita necessariò emendandâ visa est ejusdem codicis lectio, in quo scribitur, *cùm eas inimica semper memoria inèresis sed oblivio.*
5 In Casinensi codice, *interit ut tradeni*, manifestus librarii error.
6 Scitè adversùs Manichæos, ut videtur, Jo. Chrysostomus in hunc D. Pauli locum Homilia 7. *Per mortis autem ministerium legem intelligit. Atque interim vide, quàm sedulo in istâ comparatione caveat, ne ullam hæreticus ansam præbeat. Non enim dixit lex mortem efficit; sed mortis ministratio est. Mortem enim ministrabat; non autem pariebat. Nam peccatum id erat, quod mortem efficiebat. Lex autem mortem invehebat, ac peccatum indicabat; non autem faciebat. Malum enim apertiùs detegebat, ac plectebat; non autem ad malum impellebat. Neque ad id ministrabat, ut peccatum fieret, aut mors existeret; sed ut pœnas daret is, qui peccasset; ac proinde hac quoque ratione peccatum delebat. Nam dum ipsa peccatum adeò formidandum esse ostenderet, procul dubio hoc etiam faciebat, ut ipsum fugiendum esse videretur. Quemadmodum igitur is, qui ensem in manus sumit, ac sonti caput amputat, judici pronuncianti ministrum se præbet, neque ipse est, qui interimit, etiamsi alioqui ipse sit, qui caput abscindit: nec rursus is, qui sententiam profert, ac sontem condemnat; sed ejus, de quo supplicium sumitur, improbitas. Eodem modo hic quoque non lex erat, quæ necem afferebat; sed peccatum ipsum erat, quod & interimebat, & condemnabat.*
7 In codice Casinensi est, *acti*, quod etiam manifesta est librarii hallucinatio.

d) Roman. ibid. e) I. Cor. 15. 54. f) Galat. 3. 13. * Rom. 2. 15. ** Matth. 23. 35.

ipſum, ſed Moyſen, & eos, qui ex ordine poſt ipſum fuerant violentiâ mortis oppreſſi. Malignus verò ignorans hujuſcemodi diſpenſationem, ingreſſus eſt Judam, ut per ipſum interficeret eum, ſicut antea Abel interfecerat juſtum. Sed cùm intraſſet in Judam, pœnitentiâ ductus, ſe ipſe ſuſpendit: propter quod ait ſermo divinus, *Ubi eſt mors victoria tua, ubi eſt mors aculeus tuus?* Et, *Abſorpta eſt mors in victoria.* g) Hac ergo ex causâ *Miniſterium mortis* appellata eſt lex, quia peccantes prævaricantes morti tradebat, ſervantes autem ſe, defendebat à morte, & conſtituebat in gloriâ, ope atque auxilio Domini noſtri Jeſu Chriſti.

XXXI. Audi etiam & de eo, quod dictum eſt, *Qui redemit nos de maledicto legis Chriſtus.* h) Hoc in loco pervideo, magnificum Dei famulum Moyſen [1] imaginariam legem his, qui rectè [2] velint videre tradidiſſe, & legem veram. Sicut enim Deus cùm feciſſet mundum, & omnia, quæ in eo ſunt, in ſex diebus, requievit in die ſeptimâ ab omnibus operibus ſuis; non dico, quia [3] requieverit fatigatus, ſed quoniam ad perfectum adduxerat omnem, quam facere diſpoſuerat, creaturam: denique ait, * *Pater meus uſque modò operatur, & ego operor.* Nunquidnam cœlum facit, aut ſolem, aut hominem, aut animalia, aut virgulta, aut tale aliquid? Sed his quidem viſibilibus perfectis, à tali opere conquievit; [4] inviſibilia autem, & intrinſecus uſque modò operans, ſalvat. Ita ergo etiam unumquenque noſtrum, ſicut ipſe Deus eſt, indeſinenter huic operi legiſlator vult eſſe devinctum: à ſecularibus jubet protinus conquieſcere, & omnino nullum opus gerere mundanum, & hoc appellatur ſabbatum. Addidit etiam hoc in lege, nihil abſurdum fieri debere; ſed obſervare nos, & dirigere vitam noſtram ex æquo & juſto. Et imminebat hæc lex, acerrimè maledictum inferens his, qui eam fuiſſent transgreſſi; ſed quoniam homines erant & illi, & ſicut etiam nobis frequenter accidit, controverſiæ oriebantur, & irrogabantur injuriæ, & lex ſtatim diſtrictiſſimam [5] ultionem, quam fecerat, retorquebat, ita ut ſi quis pauperum voluiſſet in ſabbato faſcem ligni colligere, ſub maledicto legis effectus, morti continuò ſubjiceretur. i) Arctabantur ergo coërtione legis homines, qui cum Ægyptiis fuerant educati, nec poterant pœnas legis, & maledicta tolerare. Rurſum autem ille, qui ſemper ſalvator eſt, Jeſus Dominus noſter adveniens, liberavit eos ex hujuſcemodi cruciatibus legis, atque maledictis, donans eis injurias. Nec, ſicut Moyſes, ſeveritate uſus eſt legis, nulli indulgendo injuriam; ſed hic dixit, ſi quis paſſus fuerit à proximo ſuo injuriam, indulgeat non ſemel tantùm, ſed & nec ſecundò, nec tertiò, nec ſolùm ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties: k) quòd ſi poſt hæc injuriam permanſerit irrogando, tunc demum legi eum debere ſuccumbere Moyſi, nec ultrà veniam dari ei, qui in injuriis perſeverat, cùm ſibi ſeptuageſies ſepties fuerit indultum. Non ſolùm autem huic, ſed etiam ſi quis filio hominis intuliſſet injuriam, veniam dedit. Si verò Spiritui Sancto, duobus eum ſubdidit maledictis, ideſt Moyſi legis, & ſuæ; Moyſi quidem in præſenti, ſuæ verò in judicii tempore; ait enim ita, *Neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittetur ei.* l) Moyſi ergo lex eſt, quæ in præſenti ſeculo nulli veniam tribuit; Chriſti verò eſt, quæ vindicat in futuro. Ex hoc intuere quemadmodum confirmat legem, non ſolùm non ſolvens eam, ſed implens. Redemit ergo eos ab eo, quod in præſenti poſitum erat, maledicto legis, ex quo *Maledictum legis* ** appellatum eſt. Hæc omnis hujus ſermonis eſt ratio. Cur autem *Virtus peccati dicta ſit lex,* m) pro viribus noſtris breviter exponemus. Scriptum eſt enim, *Quia juſto lex non eſt poſita, ſed injuſtis, & non ſubditis, impiis, & ſceleſtis.* n) Non

1 *Imaginariam* Archelaus vocat legem, vetus teſtamentum, quòd typus eſſet & imago futuræ novæ legis: Sic & Petrum de Vineis in epiſtolis ſuis non ſemel, *imaginarium* hominem vocaſſe nuntium, ſeu legatum obſervat Cangius in Gloſſario, quòd illum, à quo miſſus fuerat, repræſentet, & ejus velut imaginem referat. Utitur & hac voce Euagrii Monachi vetus interpres in diſputatione Theophili Epiſcopi Alexandrini cum Simone Judæo cap. 13. ubi ſabbata *imaginariam* requiem vocat ſeptimæ illius diei, in qua Deum, mundi creatione abſolutâ, requieviſſe pagina ſacra teſtatur. Quare Archelaus in reſponſione ad Diodorum presbyterum infrà cap. 41. totus eſt in demonſtrando; non eſſe rejiciendum vetus teſtamentum, quia tanquam ſpeculum veram nobis exprimit novæ legis imaginem.

2 Fortè, *velint vivere.*

3 In Caſinenſi eſt, *requie requieverit,* ſed ea lectio nobis viſa eſt unius ejuſdemque vocis repetitio, niſi potiùs græciſmus ſit.

4 Caſinenſis habet, *inviſibili autem & trinſecus.* Sed legendum videtur, ut editum eſt, vel *inviſibilia autem intrinſecus.* Deus enim, ut inquit D. Auguſtinus in libro de Gratiâ Chriſti cap. 24. non lege atque doctrinâ inſonante forinſecus; ſed internâ atque occultâ mirabili, ac ineffabili poteſtate operatur in cordibus hominum non ſolùm veras revelationes, ſed etiam bonas voluntates. Similia inculcat, tum in capite decimo tertio ejuſdem operis, tum alibi paſſim.

5 In Caſinenſi codice, *ultionem fecerat retorquebat.* Sed neceſſaria viſa eſt relativi articuli additio, ne ſenſus ullâ ex parte nutaret.

g) I. Corinth. 15. 54. h) Galat. 3. 13. * Joan. 5. 17. i) Num. 15. 32. k) Matth. 18. 21. l) Matth. 12. 32. ** Galat. 3. 13. m) I. Cor. 15. 56. n) I. Timoth. 1. 9.

Non ergo erat tunc lex literæ posita delinquentibus ante Moysen, unde & Pharao ignorans virtutem peccati, delinquebat affligens injustis oneribus filios Israël, divinitate neglectâ, non solùm ipse, sed & omnes, qui cum eo erant. Verùm ne utar longiore circuitu, breviùs dicam. Erant quidam Ægyptiorum admixti cum populo Moysi, cùm ab eo regeretur populus in deserto; & cùm Moyses positus esset in monte, pro eo ut acciperet legem, impatiens populus, [1] non ille, qui verè erat Israëlita, sed qui ex Ægyptiis fuerat admixtus, vitulum sibi constituit Deum, secundùm pristinum morem, quo coluerat simulacra, in quo nec scelerum pœnas aliquando rependeret; & ideo virtutem peccati sui penitus ignorabant; quæ cùm regressus agnovisset Moyses, præcepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum est sentire eos virtutem peccati per legem Moysi, & propterea *Virtus peccati* appellata est lex.

XXXII. De eo verò, quod in Evangelio scriptum est, *Vos de patre Diabolo estis, o)* & reliqua, breviter dicimus, quia est Diabolus inoperans in nobis, qui sui arbitrii potestate tales esse voluit. Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quòd in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare; sicut etiam tu sine dubio nosti, ò Manes, si tamen congregans in unum discipulos tuos, [2] & eos commonens ne delinquant, neve aliquid injustè gerant, judicii legem unusquisque eorum possit evadere. Et certè qui voluerint, observant mandata, * qui verò contempserint, & in perversum declinaverint, sine dubio legem judicii ferent. Ex hoc etiam Angelorum quidam, mandato Dei non subditi, voluntati ejus restiterunt, & aliquis quidem de cœlo, tanquam fulgur ignis, *p)* cecidit super terram, alii verò in felicitate [3] hominum filiabus admixti, à dracone afflicti, ignis æterni pœnam suscipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens nec ultrà cœli regionibus admissus, inter homines volutatur, decipiens eos, atque persuadens sibi similes effici transgressores, & usque in hodiernum adversarius est mandatis Dei. Sed non omnes lapsum ruinæ ejus sequentur, pro eo quòd unicuique libertas arbitrii est; ex hoc enim & appellatus est Diabolus, eo quòd transitum fecerit de cœlestibus, & quòd in terris mandato Dei obtrectator existeret. Quia autem Deus sit, qui priùs mandatum dedit, ipse Dominus Jesus ait ad Diabolum, *Vade post me Satana. q)* Et sine dubio ire post Deum, servi est. Et iterum quod ait ad eum, *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies.* ** Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipsius, audierunt à Salvatore, *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis. r)* Denique, cùm faciant voluntates ejus, audiunt, *Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere ab irâ venturâ? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. s)* Ex hoc ergo pervide quanta vis sit hominem liberi esse arbitrii; dicat tamen etiam ipse, si est judicium piorum, & impiorum. MANES DIXIT, Est judicium. ARCHELAUS DIXIT, Puto quæ [4] à nobis de Diabolo dicta sunt, non parum rationis, & pietatis obtinent. Habet enim & unaquæque creatura ordinem suum, & alius quidem ordo est humani generis, & alius

1 Non pauca primitivæ Ecclesiæ Patres ex Judæorum sententiâ loquebantur, ut ex his, quæ in capite sequenti, & ad Theophili Alexandrini disputationem cum Simone Judæo cap. 13. adnotavimus, lucidè apparet. Hujus generis etiam est, quod hic de Ægyptiis vituli aurei constructoribus, & adoratoribus tradit Archelaus; nam in Scemoth Rabba pag. 157. col. 1. *Et isti* (nempe Ægyptii proselyti) *fecerunt vitulum, quia colebant idololatriam, & isti fecerunt, & in causâ fuerunt, ut populus peccaret. Vide quid scriptum sit Exodi 32. vers. 4. Non est scriptum hic, Isti sunt Dii nostri. sed isti sunt Dii tui: quòd proselyti, qui cum Moyse ascenderant, ipsi fecerunt illum, & dixerunt Israëli, isti sunt Dii tui. Idcirco Deus sanctus benedictus dixit Moysi, Vade, descende, quia corrupit populus tuus.* Vide Salomonem Jarchi, in eundem Exodi locum ver. 8. Aben Ezra ibid. ver. 22. & Abarbanellum ibid. ver. 11. At vel ex nudâ sacri Textûs lectione, & ex LXX. Interpretum versione hanc Rabinorum conjecturam valde incertam futilemque esse clarè colligitur.

2 Ita restituendam censuimus depravati codicis Casinensis lectionem, in quo sic scribitur, *& communis ne, &c.* nisi quis maluerit, *communiens.*

3 En alter Archelai locus, ex quo id quod in præcedenti capite de Hebræorum opinionibus à primitivæ Ecclesiæ Patribus interdum propugnatis diximus, apertè confirmatur. Quod enim hic de Angelis cum fœminis concumbentibus, tradit Archelaus, jam usque à Philonis Hebræi, & Josephi temporibus Judæorum opinio est, quam etiam sequuntur Tertullianus, Justinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut latè probat Pamelius in Tertulliani Paradoxo 1. & Fevardentius in notis ad Irenæum ejusdem opinionis asseclam lib. 4. cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos à malis Angelis deceptos, nonnulli malos Angelos cum hominum filiabus commixtos fuisse credidere; sed utranque opinionem communi calculo rejiciunt alii Patres, & recentiores omnes sacræ Scripturæ interpretes, quorum catalogum texere, cùm res vulgatissima sit, prætermittimus.

4 In Casinensi legitur contrario sensu, *à vobis*, quod tamen in hunc locum non quadrat.

o) Joan. 8. 44. * Matth. 19. 17. p) Luc. 10. 18. q) Matth. 4. 10. ** ibid.
r) Joan. 8. 44. s) Matth. 3. 7.

alius animalium eſt, atque alius Angelorum; una verò & ſola inconvertibilis eſt divina ſubſtantia, æterna; & inviſibilis, ſicut & omnibus notum eſt, ſecundùm illud, quod ſcriptum eſt, [1] *Dominum nemo vidit unquam, niſi unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris. t)* [2] Reliquæ ergo omnes creaturæ viſibiles ſint neceſſe eſt, cœlum, terra, mare, homines, Angeli, Archangeli: Deus verò, cùm à nullo unquam viſus ſit, quid ei poteſt ex iſtis creaturis eſſe homouſion? Unde & ſingula quæque ſecundùm ordinem ſuum propriam dicimus habere ſubſtantiam. Tu verò ex uno omne animal, quod movetur, factum dicis, & ſubſtantiam à Deo accepiſſe dicis ſimilem, & poſſe eam peccare; atque ad judicium venire; & eum non vis recipere ſermonem dicentem, Diabolum Angelum fuiſſe, & in prævaricatione decidiſſe, & non eſſe ejuſdem cum Deo ſubſtantiæ. Interimere debes judicii [3] ratione, ut quis noſtrûm fallat appareat. Si enim non poteſt qui à Deo creatus eſt Angelus, in transgreſſione decidere, quomodo poteſt pars Dei anima peccare? Si verò judicium eſſe dicis peccantium animarum, & unius eas cum Deo dicis eſſe ſubſtantiæ, & tamen cùm de divinâ eas aſſeras eſſe naturâ, dicis nihilominus [4] Dei non ſervare mandata, etiam ſic plurimùm meus ſermo [5] procedit, dicens primò Diabolum, eo quòd mandatum non ſervaverit, decidiſſe; non enim erat ex Dei ſubſtantiâ: decidit non tam ut læderet humanum genus, ſed ut ab eo potiùs illuderetur: dedit enim nobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones; & omnem virtutem inimici. *u)*

XXXIII. JUDICES DIXERUNT, Sufficienter oſtendit de origine Diaboli. Cùm enim utraque pars confitetur futurum eſſe judicium; neceſſariò liberi arbitrii unuſquiſque monſtratur; [6] quo evidenter oſtenſo, nulli dubium eſt, quòd unuſquiſque in quamcunque elegerit partem, propriâ uſus fuerit arbitrii poteſtate. MANES DIXIT, [7] Si à Deo bonus, ut aſſeris, mendacem eſſe dixiſti Jeſum. ARCHELAUS DIXIT, Confitere primò, quia vera ſit ratio eorum, quæ nunc adduximus, & tunc oſtendam tibi patrem ejus. MANES DIXIT, Si mihi oſtenderis patrem ejus mendacem, & Deo horum nihil adſcripſeris, tunc tibi de omnibus accommodabitur fides. ARCHELAUS DIXIT, Omni ratione de Diabolo diligenter expoſitâ, & diſpenſatione prolatâ, ſicut hominum viget ſenſus, etiam apud ſeipſum poteſt diligenter advertere, quis iſte ſit, qui Diaboli appellatus eſt pater. Sed cùm te tu Paraclitum eſſe dicas, plurimùm tibi etiam ab humanâ deeſt prudentiâ. Quoniam ergo prodidiſti ignorantiam tuam, dicam ego [8] quid ille ſit pater Diaboli. MANES DIXIT [9] . . . dico: & adjecit, omnis qui conditor eſt, vel creator aliquorum, pater eorum . . . . condiderit, appellatur. ARCHELAUS DIXIT, Miror quomodo ſaltem hoc rectâ ratione reſponderis, nec celaveris ſermonis hujus intelligentiam, vel naturam. Audi jam ex hoc, quis ſit pater ejus. Cùm ex cœlorum regno cecidiſſet, erat ſuper terras, intendens, & inquirens cui ſe poſſet adjungere, quem ex conſortio ſui participem quoque nequitiæ ſuæ valeret efficere. Et quidem donec homo non erat, neque

1 Hunc locum iiſdem verbis laudat Irenæus adv. Hæreſ. lib. 3. cap. 11. licet alibi Vulgatæ verſionem ſequatur.

2 Archelaus hic veterum quorundam Patrum ſententiam amplectitur, qui ſolum Deum incorporeum; reliqua verò creata omnia corporea eſſe putarunt, quòd nempe loco circumſcripta, in ſe ipſis ſubſiſterent; licet noſtri reſpectu, qui craſſa & denſa corpora habemus, incorporeos dici putarent. Vide Dionyſium Petavium tomo tertio Theologicorum dogmatum lib. 1. cap. 2. & ſequentibus, ubi latiſſimè omnium Patrum eâ de re ſententias expendit.

3 Fortè, *rationem*, ut ſenſus ſit non debere Manetem judicium admittere, cùm ejus dogmata de homine, & Angelis judicio adverſentur. In græco enim texto hujus diſputationis, ἀναιρεῖν, fortaſſe ſcriptum erat, quòd cùm occidere pariter, ac auferre, & de medio tollere ſignificet, priorem ſenſum ſecutus eſt non ſatis accuratus, nec ſatis elegans antiquus interpres.

4 Series & conſequentia ſermonis omnino videtur poſtulare ut legatur, *Dei non ſervare mandata*, licet in Caſinenſi codice deſit negativa particula; niſi quis potiùs legendum putet, *Dei ſervare, vel non ſervare mandata*, pro arbitrii ſcilicet libertate.

5 In Caſinenſi, *pracedit*.

6 In eodem codice legitur, *Quo videntur oſtenſo nulli dubium eſt unuſquiſque in quamcunque elegerit partem propriá uſus arbitrii poteſtate.* Nos an rectè locum hunc emendaverimus, videant Eruditi.

7 Codex Caſinenſis hic ita ſe habet, *Si à Deo bonus, ut as mendacem eſſe dixiſti Jeſum.* Abutebatur autem Manes, ut ſuum de malo Deo dogma ſtatueret, Ioannis Evangelii loco in cap. 8. 5. & 44. in quo ſic Phariſæos redarguit Jeſus, *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere; ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo; cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus.* Quare hoc argumento Archelaum hic urget Manes. Si à Deo ſola promanant bona, ipſeque ſummè bonus eſt, mendacem oportet fuiſſe Ieſum, qui in Ioannis Evangelio, Diaboli patrem non modò mendacem eſſe, ſed & mendacis Diaboli creatorem, extitiſſe dicit. Hinc autem patet non improbandam eſſe emendationem noſtram, qua legimus, *Si à Deo bonus; ut aſſeris, mendacem eſſe dixiſti Jeſum.*

8 Fortè, *quis ille ſit.*

9 Lacunæ iſtæ facilè impleri poſſe videntur, ſi ita legamus. *Manes dixit, Jam dico, & adjecit, omnis, &c. pater eorum, quæ condiderit, appellatur.*

t) Joan. 1. 18.   *u)* Luc. 10. 19.

neque ille appellabatur homicida, neque cum patre mendax; post hæc verò, cùm factus esset homo, ac mendacio ejus fuisset, & circumventione deceptus, cùm sese inseruisset corpori serpentis sapientioris omnium bestiarum, tunc appellatus est mendax, unà cum patre suo, [1] & effectum est non solùm super ipsum mendacii maledictum, sed & super patrem ejus. Cùm ergo serpens recepisset eum in sese, & recepisset universum, tanquam prægnans effectus est, ingentis malitiæ fascem portans, & erat sicut puerpera, quæ partu urgetur, volens evomere malignæ suggestionis ejus [2] agitata. Primi enim hominis gloriam graviter ferens serpens, ingressus Paradisum, & conceptis in se doloribus, mendaces cœpit generare sermones, & mortem parere hominibus, qui à Deo fuerant figurati, & acceperant vitam. Verùm non potuit totum se manifestum facere per serpentem; sed reservavit perfectionem suam, quam demonstraret in Cain, à quo generatus est totus. Et per serpentem quidem hypocrises, & fallacias ad Evam, demonstravit: per Cain verò homicidii exordium dedit, inserens se in primitias frugum, quas ille malè distribuit. Ex hoc homicida appellatus est ab initio; mendax verò quoniam fefellit, dicens, *Eritis tanquam Dii: x)* ejecti sunt enim postea de Paradiso illi, quos Deos futuros esse fallebat. Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in utero concepit, & genuit, atque in lucem edidit serpens; secundus verò Cain, qui per iniquitates conceptas, dolores, & parricidium peperit; interfectio etenim iniquitatem, injustitiam, atque impietatem pariter perpetravit. Sed & quicunque eum suscipiunt, & faciunt ejus desideria, fratres ejus efficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao, pater ejus efficiuntur unusquisque impiorum; pater ejus effectus est Judas, quia concepit quidem eum, sed abortus est; non enim perfectum edidit partum, quia majorem personam aggressus est per Judam, & ideo abortum factum esse dico; quia tanquam si mulier semen viri concipiat, atque in sese quotidianos accipiat profectus, ita & Judas quotidie [3] proficiebat in pejus, occasionibus sibi à maligno, quasi seminibus, datis. Et primum quidem fuit ei semen pecuniæ cupiditas; incrementum verò furtum, furabatur enim ea, quæ mittebantur in loculum; dolores verò partùs fuerunt, & collocutio cum Pharisæis, & pretii scelerata conventio: abortus est verò, non partus, laqueus mortis informis. Sed & tu, si malignum ex te protuleris, & facias ejus concupiscentias, genuisti eum, & pater ejus esse dicêris; si verò pœnitentiam gesseris, & abjeceris pondus, velut parturies. Ut enim in ludis scholaribus, si acceperit quis à magistro materiam, reliquum corpus orationis ex semetipso generet, ac procreet, eorum quæ genuerit, conditor ipse dicitur; ita qui ex summâ malitiâ parum quid fermenti acceperit, pater & genitor dicatur necesse est illius, qui ab initio restitit veritati. Quòd simili modo provenire potest etiam his, qui virtuti student; nam audivi fortissimos viros dicere ad Deum, propter timorem tuum [4] Dominum in utero concepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis; ita & quicunque de timore maligni concipiunt, & pariunt spiritum iniquitatis, ipsi patres ejus dicantur necesse est; filii enim dicuntur, dum adhuc ministerio ejus parent, patres verò, qui ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita nanque & Dominus noster ait ad Pharisæos, * *Vos de patre Diabolo estis*, filios eos faciens illius, donec adhuc conturbari videbantur, & cogitabant in cordibus suis mala pro bonis adversùm justos. Ergo apud se talia cogitantibus, translatis in se malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, & ad perfectum perducens iniqua consilia, effectus est sceleris pater, immanitatis suæ præmio ab eis triginta argenteis honoratus; totus enim *In eum post buccellam panis ingressus est Diabolus. y)* Sed ut diximus, postquam uterus intumuit, & dolorum tempus advenit, abortum fascem iniquæ conceptionis effudit, & ideo nec perfectè pater appellabatur, nisi eò tantùm tempore, quo conceptus gerebatur in utero; postea verò quam confugit ad laqueum, non integrum videtur edidisse partum, quia pœnitentia subsecuta est.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam Pater unum quidem sit nomen, diversos tamen habet intellectus: alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit, filiorum; alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit, filiorum; alius verò eorum, quos tantummodò enutrierit; nonnulli verò temporis, atque ætatis privilegio; unde & Dominus noster Jesus plurimos patres habere dicitur, nam & David pater ejus appellatus est, & Joseph pater ejus putatus est, cùm nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis, ac temporis privilegio; Joseph verò lege nutriendi, solus autem Deus Pater ejus naturâ est, qui omnia per verbum suum velociter nobis mani-

1 In codice Casinensi, *ut*. 2 Fortè, *cogitata*.
3 In Codice Casinensi est, *proficiebat impetus*. 4 Fortè, *Domine*.

x) Gen. 3. * *Joh. 8. 44.* *y) Ioan. 13. 27.*

manifestare dignatus est. Nec in aliquo remoratus Dominus noster Jesus, [1] intra unius anni spatium languentium multitudines reddidit sanitati, mortuos luci: qui verbi sui potestate universa amplexus est, in quo tandem remoratus est, ut in Paraclito mittendo tandiu eum remoratum credamus. Quin potiùs, ut superius dictum est, adfuit statim plurimùm diffusus in Paulum, cujus etiam testimonio credidimus dicenti, *Mihi autem soli data est gratia hæc.* z) Qui priùs quidem fuit per secutor Ecclesiæ Dei, sed rursum manifestatus est omnibus, quia esset fidelis Paracliti minister; per quem universis innotuit singularis ejus clementia, quòd & usque ad nos, qui aliquando sine spe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim nostrûm sperare poterat persecutorem Paulum, & inimicum Ecclesiæ, defensorem ejus ac tutorem futurum? Et non solùm hoc, verùm etiam & magistrum, Ecclesiarum conditorem & architectorem. Post hunc ergo, & post eos, qui cum ipso fuerant, idest, post discipulos, nullum alium venire secundùm Scripturas sperandum est; ait enim Dominus noster Jesus de Paraclito, *Quia & de meo accipiet.* a) Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem misit ad nos Paulum [2] in spiritus influxit Spiritus, & sicut non super omnes homines Spiritus habitare poterat, nisi super eum, qui de Mariâ Dei Genitrice natus est, ita & in nullum alium Spiritus Paraclitus venire poterat, nisi super Apostolos, & super beatum Paulum. *Vas enim electionis,* b) inquit, *mihi est, ut portet nomen meum in conspectu Regum, & gentium.* Ipse quoque in primâ epistolâ suâ posuit, dicens, c) *Secundùm gratiam, quæ data est mihi à Deo, ut sim minister Christi in gentibus, consecrans Evangelium Dei. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perbibente consciêntiâ meâ in Spiritu sancto.* d) Et rursum ait, e) *Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Christus verbo & factis. Ego enim sum* [3] *novissimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Gratiâ autem Dei sum id, quod sum.* f) Et eos qui experimentum quærebant ejus, qui in eo loquebatur Christus, vult propterea habere, quia esset in ipso Paraclitus, cujus muneris gratiam consecutus, & [4] magnifico honore ditatus ait, g) *Pro quo ter Dominum rogavi, ut discederet à me: & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.* Rursum, quia verè ipse sit Paraclitus, qui erat in Paulo, ait Dominus noster Jesus Christus in Evangelio, h) *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis.* In quo ostendit etiam seipsum Paraclitum, cùm dicit alium. Unde credentes Paulo, audivimus eum dicentem, *Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus,* i) & horum similia, de quibus superiùs diximus; unde & tanquam fidelibus nobis hæredibus suis consignat testamentum suâ ad Corinthios epistolâ, velut pater, dicens; k) *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertiâ die secundùm Scripturas, & quia apparuit Cephæ, deinde undecim Apostolis, postea ampliùs quàm quingentis fratribus* [5] *de semel, ex quibus plurimi adhuc manent usque nunc; quidam autem, & dormierunt. Postea autem visus est Jacobo; deinde omnibus Apostolis; novissimè autem omnium, tanquam abortivo, visus est & mihi: Ego enim sum novissimus omnium Apostolorum. Sive ergo ego, sive illi, ita annuntiavimus.* l) Et rursum tradens hæredibus eam, quam ipse hæreditatem promeruit, dicit, m) *Timeo autem ne fortè, sicut serpens seduxit Evam astutiâ suâ, ita* [6] *corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, & castitate, quæ in Christo est. Si enim is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus; aut Spiritum alium acceperitis, quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non accepistis; benè pateremini. Puto enim quia nihil minus feci vobis à cæteris Apostolis.*

XXXV. Hæc autem dixit, ostendens omnes reliquos, qui venerint, falsos Apostolos, dolosos operarios, transfigurantes se in Apostolos Christi, n) *Et non mirum; ipse enim Satanas transfigurat se,* [7] *velut Angelum lucis. Quid ergo magnum, si & ministri ejus transfigurentur in ministros justitiæ: quorum finis erit secundùm opera eorum?* Indicat autem qualis

1 In codice est, *inter.* Sed unum annum Christi prædicationi, ac miraculis videtur adscribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus, quare legendum, *intra.* Vide infrà cap. 49.

2 Locus corruptus. Fortè, *in Spiritu. Influxit Spiritus, &c.*

3 Meliùs Vulgata, *minimus*, græce enim, ἐλάχιστος.

4 In codice Casinensi est, *magnifico hoc ore*; sed legendum censui *honore.*

5 Fortè, *in simul.* Vulgata, *simul.*

6 In Casinensi, *corrumpantur sensus vestri à simplicitate.* Sed nos ex Vulgatâ supplevimus.

7 Ita & Cyprianus haud procul ab initio libri de Unitate Ecclesiæ, ac si in græco textu esset ὡς. Sed Vulgata, & Tertullianus pluribus in locis legunt, *In Angelum lucis.*

z) Ephes. 3. 8. a) Ioan. 16. 14. b) Act. 9. 15. c) Ep. ad Rom. cap. 15. 15. d) Ibid. 9. 1. e) Ibid. 15. 18. f) I. ad Cor. 15. 9. g) II. Cor. 12. 8. h) Ioan. 14. 16. i) II. Cor. 13. 3. k) I. Cor. 15. 3. l) Ibid. 11. m) II. Cor. 11. 3. n) Ibid. 14.

quales essent, & à quibus circumveniebantur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri ait, o) *Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo, qui vocavit vos, in aliud Evangelium, quod non est aliud: nisi sunt qui vos conturbant, & volunt* [1] *avertere vos ab Evangelio Christi. Sed etiam si nos ipsi, aut Angelus de cœlo vobis annuntiaverit, præterquam quòd traditum est vobis, anathema sit.* Et rursum ait, p) *Mihi infimo omnium* [2] *Apostolorum data est gratia hæc. Quæ enim deerant tribulationum Christi, in carne meâ adimpleo.* Et in alio rursum loco profitetur, quia *Super cæteros Christi minister*, q) tanquam si postea omnino non sit alius expectandus; jubet enim neque Angelum de de cœlo suscipi. Et quomodo [3] de Persida venientem Manem, & dicentem se esse Paraclitum, nos esse credimus? Ita enim agnosco ex hoc, quòd unus iste sit ex illis, qui transformantur, de quibus manifestè vobis indicavit Vas electionis Apostolus Paulus dicens, r) *Quia in novissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendacia* [4] *loquentes, cauteriatam habentes conscientiam, probibentium nubere, abstinere se à cibis, quos Deus creavit* [5] *ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem; quoniam omnis creatura Dei bona est, & nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Sed & Spiritûs Evangelista Matthæus diligenter significat Domini nostri Jesu Christi sermonem, s) *Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducent. Quòd si etiam aliquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut ecce ibi, nolite credere. Exurgent enim falsi Christi,* [6] *& falsi Apostoli, & falsi Prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis, ecce in deserto est: nolite exire. Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere.* Et post ista omnia mandata, iste nec signum quidem aliquod, aut prodigium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam habens; sed ne in numero quidem Discipulorum positus, neque Defuncto nostro obsecutus, cujus hæreditate gaudemus; cùm neque ei languenti adstiterit, non testis extiterit testamenti, imò potiùs cùm ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt ægrotanti: postremò cùm nullius prorsus accipiat testimonium, Paraclitum se esse vult credi; cùm etiam si signa, & prodigia faceres, falsum Christum, & falsum Prophetam te reputari oporteret secundùm scripturas, & ideo convenit nos cautiùs agere, secundùm quod Beatus Apostolus monet, dicens in epistolâ, [7] quam Colossensibus scripsit, t) *Permanete in fide fundati, & radicati, & immobiles ab spe Evangelii, quod* [8] *audivimus, quod prædicatum est in omni creaturâ, quæ sub cœlo est.* Et rursum, u) *Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum,* [9] *in ipso ambulate, radicati, & fundati super ipsum, confirmati, fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos* [10] *expoliet per philosophiam, & inanem seductionem, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo Deitatis.* Quibus omnibus ita diligenter expositis, Beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens, x) *Certamen bonum certavi, circum cucurri, fidem servavi. De cætero reposita est mibi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illâ die justus judex; non solùm autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus.*

XXXVI. Nullum ex vobis, ò Manes, [11] Galatam facies, nec ita nos transferes à fide Christi; etiam si signa & prodigia facias,

etiam

1 Meliùs Vulgata, adstipulantibus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo, & Augustino, *convertere Evangelium Christi*; licet Tertullianus adv. Marcionem lib. 4. cap. 5. *pervertere*, legisse videatur.

2 Græcè est, *ἁγίων*, *Sanctorum*, ut habet Vulgata.

3 In Casinensi corruptus est hic locus, habet enim, *de Persida venientem monet*; sed legendum, *Manem*, vel *modò*, &c.

4 In Vulgatâ juxta græcum textum est, *loquentium, habentium, prohibentium.* Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corrigendum, *prohibentes.* Sed hanc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum versio improbat, quæ Vulgatæ hac in parte similis est.

5 In Casinensi est, *adperficiendum.* Sed Vulgatæ lectionem substituere satiùs visum est.

6 Verba illa, *& falsi Apostoli*, ab interprete Archelai videntur adjuncta, explicationis causâ; nam nec in græco nec in Vulgatâ, nec apud Cyprianum aliosque Patres leguntur.

7 Vocem, *Quam*, nos addidimus, ita sensu poscente. Aut fortè, *scripta*, legendum.

8 In Vulgata, *Audistis.*

9 Ita Vulgata; in codice autem Casinensi legitur, *in ipsum.*

10 Casinensis codex, *expoliet*, *& per*, Cypr. initio libri de Bono Patientiæ habet, *Deprædetur per Philosophiam.* Græcè est *συλαγωγῶν*, quod verbum Vulgata, *decipiat*, & Tertull. de Præscrip. c. 7. *circumveniet*, interpretantur.

11 In eodem codice corruptissimè legitur, *Galatam facies vicit, ò nostras feras.* Nos modicâ mutatione locum hunc restituere conati sumus.

o) Galat. 1. 6. p) Ephes. 3. 8. Coloss. 1. 24. q) II. Corinth. 11. 23. r) I. Tim. 4. 1.
s) Matth. 24. 5. & 23. t) Coloss. 1. 23. u) Ibid. 2. 6. x) II. Timoth. 4. 7.

etiam si mortuos suscites, etiam si imaginem nobis Pauli ipsius afferas, [1] anathema es Satana; præscriptum est enim de te, præmoniti, & præstructi sumus à sanctis Scripturis. Vas es Antichristi, & neque bonum vas, sed sordidum & indignum, quod ille, sicut aliquis barbarus, vel tyrannus, cùm in eos, qui sub [2] legum justitiâ degunt, conatur irruere, præmisit priùs tanquam morti destinatum, ad explorandum quanta, & qualis sit legitimi Regis virtus, ac populi: ipse enim inopinatus irruere pertimuit, sed neque alium ex necessariis viris mittere ullum ausus est, ne quid pateretur adversi. Talem te nobis, sub bono & sancto Rege positis, velut morti destinatum, Rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; sed ex eo quòd nullam te video facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim & in Angelum lucis transformandum, & ministros ejus tales adventuros prænoscimus, & signa & prodigia facturos, ita ut, si possibile sit, etiam electi * seducantur. Quis ergo es tu, qui neque necessarium aliquem locum sortitus es à patre tuo Satana? Nam quem mortuum suscitas, quod profluvium sanguinis sistis, [3] quos luto cœci oculos illinitos videre facis? Quando esurientem turbam paucis panibus reficis? Ubi super aquas incedis, aut quis te vidit ex his, qui in Hierusalem habitant? Persa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; [4] sed Chaldæorum solùm, quæ ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum alium-loquentem audire potes. Non ita Spiritus Sanctus, absit hoc malum, sed omnibus dividit, & omnia linguarum genera novit, & agnoscit universa, & omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata non lateant. Quid enim dicit Scriptura? quia unusquisque propriâ suâ linguâ *y)* audiebat per Paraclitum Spiritum loquentes Apostolos? Sed quid ampliùs [5] dicabo? Barba Sacerdos Mithræ, & collusor, solem tantùm coles Mithram [6] locorum mysticorum illuminatorem, ut opinaris, & conscium, hoc est quod apud eos ludes, & tanquam elegans mimus perages mysteria. Verùm quid ego hæc indignanter accipio? Nonne oportet te multiplicari tanquam zizania, usquequo ille ipse magnus pater tuus adveniat, suscitans mortuos, penè usque ad gehennam omnes persequens, qui sibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantiæ metu, quo est ipse circundatus, aliis adhibens minas, vultûs sui conversione & circunductione ludificans: sed ultrà non proficiet; insipientia enim ejus omnibus pervulgata erit, sicut Iamnes, & Mambres. *z)* JUDICES DIXERUNT, Sicut ex te comperimus, tanquam Apostolo Paulo dicente, insuper etiam ab Evangelio præscribente [7] nulli alii æquè in posterum præbetur ingressus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vitâ duntaxat, nisi fortè falsus Propheta habeatur, aut falsus Christus. Unde cùm dixeris in Paulo fuisse Paraclitum, & ipsum omnia consignasse, quare dixit, *a) Ex parte scimus, & ex parte prophetamus; cùm autem venerit, quod perfectum est, id quod ex parte est destruetur?* Quem alium expectans, hoc dixit? Quòd si ipse confitetur expectare se aliquem perfectum; & si venire aliquem necesse est, ostende nobis de quo dicat? ne fortè in hunc videatur iste sermo recurrere, aut in eum, qui misit illum, Satanam, sicut tu dicis. Si enim confiteris venturum esse, quod perfectum est, non potest esse Satanas; si autem Satanam expectas, non potest esse perfectum.

XXXVII. ARCHELAUS DIXIT. Quoniam non sine Deo dicta sunt, quæ à Beato Paulo prolata sunt, certum est, quòd Dominum nostrum Jesum Christum dixerit expectandum esse perfectum, qui solus Patrem novit, & cui voluerit revelare, sicut possum ex verbis ipsius demonstrare. Sed quia, cùm venerit quod perfectum est, destruetur id quod ex parte est; iste verò sese asseverat esse perfectum, quid destruxit ostendat: quod enim destruetur, ignorantia est, quæ in

1 Et hic mirè depravatus est idem codex, in quo legitur, *Anathema esset ana.* An rectè nos emendaverimus Doctorum esto judicium. Vide etiam an corrigendum sit, *Anathema es & maranatha.*

2 Vide an, *Regum.* 3 In Casinensi, *Quod luto.*

4 Chaldæorum siquidem linguam Syriacæ dialectum esse tradit Abulfaragius in Historiâ Dynastiarum pag. 11.

5 Ita in codice Casinensi, quod tamen nonnulli fortasse emendandum putarent hoc pacto, *Quid amplius dicam? Barbare.* Sed fieri potest, ut verbo *dicare* usus sit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dicatem esse.

6 Quæ sequuntur, nostris conjecturis emendavimus; nam in Casinensi codice hic mirè corrupto scribitur, *locorum mysteriorum illuminatorem.* Mox, *apud eos ludis.* Et infra, *adveniat? suscitans mortuos? penè usque ad gehennam omnes persequens, qui si ut obtemperare noluerit, plurimos deterrens arrogantia metu. Quod est ipse circundatus, aliis adhibet minas vultus sui conversione circundatio ludificat. Sed &c.* Manes autem tanquam Mithræ Sacerdos traducitur, quia solem venerabantur Manichæi, ut alibi ostendo.

7 In Casinensi est, *nulli alio atque posterum*, quem ita ut editum est legendum censui.

* Matth. 24. 24. *y)* Act. 2. 6. *z)* II. Timoth. 3. 8. *a)* I. Cor. 13. 9.

in nobis est. Dicat igitur, quid destruxit, quid in notitiam protulit? Si quid facere potest, faciat, ut credi ei possit? Sermo verò iste, quantam habeat virtutem, si potuerit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his, quæ à me fuerint asserta. Igitur in primâ ad Corinthios epistolâ hæc dicit Paulus de perfecto, qui venturus est, *b) Sive Prophetiæ destruentur sive linguæ cessabunt, sive scientia destructur; ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est, destruetur.* Vide ergo quantam in sese habeat virtutem, quod perfectum est, & cujus sit ordinis ista perfectio. Dicat autem iste quam destruxerit prophetiam Judæorum, ac Hebræorum, [1] seu linguas cessare fecit Græcorum, aut eorum, qui idola colunt, vel quæ alia dogmata destruxit, Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii, cæterorumque qui propriam sibimet ipsis scientiam composuerunt. Quem horum destruxit, dicat, aut quando destruet, quasi perfectus? Inducias fortassis aliquas quærit? [2] Non planè, non tam obscurè, & ignobiliter adveniet ille, qui perfectus est, idest, Jesus Christus Dominus noster. Sed sicut Rex adveniens ad urbem suam, præmittit primò [3] Protectores suos, signa, dracones, labaros, Duces, Principes, Præfectos, & universa continuò commoventur, aliis verò metuentibus, aliis verò gaudentibus pro expectatione Regis; ita & Dominus meus Jesus, qui est verè perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam suam, incontaminati atque immaculati regni prædicatores sacratos, & tunc universa creatura commovebitur, & conturbabitur, supplicans, atque obsecrans, usquequo eam à servitute liberet. Humanum verò genus metuat necesse est, [4] & quamplurimùm conturbetur, pro eo quòd multa delicta commiserit; soli verò justi lætabuntur, expectantes quæ sibi promissa sunt, nec ultrà mundanarum rerum substantia permanebit, omnia destruentur, sive prophetiæ sive horum libri, sive linguæ totius generis cessabunt, eo quòd ultrà non egeant solliciti esse homines, & cogitare de his, quæ ad vitam necessaria sunt, sive scientia quorumcunque doctorum etiam ipsa destruetur: nihil enim horum sufferre poterit magni illius Regis adventum. Sicut enim parva scintilla ad splendorem solis admota assumitur, illico non apparet; ita universa creatura, omnis prophetia, cuncta scientia, universæ linguæ, sicut superiùs diximus, destruentur. Sed quia cœlestis Regis præsentiam paucis verbis, & fragilibus, & valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortasse Sanctorum debeat esse, & valde dignorum de ipso aliquid enarrare; tamen necessitatis causâ, ista me sufficit protulisse, hujus importunitate compulsum, ut istum vobis qualis esset ostenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, & [5] Valentinianum, ac Basilidem, aliosque hæreticos, [6] sic ut istius comparatione, qui velut intellectu aliquo usi sunt, qui videntur sibi omnem Scripturam posse intelligere, & [7] ita se ductores statuerunt iis, qui se audire voluissent; nullus tamen ipsorum ausus est Deum se prædicare, vel Christum, vel Paraclitum, sicut iste, qui aliquando quidem de seculis disputat, aliquando de sole, quomodo facta sint, tanquam major ipse sit eorum: omnis enim, qui de aliquo exponit quomodo factus sit, majorem se, & antiquiorem ostendit esse, quàm est ille, de quo dicit. Quis autem & de substantiâ Dei dicere audeat, nisi fortè solus Dominus noster Jesus Christus? Quæ quidem ego non ex meis verbis astruo, sed Scripturæ, quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quoniam quidem & Apostolus dicit ad nos, *c) Ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi.* Intelligere debemus quæ sit vis, & ratio sermonis hujus; verbum enim Ducis obtinet locum, [8] opera verò Regis. Sicut ergo aliquis Regi suo adventanti, omnes, qui sub curâ suâ sunt, studet obedientes, paratos, & charos, hilaresque ostendere, ac devotos, sed etiam innocentes, ac bonis omnibus abundantes, ut ipse laudem consequatur à Rege, & majore ab

 eo

1 In Casinensi est, *sed*, prava lectio.

2 Codex Casinensis, *Non planè nota.* Sed omissas ab oscitante librario lineolas censui, quæ vocalibus superpositæ consonantes designarent.

3 De his latè post Gothofredum Ducangius in Glossario.

4 In codice Casinensi, *& cumplurimum conturbetur.*

5 Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celebrem Apostolicorum temporum hæresiarcham.

6 In codice Casinensi est, *sicut istius paratione.* Sed legendum, *sic ut istius comparatione.* Archelaus enim beatos facit Marcionem, aliosque hæreticos, non quòd ita de illis sentiendum sit; sed quòd Maneti insanissimo comparati, minùs errare deprehendantur.

7 Casinensi, *ita seductores statuerunt, qui.*

8 Cur hæc cum præcedentibus non cohæreant, Vide præfationem nostram in Archelao. Sensus autem esse videtur, solius Regis, perfecti, videlicet, illius, qui expectatur, opus esse, hominum ignorantiam, ut antea dixit, penitus destruere, quod non præstiterat Manes.

b) I. Cor. 13. 8. c) Philip. 2. 15.

eo honore dignus habeatur, tanquam benè gubernatâ, quæ sibi est commissa, provinciâ. Ita & Beatus Paulus dicit ad nos, *d) Ut sitis velut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam ipsius in diem Christi.* Scilicet quòd Dominus noster Jesus Christus veniens, videat profecisse doctrinam ejus in nobis, & quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuat ei debitam coronam. Et rursus quoque in eâdem epistolâ commonet nos, *e)* ne terrena sapiamus, sed conversationem nostram debere esse in cœlis; unde & Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum. Et quoniam nobis non est tutum scire ultimam diem, designavit in epistolâ, quam scribit ad Thessalonicenses, *f) De temporibus autem, & momentis, Fratres, non habetis opus, ut aliquid vobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Et quomodo nunc adstat iste persuadens, & rogans unumquenque Manichæum effici, & circumvenit, & ingreditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis? Sed nos non ita sentimus, quin potiùs res ipsas proferamus in medium, & conferamus, si placet, ad perfectum Paraclitum. Videtis enim quia interdum pœnitet, interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed scriptum est in Evangelio Salvatoris nostri, quia & illi, qui à sinistris Regis assistunt, dicent, *g) Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut* [1] *in carcere, & non ministravimus tibi?* rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit justus judex Rex? *h) Discedite à me in ignem æternum operarii iniquitatis.* Abjecit eos in æternum ignem, cùm illi rogare non cessent. Vides ne, quid sit perfecti Regis adventus? non talem, qualem tu asseris perfectionem. Quòd si post ipsum expectandus est magnus judicii dies, multò utique hic illo inferior est. Quòd si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus. Quòd si non de ipso dicit Apostolus, iste autem de se dictum esse mentitur, pseudopropheta utique judicandus est. Sed & multa alia horum similia dici possunt, quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis pauca dixisse, reliquas partes tractatûs hujus exequi volentibus derelinquens.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, & ipso dignam; Archelaum verò multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, & [2] stolas exuens, circundat Archelaum, atque osculis eum defixus amplectitur, & inhæret. Tunc verò infantes, qui fortè convenerant, primi in Manem pellere, ac [3] fugere cœperunt, quos turba reliqua insecuta, concitavit se ad effugiendum Manem. Quod cùm pervidisset Archelaus, elevatâ in modum tubæ voce suâ, multitudinem cupiens cohibere, ait, cessate, Fratres dilecti, ne fortè rei sanguinis inveniamur in die judicii; scriptum est enim de talibus, quia *Oportet & hæreses esse inter vos, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos. i)* Et his dictis, sedatæ sunt turbæ. Quoniam verò placuit Marcello disputationem hanc excipi atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quòd veniam dabunt, si quid imperitum, aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantùm est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quenque non lateat. Tunc ergo, cùm effugisset Manes, nusquam comparuit. Turbo verò minister Archelao traditur à Marcello, quem cùm Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perseveravit. Manes autem fugiens advenit ad quendam vicum longè ab urbe positum, qui appellabatur Diodori. Erat autem Præsbyter loci illius nomine, & ipse [4] Diodorus, quietus & mitis, fidei ac famæ bonæ valde, & cùm quadam die Manes, congregatâ turbâ, [5] concionaretur, ac peregrina quædam, & aliena à paternâ traditione populo, qui astabat, assereret, nullum omnino ex his formidans, quòd sibi posset obsistere, Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epistolam, continentem hæc,

ARCHE-

1 Ita Vulgata juxta græcum textum, Cyprianus lib. de Opere & Eleemosynis aliique. Casinensis tamen habet *in carcerem*.

2 Fortè, *stolam*.

3 *Fugere*, & *effugere*, pro, fugare, in fugam conjicere, suo loquendi more dicit antiquus interpres.

4 Nescio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hær. num. II.

5 In Casinensi codice, *continuaretur*.

d) Ibid. *e)* Ibid. 3. 19. *f)* I. Thessal. 5. 1. *g)* Matth. 25. 44. *h)* Luc. 13. 27. *i)* I. Cor. 11. 19.

[1] ARCHELAO EPISCOPO
DIODORUS
S. D.

XL. SCIRE te volo, religiosissime Pater, quoniam advênit quidam in diebus istis, nomine Manes, ad loca nostra, qui novi testamenti doctrinam se adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his, quæ ab eo dicebantur, nostræ fidei; quædam vero asserebat longè diversa ab iis, quæ à nostrâ [2] paternâ traditione descendunt. Interpretabatur enim quædam alienè, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina visa sunt, & infida. Pro quibus etiam permotus sum scribere hæc ad te, sciens doctrinæ tuæ perfectum, & plenissimum sensum, quoniam latere te horum nihil potest; & ideo confisus sum ad explananda nobis hæc, invidiâ te non posse prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim sensum, tamen propter simplices quosque, tuæ auctoritatis compulsus sum implorare sermonem. Re verâ enim vir valde vehemens tam sermone, quàm opere, sed & aspectu ipso, atque habitu apparet. Sed & pauca quædam, quæ retinere possum ex iis, quæ ab eo dicta sunt, scribo tibi, sciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Nosti quia morem hunc habent, qui dogma aliquod asserere volunt, ut quæcunque voluerint de Scripturis assumere, hæc propensiùs sui intelligentiâ depravent. Sed hoc prævenions Apostolicus denotat sermo dicens, *k) Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, anathema sit.* Itaque post hæc, quæ semel ab Apostolis tradita sunt, ultrà non oportet quicquam aliud suscipere discipulum Christi. Verùm ne sermonem longiùs protraham, ad propositum redeo. Legem Moysi, ut breviter dicam, dicebat hic non esse Dei boni, sed maligni Principis, nec habere eam quicquam cognationis ad novam legem Christi; sed esse contrariam & inimicam, alteram alteri obsistentem. Ego audiens, dicebam eis sermonem Evangelicum, quomodo dixit Dominus noster Jesus Christus, *l) Non veni solvere legem, sed adimplere.* Ille verò ait, nequaquam eum hunc dixisse sermonem; cùm enim ipsam inveniamus eum resolvisse legem, necesse est nos hoc potiùs intelligere, quod fecit. Deinde cœpit dicere plurima, ex lege, multa etiam de Evangelio, & Apostolo Paulo, quæ sibi videntur esse contraria, quæ etiam cum fiduciâ dicens, nihil pertimescit; credo quòd habeat adjutorem draconem illum, qui nobis semper inimicus est. Dicebat ergo quòd ibi dixerit Deus, *m)* Ego divitem, & pauperem facio; hìc verò Jesus beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quòd nemo possit ejus esse discipulus, nisi renuntiaret omnibus, quæ haberet: ibi verò Moyses, argentum & aurum ab Ægyptiis sumens, *n)* cum populo fugisset ex Ægypto: Jesus autem nihil proximi desiderandum esse præcepit. Deinde quòd ille oculum pro oculo, *o)* dentem pro dente in lege cavisset expendi; noster verò Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. Quòd ibi Moyses eum, qui sabbato opus fecisset, *p)* & non permansisset in omnibus, quæ scripta sunt in lege, puniri, lapidarique præcepit, sicut factum est ei, qui adhuc ignorans in sabbato fascem ligni collegerat; Jesus verò *q)* in sabbato etiam lectum portare præcepit à se curato; sed & Discipulos in die sabbati vellere spicas, *r)* ac manibus confricare non prohibet, quod sabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis & variis assertionibus hujuscemodi dogmata ab eo summo nisu, atque summo studio affirmabantur. Nam ex auctoritate Apostoli, Moysi legem, legem esse mortis conabatur asserere; Jesu verò legem, legem esse vitæ, per id quod ait, *s) In quo & idoneos nos [3] faciat Deus ministros novi testamenti, non literâ, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quòd si [4] ministerium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloriâ, ita ut non possent intendere filii Israël in faciem Moysi propter gloriam vultûs ejus, t) quæ [5] destruetur; quomodo non magis ministerium Spiritûs* erit

Yy 2

1 Meminit hujus epistolæ Epiphanius in hac hæresi num. II. ejusque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epistolæ vox, *salutem*, deest in codice Casinensi, sed literam, *s*, eam vocem indicantem, repetere neglexit librarius, eo quòd in fine præcedentis vocis existat.

2 Videant hæretici quàm clarè tam hic, quàm infrà Diodorus antiquas Ecclesiæ traditiones sequendas amplectendasque esse declaret.

3 Vulgata, *fecit Deus*, quod magis græco textui consonum est.

4 Vulgata, *Ministratio mortis, literis deformata in lapidibus*; sed nostri interpretis lectio magis ad sensum græci, quo nunc utimur, textûs accedit.

5 Infrà cap. 42. habet, *aboletur*.

k) Galat. 1. 8. *l)* Matth. 5. 17. *m)* Prov. 22. 2. Matth. 5. 3.
n) Luc. 14. 33. Exod. 12. 35. *o)* Exod. 21. 24. Luc. 6. 29. *p)* Num. 15. 32.
q) Marc. 2. 5. *r)* Luc. 6. 1. *s)* II. Cor. 3. 6. *t)* Exod. 34. 31.

[1] dehonorare [2] oportet pædagogum, propterea quòd jam operâ ejus non indiget, & potest solus jam sine ejus adminiculo ad scholas pergere, atque ad auditoria properare ? [3] Aut rursum parvulus, qui lacte nutritus est, cùm profecerit ad validiores cibos, cum injuriâ debet abjicere, atque exhorrescere nutricis mammillas ? quin potiùs veneratur & colit, & beneficii sui [4] debitor fatetur. Aliud etiam, si videtur [5] adhibemus exemplum. Homo quidam projectum in terram cùm vidisset infantem, & jam vehementer afflictum, [6] collegit eum, & nutrire apud se cœpit, usquequo ad ætatem adolescentiæ perveniret, toleravitque omnes, [7] qui evenire solent nutritoribus labores. [8] Accedit verò post tempus is, qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, & invenit eum apud illum, qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito ? de justo enim puero mihi sermo est. Nonnè multis donis munerato eo, qui se educaverat, sequitur naturalem [9] patrem pro respectu hæreditatis ? Ita mihi intelligendum est magnificum Dei famulum Moysen [10] invenisse populum afflictum ab Ægyptiis, quem assumptum nutriebat in deserto [11] tanquam pater, docebat ut magister, regebat ut rector. Conservavit populum, usquequo veniret cujus est; & post aliquantum tempus adveniens pater, oves recepit. Nonnè per omnia honorabitur quidem ab eo, cui tradidit gregem ; gloriabitur verò ab iis, qui ab eo conservati sunt ? Quis igitur ita mentis insanæ est, ò dilectissime Diodore, ut alienos à se dicat eos, qui inter se conjuncti sunt, qui pro se invicem prophetarunt, [12] qui æqualia, & sibi similia, atque cognata, imò potiùs germana signa, ac prodigia demonstrarunt ? Et primò quidem Moyses ad populum dixit : *b) Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster sicut me.* Jesus deinde ait, de me *enim Moyses locutus est. [13] Vides quomodo dexteras sibi invicem tradunt, [14] quamvis alter Propheta, alter verò Filius sit dilectus ; alter fidelis famulus, alter verò Dominus agnoscatur. Sed & quondam, volens quis sine pædagogo ire ad scholas, non suscipitur à magistro dicente, non eum suscipiam, nisi acceperit pædagogum. Quis sit autem, de quo dicimus, breviter exponam. Homo quidam erat dives, *c)* gentiliter vivens, in multâ luxuriâ quotidie degens ; alius verò pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum [15] poterat invenire. Accidit utrunque vitâ discedere, & in infernum descendere, & pauperem mitti in locum requiei, & reliqua, quæ nosti. Veruntamen erant divitis fratres quinque, [16] ea quæ & ipse egerat, agentes, sine dubio quæ domi à tali magistro didicissent. Rogavit dives simul uno tempore, ut edisceret majorem doctrinam ; Abraham verò sciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei, habent Moysen, & Prophetas. Si enim illos non susceperint, ut ab eo velut pædagogo gubernentur, non poterunt majoris magistri capere doctrinam.

XLII. Sed & de aliis sermonibus, ut potero, exponam, idest, quòd non contraria Moysi locutus est Jesus, [17] aut fecit. Primùm quod ait ** oculum pro oculo, dentem pro dente, [18] hoc justum est ; quod autem cæsum præstare jubet & alteram maxillam, [19] hoc bonitas est. Nunquid justitia bonitati contraria est ? Absit ; profectus autem est de justitiâ ad bonitatem. Et rursus, † Dignus est operarius mercede suâ. Quod si voluerit quis fraudem facere, [20] exigi ab eo illa, quæ per fraudem interceperat, justissimum est, maximè cùm multa sit

1 Codex Bobiensis, *dehonestare.*
2 Codex Casinensis, *oportet, & pædagogum, propter quod ore ejus non indiget.* Et paulò post, *atque plauditoria properare.* Sed nos Bobiensis codicis lectionem expressimus.
3 Bobiensis, *Ut rursum.* 4 Casinensis, *debitorem.* Fortè, *& beneficii se debitorem fatetur.*
5 Bobiensis, *adhibeamus.* 6 Idem codex, *colligit, & nutrire apud se quærit.*
7 Idem codex, *qui venire solent nutricibus labores.*
8 Idem codex, *Accidit verò post tempus, ut is qui &c. requireret puerum, & inveniret eum.*
9 Codex Bobiensis, *patrem prospectu.* Et mox, *mihi intellige magnificum.*
10 Malè Casinensis, *venisse.*
11 Bobiensis habet, *tanquam pater educabat. Ut magister regebat & conservabat populum &c. Et cùm post aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit.*
12 Codex Bobiensis, *qui æqualia, atque cognata.* Mox, *ad populum ; Prophetam.*
13 Malè Casinensis codex, *Unde.* 14 Malè Casinensis, *quam.*
15 Codex Bobiensis, *potest*, mala lectio.
16 Codex Bobiensis, *& ea quæ ipse gesserat agentes.* Et infrà, *uno tempore discere majorem doctrinam ab Abraham. Abraham verò.*
17 Malè Casinensis, *autem fecit.* At in Bobiensi codice sequitur, *Primùm quidem, quod ait.*
18 Codex Bobiensis, *in hoc.*
19 In Bobiensi codice hic plura verba desunt ; habet enim, *hoc bonitas est. Absit.*
20 Codex Bobiensis, *& exigi ab eo illa, quæ fraude interceperat.* Casinensis verò, *exige ab eo illa quæ fraudem interceperat.* Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.

b) Deuter. 18. 18. * Joh. V. 46. *c)* Luc. 16. 19. ** Matth. V. 38. † Matth. X. 10.

ſit merces. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Iſraël per operum compulſores in fingendis lateribus, quod cum ſuppliciis Moyſes totum pariter intra unum momentum temporis exegit. [1] * Nunquid hoc iniquitas appellanda eſt ? Abſit. Illa ſanè bonitatis eſt [2] abſtinentia, cùm utitur quis frugaliter, renuntians omnibus, quæ ſuperflua ſunt. [3] Quod vero in veteri teſtamento dictum eſt, * Ego divitem facio, & pauperem; Jeſus vero † beatificat pauperes, non dixit [4] ſecularis ſubſtantiæ pauperes, ſed pauperes ſpiritu, ideſt, qui non ſuperbiâ [5] inflammantur, ſed humilitate [6] ſe mitigant, & inclinant, non plus ſapientes, quàm oportet ſapere. Quam quidem adverſarius quæſtionem non competenter aptavit. Hic enim video & Jeſum libenter intuentem divitum munera, ** cùm in gazophylacio [7] offeruntur; & parum hoc eſt, ſi à ſolis divitibus in gazophylacio munera [8] offeruntur; imo vero etiam duo minuta pauperculæ viduæ libenter ſuſcipiuntur, in quo ampliùs aliquid, quàm quod Moyſes præceperat de ſuſpiciendâ pecuniâ demonſtratur. Ille enim [9] ab his, qui habebant, accipiebat; hic autem accipit etiam ab his, qui non habent. Sed ait, ſcriptum eſt, *d) Niſi quis renuntiaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Rurſum video Centurionem valde divitem, & ſeculari præditum poteſtate fidem habere pluſquam [10] omnem Iſraëlitam; †† ut ſi quis fuit, etiam qui renunciaverat, à Centurione ſuperatur in fide. [11] Sed dicet nobis quis, non eſt ergo bonum renuntiare divitiis. Bonum, inquam, his, qui poſſunt; [12] ſed abuti divitiis ad opus juſtitiæ, atque miſericordiæ parem gratiam tribuit, ac ſi univerſis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, deſtructum eſſe ſabbatum, non planè deſtruxit; ipſe enim [13] Dominus erat ſabbati; tanquam ſi ſponſi quis cuſtodiens thorum diligenter [14] extructum, à nullo alio extraneo vexari vel contingi [15] patiatur, uſquequo ipſe ſponſus adveniat, & cùm advenerit, ſtrato ſuo, ſicut libuerit, utatur, vel hi, quos ipſe ſecum juſſerit introire. Teſtimonium etiam dedit his, quæ dicimus, cœleſti voce ipſe Dominus Jeſus Chriſtus dicens, *e) Nunquid poteſtis [16] filios ſponſi facere jejunare, donec cum ipſis eſt ſponſus ?* Sed circumciſionem non abjecit, quin potiùs ipſe pro nobis in ſemetipſum cauſam circumciſionis [17] excepit, labore nos relevans, & pati nos fruſtra doloris aliquid non ſinens. Quid enim prodeſt, circumcidenti ſe quidem, & adverſùs proximum ſuum peſſima cogitanti ? Voluit autem magis largiſſimæ [18] viæ ſpatia compendioſo nobis tramite demonſtrare, ne fortè, cùm longa ſpatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem; & dum de foris quidem ſplendidi hominibus paremus, intrinſecus lupis rapacibus comparemur, aut ſepulchris conferamur dealbatis. [19] Multò enim ille huic præferendus eſt, qui veſte ſqualidâ, ac detritâ circundatus, nihil mali in corde ſuo concluſum retinet adverſus proximum ſuum. [20] Cordis enim circumciſio ſola ſalutem confert; nihil præſtat eis iſta carnalis, niſi fortè ſpirituali circumciſione muniantur. Audi etiam quid dicit Scriptura, *f) Beati mundo corde, quia ipſi Deum videbunt.* Quid ergo mihi opus eſt laborare, cùm cognoverim [21] compendia viæ, ſi poſſum mundus eſſe corde, ſicut & ſi quis prævaleat in duobus mandatis omnem legem implere, *ff)* & Prophetas? Poſt hæc verò omnia edocet Apoſtolorum maximus Paulus [22] dicens *g) Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus.* Quid ergo mihi opus eſt [23] circumciſione, cùm poſſim & in præputio juſtificari ? Et ſcriptum eſt, *gg)* [24] *Si quis circumciſus eſt, non adducat præputium,*

1 Bobienſis *exigit. Nunquid iniquitas.*
2 Hinc patet Valeſium rectè ad marginem emendaſſe Bobienſis codicis lectionem, quæ habet, *abſentia.*
3 Codex Bobienſis, *Quod ergo*, & mox, *Jeſus beatificat.*
4 Codex Bobienſis, *ſeculari ſubſtantiâ.* 5 Fortè, *inflantur.*
6 Codex Bobienſis, *humilitate mitigant.*
7 Codex Caſinenſi, *offerentur, & pauperum hoc eſt.* Bobienſis autem, *offeruntur; & parum hoc eſt*, quæ vera eſt hujus loci lectio.
8 Codex Bobienſis, *inferuntur.* 9 Idem codex, *ab his tantummodo, qui habebant ſuſcipiebant.*
10 Idem codex, *omnem Iſraël, ut ſi quis fuerit.* 11 Codex Bobienſis, *dicit.*
12 Bobienſis codex, *ſed & abuti.* Fortè, *ſed & uti*, vel, *ſed etiam uti.* 13 Codex Caſinenſis, *Deus.*
14 Ita cod. Bobienſis; nam Caſinenſis malè, *extruxit.* 15 Idem codex, *patitur.* Et mox, *quos ſecum.*
16 In græco eſt ὑιοὶ νυμφῶνος, *filii thalami ſponſalis*, ſeu, ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*, quæ meliores ſunt hujus loci verſiones. 17 Codex Bobienſis, *ſuſcepit.*
18 Codex Bobienſis, *via compendioſum nobis tramitem demonſtrare.*
19 Idem codex, *multùm enim.*
20 Idem codex, *cordis ergo.* Et mox, *nihil præſtante carnali.* Et infrà, *muniatur.*
21 Idem codex, *compendium via.* 22 Idem codex, *dicens, experimentum.*
23 Idem codex, *circumciſio.*
24 Meliùs Vulgata juxta fidem græci textûs, *Circumciſus aliquis vocatus eſt ? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus eſt, non circumcidatur. Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt : ſed obſervatio mandatorum Dei.*

* Prov. XXII. 2. † Matth. V. 3. ** Marc. XII. 41. *d)* Luc. 14. 33. †† Matth. 8. 10.
e) Marc. 2. 19. *f)* Matth. 5. 8. *ff)* Matth. VII. 12. *g)* 2. Cor. XIII. 3. *gg)* I. Cor. 7. 18.

putium, aut si quis in præputio est, non circumcidatur. Utrunque enim nihil est, nisi observatio mandatorum Dei. Cùm ergo nullum possit salvare circumcisio, non magnopere requirenda est; maximè cùm si quis in præputio vocatus fuerit, & circumcidi voluerit, continuò [1] prævaricator legis efficiatur. Si enim circumcidor, & mandata legis adimpleo, ut salvari possim; incircumcisus, & in præputio positus, multò magis mandata custodiens, habebo vitam. In spiritu enim circumcisionem cordis accepi, non jam [2] literæ per atramentum, *b*) in quo laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Non ergo referatur ad me hujuscemodi incusatio. Sicut enim [3] aliquis dives multis auri atque argenti [4] talentis, ita ut omne domestici usûs ministerium ex hujuscemodi metallis habeat structum, in nullo vasis fictilis speciem requirit. Sed non propterea [5] figuli opus, aut ars fictilium vasorum ab eo detestanda est. Ita etiam ego gratiâ Dei [6] dives factus, & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam vilissimæ illius circumcisionis indigeo, nec tamen malam esse dico. Absit. Quòd si diligentiùs de his voluerit aliquis edoceri, inveniet hæc in [7] epistolâ primâ Apostoli [8] plenissimè tractata.

XLIII. De velamento verò Moysi, & de ministerio mortis, dicam sermone brevissimo. Non enim valde mihi hæc insinuare aliquid adversùs legem videntur. Ait ergo sermo [9] propositus, *hh*) *Quòd si ministeriũ mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloriâ, ita ut non possent filii Israël intendere in faciem Moysi propter gloriam vultûs ejus, quæ aboletur;* & reliqua, tamen gloriam esse confitetur in vultu Moysi, quod est amicum nobis. Quòd si destruitur, & velamen [10] habet lectio ejus, hoc me non exacerbat, neque conturbat, si tantùm in eo [11] gloria sit. Neque verò omnigenè in ignobilitatem redigitur, quod [12] destruetur. Cùm enim de gloriâ disputat Scriptura, [13] scisse se differentias gloriæ testatur, *Alia enim*, inquit, [14] *gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum; stella enim à stellâ differt in gloriâ.* *i*) Si enim sol majorem habet gloriam, quàm luna, non continuò in ignobilitatem luna redigitur. Ita & si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloriâ Moysen, tanquam Dominus famulum, non continuò respuenda est gloria Moysi; ita enim possumus satisfacere auditoribus, sicut & verbi ipsius [15] natura persuadet, ex Scripturis, quæ dicimus, affirmantes, vel certè etiam exemplis ea manifestiùs comprobantes. Si quis lucernam accenderit noctu, cùm sol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter splendorem solis ubique radiantis; sed non ideo abjecit lucernam, veluti contrariam soli; quin pótiùs comperto ejus usu, etiam diligentiùs [16] servavit. Custodivit ergo populum lex Moysi tanquam lucerna, usquequo sol nobis verus Salvator nostee orietur, sicut & ait, *Et illuminabit Christus.* *k*) Sed quod dicit, *Obscurati sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim ipsum velamen [17] manet in lectione veteris testamenti. Non revelatur, quia in Christo [18] destruitur.*

Usque

1 Codex Bobiensis, *Prædicator legis*, mala lectio.
2 Legendum forsitan, *literá*, ut cum D. Pauli loco in epistolâ ad Romanos, ad quem Archelaus respicit, concordet.
3 Malè Casinensis codex, *alius*.
4 Bobiensis, *talentis repletus, ita omne*.
5 Codex Bobiensis, *figuli opus aufert, aut fictilium.* Casinensis verò, *figuli opus & ars aut fictilium*; sed videtur legendum, *figuli opus, aut ars fictilium*, uti editum est.
6 Codex Bobiensis, *dives factus sum, & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam*. At Casinensis, *dives factus, & circumcisionem consecutus, nec quenquam.* Nos Casinensem, ex Bobiensi partim supplevimus, partim emendavimus.
7 Epistolam primam intelligit epistolam ad Romanos, quam ab antiquissimis Ecclesiæ temporibus primum inter Pauli epistolas locum habuisse, vel ex hoc Archelai loco apparet. Vide Epiphanium in Hæresi 42. ubi crimini vertit Marcioni, quòd Epistolam ad Romanos quarto loco inter D. Pauli epistolas collocaverit. Vide etiam suprà cap. 34.
8 Malè codicis Bobiensis *plenissimè pertractant*.
9 Malè codicis Bobiensis, *propheticus*, Et mox, *literis firmatum*.
10 Bobiensis codex, *si habet*.
11 Codex Bobiensis & hic corruptam lectionem exhibet, nempe, *gloria; neque verò, omni genere in nobilitate*. Valesius rectè emendat, *in ignobilitatem*.
12 Codex Bobiensis, *destruitur*.
13 Idem codex, *seu esse differentias gloria; alia enim gloria*. Mala lectio.
14 Vulgata, Irenæus lib. 2. cap. 24. & Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum capite 58. habent, *claritas*, pro, *gloria*. Sed postrema vox placuit etiam Tertulliano de Resurr. Carnis cap. 52.
15 Bobiensis, *natura demonstrat*. Mox, *exemplis manifestiùs*, Et infrà, *sol exortus*.
16 In codice Bobiensi, *servabit*. Malè Casinensis codex, *observavit*. Et infrà, *ante quam lucerna*. E contrà pejor in sequentibus Bobiensis codicis lectio, ubi sic se habet, *sol nobis verus Salvator orietur, sicut ait, & illuminat tibi Christus. Sed quı dicit*.
17 Codex Bobiensis. & Vulgata ita legunt, sed in Casinensi habetur, *tenet & in lectione*.
18 Codex Casinensis, *destruetur*, lectio Vulgatæ contraria, quæ etiam habet, *non revelatum*, utrobique juxta fidem græci textûs.

h) Rom. 2. 29. *hh*) 2. Cor. III. 7. *i*) I. Cor. 15. 41. *k*) Ephes. 5. 14. *l*) II. Cor. 3. 14.

Usque in hodiernum enim, cùm legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cùm autem conversus [1] *fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est.* [2] Quid inquit? Usque in hodiernum ne præsens est Moyses, non dormivit, non requievit, non [3] abscessit è vitâ? Quomodo in hodiernum dicit? Sed intuere velamen, ubi dicit, positum [4] supra cor eorum, in lectione eorum. Hæc est vox, quæ arguit filios Israël, legentes Moysen, & non intelligentes, neque convertentes se ad Dominum, quoniam ipse est, qui à Moyse prophetatus est venire. Hoc est velamen, * quod erat positum super faciem Moysi, quod est testamentum ejus; [5] ait enim in lege, *m) Non deficiet Princeps ex Judâ, neque Dux* [6] *de femoribus ejus, usquequo veniat, cujus est, & ipse erit expectatio gentium.* [7] *Qui alligabit ad vitem pullum suum, & ad optimam vitem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ indumentum suum.* [8] *Suffusi oculi ejus à vino, & candidi dentes ejus à lacte*, & reliqua. Qui etiam & unde venturus esset designavit, dicens, *n) Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, sicut me; ipsum audite.* Et quidem quia non possit intelligi, hoc de Jesu [9] Nave dictum esse, manifestum est. Nihil enim hujus circumcisionis in ipso invenitur; adhuc enim ex Judâ Reges fuerunt post ipsum, & ideo aliena longè est ab eo hæc prophetia. [10] Et hoc est velamen, quod est in Moysen; neque enim, sicut fortasse aliqui imperitorum putant, linteum aliquod, aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apostolus diligenter ostendit dicens, velamen esse positum in lectione veteris testamenti, propter quod is, qui appellatur antiquitus Israël, expectat adventare Christum, non [11] intelligentes, quia defecerunt ex Judâ Principes, & ex femoribus ejus Duces; sicut nunc videmus [12] Regibus eos, Principibusque subjectos tributa pendere, nullâ sibi potestate vel judicandi, vel puniendi concessâ, sicut Judas habuit, *o)* quia Thamar, posteaquam condemnaverat, potuit [13] justificare. Sed & videbitis vitam vestram *p)* pendentem ante oculos vestros.

XLIV. Habet etiam hic sermo velamen. Usque ad Herodem enim ex parte aliquâ regnum tenere videbantur; ab Augusto autem prima [14] adscriptio in eis facta est, & cœperunt tributa pendere, & censum dare. Ex quo autem Dominus noster Jesus cœptus est prophetari, atque expectari, ex eo Principes ex Judâ esse cœperunt, & Duces populi, qui rursum defecerunt [15] in adventu præsentiæ ejus. Si ergo auferatur velamen, quod in illâ lectione positum est, [16] intelligent virtutem circumcisionis, invenient & generationem ejus, quem prædicamus, & Crucem, & quæcunque de Domino nostro gesta sunt, ipsa esse, quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de Scripturis discutere unumquenque [17] sermonem, & ostendere, ut intelligi dignum est; sed quoniam nunc aliud est, quod urget, [18] de vacanti nobis ista dicentur; hæc enim dixisse nunc sufficit, ut ostendamus non sine causâ velamen positum super cor quorundam in lectione veteris testamenti. Quicunque verò ad Dominum convertuntur, ab iis [19] velamen aufertur. Quæ omnia quam vim habeant in sese, his qui sensu vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum sermonem Moysi, [20] quo ait. * *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me;* in quo magnam video prophetiam famuli Moysi, [21] scientis eum, qui venturus esset, ampliùs se quidem auctoritatis habitu-

1 Codex Bobiensis, *fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen.* Vulgata etiam habet, *auferetur.* At in Casinensi codice est *aufertur.*

2 Casinensis, *quod,* mala lectio.

3 Codex Bobiensis, *abscessit vitâ? Quamobrem ergo in hodiernum.*

4 Idem codex, *supra cor eorum. Hæc est.*

5 Idem codex, *ait enim intellige*, & mox, *de Judâ.*

6 Codex Bobiensis *de femore ejus usquequo veniat, qui est.* Cæterum ista hujus loci interpretatio longè diversa est à Vulgatâ, & ab antiquioribus versionibus, quas exhibent Tertullianus de Trinit. cap. 9. & Cyprianus adv. Judæos lib. 1. cap. 21. Sed nec græco LXX. interpr. textui respondet, licet non una semper sit ejusdem lectio in codd. mss. & apud Patres. Vide Nobilium in notis ad eum locum.

7 Codex Casinensis, *quia alligabit*; sed hanc lectionem ex repetitione vocalis *a*, ortam puto. Bobiensis, *alligavit.*

8 Codex Bobiensis, *effusi oculi.* Mox. *Qui enim.* Mox, *designavit*, *Prophetam.*

9 In Bobiensi inepta lectio, *Mane.*

10 Codex Casinensis. *Et hæc est velamen*, & infrà, *vel pellis.*

11 Codex Bobiensis, *intelligens.*

12 Malè Bobiensis codex, *Regibus eos, Regibusque subjectos.*

13 Codex Bobiensis *justificare. Sed videbitis.* Casinensi *justificari. Sed & videbitis.*

14 Bobiensis codex, *abscriptio.* Mox, *ceperuntque.* Et infrà, *Dominus meus.*

15 Idem codex, *in adventum.*

16 Idem codex, *intelligens.* Et infrà, *ipsa qua de eo.*

17 In codice Bobiensi mutilus est hic locus; habet enim, *sermonem, ut intelligi, dignum est. Dixisse nunc sufficit.*

18 In Casinensi est, *de vacantibus*; sed legendum, *de vacanti.* Sic suprà cap 41.

19 Codex Bobiensis, *velamentum.*

20 Codex Bobiensis, *quod ait.*

21 In Casinensi codice scribitur, *scientibus*, in Bobiensi, *scientes*; sed Valesius, *scientis*, emendandum censuit, cujus sententiæ astipulati sumus. Infrà Bobiensis, *& amplius.*

* Exod. XXXIV. 33. & 2. Cor. III. 13. m) Gen. 49. 10. n) Deut. 18. 18. o) Gen. 38. p) Deut. 28. 9. * Deut. 18.

habiturum, similia tamen esse passurum, & similia signa, ac prodigia ostensurum. Ibi enim Moyses natus, à matre suâ [1] in thibin positus, *q)* exponitur ad ripas fluminis: hic Dominus noster Jesus Christus *r)* natus ex [2] matre suâ Mariâ, per Angelum fugatur in Ægyptum. Ibi Moyses *s)* educens populum de medio Ægyptiorum, salvavit; & hìc Jesus *t)* populum de medio Pharisæorum educens, æternæ tradidit saluti. Ibi Moyses per orationem petens, *u)* è cœlo accepit panem, quo pasceret populum in deserto; hic [3] Dominus meus Jesus *x)* virtute propriâ ex quinque panibus viros quinque millia satiavit in deserto. Ibi Moyses *y)* cùm probaretur, positus in monte jejunavit quadraginta dies; & hic Dominus meus Jesus *z)* à spiritu actus in desertum, cùm tentaretur à Diabolo, quadraginta diebus similiter jejunavit. Ibi in conspectu Moysi, *a)* propter infidelitatem Pharaonis omnia Ægyptiorum primogenita perierunt; & hìc Jesu *b)* nascente, propter infidelitatem Herodis, omne [4] masculinum Judæorum subitò periit. Ibi Moyses *c)* orat, ut parcatur à plagis Pharaoni, ac populo ejus, & hìc Dominus noster Jesus *d)* orat indulgeri Pharisæis, dicens, *Pater ignosce eis, quoniam nesciunt quid faciant.* Ibi Moysi *e)* vultus resplenduit [5] in gloriâ Domini, ita ut non possent filii Israël intendere in faciem ejus propter gloriam vultûs ejus; & hìc Jesus Christus Dominus *f)* resplenduit sicut sol, & Discipuli ejus non poterant [6] aspicere in faciem ejus propter gloriam vultûs ipsius, & immensum luminis splendorem. Ibi Moyses *g)* eos, qui [7] vitulum statuerant, gladio dejecit; & hìc Dominus Jesus *h)* ait, *Veni gladium mittere super terram, &* [8] *dividere hominem à proximo suo*, & reliqua. Ibi Moyses [9] in caliginem nubium *i)* aquas ferentium sine metu incessit; & hìc Dominus Jesus *k)* cum omni potestate super aquas ambulavit. Ibi Moyses *l)* imperavit mari; & hìc Dominus Jesus *m)* cùm esset [10] in mari, surgens imperavit ventis, & mari. Ibi Moyses *n)* cùm impugnaretur, extensis manibus certavit adversùs Amalech, & hìc Dominus Jesus impugnatis nobis, & pereuntibus violentiâ erratici spiritûs, qui nunc [11] in justis operatur, extensis in Cruce manibus, salutem dedit. Sed & alia multa prætereo, dilectissime Diodore, dum festino ad te [12] libellum hunc velociter mittere, quæ tu pro tuâ prudentiâ facilè poteris reparare. Scribe autem [13] mihi omne, quod postea egerit adversariæ partis minister. Incolumem te animâ, & spiritu custodiat [14] Deus omnipotens.

XLV. Acceptâ hac epistolâ Diodorus, & collecto ex eâ sensu, conflixit adversùs Manem, ita ut ab omnibus collaudaretur, quòd diligenter, & competenter ostenderit, duorum testamentorum, atque utriusque [15] legis inter sese cognationem: plura etiam ex semetipso inveniens, objecit ei valida valde & fortia pro veritate. Conclusit etiam adversarium Diodorus [16] ex nominibus, dicens ita; Dixisti duo esse testamenta, dic ergo duo esse vetera, aut duo nova? Ejusdem enim temporis, vel potiùs æternitatis, duo asseris esse ingenita; & si duo sunt, duo esse [17] oportet vetera testamenta, aut duo nova. Quòd si hoc non dicis, sed unum esse vetus, & aliud novum, [18] rursum unus utriusque auctor ostenditur, & ejus esse vetus, cujus & novum, consequentia ipsa [19] edocet: veluti si quis dicat [20] homini, loca mihi veterem domum tuam, [21] nonnè per

1 Thibis, θίβις, apud LXX. est fiscella scirpea in Vulgatâ. Mox Bobiensis *ripam*.
2 Codex Bobiensis, *matre Mariâ*.
3 Codex Bobiensis, tam hic, quàm infrà, *Dominus noster*. Mox, *saturavit*.
4 Idem, *masculum*. Mox, *pro populo*. Infrà, *Pharisæis*, *Pater*. Mox, *quid faciunt*.
5 Codex Bobiensis, *in gloriam*. 6 Idem, *respicere*. Mox, *vultûs ejus*.
7 Codex Bobiensis, *vitulum fecerant*.
8 Meliùs Vulgata, *separari hominem adversùs patrem suum*, & Tertull. adver. Gnosticos cap. 10. *dividere hominem &c.* 9 Bobiensis codex, *in caligine*. 10 Idem codex, *in navi*.
11 Codex Bobiensis, *in istis*. 12 Codex Bobiensis, *velociter libellum*.
13 Idem, *mihi, charissime, quid postea*. 14 Codex Casinensis, *Deus omnium*.
15 Malè Casinensis codex, *legis inesse cognitionem*. Malè & infrà Bobiensis *veniens*, *objecit*. Sed & Casinensis pro, *objecit*, malè habet *objecta*.
16 Ridicula est hic Bobiensis codicis lectio, in quo scribitur, *ex navibus*; è contra Casinensis mox habet, *dicens ita*, *dixit*, mala itidem lectio. 17 Codex Bobiensis, *oportet & vetera*.
18 Malè Casinensis *rursus omnis utriusque*. 19 Codex Casinensis, *docent*.
10 Hæc est Bobiensis codicis lectio; nam in Casinensi est, *homini diviti mihi*, nullo sensu. Fortè, *dimitte mihi*.
21 Codex Bobiensis, *non per*; sed in seq. habet *nonnè*.

q) Exod. 2. *r)* Matth. 2. 13. *s)* Exod. 14. *t)* Marc. 8. 15.
u) Exod. 16. *x)* Matth. 14. *y)* Exod. 34. *z)* Matth. 4. 2.
a) Exod. 12. *b)* Matth. 2. 16. *c)* Exod. 8. *d)* Luc. 23. 34.
e) Exod. 34. 35. *f)* Matth. 17. 2. *g)* Exod. 32. *h)* Matth. 10. 34.
i) Exod. 24. in fine. *k)* Matth. 14. 25. *l)* Exod. 14. *m)* Matth. 8. 26. *n)* Exod. 17.

hoc etiam novæ domûs dominum eum esse pronunciat? Aut rursum si dicat ei, novam domum tuam præsta mihi; nonnè eodem verbo etiam veterem eum habere designat? Deinde illud etiam pervidendum est, quia [1] ex quo duo sunt, ingenitam habentes naturam, ex eo necesse est etiam habere unumquenque ipsorum vetus testamentum, & fient duo vetera testamenta; si tamen ambos antiquos, & sine initio esse dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturæ. Tu verò, qui dicis legem Moysi esse maligni Principis, & non boni Dei, dic mihi, qui erant illi, qui resistebant in faciem Moysi, Iamnem dico, & Mambrem? Omne enim quod resistit, non sibimet ipsi resistit, sed alii, aut meliori, aut deteriori, sicut Paulus indicat ad Timotheum in secundâ Epistolâ suâ [2] scribens. o) *Quemadmodum Jamnes, & Mambres restiterunt Moysi; ita & isti restiterunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultrà non proficient.* [3] *Insipientia enim eorum omnibus nota est, sicut & illorum fuit.* Vides quomodo Jamnem, & Mambrem hominibus comparat corruptis mente, & reprobis circa fidem; Moysen verò veritati. Sed & Sanctus Joannes p) maximus Evangelistarum ait, gratiam gratiâ præstare, & differre; ex plenitudine enim Jesu legem Moysi accepisse nos dicit; aliam autem gratiam pro illâ gratiâ per Jesum Christum esse completam in nobis. Quod ostendens etiam ipse Dominus noster Jesus ajebat, q) [4] *Non putetis, quia ego vos accusabo apud Patrem. Est qui vos accuset Moyses,* [5] *in quem vos speratis; si enim* [6] *crederetis Moysi, crederetis utique & mihi; de me enim ille scripsit. Quòd si literis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Sunt etiam [7] alia multa, quæ dici possent & de Apostolo Paulo, & de Evangeliis, ex quibus ostendere possumus veterem legem non esse alterius, quàm Domini, cujus est novum Testamentum, quæ nos competenter [8] exponere, & aptare convenit. Jam vesper impedit, dies enim clauditur, & finem nos disputandi facere par est; crastino autem [9] nobis, de quibus tibi videtur, quæstiones habeantur. Et his dictis discesserunt. [10]

XLVI. Cùm autem mane factum esset, subitò adventavit Archelaus ad castellum hunc, in quo morabatur Diodorus, priusquam omnino quisquam ad publicum procederet. Manes verò ignorans præsentem esse Archelaum, rursum Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo disputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quòd advertebat, eum hominem esse simplicem, & non satis scripturarum quæstionibus eruditum; Archelai enim doctrinæ jam perceperat gustum. Cum ergo & turbæ convenissent ad solitum disputationis locum, & Manes jam verba facere cœpisset, subitò in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, sancto osculo salutavit. Diodorus verò, & omnes, qui præsentes erant, admirati sunt opus divinæ providentiæ, ut in tempore ipso adventaret Archelaus, quo quæstio movebatur; re enim vera, quod fatendum est, quasi ex parte aliquâ religiosus Diodorus pertimuerat conflictum. Cùm autem vidisset Archelaum Manes, cessavit quidem continuò ab insultatione, & supercilio non parùm dejecto, manifestè intelligebatur, quòd conflictum vellet effugere. Multitudo verò auditorum adventum Archelai, velut Apostoli præsentiam, opinata est, pro eo quòd ad verbi defensionem tam paratus, & tam promptus existeret. Et cùm dexterâ silentium poposcisset à populo (tumultus enim non mediocris extiterat) hoc modo cœpit Archelaus. Tametsi prudentiam, gloriam etiam nostrorum nonnulli assecuti sunt, tamen hoc vos deprecor, ut eorum, quæ ante me dicta sunt, testimonium reservetis. Scio enim & certus sum, Fratres, quoniam [11] Diodoro non pro ipsius impossibilitate successi; sed quoniam istum ego novi tunc, cùm ad loci mei partes improbus advenisset, Marcelli [12] viri illustris gratiâ, volens eum divertere à nostrâ doctrinâ, & à fide, videlicet, quò impietatis hujus idoneus efficeretur assertor; & tamen omnibus suis verbis in nullo eum divertere, & movere prævaluit. Similis enim inventus est religiosissimus Marcellus petræ, r) in qua ædificata est domus solidissimis fundamentis,

1 Hoc in loco lacuna est in Bobiensi codice, in quo scribitur, *ex quo duo sunt ingenita habentes naturam ipsorum testamentum, & fient &c.* Valesius ex ingenio ita emendavit, *ex quo duo sunt ingenita, habent ex naturâ ipsorum testamentum.* Sed ipsum malè conjecisse Casinensis codex ostendit.

2 Codex Bobiensis *ita scribens.*

3 Codex Bobiensis, *Insipientia enim illorum manifesta erit omnibus sicut &c.* quod magis ad Vulgatæ lectionem accedit.

4 Codex Bobiensis, *Non potestis.* pessima lectio.

5 Casinensis codex, *Moyses; quem.* lectio rejicienda.

6 Codex Bobiensis, *creditis Moysi, crederitis utique forsan & mihi.*

7 Codex Casinensis, *alia plura jam, quæ dici possint.*

8 Codex Bobiensis, *exponere & à Patre ut convenit,* quæ verba cùm nullum habere sensum vidisset Valesius, *exponere & aperire ut convenit,* emendandum esse putavit: & quidem non rectè, ut ex Casinensi codice apparet.

9 Codex Bobiensis non rectè, *vobis.*

10 Huc usque edidit Valesius.

11 In codice Casinensi erat, *Diodorus,* nullo sensu.

12 Malè Casinensis, *viri in legis gratiâ.*

o) II. Timoth. 3. 8. p) Joan. I. 16. q) Joan. 5. 45. r) Matth. 7. 24.

mentis, & cùm descendisset pluvia, & irruissent flumina, ac venti, & illisissent in domum illam, perstitit; fundata enim erat solidissimis & immobilibus fundamentis: huic autem, qui præsens est, infamiam potiùs intulit conatus ipse, quàm laudem. Non autem mihi veniâ dignus videtur qui ignoraverit, quod futurum est: oportebat enim eum prænoscere, qui sunt proprii sui; si quidem Spiritus Paracliti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiæ tenebris obcæcatus est, in vanum cucurrit, cùm iter faceret ad Marcellum; & similis [1] facere Astrologo, describenti quidem cœlestia, ignoranti verò quæ suæ domui geruntur. Sed ne videar per hæc verba differre quæstionem; jam sileam; de iis verò dabo ipsi potestatem; sumat quodcunque vult propositionis, & quæstionis initium. Vos tantummodo, sicut superiùs dixi, indeclinabiles Judices esse quæso, ut verà dicenti honorem verum, palmamque tradatis.

XLVII. Tunc Manes, silentio ab omnibùs facto, ita exorsus est. Tu quoque, Archelae, bene me de Deo sentientem, dignamque opinionem de Christo retinentem, verbis molestissimis obtundis, licèt tale sit Apostolorum genus, patiens, & ferens omnia, etiamsi eos conviciis quis, aut maledictis obtrectet. Si persequi volueris, paratus sum, & si inferre supplicia, non refugiam. Si etiam interficere me vis, non reformido; illū enim solùm oportet timere, * qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. ARCHELAUS DIXIT; Absit à me. Non est mihi tale propositum. Quid enim perpessus es à me, vel à nostris? Et quidem cùm obtrectares, atque injuriam irrogares, & cùm detraheres de paternis nostris traditionibus, & cùm velles animas hominum bene institutas, ac diligenti cautelâ servatas interficere, quibus utique rependari non possunt universæ mundi divitiæ? Veruntamen propter quod assumis, ò Manichæe? Quid est quod indicas? Quæ salutis signa ad nos deferas, dicito? Verborum enim nuda jactatio non poterit præsenti multitudini satisfacere, ut agnoscant qui nostrûm rectiùs obtinet scientiam veritatis. De quo ergo vis nos capite disputare, hoc priùs dicito, cùm priùs dicendi acceperis facultatem. MANES DIXIT, Si non iterum his, quæ à nobis rectè dicuntur, infideliter resistis, dicam; si autem talis existis, qualem te priùs sensi, dicam adversùs Diodorum, declinans inquietudinem tuam. ARCHELAUS DIXIT, Prædixi jam, quòd abutimur inanitate verborum. Si quis [2] nostrûm resistere infideliter invenitur, Judicibus hæc permitte discernere; tu autem quid afferas, dicito? MANES DIXIT; Si non iterum resistis his, quæ à me iterum rectè dicuntur, incipiam. ARCHELAUS DIXIT; Si non hoc est, si non illud, sermo est hominis ignorantis. Ignoras ergò quod futurum est. Sed hoc quod futurum ais, resistere me, aut non resistere, in meâ est potestate. Quomodo ergò stabit sermo ille duarum arborum, in quo fidis, veluti scuto firmissimo? Si enim contrariæ partis ego sum, quomodo obedientiam meam requiris? Quòd si obedientiæ in me est mens, quomodo pertimescis ne resistam? Ais enim quia malum semper permanet malum, & bonum semper permanet bonum, vim verbi istius penitus [3] ignorans. MANES DIXIT; Nunquid te advocatum meorum adhibui sermonum [4] ut etiam meæ scientiæ intelligentiam disponas; quippe qui própria explanare non valeas, quomodo aliena poteris explicare? Quòd si victum jam se profitetur Diodorus, tunc mihi tecum sermo movebitur. Si autem stat ille, & est idoneus ad dicendum, desine tu, & noli perturbare substantiam veritatis. Es enim ovis aliena; efficieris tamen posteà in numero ejusdem gregis, [5] sicut vox Jesûs ostendit, ejus qui apparuit quidem in hominis specie; nec tamen fuit homo. ARCHELAUS DIXIT; Ergò non putas eum ex Mariâ Virgine esse? MANES DIXIT, Absit ut Dominum nostrum Jesum Christum per naturalia pudenda mulieris descendisse [6] confitear; ipse enim testimonium dat, quia de sinibus Patris descendit. *s)* Et, *Qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* *t)* Et, *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* *u)* Et, *Non sum missus nisi ad oves perditas domûs Israël.* *x)* Sunt & alia innumera testimonia hujuscemodi, quæ indicant eum venisse, & non natum esse. Quòd si potentior illo es, & magis scire potes, quod verum est, quomodò jam illi credimus? ARCHELAUS DIXIT; Neque illo potentior sum; servus enim sum, & neque æqualis Domini mei esse possum; ego enim sum inutilis servus, verborum ejus discipulus, credens his, quæ ab ipso dicta sunt, & hæc indeclinabilia esse confirmo. MANES DIXIT, Similis tui quidam, cùm ei aliquando dixisset, *y) Maria mater tua, & fratres tui foris stant,* non libenter

1 Fortè, *factus est.* 2 Casinensis codex, *nostrorum.* 3 In Casinensi, *ignoras.*
4 In codice Casinensi est, *aut etiam*, lectio improbanda. 5 Casinensis, *sicut vos Jesus.*
6 In codice Casinensi est, *confitetur*, librarii errore, ut palàm est.

* Matth. 10. 28. *s)* Joh. I. 18. & 3. 13. *t)* Joan. I. 18. *u)* Matth. 10. 40. *x)* Joan. 6. 38. Matth. 15. 24. *y)* Matth. 12. 47.

libenter accipiens, eum qui dixerat, increpavit dicens, z) *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* & ostendit eos, qui facerent voluntatem suam, & matres sibi esse, & fratres: sin autem vis dicere matrem ipsius Mariam, non est tibi sine periculo; sine dubio enim etiam fratres ex eâ habuisse monstratur. Et dic utrùm de Joseph generati sunt, aut ex eodem Spiritu Sancto? Ergo & multos Christos, si ex eodem Spiritu Sancto generatos [1] dixeris, habuimus. Quòd si non ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris eum fratres habuisse; sine dubio intelligendum est, quia post Spiritum, post Gabriel, nupserit Joseph Virgo castissima, & immaculata [2] Ecclesia. Quòd si etiam hoc absurdum est omnino, eam quolibet modo concubuisse cum Joseph, dic an fratres habuerit? Nunquidnam etiam mœchiæ ei crimen impingis, [3] ò prudentissime Marcelle? Quòd si horum nihil convenit incontaminatæ Virgini; unde ei fuisse fratres astrues? Quòd si fratres ei fuisse non potes edocere; quomodo Maria mater ejus erit, sicut ait ille, qui scribere ausus est, *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant?* Quòd etiam si ille ausus est dicere, illo ipso potentior, aut major esse nemo potest, qui ostendit nobis matrem, aut fratres suos; z) sed & Davidis [4] esse non dignatur audire. Apostolus Petrus Discipulorum omnium eminentissimus tunc agnoscere eum potuit: cùm singuli opiniones suas, quas de ipso habebant, promerent, ait, a) *Tu es Christus filius Dei vivi*, & statim beatificat eum dicens, *Quoniam revelavit tibi Pater meus cœlestis.* Vide quanta sit differentia eorum, quæ ab Jesu dicta sunt? Illi enim qui dixerat, *Ecce mater tua foris stat*, respondit, *Quæ mihi est mater, aut fratres?* Ei autem qui dixit, *Tu es Christus filius Dei vivi*, beatitudinem, benedictionemque restituit. Si ergo de Mariâ vis esse eum natum, mentitur ipse cum Petro, si autem verum dicit Petrus, sine dubio ille prior fefellit. Quòd si prior fefellit, causam ad Scriptorem rejicienda est. Unum igitur Christum nos scimus esse secundùm Apostolum Paulum, cujus vocibus credimus consonantibus duntaxat adventui ejus.

XLVIII. His auditis turbæ permotæ sunt, veluti rationem veritatis continentibus, & Archelao nil habente, quòd his posset opponere; hoc enim indicavit tumultus, qui inter eos exortus fuerat; sed cùm multitudo conquievisset, Archelaus hoc modo respondit. Vocis quidem Domini nostri Jesu Christi nullus poterit esse potentior, si neque nomen aliquod æquale ei esse invenitur, b) *Propter quod Deus eum exaltavit, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen;* neque in testimonio quis æqualis ei esse poterit, & ideo ego vocis ejus tibi testimonia proferam, primùm quidem dissolvens hæc, quæ à te dicta sunt, uti ne dicas, quoniam nec sibi ipsi consonant, ut est tibi consuetudo dicendi. Ais enim quia eum, qui nuntiaverat ei de matre, aut de fratribus, increpaverit Jesus, quasi fallentem, secundùm id quod Scriptorem fefellit. Neque is, qui annuntiavit ei de matre & fratribus increpatus est, neque Petrus supra illum solus beatificus est; sed uterque ab eo dignam responsionem propriâ interrogatione percepit, sicut in consequentibus sermo monstrabit. Cùm quis parvulus est, c) cogitat sicut parvulus, sapit ut parvulus; cùm autem perfectus fuerit vir, destruentur ea, quæ sunt parvuli, id est, dum ad priora se quis extendit, obliviscatur quæ post se sunt. Unde Domino nostro Jesu Christo docente, & curante humanum genus, uti ne simul omnia deperirent, cùmque in talibus studiis mens omnium auditorum esset intenta, non opportunè ingressus hic nuntius de matre ejus suggessit, ac fratribus. Quid enim? [5] debuit ne etiam se ipso judicante, derelinquere eos, quos curabat, & quos erudiebat, & cum matre ac fratribus colloqui? Nonnè continuò de hoc ipso detraheres? [6] Cùm enim peccatis onustos & gravatos ad discipulatum delegit duodecim numero, quos & Apostolos nominavit, dicens eis, d) relinquite matrem & patrem, ut me digni efficiamini, ut ultrà non possit eis memoria patris, aut matris robustum pectus inflectere. Et iterum volente alio quodam dicere ei, ibo, & sepeliam patrem meum, ait, e) *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Intuere ergo quomodo Dominus meus Jesus [7] ad necessaria Discipulos ædificat, & pro meritis unicuique sancta verba committit. Ita & in eo tempore, quo importunè annuntiaverat quidam ei de matre, non complectitur pro matris præsentiâ paternum

1 In Casinensi, *dixerint habuimus. Quid.* Sed obvia est hujus loci emendatio.

2 Vox, *Ecclesia*, videtur superflua, & per librarii errorem adjecta. Certè sine ipsâ integer est hujus loci sensus.

3 Ex his verbis colligi posse videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori castellum venisse.

4 Casinensis codex *David Jesse.*

5 In codice Casinensi, *Debuit & etiam.* Mala lectio.

6 In codice Casinensi corruptissimo legitur, *Cùm enim peccatis bonus & gravatus ad discipulatum diligit duodecim numero.* Nos quantùm per conjecturas licuit, hujus loci menda sustulimus, & fortasse paulò post pro, *dicens eis*, legendum est, *dixit eis.*

7 In eodem codice, *ad necessariam.*

z) Matth. 23. 42. a) Matth. 16. 16. b) Philip. 2. 9.
c) I. Corinth. 13. 11. d) Matth. 10. 37. e) Luc. 9. 59.

num præterire præceptum. Ut autem tibi ostendam hæc ita esse; Petrus aliquando, cùm jam beatificationem fuisset ab eo consecutus, ait ad Jesum, *f) Propitius esto Domine, non erit tibi istud*, cùm dixisset ei Jesus, quia [1] oporteret filium hominis ascendere Jerosolymam, & occidi, & tertiâ die resurgere; respondens ait Petro, *Vade retro Satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt.* Quoniam ergo existimas illum, qui ei de matre renuntiaverat, & fratribus, increpatum esse ab Jesu; istum verò, qui paulò ante dixerat, *Tu es filius Dei vivi*, beatitudinem consecutum. Vide quia magis [2] hunc prætulit Jesus, cui & clementiùs, & cum veniâ responsum dare dignatus est; Petro verò post illam benedictionem nullum jam veniæ largitur titulum, pro eo quòd naturam rei sibi dictæ non diligenter adverterit. Illius enim nuntii error responsi ratione corrigitur; hujus verò tarditas intellectùs acerbiori increpatione damnatur. Ex quo advertere potes, quòd Dominus Jesus interrogationum sibi, opportunitate servatâ, dignum promat singulis, opportunumque responsum. Quòd si, ut ais, ex eò quòd verum dixerat, Petrus beatificatur, & pro eo quòd fefellit, nuntius ille culpatur; dic mihi quare cùm Dæmones eum confiterentur, dicentes, *g) Scimus te*, [3] *qui sis sanctus Deus*, increpavit eos, & [4] silere præcepit? Cur non (si quidem confitentium se testimoniis delectatur) etiam istos, sicut Petrum vera dicentem, benedictionibus remuneratus est? Quòd si hoc absurdum est, relinquitur ut pro loco, pro tempore, pro personis, pro rebus, pro accidentium salute, ea quæ dicta sunt, intelligamus, utì ne temere pronuntiantes, dignâ coërcitione feriamur, & ut te magis ac magìs edoceam, multo ampliùs illum, qui de matre nuntiaverat, honoratum: tu autem oblitus rei, qua nobis proposita est, in aliud conversus es. Audi ergo breviter; si enim volueris diligentiùs intueri, quæ dicta sunt, inveniemus in illo priore multam Dominum Jesum ostendisse clementiam, idque convenientibus te exemplis edoceam. Rex quidam, cùm adversùs hostem processisset armatus, & cogitaret atque disponeret quemadmodum posset manum sibi hostilem atque barbaram subjugare, cùmque in multâ esset curâ, & solicitudine constitutus, in medio adversariorum positus, ac postea jam captivos eos tenere incipiens, jam jam illa solicitudo immineret, quemadmodum eos, qui secum laboraverant, [5] ac pondus belli toleraverant, procuraret, quidam ei nuntius importunus occurrens, de rebus domesticis suggerere aliqua cœpit. At ille admiratus est audaciam, atque importunam suggestionem, & morti tradere hujuscemodi hominem cogitabat; quòd nisi de carissimis affectibus talis nuntius extitisset, eo quòd incolumes esse hos, & rectè ac prosperè agentes omnia nuntiasset, dignum protinus potuit excepisse supplicium. Quæ enim erat cura alia Regis, belli duntaxat tempore, nisi Provincialium salus, nisi dispositio rei militaris? Ita & Domino meo Jesu Christo pugnanti adversùm passiones, quæ profunda viscerum obsederant, & curans eos qui multo tempore variis infirmitatibus fuerant devincti, & inclinato omni nisu pro salute universitatis; ille nuntius importunè adveniens de matre & fratribus nuntiavit. Et potuit quidem similem Petro, aut etiam graviorem accepisse sententiam; sed matris & fratrum intellectum nomen clementiam provocavit.

XLIX. Sed & ampliùs adhuc omnibus ostendere cupio, ut agnoscant universi, assertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, secundùm tu dicis, non est natus, sine dubio nec passus est; pati enim qui natus non est, impossibile est. Quòd si non est passus, Crucis nomen aufertur. Cruce autem non susceptâ, nec Jesus ex mortuis resurrexit. Quòd si Jesus ex mortuis non resurrexit, nec aliquis alius resurget. Quòd si nullus resurget, nec judicium erit. Certum est enim, quia si non resurgam, nec judicer. Quòd si non judicium erit, frustra erit observatio mandatorum Dei, nullus abstinentiæ locus est, manducemus & bibamus, cras enim moriemur. * Hæc autem omnia connectis, [6] negans quòd de Mariâ natus est; si enim confessus fueris eum de Mariâ natum, & passio subsequatur necesse est, & passionem resurrectio, & resurrectionem judicium, & salva nobis erunt Scripturæ præcepta. Non ergo jam vana est quæstio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex, & prophetiæ in duobus sermonibus constant, ita etiam nostra omnis spes in Beatæ Mariæ partu suspensa est; & ideo responde mihi ad singula, quæ te interrogabo. Quomodo abjiciemus tan-

1 In eodem codice, *oportet*, secus atque habet Vulgata editio.
2 In codice Casinensi est, *huic*.
3 In codice Casinensi, *quis es*. Sed librarii error nobis visa est illa lectio.
4 In eodem codice est *finire*. Sed *silere*, legi debere nos sacer textus educet. Vide tamen an, *finere*, legendum sit.
5 In codice Casinensi *ac pondus bellico tolerarant*. Nos emendavimus, *ac pondus belli toleraverant*. Fortasse tamen rudis interpres scripserat, *ac pondus belli contoleraverant*.
6 Ita legendum censui, licèt in codice Casinensi scribatur, *negatis id quod*.

f) Matth, 16. 22. *g)* Luc, 4 34. 1, Cor, 15. 32.

tas & tales Apostoli voces, quæ dicunt, [1] *Cùm autem fuit Dei voluntas in nobis, misit Filium suum factum ex muliere. b)* Et iterum, *Pascha nostrum immolatus est Christus. i)* Et quia, *k) Deus, & Dominum suscitavit, & nos* [2] *cum illo suscitabit per virtutem suam.* Et alia multa his similia dicta sunt, ut est illud, *l) Quomodo dicunt quidam in* [3] *vobis, quià resurrectio mortuorum non est? Si enim resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra. Invenimur etiam falsi testes Dei, qui testimonium perhibuimus adversùs Deum, quia suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si quidem mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris; ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt? Si in hac vitâ tantummodo speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis initium dormientium,* & reliqua. Quis rogo tam temerarius & impudens invenitur, [4] qui istis sacrosanctis vocibus non accommodet fidem, in quibus nulla est distinctio, nulla dubitatio? Quisnam quæso etiam te, ò stulte Galata, fascinavit, sicut & illos, *m) Quorum ante oculos Jesus Christus* [5] *rescriptus est crucifixus?* Unde arbitror sufficere hæc testimonia ad ostensionem judicii, & resurrectionis, & passionis, quibus consequenter, & pariter ex Mariâ partus ostenditur. Quid enim, si tu nolis acquiescere, sed evidentissimè Scriptura proclamet? Veruntamen interrogabo te, tu autem mihi responde, quando Jesus de Joanne testimonium dat, & dicebat, *n)* quia *Major in natis mulierum nullus surrexit Joanne Baptistâ; qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo.* Dic mihi qua ratione major illo est in regno cœlorum? Nunquid Jesus minor erat Joanne in regno cœlorum? [6] Dico, absit. Dic ergo in quo, ut vel te ipsum superare possis? Sine dubio minor erat Joanne Jesus inter natos mulierum; in regno autem cœlorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, ò Manichæe, si ais Christum non esse ex Mariâ natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cùm homo non esset, præstante hoc & agente virtute, quæ in ipso est; dic mihi, super quem Spiritus sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam, qui baptizatur à Joanne? Si perfectus erat, si Filius erat; si virtus erat, non poterat Spiritus ingredi; sicut nec regnum potest ingredi intra regnum. Cujus autem ei cœlitus emissa vox testimonium vox testimonium detulit dicens: *o) Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui?* Dic age, nihil remoreris, quis ille est, qui parat hæc omnia, qui agit universa? Responde, ita ne blasphemiam pro ratione impudenter allegas, & inferre [7] conaris.

L. MANES DIXIT; Nemo quidem qui adversùm hæc, quæ à te dicta sunt, respondere potuerit, blasphemiæ crimen incurrit, quin potiùs est omni laude dignissimus. Oportet enim artificem rebus propositis responsione diligenter aptatâ, manifestâ omnibus ea, de quibus quæritur, vel dubitatur, ostendere, & maximè idiotis. Et quoniam tibi doctrinæ nostræ non placet ratio, tanquam artifex bonus, etiam hanc mihi quæstionem rationabiliter exsolve. Mihi enim pium videtur dicere, quòd nihil eguerit filius Dei, in eo quòd adventus ejus procuratur ad terras, neq; opus habuerit columbâ, neq; baptismate, neq; matre, neq; fratribus, fortasse neque patre, qui ei secundùm te fuit Joseph; sed totus ille ipse descendens, semetipsum in quocunq; voluit transformavit in hominem, eo pacto, quo Paulus dicit, quia *habitu repertus est ut homo. p)* Cujus igitur rei indiguerit is, qui semetipsum in omnia transformarit, ostende? Quando enim voluit, hunc hominem rursum transformavit in speciem solis, ac vultum. Quod si rursus resistis, mihi rectè dicenti fidem nolis accomodare, audi definitionem tuam, in qua stas. Si enim hominem eum tantummodo ex Mariâ esse dicis, & in baptismate Spiritum percepisse, ergo per profectum filius videbitur, & non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, secundùm profectum esse filium, quasi hominem factum; hominem verè esse opinaris, idest, qui caro, & sanguis sit. Necesse est ergo, & Spiritum, qui sicut columba apparuit, *q)* non aliud esse,

1 Vulgata editio græco textui consona legit, *At ubi venit plenitudo temporis*, eamque lectionem probant Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, & alii.

2 Verba, *cum illo*, non habent græca; neque Vulgata, neque Irenæus lib. 5. adversùs hær. cap. 6. & 7. neque Tertullianus libro 5. adversùs Marcionem capite 7. neque in libro de Pudicitia capite 16.

3 In codice Casinensi est, *in nobis*; & infrà, *vana est fides nostra.* Sed Vulgatæ lectio huic præferenda, utpote quæ ex librarii oscitantiâ videatur exorta, Irenæus quoque Tertullianus, Cyprianus, aliique Vulgatæ lectionem sequuntur.

4 In eodem codice legitur, *qui istam sacro sanctam vocibus &c.* librarii, ut arbitror, errore.

5 Vulgatæ editionis melior lectio, *præscriptus est.*

6 Hæc verba, *dico absit*, nisi mendum sit in codice, videntur tanquam ex Manetis personâ ab Archelao prolata.

7 Malè in codice Casinensi, *coneris.*

b) Galat. 4. 4. i) I. Cor. 5. 7. k) Ibid. 6. 14. l) Ibid. 15. 12. m) Galat. 3. 1. n) Matth. 11. 11. o) Matth. 3. 17. p) Philip. 2. 7. q) Matth. 3. 16.

esse, quàm naturalem columbam; sicut homo enim dictum est, & sicut columba; & quodcunque opinari potest de eo sermone, quod dictum est; [1] sicut homo, hac opinione concipe etiam de eo, quod dictum est, sicut columba; necesse est & hæc æqualiter recipere, ita enim in Scripturis, quæ de eo scripta sunt, inveniuntur. ARCHELAUS DIXIT, Sicut tibi ipse non potes, tanquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quæstionem [2] diligenter aptatam manifestarem, atque manifestè dissolverem; nisi propter hos, qui assistunt, & qui nos audiunt; & ideo, sicut convenit, quæstionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur piè dici, matrem habuisse Jesum Mariam, & reliqua, quæ nunc prosecutus es, quæ quidem omnia repetere perhorresceo. Interdum quidem cogi solet artifex propter imperitiam resistentis dicere, & facere ea quæ tempus recusat, & ideo quia mihi est illata necessitas propter præsentem turbam, ad ea, quæ à te non rectè dicta sunt, paucis [3] respondeam. Dic ergò mihi; si Jesum hominem naturaliter factum intellexerimus ex Mariâ, habentem carnem & sanguinem intellexerimus, necesse est etiam Spiritum Sanctum veram columbam fuisse, & non spiritum. Et quomodo poterit vera columba verum hominem ingredi, atque in eo permanere; caro enim carnem ingredi non potest: sed magis si Jesum hominem verum confiteamur, eum verò, qui dicitur, sicut columba, Spiritum Sanctum, salva est nobis ratio in utraque. Spiritus enim secundùm rectam rationem habitat in homine, & descendit, & permanet, & competenter hoc & factum est, & fit semper; sicut tu te ipsum ante hoc tempus profitebaris esse Paraclitum Dei; ut [4] dicam silex, non homo, qui frequenter oblivisceris ea quæ dicis. Spiritum enim venisse super te dixisti, quem promiserat Jesus esse missurum, & unde nisi de cœlo descendat? Et si descendit Spiritus super hominem dignum se, super te autem veras columbas descendisse sentiendum est; ut te columbarium potiùs furem accipiamus, insidias eis ac laqueos molientem; dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris; ego tamen parco, ne auditores videar offendere hæc dicens, & maximè quia præter propositum meum, in te ingerere, quæ merearis audire. Sed redeam ad rem. Memor sum enim transformationis suæ, qua dicis, quia Deus transformaverit se in hominem, vel in solem, ex hoc volens ostendere Jesum nostrum habitu solo, & visu factum esse hominem; quod absit ab unoquoque fidelium dicere. Hæc alioquin secundùm te ad somnium nobis redeant universa, & figuras; non solùm autem, sed adventûs homen delebitur; poterat enim in cœlo positus facere quæ voluerat, si Spiritum eum esse, & non hominem, dices. Sed non ita est, quoniam *Exinanivit semetipsum formam servi accipiens.* r) Dico autem de eo, qui ex Mariâ factus est homo. Quid enim? non poteramus & nos multò faciliùs & lautiùs ista narrare? sed absit ut à veritate declinemus jota unum, aut unum apicem. Est enim qui de Mariâ natus est filius, qui totum hoc, [5] quo magnum est, voluit perferre certamen Jesus. Hic est Christus Dei, qui descendit super eum, qui de Mariâ est. Quòd si non credis neque voci, quæ cœlitus facta est, temerarium aliquod ipse producis, &, si dixeris, nemo credet. Statim enim in desertum à spiritu ductus est Jesus, ut tentaretur à Diabolo, quem cùm Diabolus ignoraret, dicebat ei, s) *Si filius es Dei.* [6] Ignorabat autem propter quid genuisset Filium Dei, qui prædicabat regnum cœlorum, quod erat habitaculum magnum, nec ab ullo alio parari potuisset; unde & affixus Cruci, cùm resurrexisset ab inferis, assumptus est illuc, ubi Christus Filius Dei regnabat; ut cùm judicium habere cœperit, hi qui ignoraverunt eum, videant quem compunxerunt. * Ut autem credas; cùm Discipuli ejus per annum integrum manserunt cum eo, quare nullus ipsorum procidit super faciem suam, sicut paulò ante dicebas; sed in unâ horâ illâ, quando sicut sol resplenduit vultus ejus? Nonne propter habitaculum illud, quod ex Mariâ fuerat effectum? Sicut enim Paracliti pondus nullus alius valuit sustinere, nisi soli Discipuli, & Paulus Beatus; ita etiam Spiritum, qui de cœlis descenderat, per quem vox paterna testatur dicens, t) *Hic est filius meus dilectus*, nullus alius portare prævaluit, nisi qui ex Mariâ natus est, super omnes Sanctos Jesus. Sed & ad hæc, quæ objicio, responde. Si habitu eum & specie dicis esse hominem, quomodo ab his, qui ex viro & muliere nati sunt, Pharisæis teneri potuit, & ad judicium protrahi, cùm spirituale corpus à craf-

1 In codice Casinensi scribitur, *sicut homo ac opinione.*
2 Codex Casinensis ita legit, *banc quæstionem diffigenter aptare tam manifestarem, atque manifestè dissolverem;* Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus respondet, nos hunc locum restituimus,
3 *Respondeam*, pro, *respondebo*; sic in cap. 48. *edoceam*, pro, *edocebo*.
4 Casinensis, *ut dicam dilere non homo.* Videant Eruditi, an rectè emendatum sit.
5 Fortè, *quod.*
6 Locum hunc nostrâ conjecturâ ita correximus, ut aliquis inde sensus eliceretur; nam in Casinensis codicis lectione magna obscuritas ex librarii erroribus exorta; sic enim se habet, *Ignorabat autem propter qui genuisset filium Dei prædicabat regnum cœlorum, qui erat,* &c.

r) Philip. 2. 7. s) Matth. 4. 1. * Joh. 19. 37. t) Matth. 3. 17.

à crassioribus corporibus non valeat comprehendi ? Quòd si habes aliquid, quod ad verbum, atque ad propositum respondeas, qui nunquam ad proposita respondisti, perge quæso, & pugillum plenum solis mihi affer, aut modium plenum ? Ipse verò sol pro eo quòd subtilioris est corporis, cooperire te, & circundare potest, tu verò eum, etsi conculcaveris, nihil lædis. Dominus verò meus Jesus, si tentus est, ut homo ab hominibus tentus est. Si non est homo, nec tentus est. Si non est tentus, nec passus est, nec baptizatus est. Si ille non est baptizatus, neque quisquam nostrûm baptizatus est. Baptisma autem si non est, nec erit remissio peccatorum, sed in suis peccatis unusquisque morietur. MANES DIXIT, Ergo baptisma propter remissionem peccatorum datur ? ARCHELAUS DIXIT, Etiam. MANES DIXIT, Ergo peccavit Christus, quia baptizatus est ? ARCHELAUS DIXIT, Absit; quin potiùs pro nobis peccatum factus est, nostra peccata suscipiens, [1] propter quod ex muliere natus est,& propter quod ad baptisma venit, ut hujus partis perciperet purificationem, ut Spiritum, qui descenderat in specie columbæ, corpus, quod susceperat, portare possit.

LI. Hæc cùm dixisset Archelaus, admiratæ sunt turbæ veritatem doctrinæ ejus, & laudes ei immensas cum clamoribus reddiderunt, ita ut omni studio conarentur, [2] & ultrà ei non sinerent ad propria remeare ; & tunc quidem discesserunt. Postea verò congregatis eis. Archelaus acquiescere sibi, atque audire verbum suadebat : non enim soli, qui cum Diodoro erant, audiebant eum, sed omnes quicunque ex provinciâ ejus aderant, atque ex vicinis locis ; factoque silentio, hoc modo de Mane dicere aggressus est. Qualiter se quidem habeat nostra doctrina audistis, & fidei nostræ experimenta cœpistis; prout potui enim intelligere Scripturas, coram omnibus vobis exposui. Sed nunc [3] paucissimè dicere volente deprecor, ut cum silentio audiatis, ut agnoscatis, qui sit, & unde, & qualis sit iste, qui advênit, sicut Sisinius [4] quidam unus ex comitibus ejus indicavit mihi, quem etiam ad testimonium eorum, quæ à me dicentur, si placet, vocare paratus sum. Sed ne [5] ipse quidem dicere recusavit eadem, quæ nos dicimus, præsente Mane ; credidit enim doctrinæ nostræ supradictus, sicut & apud me alius Turbo nomine. Quæcunque ergo contestati sunt mihi, sed & ea quæ nos ipsi deprehendimus in hoc viro, non faciam latere conscientiam vestram. Tunc verò turbæ eo ampliùs incitatæ, congregatæ sunt ad audiendum Archelaum ; etenim ea, quæ ab eo dicebantur, plurimam eis oblectationem præbebant ; propter quod & certatim adhortabantur eum dicere quæcunque vellet, quæcunque sentiret ; paratos se esse ad audiendum, & usque ad vesperum permanere, etiam accensis luminibus, pollicebantur : quorum animositate incitatus Archelaus cum omni fiduciâ dicere exorsus est. Viri fratres, superiores quidem causas Domini mei Jesu audistis, dico autem eas, quæ ex lege & Prophetis judicantur ; inferiores verò Domini mei Jesu Christi Salvatoris nostri non ignoratis. Sed quid plura ? Appellati sumus ex Salvatoris desiderio Christiani, sicut universus orbis terrarum testimonium perhibet, atque Apostoli *u*) edocent ; [6] sed & optimus architectus ejus, fundamentum nostrum, idest Ecclesiæ, Paulus posuit, & legem tradidit, [7] ordinatis Ministris, & Presbyteris, & Episcopis in eâ, describens per loca singula, quomodo, & qualiter oporteat Ministros Dei, quales & qualiter fieri Præsbyteros, qualesque esse debeant, qui Episcopatum desiderant ; quæ omnia bene nobis, & rectè disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ disciplina. Istius verò, qui nunc nobis ex Persarum provinciâ ebullivit, Manes nomine, adversùm quem mihi disputatio jam secundò commota est, genus vobis dicam, & totum ; sed & doctrina ejus unde descendat lucidissimè demonstrabo. Iste non est primus auctor hujuscemodi doctrinæ, nec solus ; sed quidam ex Scythia, [8] Scythianus nomine, Apostolorum tempore fuit sectæ hujus auctor & princeps,

1 In codice Casinensi, quo usi sumus, adverbium *propter*, desideratur, sed illud librarii oscitantiâ omissum fuisse sequentia clarè demonstrant.
2 Et hic particula, *&*, deest in codice Casinensi, quam tamen orationis series evidenter exposcit.
3 Fortè, *paucissimè*.
4 Codex Casinensis nullo sensu habet, *Sisinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam &c.*
5 Et hic emendavimus codicis Casinensis lectionem, ita se habentem, *ipse quidem me dicere recusavit &c.*
6 Codex Casinensis, *Sed & optimos architectos ei fundamentum*, cujus manifestam corruptionem modicâ mutatione sustulimus.
7 Locus notandus de Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordine ab Apostolis instituto. Episcopos autem, Presbyteros, & Ministros tantùm nominat Archelaus, quòd Ministrorum, hoc est, Diaconorum nomine omnes infra Presbyteratum ordines antiquissimi Patres comprehendere consueverint ; ita Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pag. 667. Tertullianus de Baptismo cap. 17. Origenes homil. 2. in Hierem. & in Matthæi cap. 19. pag. 363 & alibi passim.
8 Qui *Scythianus* apud omnes alios veteres, qui de Manichæorum hæresi tractarunt, appellatur, tam hic, quàm in sequentibus à veteri interprete, *Scutianus* & *Excutianus* vocatur, nisi ubique imperiti librarii sit error.

u) I. Cor. 3. 10.

ceps, ficut & fuerunt & multi alii apoftatæ, qui primatus fibi vindicare cupientes, falfa pro veris confcripferunt, fimpliciores quofque ad fuam libidinem pervertentes, quorum nòmina, & perfidias dicere nunc tempus non finit. Hic ergo Scythianus dualitatem iftam introducit contrariam fibi, quod ipfe à Pythagorâ fufcepit, ficut & alii omnes hujus dogmatis fectatores, qui omnes dualitatem defendunt, declinantes Scripturæ viam directam; fed non in ampliùs proficient.

LII. Nullus tamen ita impudenter prævaluit ficut ifte Scythianus. Inimicitias enim inter duos ingenitos introduxit, & omnia hæc, [1] quæ confequuntur hujufcemodi affertionem. Quique Scythianus ipfe ex genere Saracenorum fuit, & captivam quandam accepit uxorem de fuperiore Thebaide, quæ eum fuafit habitare in Ægypto magìs, quàm in defertis. Atque utinam nunquam eum illa provincia fufcepiffet, [2] in qua cùm eum habitaret, cùm Ægyptiorum fapientiam didiciffet; erat enim, ut quod verum eft dicamus, valde dives ingenio, & opibus, ficut hi, qui fciebant eum per traditionem nobis quoque teftificati funt. Difcipulum autem habuit quendam, [3] nomine Terebinthum, qui fcripfit ei quatuor libros, ex quibus unum quidem appellavit Myfteriorum, alium verò Capitulorum, tertium autem Evangelium, & noviffimum omnium Thefaurum appellavit, & erant ei ifti quatuor libri, & unus difcipulus nomine Terebinthus. Quia ergo aliquantum temporis fecum ifti ambo decreverant foli habitare; placuit Scythiano difcurrere in Judæam, ut ibi congrederetur cum omnibus, quicunque ibi videbantur effe doctores, & pervênit eum continuò vitâ defungi, nec potuiffe aliquid promovere. Ille verò difcipulus, qui cum eo fuerat converfatus, in fugam verfus eft, & Babyloniam petiit, [4] quæ nunc provincia habetur à Perfis, quæque abeft nunc à locis noftris itinere dierum, & noctium ferme fex; quò cùm veniffet, talem de fe famam pervulgavit ipfe Terebinthus, dicens omni fe fapientiâ Ægyptiorum repletum, & vocari non jam Terebinthum, [5] fed alium Buddam nomine, fibique hoc nomen impofitum, ex quâdam autem virgine natum fe effe, fimul & ab Angelo in montibus enutritum. [6] Parcus verò quidam Propheta, & Labdacus Mithræ filius, arguebat eum mendacii, & erat eis quotidie animofa exaggeratio de hujufmodi negotio. Sed quid plura? Licèt frequentiùs objurgaretur, tamen nuntiabat eis, quæ ante feculum effent, & de fphæra, & duobus luminaribus; fed & quò, & quomodo animæ difcedant, & qualiter iterum revertantur in corpora, & alia multa hujufcemodi & horum nequiora, ideft, bellum Deo commotum effe in principiis, ut ipfe Propheta crederetur. Pro quibus dum argueretur, ad viduam quandam receffit cum fuis quatuor libris; nullo ibidem difcipulo acquifito, præter anum folam, quæ ejus particeps facta eft. [7] Tunc deinde mane primo afcendit folarium quoddam excelfum, ubi nomina quædam cœpit invocare, quæ nobis Turbò dixit, folos feptem electos didiciffe. Cùm ergo afcendiffet ritûs nefcio cujus, vel artificii gratiâ; folus autem afcendit, [8] ne inde ab aliquo convinci poffet, quòd fi diffimulaffet, vel pro nihilo duxiffet, cogitabat fe à veris principibus pœnis effe fubditum. Hæc eo cogitante, juftiffimus Deus fub terras eum detrudi per fpiritum jubet, & continuò de fummo dejectus, exanime corpus deorfum præcipitatum eft, quod anus illa miferta, collectum locis folitis fepeliit.

LIII. Tunc omnia illa, quæ fecum de Ægypto pertulerat, manferunt apud eam, & gavifa eft valde de morte ejus, duplici causâ, primò quòd non libenter afpiceret artes illius, fecundò pro his, quæ de hæreditate fuerat confecuta; erat enim multum pretii. Quæ cùm fola effet, habere aliquem ad minifterium voluit, & comparavit fibi puerum annorum ferme feptem, [9] Corbicium nomine,

1 In eodem codice, *quæ eum fequuntur.* mala lectio.

2 Hic nonnulla deeffe palàm eft. Fortè, *in qua cùm diu habitaret, depravatus eft, cùm Ægyptiorum fapientiam didiciffet.*

3 Et hic manifeftus eft librarii error in codice Cafinenfi, in quo, fcribitur *Terbonem*; nam Cyrillus Hierofolym. Catechefi 6. & alii omnes Τέρβινθον, *Terbinthum*, feu *Terebinthum*, Scythiani difcipulum faciunt. Quin & in feqq. ubique *Tereventus* fcribitur. Quòd verò ait Archelaus, hunc Scythiano fcripfiffe quatuor libros, quos recenfet, contrarium eft Cyrilli mox laudati narrationi, aliifque, qui Scythianum folum eorum auctorem agnofcunt.

4 Nota quoufque extenderentur Imperii Romani limites eo tempore, quo Archelaus cum Manete difputavit.

5 Mirè hic fefe exerit librarii, qui Cafinenfem codicem exaravit, ofcitantia; fcripfit enim, *fed aliud cujufdam nomine.* legendum autem effe, *fed alium Buddam nomine*, Cyrilli Hierofolymitani, Epiphanii, & aliorum narrationes palàm evincunt.

6 De his Perfarum Sacerdotibus, vide Epiphanium in hac hærefi num. 3. & nos in Manichæorum Hiftoriâ.

7 In codice Cafinenfi fcribitur, *Nunc*; fed *Tunc*, legendum effe non ambigo.

8 Codex Cafinenfis habet, *ut inde ab aliquo convinci poffit.* Contrarius tamen fenfus, quem expreffimus, verior eft; nam id fibi vult Archelaus, Manetem folum, cujufdam præftigii causâ, folarium afcendiffe, ne à Parco, & Labdaco Mithræ facerdotibus id egiffe deprehenfus, debitas pœnas Perfarum Regi perfolveret.

9 *Cubricum*, Κούβρικον, hunc, non *Corbicium*, vocant Cyrillus, Epiphanius, & alii.

mine, quem statim manumisit, ac literis erudivit. Quique cùm duodecim annorum esset effectus, anus illa diem obiit, ipsique universa bona sua tradidit, & cum cæteris [1] reliquis, etiam quatuor illos libellos, quos Scythianus scripserat, non multorum versuum singulos. Tunc ergo Corbicius, sepultâ dominâ, bonis sibi derelictis omnibus uti cœpit, & migravit ad medium civitatis locum, in quo manebat Rex Persarum, & commutato sibi nomine, Manem semetipsum pro Corbicio appellavit; nec Manem, sed Manes; Persarum enim lingua tali utitur declinatione. Effectus igitur puer ille annorum propè [2] sexaginta, eruditus secundùm doctrinam, quæ in locis illis est, & penè dixerim super omnem hominem, diligentiùs tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur, acquisivit etiam discipulos tres, quorum nomina sunt hæc, Thomas, Addas, & Hermas. Tunc assumit illos libellos, & transfert eos, ita ut multa alia à semetipso insereret eis, quæ anilibus fabulis similia sunt. Habebat ergo tres istos discipulos conscios malorum suorum; nomen verò libellis proprium adscribit, prioris nomine deleto, tanquam si eos solus ex semetipso conscripserit. Tunc visum est ei mittere discipulos suos cum his, quæ conscripserat in libellis, ad superiora illius Provinciæ loca, & per diversas civitates, & vicos, ut haberet aliquos se sequentes, & Thomas quidem partes Ægypti voluit occupare, Addas verò Scythiæ, solus autem Hermas residere cum eo elegit. Cùm ergo illi essent profecti, Regis filius ægritudine quadam arreptus est, quem Rex curari desiderans, edictum proposuit [3] in vita, siquis eum curare possit, accipere præmium, multo proposito. Tum iste, sicut illi, [4] qui cibum, quod nomen est tale eludere solent, præsentiam suam Manes exhibet apud Regem, dicens se esse puerum curaturum, quæ cùm audisset Rex, suscepit eum cum obsequio, ac libenter habuit. Verùm ne multa narrando, quæ gessit, tædium auditoribus inferam, mortuus est puer in manibus ejus, vel potiùs extinctus. Tunc Rex in carcerem detrudi jubet Manem, & ferri [5] talento onerari. Illi verò duo discipuli ejus, qui missi fuerant ad docendum per singulas civitates, quærebantur ad pœnam. Quique fugientes licèt, nunquam cessarunt alienam hanc, & ab Antichristo inspiratam, per loco singula inserere doctrinam.

LIV. Post hæc ad magistrum suum redeunt, referentes quæ eis acciderant; audiunt etiam ea, quæ in ipso collata sunt mala; accedentes ergo, ut [6] dicebam, ad eum fui, & suggerentes ei de his malis, quæ per loca singula patiebantur; de reliquo [7] converti se debere ad salutem suadebant; pertimuerant enim, verentes ne quid sibi ex his malis, quæ illi inferebantur, [8] accederet. At ille suadens eos nihil vereri, ad orationem consurgit. Tunc deinde jubet, in carcere positus, legis Christianorum libros comparari; valde enim hi, qui missi fuerant ab eo per singulas civitates, ab omnibus hominibus execrationi habebantur, maximè apud quos Christianorum nomen venerationi erat. Sumpto ergo aliquantulo auri modo, abierunt [9] ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur, & simulantes se nuntios esse Christianos, rogabant præstari sibi libros Scripturarum nostrarum, & deferunt ad eum in carcere constitutum, quibus ille acceptis, homo astutus cœpit in nostris libris occasiones inquirere dualitatis suæ, nec suæ quidem, sed Scythiani, qui hoc ante plurimum temporis protulerat; & in nostris libris, sicut etiam adversùs me disputans fecit, assertionem suam proferre, quædam in his accusans, quædam permutans, solo Christi nomine adjecto; quem se idcirco suscipere simulavit, ut per civitates singulas sanctum & divinum nomen audientes Christi, minimè execrantes eos, discipulos istius non fatigarent. Inveniens autem vocem etiam de Paraclito positam in Scripturis, semetipsum esse subjecit, qui non legerat diligenter, quia Paraclitus jam tunc venisset, cùm Apostoli adhuc essent super terram. His ergo tam sceleratè compositis, mittit & discipulos suos prædicaturos intrepidè fictos simulatosque errores, & novas, falsasque voces annuntiaturos per loca singula. Quod cùm Rex Persarum cognovisset, dignis eum suppli-

1 Fortè, *reliquit.*
2 Ita constanter in Casinensi codice scribitur; vereor tamen ne in hoc annorum numero mendum sit.
3 Legendum fortasse, *invitans.*
4 Locus valde corruptus. Fortè legendum, *qui cybum, quod nomen est tali, ludere.*
5 Hoc est, vinculis ferreis, ab eorum pondere, nam τάλαντον interdum est pondus.
6 In codice Casinensi, *ut dicebant*; nos levi mutatione, *dicebam*, emendandum censuimus. Sed & fortasse, *ut decebat*, legendum; melior tamen visa est prior lectio.
7 In eodem codice, *conventi*, scribitur; sed *converti*, legendum esse, quæ sequuntur clarè, ut arbitror, innuunt.
8 Fortè, *accideret.*
9 Vides ut arcani disciplinam in occultandis fidei mysteriis olim custodierint Christiani, & quanto curaverint studio, ne sacrosanctæ Legis libri ad Gentilium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani persecutio exorta esset, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet, non ubique; sed certis quibusdam in locis Christianorum libros vendi consuevisse.

ſuppliciis ſubdere parat. Quo Manes agnito, admonitus in ſomnis, elapſus de carcere, in fugam verſus eſt, auro plurimo cuſtodibus corruptis, & manſit in caſtello Arabionis. Unde ſcriptam epiſtolam per Turbonem ad Marcellum noſtrum miſit, in qua ſignificavit ſe eſſe venturum. Quò cùm veniſſet, fuit nobis certamen tale, quale & hìc vidiſtis, & audiſtis, in quo, prout potuimus, oſtendimus eum Pſeudoprophetam. Sed cuſtos quidem carceris, qui eum dimiſerat, punitus eſt; Rex verò eum requiri juſſit, & in quibuſcunque locis repertum comprehendi. Hæc cùm ego cognoviſſem, neceſſarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iſte à Rege Perſarum uſque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem comprehenſum tradere poteſtati barbarorum, qui erant vicini [1] ultra Strangam fluvium, quoniam & ante tempus venerant quidam ad requirendum eum, quo nuſquam reperto, diſceſſerant; erat enim tunc in fugâ conſtitutus. Cùm ergo hæc ita Archelaus prodidiſſet, continuò ſe in fugam dedit Manes, & evadere potuit, dum nemo eum inſequeretur. Sed populus, cùm Archelai quem libenter audiebant, relatione teneretur, quidam tamen crebrè inſecuti ſunt poſt eum. Sed ille vias, quibus venerat, repetens, tranſito fluvio ad Arabionis caſtellum rediit, ubi poſtea comprehenſus, oblatus eſt Regi; quique plurimâ adverſùs eum indignatione commotus, duas mortes in eum vindicare cupiens, unam filii, alteram carcerarii, juſſit eum ante portam civitatis excoriatum ſuſpendi; & pellem ejus, medicamentis infectam, inflari; carnes verò volucribus dari juſſit. Quibus poſtea agnitis, Archelaus adjecit ea priori diſceptationi, ut omnibus innoteſceret, ſicut ego, qui inſcripſi in prioribus expoſui. Congregatis igitur omnibus Chriſtianis, ferri adverſùs eum ſententiam placuit, veluti epilogum quendam [2] morti ejus tranſmittentes, conſonantem reliquis vitæ ejus negotiis. Addidit etiam hoc Archelaus dicens, Viri fratres, ne quis veſtrum incredulus ſit his, quæ à me dicta ſunt, ideſt, quòd non ipſe primus auctor ſcelerati hujus dogmatis extiterit Manes; ſed tantùm, quòd per ipſum aliquibus terræ partibus manifeſtatum ſit. Sed non ſtatim is, qui aliquid quocunque portaverit, auctor ejus putandus eſt, ſed qui invenerit. Sicut enim gubernator acceptam navem, quam alius fecit, ad quæcunque loca voluerit perducere, alienus eſt tamen omni genere à conſtructione ejus, ita intelligendus eſt & iſte; non enim ex initio huic rei ipſe originem dedit; [3] ſed ea tantùm, quæ ab alio fuerant inventa, per ſe detulit hominibus, ſicut certis teſtimoniis notum eſt, quibus propoſitum eſt vobis oſtendere, [4] non ex Mane originem mali hujus manaſſe; ſed ab alio, & ante multum temporis à barbaro quodam exorta, in ſilentio habita, ab iſto verò ignotè latentia, veluti propria ejus eſſe prolata, deleto conſcriptoris titulo, ſicut ſuperiùs expoſui. Fuit prædicator apud Perſas etiam [5] Baſilides quidam antiquior, non longè poſt noſtrorum Apoſtolorum tempora, qui & ipſe cùm eſſet verſutus, & vidiſſet, quòd eo tempore jam eſſent omnia præoccupata, dualitatem iſtam voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cùm nihil haberet, quod aſſereret proprium, [6] aliis dictis propoſuit adverſariis. Et omnes ejus libri difficilia quædam & aſperrima continent. Extat tamen tertius decimus liber tractatuum ejus, cujus initium tale eſt, *Tertium decimum nobis tractatuum ſcribentibus librum, neceſſarium ſermonem uberemque ſalutaris ſermo præſtavit.* Per parvulam divitis, & pauperis naturam ſine radice, & ſine loco rebus ſupervenientem, unde pullulaverit indicat. Hoc autem ſolum caput liber continet. Nonnè continet & alium ſermonem, & ſicut opinati ſunt quidam, nonnè omnes offendemini ipſo libro, cujus initium erat hoc? Sed ad rem rediens. Baſilides interjectis plus minus vel quingentis verſibus ait, *Deſine ab inani, & curioſâ varietate, requiramus autem magis, quæ de bonis & malis etiam barbari inquiſierunt, & in quas opinio-* nes

1 Et hic præciſiùs Imperii Romani limes, quinam Archelai ætate, & Probo imperante eſſet, deſignatur.

2 Fortè, *mortu ejus.*

3 Malè codex Caſinenſis, *ſed etiam.*

4 Aut nihil video, aut ita corrigenda eſt codicis Caſinenſis lectio, quæ ſic ſe habet, *non ex Manen originem mali hujus Manes eſſe.*

5 Etſi Baſilidem, qui paulò poſt Apoſtolorum tempora hæreſim docuit, Alexandrinum fuiſſe, & in Ægypto ſcholas erroris aperuiſſe teſtetur Euſebius lib. 4. Hiſt Eccleſiaſt. cap. 7. nihilominus, qui ab Archelao memoratur, idem ac Baſilides Alexandrinus eſſe videtur, licèt apud Perſas hæreſim prædicaſſe dicat. Fieri enim poteſt, ut Baſilides Alexandriâ digreſſus, Perſas quoque hæreticis dogmatibus inficere tentaſſet. Sanè Baſilidis Perſæ nulla, quod ſciam, apud veteres mentio. Scripſit autem Baſilides Alexandrinus libros 24 in Evangelium, eodem Euſebio teſte, qui non alii eſſe videntur à tractatuum libris, quos laudat Archelaus, & ab exegeticis illis, ex quorum libro 23. quædam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. An autem Evangelium illud, in quod Baſilides ſcripſit, Apoſtolorum eſſet, an aliud, quod ſuo marte confinxit, cujus meminit Origenes Hom. 1 in Lucam, Hieronymus in prologo ſuorum Comm. in Matthæum, & Ambroſius in prologo in Evangelium Lucæ, non ſatis liquidò conſtat.

6 Fortè, *aliorum dicta.*

nes de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum dixerunt, initia omnium duo esse, quibus bona & mala associaverunt, ipsa dicentes initia esse & ingenita, idest in principiis lucem fuisse, ac tenebras, quæ ex semetipsis erant, non quæ esse dicebantur. Hæc cùm apud semetipsa essent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet, [1] *& qualis sibi competeret; omnibus enim amicum est, quod est proprium, & nihil sibi ipsum malum videtur. Postquam autem ad alterutrùm agnitionem uterque pervênit,* [2] *& tenebræ contemplatæ sunt lucem, tanquam melioris rei sumptâ concupiscentiâ, insectabantur ea commisceri.*

Nonnulla fortasse desunt.

1 In codice Casinensi, *& quales ibi competeret.*

2 Tenebras desiderio lucis adipiscendæ actas fuisse Manes quoque asserit in cap. 13. hujus operis, & apud Titum Bostrensem adversùs Manichæos lib. 1. pag. 48. editionis Canisianæ.

FRAGMENTUM*

Actorum ejusdem Disputationis ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi sextâ.

Fugit è carcere (Manes), & in Mesopotamiam venit: verùm obstitit ei armis justitiæ Archelaus Episcopus: & sub philosophis eum judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne, si Christiani judices essent, viderentur favisse. Age profer, ait Archelaus ad Manem, quod prædicas. At ille, cui os quasi sepulchrum patens erat, primum à blasphemiâ Creatoris omnium, initium sumpsit, inquiens, Veteris testamenti Deus, malorum inventor est, de se ipse dicens *x) Ego ignis consumens.* Tum sapiens Archelaus hanc solvit, refutavitque blasphemiam his verbis, Si veteris Deus testamenti, ut ais, ignem se dicit, cujus est ille filius, qui ait, *y) Ignem veni mittere in terram?* Si culpas eum, qui dicit, *z) Dominus mortificat, & vivificat,* quamobrem Petrum colis, qui Tabitham à mortuis excitavit, & Saphiram morti tradidit? Si vitio vertis, quod ignem præparavit, quare hunc non carpis, qui dicit, *a) Discedite à me in ignem æternum?* Si reprehendis eum qui dicit, *b) Ego Deus faciens pacem, & creans mala,* expone quo modo Jesus dicat, *c) Non veni pacem mittere, sed gladium?* Cùm ambo paria dicant, è duobus alterum, aut uterque bonus, eo ipso quòd verbis congruant: aut si Jesus hæc dicens, abest à reprehensione, quare dignum reprehensione clamas eum, qui in veteri testamento similia profert? Tum Manes ei dicit; Et qualisnam Deus excæcat? Pauli enim verba sunt, *d) In quibus Deus seculi hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut ne fulgeat in illis illuminatio Evangelii.* Archelaus autem hoc præclarè refellens, Quæ paululum antecedunt, inquit, lege. *Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in*

Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν. ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλῳ δικαιοσύνης Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος. καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων, δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι. Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. ὁ δὲ, τάφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τοῦ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἤρξατο, φάσκων, Ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κακῶν ἐστιν εὑρετὴς, λέγων περὶ ἑαυτοῦ, Ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον. ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπεξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών. Εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ. διὰ τί τιμᾷς Πέτρον τὸν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα. τὴν δὲ Σαπφείραν θανατώσαντα; εἰ δὲ καὶ μέμφῃ, ὅτι πῦρ ἡτοίμασε, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακὰ, ἐξήγησαι, πῶς λέγει Ἰησοῦς, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον, ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν. ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ λέγοντα; εἶτα ὁ Μάνης πρὸς τοῦτον λέγει, Καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ. Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων, Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου. ὁ δὲ Ἀρχέλαος, καλῶς ὑποκρούσας, Προανάγνωθι, φησὶν, ὀλίγον. εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται; οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. εἶτα,

ἄρα

* Ne quidpiam actorum disputationis Archelai Episcopi cum Manete omitteremus, opportunum censuimus hic eorundem fragmentum ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi sextâ pag 147. primæ editionis desumptum, corollarii loco subjungere, eò præsertim quòd in præcedentibus actis, ab Hegemonio, ut videtur, Presbytero in epitomen redactis, non reperiatur.

x) Deut. 4.34. y) Luc. 12.49. z) I. Reg. 2.6. a) Matth. 25.41.
b) Isa. 45.7. c) Matth. 10.34. d) II. Cor. 4.4.

ἆρα μόνος ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, Ἰησοῦς δὲ αὐτὸς οὐκ εἴρηκε, διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι. μὴ μισῶν αὐτοὺς, ἐβούλετο μὴ βλέπειν, ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία, ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ τῆς χάριτος. τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται, ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται. εἰ δὲ δεῖ καὶ ὥς τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα. εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ἐπὶ καλῷ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια ἀναβλέψωσιν· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι· τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ λῃστρικὸν, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτω νοῆσαι· ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις· τυφλοῖ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός. οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων οὐ βλέπει· οὕτω καὶ οἱ ἀπιστίᾳ νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, οὐ δύνανται ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν. καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλ' εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται. ἡ δόξα δὲ τοῦ εὐαγγελίου, τοῖς Χριστοῦ μόνοις γνησίοις ἀφώρισται· ἐλάλει ὁ κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολὰς, ὁ αὐγασμὸς τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τῆς ἀπίστοις· ταῦτα τὰ μυστήρια νῦν ἡ Ἐκκλησία διηγεῖται τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ· οὐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι· οὐ γὰρ ἐθνικῷ τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια. οὐδὲ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ, νοήσωσι· καὶ οἱ μὴ εἰδότες, μὴ βλαβῶσι.

iis qui pereunt, est opertum. Videsne pereuntibus obtectum dici Evangelium? Non enim danda sunt sancta canibus. Præterea, solusne veteris testamenti Deus excæcavit cogitationes infidelium? Jesus etiam ipse nonnè dixit, e) *Ideo ipsis in parabolis loquor, ut videntes non videant?* Odio ne eos prosequens, volebat ut non viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim voluntaria malitia, illic & gratiæ donum abest. f) *Habenti enim dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod se putat habere, auferetur.* Quanquam etiam, ut interpretantur nonnulli, dici possit, qui sermo non malus est, etiam si excæcarit infidelium mentes, ad rem bonam excæcavit, ut ad sancta respiciant. Non enim dixit, Excæcavit eorum animam, sed *cogitationes infidelium*. Quod autem ait, tale est: Excæca scortatoris scortandi cogitationes, & servatus est homo: excæca latronis rapiendi & latrocinandi studium, & salvus est homo. Verùm hoc modo non vis intelligere. Est & alia interpretatio: Excæcat & sol lusciosos, & oculorum imbecillitate laborantes excæcantur lumine perculsi: non quòd sol excæcandi facultate sit præditus, sed quòd oculorum status non cernat: sic & quibus corda laborant incredulitate, ii divinitatis radios contueri non possunt. Nec dixit, Excæcavit cogitationes ne audiant Evangelium, sed *ne* g) *fulgeat in illis illuminatio gloriæ, Evangelii Domini nostri Jesu Christi.* Nam Evangelium audire ab omnibus expetitur: at Evangelii gloria solis Christi germanis tribuitur. Dominus loquebatur in parabolis iis quidem, qui poterant audire: Discipulis verò privatim parabolas & similitudines explicabat. Gloriæ fulgor eorum est, qui jam illustrati sunt: excæcatio, infidelium. Hæc mysteria nunc patefacit Ecclesia ei, qui ex catechumenis excedit: nec moris est, Gentilibus exponere. Non enim Gentili cuiquam de Patre & Filio & Spiritu sancto arcana mysteria declaramus: neque palàm apud catechumenos de mysteriis verba facimus, sed multa sæpe loquimur occultè, ut fideles, qui rem tenent, intelligant: & qui non tenent, ne lædantur.

e) Matth. 13. 13. f) Matth. 25. 29. g) II. Cor. 4. 4.

Hactenus Fragmentum disputationis Archelai Episcopi cum Manete Hæresiarcha ex Cyrillo Hierosolymitano.

AUCTOR LIBELLI SYNODICI
à B. D. JO. PAPPO vulgati Cap. XXVII.

Σύνοδος θεῖα καὶ ἱερὰ μερικὴ συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ὑπὸ Ἀρχελάου Ἐπισκόπου Καρχάρων καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου, ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε.

Synodus divina & sacra particularis collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum Episcopo & Diodoro Sacerdote, contra Manem infernalem & Diodoriadem Presbyterum, quæ multis modis confutatos hosce abdicavit.

HISTORIA HÆRESEOS MANICHÆORUM,
è Codice Regio Taurinensi.

[a] Scythianus quidam fuit ex genere Saracenorum, à quo hæresis Manichæorum orta est, qui adversus veram rectamque fidem quatuor libros conscripsit, quorum unum vocavit *mysterium*, secundum *Capitulorum*, tertium *Evangelium*, quartum vero *Thesaurum* appellavit, & habuit discipulum nomine *Terebintus*, qui discipulus, mortuo *Scythiano*, [b] sumens memoratos quatuor libros, nec non & pecuniam non parvam; quoniam [c] fuit *Scythianus* valde ditissimus erat. Ergo, ut memorabimus, *Terebintus* devenit in Persida, & à quâdam viduâ solitariâ susceptus est, quæ sola secreta ejus scire potuit. Hic elatione tumidus dicebat se de virgine natum, & ab Angelo in montibus enutritum, qui etiam, mutato sibi nomine, *Baddam* se pro *Terebinto* appellavit. Sed cum quâdam die in solario ascenderet, ab immundo spiritu exinde dejectus, repente spiritum reddidit. Tum vidua, quæ eum susceperat, pro morte ejus pecuniæ cupiditate gavisa puerum sibi pro senectutis solatio [d] comparavit, nomine *Curbitius*, quem & litteris non mediocribus erudivit, post cujus mortem non solum libros, quos *Terebintus* reliquerat, sed & pecuniam *Curbicii* sumens, Trembi * discipulos adquisivit, quorum unus *Thomas*, alius *Abda*, tertius est *Hermas*. Hos ad prædicandum libros, quos *Scythianus* conscripserat, mittebat, [e] quibus plurimæ provinciæ in memoratâ sectâ irretitæ sunt. Tamen & ipse *Curbicius* post mortem viduæ, immutato sibi nomine *Manen* se pro [f] *Curbicio* nuncupavit, qui aliquando à Rege Persarum comprehensus, tali sententiâ damnatus est, ut hircorum more discoriatus, uter ejus ad portam penderet, carnes vero ejus volucribus cœli ad escam proficerent. Hæc ita esse melius nosse cupientes Archelaum legant.

[a] MS. *Scitianus.* [b] *sumebat.* [c] hoc *fuit* delendum esse arbitror. [d] MS. *comparabit.* * Videtur legendum *tres.* [e] MS. *per quibus.* [f] MS. *Curbicium.*

FRAGMENTUM VETUSTISSIMUM
IN QUO
MANICHÆORUM HÆRESIS DAMNATUR;
è Codice MS. Bibl. Ambrosianæ.

. . . . *quod Christus est, faciens Deum verum, Anathema sit; homo enim per adoptionem, & sanctificationem, Fidei potestatem Dei Filius efficitur, Christus autem verus Deus veri Dei Patris est Filius per naturam.*

Si quis animam hominis non confitens creaturam, sed ex substantia eam adserat Creatoris, vel dicat Dei portionem, Anathema sit.

Si quis Patrem, & Filium animam, & sensum dicit esse, Anathema sit.

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum totam Dei in terrena humilitate, vel animalem evaquans Deitatem hominem vult intelligi, Anathema sit.

Si quis doctrinam potestatem dans hoc vult intelligi Trinitatem, & non potius inseparabilem unam eamdemque adsignet potestatem, Anathema sit.

Si quis dixerit de Deo Patre omnipotente, ipse est Jesus, ipse est Christus, ipse Filius, ipse Pater, ipse Spiritus homo, Anathema sit.

Si quis animam cointemporalem adserat Deo, & non ei, postquam a Deo creata est, aeternitate fuisse donatam, Anathema sit.

Si quis duas animas in homine esse, unam de substantia Dei, & alteram carnis, Anathema sit.

Si quis peccatum carnis non dicit pertinere ad animam, Anathema sit.

Et

Et si quis carnem hominis a Diabolo, vel Angelis factam esse dicit, & non a Deo, Anathema sit.

Et si quis hujus Mundi Principem, hoc est Diabolum, & tenebrarum globum adserit procreatum, & non a Deo bonum Angelum factum, & propria postremum perversitate mutatum, Anathema sit.

Si quis dicit animam de sede cœlesti propriis desideriis ad terrena adductam, & non corpori jubente Domino copulatam, Anathema sit.

Si quis dixerit pluvias, coruscationes, fulmina, nubes, grandines, non Dei nutu fieri, vel moveri, Anathema sit.

V. C. LUD. ANTONII MURATORII DISQUISITIO IN HOS ANATHEMATISMOS.

ANtiquissimum Codicem in Ambrosiana Bibliotheca adservamus ante annos mille, aut minimum nongentos manu exaratum, ubi amplum legitur de Hæresi Manichæorum fragmentum, una cum integra S. Archelai Cascharorum in Mesopotamia Episcopi ad Diodorum Epistola, qua Manetis, seu Manichæi illo tempore viventis errores, ac deliramenta refelluntur. Scilicet cum impio Hæresiarcha aperto Marte congredi Sanctissimus Episcopus voluit, ut publica victoria perditissimum Ecclesiæ hostem everteret, populosque in veræ Fidei consensu firmaret. Hujusce disputationis Acta olim prolixo, ut videtur, opere, & Syriaco sermone conscripta fuerant, testibus Hieronymo in lib. de Scriptor. Eccles. Cyrillo Hierosol. Episc. Catech. 6. Socrate Hist. Eccles. lib. 1. cap. 22. Ea vero hoc eodē anno * Latine ex antiqua versione prodierunt in lucem cura Cl. V. Laurentii Alexandri Zacagnij Vaticanæ Bibliothecæ Præfecti, cujus eruditionem, consiliumq; utilissimum in veteribus monumentis edendis commendare pluribus possem. Præclarum etiam Historiæ illius fragmentum Latio antiquitus donatum in laudato Codice MS. apud nos adhuc habetur, quod tamen ab Ambrosiana exscriptum, ac erutum Anno Christi 1668. publicæ luci traditum fuit a Clar. Viro Henrico Valesio ad calcem Annotat. in Socratem, ac Sozomenum. Ejusdem fragmenti, ac Epistolæ ab Archelao scriptæ, nostræque etiam Bibliothecæ meminerunt Bigotius vir doctissimus Præfat. in Pallad., & Guilielmus Cave in Hist. Literaria, quod tamen Dupinio in Bibliotheca Scriptor. Ecclesiast. animadversum nequaquam est, dum Archelai vitam, ac scripta jejune nimis recenset. Aliud autem dignum æternitate fragmentum eodem illo in Codice hucusque delituit, nempe aliquot Capitula in Manichæos antiquis temporibus promulgata, quæ Literariæ Reipublicæ plane interest nosse. An ex aliquo Concilio, hæc in Manetem fulmina prodierint, primo inquirendum reor, nam hosce tantum hæreticos heic designari, atque configi nemo inficias ibit. Nonnullæ heic quidem Priscillianistarum opiniones anathemate percutiuntur, quas Manichæis placuisse nusquam animadverti, cujusmodi potissimum illa est: *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unam personam, aut existentiam esse*, ita ut Pater idem sit Filius, ac Spiritus Sanctus. Verum quum multo plures ibidem damnentur sententiæ, quæ Manichæis dumtaxat, & non Priscillianistis arrisere, hinc ad Manichæos tantum pertinere istud fragmentum arbitror; & potissimum quia Manichæorum Historiæ connexum in veteri MS. extat, atque, ut S. Leo, S. Augustinus, alijque agnoscunt, universa pene Manetis figmenta Priscillianistæ sibi adoptarunt. Ad rem itaque aggrediamur. Aureliano, seu quod veri videtur similius, Probo Romanum Imperium regente erupit in publicum Manes genere Persa, ex mancipio Hæresiarcha factus. Quum Persidi, aliisque Provinciis annis aliquot venenum suum afflasset, ægrotantem Regis Persarum filium superbus homo sanitati se restituturum pollicitus est. At contra votum res cessit, nam filius vi morbi e vivis raptus est, ipsique Maneti, ni fuga sibi consuluisset, fatum idem imminebat. Hinc Mesopotamiam contagione sua inficere aggressus a laudato Episcopo Archelao semel iterumque convictus, & in fugam actus, tandem in Persarum manus incidit, a quorum Rege, ut vivo pellis detraheretur, imperatum. Cum Manete ejus impia dogmata non periere, sed in alias regiones propagata Africam potissimum occuparunt, ubi Augustinum sectatorem primo, deinde acerrimum hostem invenere. Porro nascentis hæresis pestem suffocare, ut dixi, omnium primus conatus est S. Archelaus Cascharorum Episcopus, adultæ vero pertinaciam Titus Bostrensis, Diodorus Tarsensis, Georgius Laodicenus Arianus, Eusebius Phœnix (hoc est Emisenus) confoderunt, cujus rei testem Theodoritum habemus. Quibus alii addendi, nempe Eusebius Cæsariensis, Serapion Thmuensis, Athanasius Alexandrinus, Apollinarius Laodicenus, aliique complures, quorum meminit S. Epiphanius ad Hæres. Manichæor. Hær. 45. aut 66. Quod tamen mirum fortasse videatur, illud est, a Catholica Ecclesia singulatim in Manichæos Concilia nunquam fuisse habita. Cujus rei caussam, ni fallor, adducere possumus, quod nequaquam Christianis

* A. 1698.

accensendi ii erant, sed quidem Gentilibus, e quorum sinu, & contubernio Manes eruperat, novasque opiniones immixtis etiam Christianis aliquot sententiis proposuerat. Hinc est, quod Cyrillus Hierosol. Episc. Cathec. 6. ita scribit: ὐκ ἔςιν ἀπὸ Χριςιανῶν ὁ Μάνης, μὴ γένοιτο: ὐδὲ κατὰ τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας, ὔτε αὐτὸς ὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ διδάσκοντες, κλέπτης γὰρ ἀλλοτρίων κακῶν ἐξιδιοποιούμενος τὰ κακά. Hoc est: *A Christianis non est Manes, absit: neque ut Simon ille Magus ejectus est ab Ecclesia, neque ipse, neque qui ante eum docebant, fur enim alienorum malorum sibi ea vindicavit.* Hæc Sanctus ille Episcopus adversus Manichæos certans, quorum errorem ante 70. annos ortum habuisse affirmat. A Paganis igitur, seu Ethnicis superstitionibus, atque a Diaboli Schola Manes emergens Christiana dogmata cum Ethnicis tam subdole temperavit, ut neque Christi assecla videretur, neque mereretur Gentilis agnomen, instar perditissimi Mahumeti, qui ex Judaismo, Hæresibus non paucis, atque ex germana Christi Religione omnium pertinacissimam sectam conflavit. Quemadmodum vero Mahumetum Ecclesia in Conciliis damnare minime consuevit, quia ovili nostro se ille haudquaquam surripuit, ita Manetem, ejusque sectatores idcirco, ut arbitror, Catholicis Synodis Ecclesia confodere noluit, quod ii in alienigenarum, Gentiliumque numero haberentur. Et profecto ab hac errorum sentina Mahumetanismum originem duxisse satis recte animadvertit scriptor quidam in Comment. ad Augustini librum de Hæres. cap. 46. nullaque similior secta, sive modum nascendi, sive dogmatum vesaniam spectes, inveniri quam Mahumetismus, & Manichæismus potest. Etenim quod ad nascendi modum spectat, in eo conveniunt, quod uterque a Saracenis, & Arabibus emanavit. Mahumetum Arabem, ac Saracenum fuisse neminem præterit; stultissimæ vero opiniones, pro quibus Manes Persa pertinacissime propugnavit, primum a quodam Scythiano invectæ fuerunt, quem Saracenum Epiphanius, Socrates lib. 1. cap. 22. & Nicephor. Callistus nuncupant, easque postea impius Manes sibi adoptavit, ac disseminavit. Scythianus suas blasphemias aliquo titulo commendaturus, Hierosolymam se contulit, ut ibi ab ipsius Numinis ore illas accepisse videretur. Quod ipsum deinde Mahumetus egit, ut Alcorano suo fidem conciliaret, tutiusque hominibus venena propinaret. Manes autem conditione, ut supra diximus, primo servus, manumissus postea Dominam, cui serviebat, in conjugem accepit, a qua pluribus receptis opibus in altam phrenesim magna ambitione excæcatus extumuit. Id quod Mahumeto quoque accidit. Utraque vero secta in Persia, Arabia, atque Ægypto potissimum viguit, unde postea Mahumetismus tamquam ex serpentis ovo enatus, & exclusus est. Hæc aliaque plura ad Augustini locum adnotavit Scriptor ille, cujus tamen insulsam plane calumniam heic dissimulare nequeo. A carnibus in usum cibi a rerum Creatore destinatis abhorrebant Manichæi, eisque vesci magnum reputabant piaculum, quum creaturas ii ex natura bonas negarent, immundasque affirmarent, quod *carnes Diabolus operari faculentiore materia mali* credéretur. Quapropter ab ipsis quoque ovis, & lacte abstinebant, quia a carne proveniunt. Quid ad hæc sciolus ille? *Atqui*, ait, *Papistæ dum in suis jejuniis ex Gregorii Decreto, quod est in c. denique, dist. 4. refugiunt, damnantque esum eorum, quæ sementinam, ut ipsi loquuntur, trahunt originem carnis, manifeste in Manichæorum errorem incidunt, jubent enim carne, lacte, caseo, & ovis abstinere.* Eâdem, qua cæcus iste, confidentiâ, seu dicam melius impudentiâ Heterodoxi alii, præcipueque Kemnitius * in 4. parte examin. Trid. Conc. pag. 460. & seq. hunc nobis Orthodoxis errorem affingunt, sed quantum fallantur, suosque fallant hæretici, dum hæc in nos comminiscuntur, nolo meis, sed S. Augustini verbis palam facere. Disputans ille adversus Faustum Manichæum lib. 30. cap. 5. Manichæorum a carnibus abstinentiam Pauli auctoritate refellebat. Exemplo veterum Patrum sub Lege Moysi suam dementiam tuebantur adversarii, quum eorum nonnullos ab hujusmodi cibis abstinuisse constaret. Atqui, magnus Doctor ait: *Audi qua mente, aut consilio hoc adversum vos capitulum referamus; non quod a carnibus abstineatis, nam hoc a quibusdam & primi Patres nostri fecerunt, sicut commemoras, non tamen ea damnandi, sed significandi gratia, quod non intelligitis, & unde jam quantum sufficere videbatur, in superioribus partibus operis hujus loquutus sum.* Tum addit verba omnino notanda: *Et Christiani, non hæretici, sed Catholici edomandi corporis causa propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum a carnibus,*

* Poterat ab illo nominando auctor sane abstinere, neque enim ad argumenta Examinis est tam respondere facile, qvam facile est impudentiæ notam impingere etiam nihil tale promeritis. Abstinentia vero libera veterum qvorundam Christianorum S. Augustino memorata, hilum non facit ad tuendas tam severas leges ac prohibitiones omnibus obtrusas sub gravi religione, exorcisationesqve ciborum quos DEus condidit ut cum gratiarum actione accipiantur.

bus, verum a quibusdam terræ fructibus abstinent, vel semper sicut pauci, vel certis diebus, atque temporibus, sicut per Quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque vel minus voluerit, seu potuerit. Vos autem ipsam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis. Reliqua videri possunt, quibus Catholicæ Ecclesiæ pia consuetudo abstinendi nonnunquam a carnibus a Manichæorum consilio, atque blasphemia procul esse, ac manifestissime differre cognoscitur. Nobis nihil, quod a Deo creatum sit, immundum, aut malum videtur. Cibis tamen nonnullis interdum abstinemus, ut carnem domemus, promtioremque spiritum in divinis meditationibus efficiamus. Hic olim a Catholicis pius usus usurpabatur, laudemque ab omnibus Patribus, & præsertim ab Augustino meruit. Idem nunc apud Orthodoxos manet nonnisi ab hæreticis vituperandus. Sed Manichæorum deliramenta repetamus, quæ ab Ethnicismo, non a Christianismo processisse diximus, ideoque minus proprie hæreticos debuisse appellari. Quamquam eorum superstitio tantum a Christianis Scholis mutuata est, ut vix ullus sit, qui eosdem hæreticis non accenseat. *Secundo anno Probi*, inquit Eusebius Cæsar. in Chronico, *insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.* S. Augustinus lib. 2. Retract. cap. 10. *Secundinus* ait, *quidam non ex eis, quos Manichæi Electos, sed ex eis, quos Auditores vocant, quem nec facie quidem noveram, scripsit ad me velut amicus honorifice objurgans, quod oppugnarem illam hæresim &c.* Libro etiam de hæres. ad Quod vult Deum de Manichæis loquens: *Promissionem Domini nostri Jesu Christi in suo hæresiarcha Manichæo dicunt esse completam.* Librum item contra Epistolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, ita ille exorditur: *Unum verum Deum omnipotentem & rogavi, & rogo, ut in refellenda, & revincenda hæresi vestra Manichæi &c.* Hoc alibi frequentissime repetit. Itaque potestatem Ecclesiæ Catholicæ in Manichæos fuisse fatendum est, atque in illos Concilia cogi potuisse non dubito. An igitur alicui Concilio proponenda nunc primum capitula adjudicabimus? Ego unum video locum, quo me recipiam. Vastata per Gensericum, atque occupata Africa Catholici alio migrare coacti sunt, ut liberam impio tyranno sedem relinquerent. Horum fortunam sequuti sunt Manichæi, quorum ingens numerus Lybicis oris incubabat & ipsi Genserico minus probati. Per Catholicorum urbes mentita religione distributi Romam potissimum se contulere. Verum illic tuto vivere nefariam gentem, cujus impietas in dies se prodere audebat, Leonis Magni Sanctissimi Pontificis vigilantia non sivit. In eos igitur Anno Christi 444. Synodum constituit Leo, ibique plurium criminum reos, omniumque vitiorum sorde infectos convicit, atque damnavit. Audiamus ipsum Pontificem Serm. 5. de jejunio dec. mensis: *Residentibus mecum Episcopis, ac Presbyteris, & in eumdem consessum Christianis viris, ac nobilibus congregatis, Electos & Electas eorum* (hoc est Manichæorum) *jussimus præsentari. Qui quum de perversitate dogmatis sui, & de festivitatum suarum consuetudine multa reserarent, illud quoque scelus, quod eloqui verecundum est, prodiderunt, quod tanta diligentia investigatum est, ut nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus relinqueretur ambiguum. Aderant enim omnes personæ, per quas infandum facinus fuerat perpetratum, puella scilicet ut multum decennis &c. omnium par fuit horum & una confessio, & patefactum est execratum, quod aures nostræ vix ferre potuerunt, de quo ne apertius loquentes castos offendamus auditus, gestorum documenta sufficiunt &c.* Quum autem iis ipsis temporibus Priscilliani fœdissima hæresis Hispaniam pervagaretur, ac a Turribio Asturicensi Episcopo consultus ea de re S. Pontifex Leo fuisset, reposuit hic Anno 447. eruditissimam Epistolam, quæ inter editas nonagesima tertia numeratur. In illa vero de Manichæis quoque sermonem instituit, quum ab hoc fœtidissimo fonte Priscillianus suam uberius derivasset camerinam, atque inter alia hæc edisserit: *In execrabilibus autem Manichæorum mysteriis, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, unum prorsus nefas est, una est obscœnitas, & similis turpitudo. Quam etsi eloqui erubescimus, solicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichæorum, qui comprehensi sunt, confessionibus detectam, ad publicam fecimus pervenire notitiam, ne ullo modo possit dubium videri, quod in judicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia Sacerdotum, sed & illustrium virorum dignitas, & pars quædam Senatus, ac plebis interfuit, ipsorum, qui omne facinus perpetrarant, ore reseratum est, sicut ea, quæ ad dilectionem tuam nunc direximus, gesta demonstrant.* His apertissimis verbis Concilium aliquod Romæ contra Manichæos coactum significat S. Leo, ejusque acta ad Turribium quoque se mittere affirmat. Ibi igitur capitula a me nunc edita potuere procudi, quum gravissimæ gentis non mores tantum, sed etiam doctrina damnationem, ac pœnam mererentur. Attamen amat Polymnia verum; ego in laudata Synodo nullos Canones conditos reor. Si enim recte Leonis verba pensamus, de Manichæorum obscœnitate judicium tantummodo illic institutum fuit, ut vitæ impietate perspecta ab Urbe expellerentur. Certe nullum verbum Leo Pontifex de illorum dogmatibus iniicit, neque Canonum promulgatio Conciliis est necessa-

ria. Ad quodnam itaque Concilium confugiemus? Alium S. Leonis locum audiamus. Scribit is ad Episcopos per Italiam constitutos in hæc verba: *Plurimos impietatis Manichæa sequaces, & Doctores in Urbe investigatio nostra reperiit, vigilantia divulgavit, auctoritas, & censura coercuit. Quos potuimus emendare, correximus; ut damnarent Manichæum cum prædicationibus, & discipulis suis publica in Ecclesia professione, & manus suæ subscriptione compulimus.* Veri propterea simile videri potest, Manichæos illos, qui ejurare, ac *damnare Manichæum cum prædicationibus suis publica in Ecclesia professione* compellebantur, hisce anathematum jaculis usos fuisse a S. Leone probabiliter præscriptis. Si pestiferæ Manichæorum sectæ apertis verbis renunciabatur. Solitos autem anathematis vocabulo uti, dum Manetis errores execrabantur, ad Fidem Orthodoxam conversos, exemplo illustri testatur Marcus Gazensis Diaconus, cujus calamo descripta est disputatio publica inter S. Porphyrium Gazensis Civitatis Episcopum, & Juliam Antiochenam, feminam tum natalibus tum acerrimo erga Manichæorum sectam studio clarissimam. Habetur hæc apud Metaphr. die 26. Febr. Lipomanum, Surium, & Annalium parentem ad Annum Ch. 403. Quum in sententia sua constans perseveraret Julia, divinum illam perculit supplicium, facto repente vivendi fine. Tum inquit Marcus: *Qui autem cum ea erant duo viri, ac mulieres, & quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes procidérunt ad pedes Beatissimi Episcopi dicentes: Erravimus, & petebant pœnitentiam. Beatus vero fecit omnes anathematizare Manetem auctorem eorum hæresis &c.* Sed egregium, simillimumque nostro documentum invenire est Tomo 2. Concil. Gall. a C. V. Jacobo Sirmondo e Soc. Jesu ante omnes productum. Ita inscribitur: *Prosperi ex Manichæo conversi pristinos Manichæorum errores detestantis anathematismi, & Fidei Catholicæ professio.* Illic igitur quampluribus Manichæorum erroribus anathema dicitur, eorumque nonnulli cum iis, quos nunc proferimus, conveniunt. In fine Prosper ita fidem suam profitetur: *In Christi nomine ego Prosper hanc chartulam anathematis Manichæorum relegi, & anathema dicens omnibus suprascriptis erroribus manu propria subscripsi, & repudiatis omnibus eorum impietatibus fide plenissima doctrinis eorum, & traditionibus anathema dixi, & dico &c.* Non diversa Capitula, sed tamen pauciora publici juris facta reperiuntur Tomo 10. Oper. S. Aug. in Append. edit. 1586. hoc titulo inscripta: *Commonitorium B. Augustini ad Ecclesiam, sub qua cautela Manichæi, si conversi fuerint, suscipi debeant.* Opusculum hoc in Appendicem Tomi Octavi rejecere Clarissimi Patres Benedictini ex Congregatione S. Mauri, quorum diligentiæ, ac eruditioni tantum Ecclesia, ac literatorum Respublica debent, quum an Augustinum auctorem haberet prudenter ambigerent. Hinc vides quotquot ad veram Fidei lucem olim revertebantur coactos fuisse Manetem, ejusque errores anathemate percellere: Et id moris etiam Augustini temporibus viguisse en tibi ipsummet testem. Capite postremo Actor. cum Felice Manichæo hæc S. Doctor scribit: *Post hæc cum multis verbis inter se agerent, Felix dixit, dic jam quid vis faciam? Augustinus dixit: ut anathematizes Manichæum, cujus sunt tantæ istæ blasphemiæ &c. Felix dixit: Prior tu anathematiza, ut ego postea anathematizem.* Quum vero Augustinus accepta charta scripsisset, atque Maneti anathema dixisset, Felix hæc addidit verba: *Ego Felix, qui Manichæo credideram, nunc anathematizo eum, & doctrinam ipsius &c. Has omnes, & cæteras blasphemias Manichæi anathematizo.* Probabili igitur conjectura adducor ut credam, fragmentum nostrum nonnullis constare anathematismis, quos in Manetem, ejusque prava dogmata deprómendos ad veram Christi fidem venientibus quis antiquitus proposuerit. An is Leo Magnus fuerit, an quisquam alius, nolo divinare. Ingratum autem Lectoribus minime futurum arbitror, si quædam ex hisce capitulis aliqua luce perfundere nitar; non enim universa cum vulgatis errorum catalogis, in quos Manichæi impegerunt, convenire video: verba etiam librariorum, ut arbitror, vitio alicubi sunt vitiata. Primum itaque anathematismum, deficiente priorum linearum ordine, vix intelligere possumus. At, ni fallor, hanc Manichæorum sententiam perspicue ab Augustino expressam detexisse mihi videor in lib. contra Secundinum Manichæum cap. 5. Quum enim in quibusdam Sacræ Scripturæ locis Filium Dei primogenitum appellari animadvertissent, inde alios Divini Filii fratres commenti sunt, humanamque naturam, & substantiam ejusdem cum Filii divinitate substantiæ esse autumarunt, ad alia sacræ paginæ loca animum nequaquam advertentes, ubi Dei Filius unigenitus quoque nuncupatur. Multa loco citato in hanc pravam sacrorum Codicum interpretationem disputat Augustinus, atque inter alia sic ait: *Lege Scripturas, nusquam invenies de Christo dictum, quod adoptione sit Filius Dei, de nobis autem sæpissime legitur: Accepistis spiritum adoptionis filiorum &c.* Plura ab ipso pete, atque evidenter patebit quam temere confusa a Manichæis fuerit *filii* significatio, quam & Christo, & hominibus Scriptura tribuit, hac tamen differentia, ut illum per naturam, nos per adoptionem

ptionem Dei filios esse intelligamus. Secundo ei anathema infligitur, qui animam humanam Creatoris substantiam, aut portionem Dei affirmaverit. S. Augustinus de Hæres. ad Quod vult Deum hæc de Manichæis habet: *Ex his autem suis fabulis vanis, atque impiis coguntur dicere animas bonas, quas censent ab animarum malarum, natura scilicet contraria, commixtione liberandas, ejus, cujus est Deus, esse natura.* Libro vero Retract. 1. cap. 15. idem melius exprimit: *Scripsi*, inquit, *adhuc Presbyter contra Manichæos de duabus animabus, quarum dicunt unam partem Dei esse.* Hæc ille ibi, & pluribus aliis in locis. Tertio cognoscimus Manichæos in hanc impiam concessisse opinionem, ut Patrem & Filium nil aliud quam animam, & sensum esse arbitrarentur, quem quidem Manetis errorem apud alios Auctores designatum non video, uti neque duos subsequentes, qui corruptis tamen verbis heic anathemate confodiuntur. Quarto S. Leo Epist. 93. ad Turribium errores Priscillianistarum fusissime confutat, capite autem primo ait: *Demonstratur quam impie sentiat de Trinitate divina, qui & Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam, atque eamdem asserunt esse personam, tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus Sanctus nominetur. Quod blasphemiæ genus de Sabellii opinione sumserunt.* Idem quoque de Priscillianistis tradit Augustinus lib. ad Oros. cap. 4. ubi à Sabellio hujusmodi errorem procedere & ipse affirmat, nihilque de Manichæis meminit. Profecto talia Manetem sensisse nusquam animadverti. Quinto animam *Deo coæternam* nil mirum si Priscillianistæ, ac ante illos fortasse etiam Manichæi, censerent, siquidem teste Augustino de Hæres. ad Quodvult Deum cap. 70. animas ejusdem esse naturæ, atque substantiæ, cujus est Deus, dementer credebant. Quum vero hic æternus negari non possit, consequens erat animas eadem æternitate donatas affirmare. Sexto duas in homine animas somniarunt Manichæi, quarum una de substantia Dei, altera carnis esset. Hujusmodi commentum libro de duabus animabus contra Manichæos scripto S. Augustinus exsibilavit, aliique Scriptores repulere. Septimo peccatum carnis ad animam pertinere negabant, atque animæ ex eorum sententia nil libidines corporis, aliaque flagitia officiebant. Quapropter in omnem obscœnitatem, ac turpitudinem abjecti, ut S. Leo supra laudatus fidem facit, carnem, quam veluti ex Mali principio deductam execrabantur, omnis impudicitiæ, ac voluptatis experimento contumeliis se afficere dictitabant. S. Epiphanius hæresim illorum exponens num. 86. edit. Petav. hujusmodi insaniam longa oratione invadit. Octavo, ut mox innuebam, Manichæis impia opinio insederat, humanam carnem a Diabolo, seu a principio malo originem duxisse, eamque propterea odio prosequebantur. Philastrius Episcopus Brixiensis lib. de Hæres. cap. 14. *Manichæi*, inquit, *hominis animam de Deo esse putantes corpus a Diabolo factum arbitrantur.* Idem & alii Patres referunt, atque refellunt. Nono Diabolum natura sua malum perpetuo fuisse censebant, eumque errorem & Priscillianistæ sibi adoptarunt. De hoc insano dogmate ego ad Bachiarium * aliqua adnotavi. Ad *globum tenebrarum* heic memoratum nescio an pertineant quæ Augustinus habet lib. de natura boni advers. Manich. & alibi. Decimo Solem, & Lunam, & reliqua Cœli luminaria in se animas continere dicebant. Audiamus ipsum Augustinum lib. de Hæres. ad Quod vult Deum cap. 46. *Naves*, inquit, *illas idest duo Cœli luminaria ita distinguunt, ut Lunam dicant factam ex bona aqua, Solem vero ex igne bono. Esse autem in eis navibus sanctas virtutes, quæ se in masculos transfigurant, ut illiciant feminas gentis adversæ &c.* Hinc, ut idem Augustinus, & ex eo auctor Prædestinati fidem faciunt, orationes ad Solem per diem, & ad Lunam per noctem faciebant, ipsaque luminaria indigno cultu adorabant. Undecimo quum animam æternitate donatam ipsique, Deo *coæternam* fecissent, illam Manichæi suis desideriis a cœlesti sede ad terrena deductam mentiebantur. Epiphanius ad Hæres. Manichæorum num. 44. disputans: Εἰ γὰρ, ait, τὴν ψυχὴν ἀπέστειλεν ἐνταῦθα ἡ ἄνω δύναμις, ἵνα διὰ τῆς ψυχῆς πηδήσῃ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας θηρεύσῃ, οὐκ ἀπέβη ὁ σκοπὸς τῇ οὕτω βουλευσαμένῃ. Κἄν τε γὰρ ἀπέστειλε τὴν ψυχὴν θηρεῦσαι, τεθήρευται, ἢ παγιδεῦσαι, πεπαγίδευται. Ita vertit Petavius: *Si animam virtus cœlestis in hunc orbem emiserit, ut per eam Principatus irretiret, Potestatesque captaret, non illa scopum, quem volebat, assequuta fuit. Nam quum animam velut ad venandum captandumque miserit, capta ipsa tamen potius est, & quum ad irretiendum venerit, suis est implicata retibus.* Postremo pluvias, fulgura, nubes, grandines, aliaque in aere meteora non Dei summi nutu fieri, aut moveri somniarunt, quam eorum opinionem nunquam a Patribus aut memoratam aut refutatam legi. Atque hæc sunt Manichæorum deliramenta, quorum memoriam omnium luculentissime servavit Augustinus luribus in libris, Epiphanius ad Hæresim 44. seu 66. Philastrius lib. de Hæres. Nicetas Choniates in Thesauro, Alexander Lycopolita Tom. 27. Biblioth. SS. PP. nuperæ editionis, Gabr. Prateolus, & alii.

* Muratorius Anecdot. Latin. T. 2. p. 22.

PROSPERI ex Manichæo converſi & priſtinos errores deteſtantis ANATHEMATISMI, & Fidei Catholicæ Profeſſio.

Capitula S. Auguſtini, quæ debeant publica voce relegere, & manu propria ſubſcribere, in quibus ſuſpicio eſt quod Manichæi ſint.

I. Qvi credit duas eſſe naturas ingenitas diverſis principiis exiſtentes, unam bonam, quod eſt DEus, alteram malam quam non creavit Deus, *a)* ſibi invicem adverſantes, anathema ſit.

II. Qvi credit duas naturas bellum inter ſe geſſiſſe, & partem naturæ Dei in eodem bello principibus tenebrarum, & omnibus gentibus ad malam naturam pertinentibus fuiſſe permixtam & ab eis teneri colligatam, oppreſſam, inqvinatam, per qvod & credi facit Dei naturam eſſe mutabilem & coinqvinabilem, anathema ſit.

III. Qvi credit partem Dei ligatam & inqvinatam teneri in dæmonibus, & in omnibus animalibus, fructuumque *b)* generibus, & per eſcas Manichæorum electorum ſolvi atqve purgari, ut credatur pars Dei polluta teneri in cucumeribus, in melonibus & radiculis & porris & qvibuscunqve viliſſimis herbulis, *c)* & ei ſubveniri, cum ab electis Manichæorum iſta eduntur, anathema ſit.

IV. Qvi credit hominem primum *d)* non à Deo factum, ſed à principibus tenebrarum genitum, ut pars Dei, qvæ in eorum membris captiva tenebatur, copioſius & abundantius in eo teneretur, anathema ſit.

V. Qvi credit eo modo creatum hominem, qvod maſculi & feminæ principes tenebrarum concubuiſſent, & fœtus ſuos majori principi tenebrarum dediſſent, & ille omnes comediſſet, & cum ſua conjuge concubuiſſet, atque ita ex illa Atlantem qvem blaſphemant patrem Adæ generaſſet, ligans in illo magnam partem Dei, qvæ ligata fuerat in omnibus fœtibus principum tenebrarum, qvos ei manducandos dederunt, anathema ſit.

VI. Qvi credit principes tenebrarum ligatos eſſe in cœlo velut ſphæra, habentes in ſe colligatam in anguſtiis atque angoribus vitalem ſubſtantiam, hoc eſt partem Dei, & modo liberari de membris eorum, cum beatus pater, qui lucidas naves habet diverſoria & habitacula, id eſt Solem & Lunam, virtutes ſuas transfigurat in fœminas pulchras, qvas opponit concupiſcendas maſculis principum tenebrarum; & in maſculos pulcros, qvos opponit concupiſcendos feminis principum tenebrarum, ut per ipſam concupiſcentiam ſolvatur ex iis vitalis ſubſtantia, id eſt pars Dei, & ex eorum membris liberata purgetur, anathema ſit.

VII. Qvi credit partem Dei, qvæ de admixtione *e)* gentis tenebrarum non potuerit liberari atque purgari, damnari eam & in æternum affigi *f)* horribili globo, in qvo globo includitur gens tenebrarum, anathema ſit.

VIII. Qvi credit legem qvæ data eſt per Moyſem non eſſe à bono & vero Deo latam, & *g)* Spiritu Dei boni & veri locutos Prophetas qvi fuerunt in populo Iſraël, & in canone Scripturarum divinarum habentur apud Catholicam Eccleſiam, anathema ſit.

IX. Qvi credit non habuiſſe veram carnem Filium Dei Jeſum Chriſtum, neque ex ſemine David natum eſſe de virgine Maria, neque verum corpus habuiſſe, nec veram carne mortem fuiſſe perpeſſum, & a mortuis reſurrexiſſe, ſed tantum ſpiritum fuiſſe, *h)* ſic autem in carne apparere voluiſſe, ut & caro putaretur quæ non erat, atqve hoc modo contradicit Evangelio, Domino ipſo dicente: *i) Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte, qvia ſpiritus oſſa & carnem non habet, ſicut me videtis habere.* Qvi ergo ſic confitetur Deum verum, ut integrum etiam hominem neget, anathema ſit.

X. Qvicunque adventum Spiritus Parацleti, qvem Dominus in Evangelio promittit eſſe venturum in Apoſtolos, poſt aſcenſionem Domini, in die Pentecoſtes non ſtatim credit eſſe impletum, ſed poſt multos annos in Mane vel in Adimanto diſcipulo ejus veniſſe crêdit, anathema ſit.

XI. *k)* Qvicunq; carnem hanc qvam geſtamus, id eſt corpora humana reſurrecturam negant, anathema ſit.

XII. Qvi animas humanas transfundi iterum in aliis corporibus vel animalibus credit, anathema ſit.

XII. Qvi

a) *Codex Gervaſianus:* habentem principes ſuos & mala ſua qvæ non creavit Deus, anathema ſit.
b) fruticumqve. *c)* herbis. *d)* qvi eſt appellatus Adam.
e) commixtione. *f)* affici. *g)* nec. *h)* ſine carne. *i)* Luc. 24.
k) qvi ſeqvuntur articuli, non leguntur in Cod. Gervaſiano, exceptis 18, & 19. qvemadmodum nec in appendice Tomi VIII. Operum S. Auguſtini.

XIII. Qvicunqve Solem & Lunam naves esse cœlestes dicit, ad animas vel Dei substantiam transferendam, & honorem eis, vel luci isti visibili aliqvid divinitatis adscribit, & non sicut reliqvam creaturam ad ministerium humanum à Domino Cœli ac Terræ conditam, anathema sit.

XIV. Qvi credit omnem carnem qvadrupedum, serpentium, volatilium & natatilium, vel omnium qvæ in mundo sunt, non à Deo vero creatam, sed à principibus tenebrarum, anathema sit.

XV. Qvi symbolum vel orationem Manichæorum non detestans, sed venerans, aut recordari aut ore proferre voluerit, anathema sit.

XVI. Qvi credit animas humanas ex substantia Dei esse, & corpora humana à principe tenebrarum vel facta, vel fieri, anathema sit.

XVII. Qvi credit Diabolum non esse à Deo factum angelum bonum, & propria voluntate per superbiam lapsum factum esse diabolum, eundemqve asserit non esse inter reliqvos Angelos à Deo creatum, sed semper coæternam Deo fuisse, anathema sit.

XVIII. Qvi credit Manem, sive Manichæum, qvi supra scripta omnia, qvæ anathemate & damnatione sunt digna, prædicavit, Spiritum sanctum habuisse Paracletum, cum ea omnia docere non potuit Spiritus veritatis, sed spiritus falsitatis, anathema sit.

XIX. Anathema etiam ipsi Mani, vel Manichæo, qvi omnes supradictas impietates & alias sacrilegas & damnabiles fabulas docuit & conscripsit, & credendas miseris persvadere conatus est, intendens spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum & mendaciloqvorum.

XX. Anathema Adimanto & omnibus discipulis ac sectatoribus ejus: &, sicut jam dictum est, qvi in eum Spiritum Paracletum venisse credit, anathema sit.

XXI. Omnibus etiam supradictæ perversitatis auctoribus, & doctrinæ, vel legi eorum, vel omnibus secretis, & catholicæ fidei contrariis, orationibus ac sacrilegiis eorum, & cunctis scripturis eorum, qvæ citra canonem habentur Ecclesiæ, qvas fides recta non suscipit, anathema sit.

Abjuratio & professio Prosperi.

In Christi nomine, ego Prosper hanc chartulam anathematis Manichæorum relegi, & anathema dicens omnibus suprascriptis erroribus, manu propria subscripsi, & repudiatis omnibus eorum impietatibus, fide plenissima doctrinis eorum & traditionibus anathema dixi & dico: & me qvæcunqve Ecclesia Catholica confitetur, credere & seqvi in omnibus sub testificatione Divina polliceor atqve promitto. Not. sub die XIII. Kalendas Decembris, Olybrio Juniore l) viro clarissimo Consule.

l) A. C. 526.

*Ὅπως δεῖ ἀναθεματίζειν * ἐγγεγράφως τοὺς ἀπὸ Μανιχαίων προσερχομένους τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ.*

ΑΝάθεμα Μάνεντι ἤτοι Μανιχαίῳ, καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκτεθεῖσι καὶ συγγραφεῖσι παρ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς πειθομένοις αὐτῷ, καὶ τοῖς ὡς προεῖπον παρ' αὐτοῖς ἀσεβῶς ἐκτεθεῖσι πέντε βίβλοις, ἃ καὶ ἐκάλεσεν οὗτος τὸ ζῶν εὐαγγέλιον, ὅπερ καὶ νεκροποιεῖ, καὶ τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς, ὅσπερ ἐστὶν θησαυρὸς θανάτου· καὶ βίβλον ἀναθεματῶ τῶν ἐπιστολῶν Ὀμόδα καὶ τὴν τῶν μυστηρίων, ἥτις ἐστὶν πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τὴν τῶν παντων πραγματείαν, καὶ τὴν λεγομένην ἑπτάλογον Αγαπίου, καὶ αὐτὸν Αγάπιον, καὶ πᾶσαν αὐτῶν βίβλον, καὶ πᾶσαν εὐχὴν παρ' αὐτῶν λεγομένην, μᾶλλον δὲ γοητείαν.

Qualiter oporteat à Manichæorum hæresi ad sanctam Dei Ecclesiam accedentes scriptis (errorem) abjurare.

ANathema sit Manenti, Manichæo nimirum, & ejus opinionibus, & omnibus ab eo expositis & conscriptis, & cunctis ei morem gerentibus, & iis quæ, ut præfatus sum, exposuit, & qvæ vocavit ille vivens Evangelium, quod potius trucidat, & vitæ thesaurum qvi potius mortis est thesaurus. Anathematizo librum epistolarũ Omodæ, & alium de sacramentis librum ad eversionem Legis & sanctorum Prophetarum studiose compositum. Anathema libro, Omnium negotiatio, vocato, Eptalogo Agapij, & ipsi Agapio. Omnem etiam ipsorum librum, (detestor) & omnem precationem (sive potius incantationem) ab eis recitatam, abominor.

Fff Anathe-

Conferendi Anathematismi Manichæorum, qvos e Cæsareis & Regiis Codicibus ediderunt Viri egregii Jo. Baptista Cotelerius ad lib. IV. recognitionum Clementis cap. 24. & Jac. Tollius in insignibus itineris Italici p. 126.

Ἀναθεματίζω οὖν καὶ καταθεματίζω Ζαράδην καὶ Βοδδὰν, καὶ Σκυθιανὸν, τοὺς πρὸ Μανιχαίων γεγονότας.

Anathematizo & detestor Zaradem & Boddam, & Scythianum Manichæorum præcessores.

Ἔτι ἀναθεματίζω καὶ τὸν Σισίννιον τὸν διάδοχον τοῦ αὐτοῦ Μάνεντος, καὶ Ἀδδαν τὸν καὶ Ἀδίμαντον, ὃν ἀπέστειλεν ὁ αὐτὸς ὁ δυσσεβὴς Μάνης εἰς διάφορα κλίματα.

Insuper anathematizo Sisinnium ipsius Manis successorem, & Addan, & Adimantum, quem in varia mundi climata ipse impius Manes misit.

Πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω σὺν τοῖς προγεγραμμένοις πᾶσιν, Ἱέρακα καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ἐξηγητὰς, καὶ ὑπομνηματιστὰς τοῦ αὐτοῦ ἀνόμου καὶ βεβήλου Μάνεντος, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ζαρουὰν, καὶ Γαβριάβιον.

Simul cum his anathematizo & detestor, cum his, inquam, supra scriptis omnibus Hieracem, & Heraclidem, & Aphthonium, expositores & commentatores nefandi & prophani Manentis, & Thomam, & Zaruam, & Gabriabium.

Ἔτι ἀναθεματίζω καὶ Μαρκίωνα, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, καὶ Βασιλίδην, καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν τολμῶντά τι βλασφημεῖν, καὶ λέγειν κατὰ τῆς παλαιᾶς, καὶ καινῆς διαθήκης.

Anathematiso insuper Marcionem, & Valentinum, & Basilidem, & omnem hominem blasphemare ausum, & contra vetus & novum testamentum eloqvi.

Ἔτι ἀναθεματίζω τὸν μὴ δεχόμενον Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα, ἤτοι συγγραφέντα.

Adhuc anathematiso eum, qvi Moysem & Prophetas, & omnia ab eis exposita, id est conscripta non acceptat.

Ἔτι ἀναθεματίζω τὸν προσκυνοῦντα τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ σελήνῃ, καὶ τοῖς ἄστροις πᾶσι ὡς θεοῖς.

Anathematiso prætereà, qvi solem, lunam, vel astra omnia ceu deos adoraverit.

Ἀναθεματίζω οὖν καὶ καταθεματίζω πάντα ἄνθρωπον λέγοντα δύο ἀρχὰς εἶναι, καὶ ταύτας ἀντικαθεστώσας ἀλλήλαις, ἀγεννήτους, μίαν μὲν πονηρὰν, μίαν δὲ ἀγαθήν.

Anathematizo & detestor omnem hominem duo principia sibi invicem adversantia, ingenita, unum malum, & aliud bonum, asserentem.

Ἀναθεματίζω δὲ καὶ τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς συνέστηκεν ἀρχῆς, ἢ φύσει κακόν.

Anathematizo, & qui corpus ex malo principio prodiisse, & natura malum esse asserunt.

Ἀναθεματίζω δὲ πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ ὁμολογοῦντα τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γεγενῆσθαι ὑπὸ τοῦ μόνου θεοῦ.

Anathematizo & omnem hominem, cœlum, & teram & mare, & omnia, qvæ in eis sunt, à solo Deo facta fuisse non confitentem.

Πρὸς τούτοις οὖν ἀναθεματίζω τὸν ἀρνούμενον ἡμᾶς τε, καὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον τοῦτ' ἔστι τὸν Ἀδὰμ τὸν ὅμοιον ἡμῖν μὴ διαπεπλάσθαι ἐκ γῆς ὑπὸ θεοῦ· πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω καὶ ὅσαπερ Ιτεύλης, καὶ Σκότος, καὶ ὁ καλούμενος Σακλακαίτης Νεβρὼδ περὶ διαφόρων οὐρανῶν καὶ ἰδεῶν μυθολογοῦσιν· καὶ ὁμολογῶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης θεὸν, καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαπρέψαντας καὶ ἐπαινουμένους ἁγίους ἐπίσταμαι καὶ φίλους θεοῦ, καὶ τὴν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γέννησιν, καὶ τὰ σωτήρια πάθη, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, οὐ δοκήσει, οὐδὲ κατὰ φαντασίαν λέγω τοῦ λοιποῦ γεγονέναι, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν πεπρᾶχθαι ὡς ὁμοουσίου τῷ πατρὶ καὶ ἡμῖν τοῦ αὐτοῦ ὑπάρχοντος.

Simul cum his anathematizo, nos & primum hominem, id est Adam similem nobis è terra à Deo conditum esse, negantem. Atque insuper anathematizo quæcumque Iteules, & Scotus, & Saclacætes Nebrod vocatus, de cœlis & ideis diversis, comminiscuntur. Et unum eumdemqve veteris & novi testamenti Deum, & eos qui in utroqve excelluerunt, & ut sancti laudati sunt, & ut amici Dei habiti, profiteor: sicut & magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi nativitatem, & salutarem passionem, & à mortuis resurrectionem scio, non apparenter solum, aut imaginario, sed secundum veritatem realiter extitisse, ut ejus qvi Patri nobisque consubstantialis existit.

Hujus anathematismi reliqua propter imperfectum ejus sensum deesse videntur.

S. PAM-

S. PAMPHILI MARTYRIS

Expositio Capitum Actuum Apostolorum.

E MS. Codice Bibl. Segvieriana, sive Coisliniana,

Annotatio Interpretis doctissimi

DOMNI BERNARDI DE MONTFAUCON.

Hanc opellam esse vere Pamphili Martyris, non est quod dubitemus. Nam in eo fere totam ætatem contrivit S. Martyr, ut Scripturæ Sacræ libros manu sua describeret, ornaret titulis atque scholiis, ut docet Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Indicavit item nota Codicis R. R. P. P. Jesuitarum, qvi Prophetas omnes continet; asserit demum Calligraphus Codicis vetustissimi hujus Bibliothecæ num. CCII. qvi ad calcem Epistolarum S. Pauli ait se illum ipsum Codicem contulisse in Bibliotheca Cæsariensi cum alio Codice, qvi ipsius Pamphili manu exaratus fuerat. Ad hæc vero Calligraphus ille in nota sua, eâdem loquendi formulâ eâque non vulgari utitur, quæ initio opusculi sequentis usurpatur; nimirum, παρ᾽ ὧν ἁπάντων τόλμης συγγνώμην αἰτῶ, εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενος, quæ verba ipse ex Pamphilo haud dubie mutuatus est. Hanc autem expositionem tum ob auctoris sanctissimi celeberrimique nomen, tum quia non fructu vacare putatur, hîc edere visum est.

Ἔκθεσις a) κεφαλαίων τῶν πράξεων τοῦ Παμφίλου.

Ἐκ πατέρων ἡμεῖς καὶ διδασκάλων τὸν τρόπον καὶ τὸν τύπον ὠφελημένοι, ἐγχειροῦμεν μετρίως τῇδε τῶν κεφαλαίων ἐκθέσει, αἰτοῦντες συγγνώμην προπετείας ἡμεῖς οἱ νέοι χρόνῳ τε b) καὶ μαθημάτων, (sic) ἑκάστου τῶν ἀναγινωσκόντων εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενοι. ἐκτιθέμεθα δὲ αὐτὴν καθ᾽ ἱστορίαν Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ συγγραφέως. τοιγαροῦν διὰ μὲν τοῦ ἄλφα καὶ βῆτα c) αὐτοτελῆ τὰ κεφάλαια, διὰ δὲ τοῦ ἀστερίσκου τὰς ἐν μέρει τούτων ἐχομένας ὑποδιαιρέσεις ἐσημειωσάμεθα.

α΄. περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας Χριστοῦ καὶ ὀπτασίας πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ περὶ ἐπαγγελίας τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς· θείας τε καὶ τρόπου τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ. d)

β΄. Πέτρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας περὶ θανάτου καὶ ἀποβολῆς e) Ἰούδα· * ἐν ᾧ περὶ ἀντεισαγωγῆς Ματθίου κληρωθέντος χάριτι Θεοῦ διὰ προσευχῆς.

γ΄. περὶ θείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ἐν ἡμέρᾳ Πεντηκοστῆς, γινομένης εἰς τοὺς πιστεύσαντας. * ἐν ᾧ Πέτρου κατήχησις, * καὶ περὶ τούτου ἐκ τῶν προφητῶν, * περὶ πάθους καὶ ἀναστάσεως, καὶ ἀναλήψεως Χριστοῦ, δωρεᾶς τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος. * περὶ πίστεως τῶν παρόντων καὶ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν σωτηρίας. * περὶ ὁμονοίας κοινωφελοῦς καὶ προσθήκης τῶν πιστευόντων.

Pamphili expositio capitum Actuum Apostolorum.

Quam a Patribus & Doctoribus utilem formam & modum accepimus, in hac Capitum expositione pro modulo nostro tradimus, temeritatis nostræ veniam rogantes nos, qui & quoad ætatem & quoad doctrinam juvenes sumus; quique ex singulorum qui hæc legent precibus, utilitatem undique colligemus. Hanc igitur expositionem facimus secundum historiam Lucæ Evangelistæ & scriptoris. Per *Alpha* itaque & *Beta* integra capita, per Asteriscum vero eorum in partes subdivisiones annotavimus.

1. De doctrina Christi ex resurrectione (i. post resurrectionem) & de apparitione ad Apostolos, deque promissione doni Spiritûs Sancti; de specie & modo assumtionis Christi. *cap.* 1. *Actor. vers.* 1.

2. Petri dialogus ad Discipulos de morte & reprobatione Judæ; *cap.* 1. 15. ubi & de cooptatione Matthiæ in ejus locum, qui sorte electus est gratiâ Dei per orationem. *ibid.* 23.

3. De divino Sancti Spiritus adventu ad eos qui crediderant, in die Pentecostes, *cap.* 2. 1. ubi & Petri Catechesis, *ibid.* 14. & loca ex Prophetis *ibid.* 17. de passione, resurrectione & assumtione Christi; de dono item Spiritûs Sancti. *ibid.* 22. De fide præsentium & de salute ipsorum per Baptismum. *ibid.* 37. De concordia utili & de incremento fidelium. *ibid.* 42.

a) Eandem hanc ἔκθεσιν sub *Euthalii*, Sulcensis Episcopi nomine ediderat in collectione monumentorum Veterum p. 428. Laurentius Zaccagnius V. C. Romæ 1698. 4. b) Euthal. χρόνῳ τε καὶ μαθημάτων παρ᾽ ὑμῶν ἑκάστου. c) id. διὰ μὲν τοῦ μέλανος —— διὰ δὲ τοῦ κινναβάρεως. d) Euthal. addit: καὶ περὶ τῆς ἐνδόξου καὶ δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας. e) id. ἀποστολῆς.

* Hoc loco est subdivisio apud Euthalium, qvales deinceps etiam qvoties occurrunt, semper à me stella notatas Lector reperiet.

δ΄. περὶ τῆς ἐν Χριστῷ θεραπείας τοῦ ἐκ γεννητῆς χωλοῦ. Πέτρου τε κατηχήσεως ἐλεγκτικῆς, συμπαθητικῆς, συμβουλευτικῆς πρὸς σωτηρίαν f) αὐτοῦ· * ἐν ᾧ ἐπιστασία ἀρχιερέων ζήλῳ τοῦ γεγονότος, καὶ κρίσις τοῦ θαύματος, Πέτρου τε ὁμολογία τῆς Χριστοῦ δυνάμεώς τε καὶ χάριτος. * περὶ ἀπίστων g) ἀρχιερέων προσταττόντων, ὡς οὐ δεῖ παῤῥησιάζεσθαι ἐπὶ τῷ ὀνόματι h) Χριστοῦ, καὶ ἀνανεώσεως i) τῶν ἀποστόλων. * εὐχαριστία ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς τῶν ἀποστόλων πιστῆς καρτερίας.

ε΄. περὶ ὁμοψύχου καὶ καθολικῆς κοινωνίας τῶν πιστευσάντων, * ἐν ᾧ περὶ Ανανίου καὶ Σαπφείρας καὶ τῆς πικρᾶς αὐτῶν τελευτῆς.

ϛ΄. ὅτι τοὺς ἀποστόλους ἐμβληθέντας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ ἄγγελος Κυρίου νύκτωρ ἐξέωσεν ἐπιτρέψας ἀκωλύτως κηρύσσειν τὸν Ιησοῦν· * ἐν ᾧ ὅτι τῇ ἑξῆς οἱ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς πάλιν συλλαβόμενοι, ἐφ᾽ ᾧ μηκέτι διδάσκειν, μαστίξαντες ἀπέλυσαν. * Γαμαλιήλου γνώμη πιστὴ περὶ ἀποστόλων, μετὰ παραδειγμάτων τινῶν καὶ ἀποδείξεων.

ζ΄. περὶ χειροτονίας τῶν ἑπτὰ διακόνων.

η΄. Ιουδαίων ἐπανάστασις καὶ συκοφαντία κατὰ Στεφάνου, αὐτοῦ τε δημηγορία περὶ τῆς πρὸς Αβραὰμ διαθήκης τοῦ θεοῦ καὶ περὶ τῆς τῶν ιβ΄. πατριαρχῶν. * ἐν ᾧ τὰ περὶ τοῦ λιμοῦ καὶ πυρωνίας, καὶ ἀναγνωρισμοῦ τῶν υἱῶν Ιακώβ. καὶ περὶ γενέσεως Μωυσέως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν Μωϋσέα θεοφανείας ἐν ὄρει Σινὰ γενομένης. * περὶ τῆς ἐξόδου καὶ μοσχοποιΐας τοῦ Ισραὴλ ἄχρι τῶν χρόνων τοῦ Σαλομῶνος καὶ τῆς τοῦ ναοῦ κατασκευῆς· * ὁμολογία τῆς ὑπερουρανίου δόξης Ιησοῦ Χριστοῦ ἀποκαλυφθείσης αὐτῷ Στεφάνῳ, ἐφ᾽ ᾗ λιθόλευστος γενόμενος αὐτὸς Στέφανος, εὐσεβῶς ἐκοιμήθη.

θ΄. περὶ διωγμοῦ τῆς Εκκλησίας, καὶ ταφῆς Στεφάνου· * ἐν ᾧ περὶ Φιλίππου ἀποστόλου πολλοὺς ἰασαμένου ἐπὶ τῆς Σαμαρείας.

ι΄. περὶ Σίμωνος τοῦ μάγου πιστεύσαντος καὶ βαπτισθέντος σὺν ἑτέροις πλείοσιν. * ἐν ᾧ περὶ τῆς τοῦ Πέτρου καὶ Ιωάννου πρὸς αὐτοὺς ἀποστολῆς, καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας.

ια΄. ὅτι οὐκ ἀργυρίου, k) οὐδὲ ὑποκριταῖς, ἀλλ᾽ ἁγίοις διὰ πίστεως ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος l) ἐδίδοτο· * ἐν ᾧ τὰ περὶ ὑποκρίσεως καὶ ἐπιπλήξεως Σίμωνος.

ιβ΄. ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πιστοῖς εὐοδοῖ ὁ θεὸς τὴν σωτηρίαν, δῆλον ἐκ τῆς κατὰ τὸν εὐνοῦχον ὑποθέσεως.

ιγ΄. περὶ τῆς οὐρανόθεν θείας κλήσεως τοῦ Παύλου εἰς ἀποστολὴν Χριστοῦ, * ἐν ᾧ περὶ ἰάσεως καὶ βαπτίσματος Παύλου διὰ Ανανίου κατ᾽ ἀπο-

4. De curatione in Christo ejus, qvi ab ortu claudus erat. De Petri Catechesi, ubi redarguit, compatitur, & ad salutem dat consilia. *cap.* 3.1. Hinc adventus Sacerdotum ex rei gestæ livore, & judicium de miraculo, Petrique confessio circa Christi virtutem & gratiam. *cap.* 4. 1. De incredulis Sacerdotum Principibus, præcipientibus non oportere in nomine Christi confidenter agere; & de renovatione Apostolorum. *cap.* 4. 16. Gratiarum actio Ecclesiæ pro fideli Apostolorum perseverantiâ. *ibid.* 24.

5. De unanimi, & communi consensu fidelium, *cap.* 4.32. ubi de Anania & Sapphira, ac de acerba eorum morte. *cap.* 5. 1.

6. Quod Apostolos in carcerem conjectos Angelus Domini noctu eduxerit, præcipiens ut sine impedimento Jesum prædicarent. *cap.* 5. 17. Hinc quod insequenti die Sacerdotum principes ipsos rursum comprehensos, ut non ultra docerent, flagellis cæsos dimiserint. *ibid.* 27. Gamalielis sagax sententia circa Apostolos cum exemplis quibusdam & demonstrationibus. *ibid.* 34.

7. De ordinatione septem Diaconorum. *cap.* 6. 1.

8. Judæorum commotio & sycophantia contra Stephanum. Concio ejusdem de testamento Dei cum Abrahamo & duodecim Patriarchis; *cap.* 6. 8. ubi de fame, frumenti emtione, & de filiis Jacob se mutuo agnoscentibus; de ortu Mosis, & de apparitione Dei ad Moysem facta in Monte Sina; *cap.* 7. 11. de exitu & vituli fabrica a filiis Israël usque ad tempora Salomonis & Templi constructionem; *ibid.* 36. de confessione cœlestis gloriæ Jesu Christi, quæ revelata est ipsi Stephano, super qua lapidatus ipse Stephanus pie obdormivit. *ibid.* 55.

9. De persequutione Ecclesiæ, & sepultura Stephani; *cap.* 8. 1. *ab illis verbis: Facta est &c.* ubi de Philippo Apostolo, qui multos a morbis curavit in Samaria. *ibid.* 5.

10. De Simone mago, qui credidit & baptizatus fuit cum aliis multis; *cap.* 8. 9. ubi de missione Petri & Joannis ad illos, & invocatio Sancti Spiritûs in baptizatos. *ibid.* 14.

11. Quod non argenti pretio, neque hypocritis, sed Sanctis per fidem participatio Sancti Spiritûs detur: *cap.* 8. 18. ubi de hypocrisi & de increpatione Simonis. *ibid.* 20.

12. Quod probos & fideles Deus ad salutem deducat, ut exemplo eunuchi palam est. *cap.* 8. 26.

13. De divina ex cœlo facta vocatione Pauli ad Apostolatum Christi; *cap.* 9. 1. ubi de curatione & baptismate Pauli per Ananiam

f) Euthal. αὐτῶν. g) Euthal. περὶ ἀπειλῆς τῶν ἀρχ. h) ἐπὶ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. i) id. rectius ἀνέσεως *dimissione*. k) 1) οὐ δι᾽ ἀργυρίου. id. l) δίδοται· id.

κάλυψιν θεοῦ, παῤῥησίας τε αὐτοῦ καὶ συντυχίας τῆς διὰ Βαρνάβα l) πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

ιδ'. περὶ Αἰνέου παραλυτικοῦ ἰαθέντος ἐν Λύδδῃ διὰ Πέτρου· * ἐν ᾧ τὰ περὶ Ταβιθὰ τῆς φιλοχήρου, ἣν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ Πέτρος διὰ προσευχῆς ἐν Ἰόππῃ.

ιε'. Περὶ Κορνηλίου ὅσα τε πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος εἶπεν· ἐν ᾧ καὶ ὅσα Πέτρῳ m) οὐρανόθεν περὶ κλήσεως ἐθνῶν ἐῤῥήθη. * ὅτι μετασταλεὶς ὁ Πέτρος ἦλθεν πρὸς Κορνήλιον. * ἐπανάληψις παρὰ Κορνηλίου, ὧν εἶπεν ὁ ἄγγελος n) αὐτῷ τῷ Κορνηλίῳ. * Πέτρου κατήχησις εἰς Χριστὸν, καὶ τοῦ τε ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τοὺς ἀκούοντας δωρεὰ, καὶ ὅπως ἐβαπτίσθησαν τότε οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες.

ις'. ὡς Πέτρος τὰ καθ' ἑξῆς καὶ τὰ ἕκαστα τῶν γεγονότων διηγεῖται τοῖς ἀποστόλοις διακριθεῖσι πρὸς αὐτόν· * τῷ τηνικάδε o) τὸν Βαρνάβαν ἐκπέμψας πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχίᾳ ἀδελφούς.

ιζ'. προφητεία Ἀγάβου περὶ λιμοῦ οἰκουμένικῆς· p) καὶ καρποφορίας πρὸς τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀδελφούς.

ιη'. Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου κατασφαγή. * ἐν ᾧ καὶ Πέτρου σύλληψις πρὸς Ἡρώδου, ὅπως τε αὐτὸν ἄγγελος θείῳ κελεύσματι ἐξείλατο τῶν δεσμῶν, καὶ ὁ Πέτρος ἐμφανὴς γενόμενος νύκτωρ τοῖς ἀδελφοῖς ὑπανεχώρησεν· * ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν φυλάκων κολάσεως, καὶ μετέπειτα περὶ τῆς τοῦ ἀσεβοῦς Ἡρώδου πικρᾶς τε καὶ ὀλεθρίου κατασφαγῆς. q)

ιθ'. ἀποστολὴ Βαρνάβα καὶ Παύλου πρὸς τοῦ θείου Πνεύματος εἰς Κύπρον, ὅσα τε εἰργάσατο r) ἐν ὀνόματι Χριστοῦ εἰς Ἐλύμαν τὸν μάγον.

κ'. Παύλου εὐθαλὴς διδασκαλία εἰς Χριστὸν, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ καθ' ἑξῆς τῶν προφητῶν, ἱστορικὴ καὶ εὐαγγελική. * ἐν ᾧ ἐλεγκτικὴ καὶ συλλογιστικὴ διδασκαλίᾳ χρῆται * περὶ μεταθέσεως τοῦ κηρύγματος εἰς τὰ ἔθνη. διωγμοῦ τε αὐτῶν καὶ ἀφίξεως εἰς Ἰκόνιον.

κα'. ὅπως ἐν Ἰκονίῳ κηρύξαντες τὸν Χριστὸν, πολλῶν πιστευσάντων, ἐδιώχθησαν οἱ ἀπόστολοι.

κβ'. περὶ τοῦ ἐν Λύστροις ἐκ γεννητῆς s) χωλοῦ ἰαθέντος διὰ τῶν ἀποστόλων· διόπερ εἶναί τε θεοὶ καὶ παρεῖναι ἔδοξαν τοῖς ἐγχωρίοις. ἔνθα δὴ καὶ μετέπειτα λιθάζεται ὁ Παῦλος παρὰ τῶν ἀσυγκρίτων.

κγ'. ὅτι οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας, δόγματι καὶ κρίσει τῶν ἀποστόλων· * ἐν ᾧ ἐπιστολὴ αὐτῶν ἀποστόλων πρὸς τοὺς ἐξ

niam ſecundum revelationem Dei, de ejus item fiducia in loquendo, de conſortio ejus cum Apoſtolis per Barnabam. *ibid.* 17.

14. De Ænea paralytico, qui Lyddæ per Petrum ſanatus eſt, *cap.* 9. 32. ubi & de Tabitha viduarum amante, quam Petrus Joppe per orationem a mortuis ſuſcitavit. *ibid.* 36.

15. De Cornelio, & quæ ipſi Angelus dixerit: ubi etiam ea quæ Petro de cœlo circa vocationem gentium dicta ſunt. *cap.* 10. 1. Quod evocatus Petrus venerit ad Cornelium. *ibid.* 21. Repetit Cornelius ea, quæ ſibi Angelus dixerat. *ibid.* 30. Petri Catecheſis in Chriſtum, & Sancti Spiritûs donum audientibus collatum, & quomodo tunc baptizati ſint ii ex gentibus qui crediderant. *ibid.* 34.

16. Quomodo Petrus ordine ſingula quæ facta fuerant Apoſtolis ſecum diſceptantibus enarrat. *cap.* 11. 4. Tunc Barnabam miſerunt ad fratres qui Antiochiæ erant. *ibid.* 19.

17. Prophetia Agabi de fame in orbe futura; & de largitione facta fratribus qui erant in Jeruſalem. *cap.* 11. 27.

18. Jacobi Apoſtoli cædes, & Petri ab Herode apprehenſi hiſtoria; *cap.* 12. 1. & quomodo ipſum Angelus divino juſſu eruerit ex vinculis, ac Petrus, cum in conſpectum fratrum veniſſet, receſſerit; *ibid.* 3. ubi etiam de pœna cuſtodum, deinde de impii Herodis acerba & miſerabili cæde [per Angelum.] *ibid.* 18.

19. Miſſio Barnabæ & Pauli per divinum Spiritum in Cyprum, & quæ fecerit (Paulus) in nomine Chriſti erga Elymam magum. *cap.* 13. 1.

20. Pauli excellens doctrina circa Chriſtum ex lege ac deinde ex Prophetis, illaque hiſtorica & Evangelica; *cap.* 13. 16. ubi confutatoriâ & ſyllogiſticâ doctrinâ utitur *ibid.* 33. circa tranſlationem prædicationis ad gentes. De perſeqvutione adverſus illos excitata, & de fuga Iconium. *ibid.* 44.

21. Quomodo Apoſtoli Chriſtum Iconii prædicantes, multis credentibus, perſeqvutionem paſſi ſint. *cap.* 14. 1.

22. De claudo ab ortu qvi Lyſtris erat, quique ab Apoſtolis ſanatus eſt: quapropter ab incolis deos eſſe & adveniſſe putatum eſt. Ubi etiam poſtea Paulus lapidatur a popularibus. *cap.* 14. 7.

23. Quod ex dogmate & judicio Apoſtolorum non oporteat fideles ex gentibus circumcidi; *cap.* 15. 1. ubi Epiſtola Apoſtolo-

rum

l) διὰ Βαρνάβαν. id. minus bene.

m) καὶ ὅσα πάλιν Πέτρῳ. id.

n) ὧν ὁ ἄγγελος ἐπεμαρτύρησεν καὶ ὑφηγήσατο. Euthal.

o) id. τὸ τηνικάδε τὸν Βαρνάβαν ἐκπέμψασι (ſcil. Ἀποστόλοις.) id.

p) Euthal. οἰκουμένης, quomodo etiam legendum Montfauconus conjecerat.

q) Euthal. καταστροφῆς. r) id. εἰργάσαντο. s) id. ἐκ γενετῆς.

ἐθνῶν περὶ τῶν φυλακτέων. t) * ἀντίῤῥησις Παύλου πρὸς Βαρνάβαν διὰ Μάρκον.

κδʹ. περὶ κατηχήσεως Τιμοθέου, καὶ τῆς κατ' ἀποκάλυψιν ἀφίξεως Παύλου εἰς Μακεδονίαν· * ἐν ᾧ περὶ πίστεως καὶ σωτηρίας γυναικός τινος Λυδίας, * καὶ περὶ ἰάσεως τῆς πνεῦμα Πύθωνος ἐχούσης παιδίσκης, δι' ἣν τὸν Παῦλον καθεῖρξαν οἱ δεσπόται αὐτῆς τῆς παιδίσκης * καὶ περὶ τοῦ συμβάντος ἐκεῖσε σεισμοῦ καὶ θαύματος· καὶ ὅπως πιστεύσας ὁ εἱρκτοφύλαξ, ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἐβαπτίσθη παραχρῆμα, u) πανεύτιος. * ὅτι παρακληθέντες ἐξῆλθον τότε ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου οἱ ἀπόστολοι.

κέ. περὶ στάσεως γινομένης ἐν Θεσσαλονίκῃ τοῦ κηρύγματος ἕνεκεν, φυγῆς τε Παύλου εἰς Βέροιαν κἀκεῖθεν εἰς Ἀθήνας.

κϛʹ. περὶ τῆς ἐν Ἀθήναις ἐπιβωμίου γραφῆς, φιλοσόφου τε κηρύγματος καὶ εὐσεβείας τοῦ Παύλου.

κζ. περὶ Ἀκύλα καὶ Πρισκίλλης καὶ τῆς Κορινθίων ἀπειθείας, καὶ τῆς κατὰ πρόγνωσιν αὐτοῖς W) εὐδοκίας τοῦ θεοῦ ἀποκαλυφθείσης τῷ Παύλῳ. * ἐν ᾧ περὶ Πρίσκου x) ἀρχισυναγώγου πιστεύσαντος σὺν ἑτέροις τισὶν καὶ βαπτισθέντος. * ὅτι στάσεως κινηθείσης ἐν Κορίνθῳ, ὁ Παῦλος ὑπανεχώρησεν· ἐλθών τε εἰς Ἔφεσον καὶ διαλεχθεὶς, ἐξῆλθεν. * καὶ περὶ Ἀπολλῶ ἀνδρὸς λογίου καὶ πιστοῦ.

κή. περὶ βαπτίσματος καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς δοθείσης διὰ προσευχῆς Παύλου τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πιστεύουσι, y) καὶ περὶ ἰάσεως τοῦ λαοῦ. * περὶ τῶν υἱῶν Σκευᾶ, καὶ ὅτι οὐ δεῖ προσχωρεῖν z) ἀπίστοις καὶ ἀναξίοις τῆς πίστεως γινομένοις, καὶ περὶ ἐξομολογήσεως τῶν πιστευόντων· * περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ κινηθείσης στάσεως ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ἀργυροκόπου κατὰ τῶν ἀποστόλων.

κθʹ. περίοδος Παύλου, ἐν ᾗ τὰ περὶ τοῦ θανάτου καὶ ἀνακλήσεως Εὐτύχου διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι, παραινέσεις τε αὐτοῦ Παύλου ποιμαντικαὶ a) πρὸς τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρεσβυτέρους· * ἐν ᾧ περίπλους Παύλου ἀπὸ Ἐφέσου ἄχρι Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης.

λʹ. Ἀγάβου προφητεία περὶ τῶν συμβησομένων τῷ Παύλῳ ἐν Ἱερουσαλήμ.

λά. παραίνεσις Ἰακώβου πρὸς Παῦλον περὶ τοῦ, μὴ δοκεῖν κωλύειν Ἑβραίοις περιτέμνεσθαι.

λβʹ. περὶ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατὰ τοῦ Παύλου κινηθείσης ἀταξίας, ὅπως τε αὐτὸν ὁ χιλίαρχος τοῦ πλήθους ἐξαιρεῖται * ἐν ᾧ Παύλου κατάστασις περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῆς εἰς ἀπόστολον ἑαυτοῦ κλήσεως· * περὶ ὧν ὁ Ἀνανίας b) πρὸς τὸν Παῦλον ἐν Δαμασκῷ,

rum ad fideles ex gentibus circa ea a quibus sese custodire debebant. *ibid.* 33. Dissidium Pauli cum Barnaba propter Marcum. *ibid.* 36.

24. De catechesi Timothei, & de profectu Pauli in Macedoniam per revelationem; *cap.* 16. 1. *à verbis: & ecce.* ubi de fide & salute mulieris cujusdam Lydiæ, *ibid.* 14. & de curatione puellæ, quæ spiritum Pythonis habebat, propter quam domini puellæ Paulum in carcerem conjecerunt; *ibid.* 16. ac de terræmotu qui ibidem contigit, necnon de miraculo: & quomodo carceris custos cum credidisset, ea ipsa nocte statim baptizatus est cum tota domo sua, *ibid.* 25. quod rogati Apostoli tunc egressi sint ex carcere. *cap.* 16. 38.

25. De seditione Thessalonicæ facta propter prædicationem, & de fuga Pauli Berœam & inde Athenas. *cap.* 17. 1.

26. De inscriptione Athenis super altari, de philosophica prædicatione & pietate Pauli. *ibid.* 22.

27. De Aquila & Priscilla, & de incredulitate Corinthiorum, etiamsi Paulo secundum præscientiam beneplacitum Dei erga illos revelatum esset; *cap.* 18. 1. ubi de Prisco (Crispo) archisynagogo, qui cum aliis quibusdam credidit & baptizatus est. *ibid.* 8. Quod seditione Corinthi mota Paulus recesserit; & quod, cum Ephesum venisset ibique verba fecisset, exierit. *ibid.* 12. De Apollo viro eloquente ac fideli. *ibid.* 24.

28. De baptismate & de Spiritûs Sancti dono concesso credentibus Ephesi per orationem Pauli, & de curatione populi. *cap.* 19. 1. De filiis Scevæ, & quod non oporteat accedere ad infideles & fide indignos, ac de confessione credentium. *ibid.* 14. De seditione Ephesi mota per Demetrium argentarium contra Apostolos. *ibid.* 23.

29. Periodus Pauli, ubi de morte Eutychi in Troade per orationem Pauli in vitam revocatione: adhortationes pastorales ejusdem Pauli ad Presbyteros Ephesi. *cap.* 20. 2. Navigatio Pauli Epheso Cæsaream Palæstinæ. *cap.* 21. 1.

30. Agabi prophetia de iis quæ Paulo contingere futurum erat in Jerusalem. *cap.* 21. 8. *ab illis verbis: Et intrantes.*

31. Adhortatio Jacobi ad Paulum, ne Hebræos cohiberet a circumcisione. *cap.* 21. 15.

32. De tumultu orto in Jerusalem contra Paulum, & quomodo eum Centurio a multitudine eripuerit; *cap.* 21. 27. ubi Pauli concio de seipso, & de vocatione sua in Apostolum, *ibid.* 40. de adventu Ananiæ ad Paulum Damasci, de visione & voce Dei ad eum aliquan-

t) sic recte Euthal. pro φυλακέων. u) rectius iterum Euthalii Codices πανέστιος. vv) id. ἐπ' αὐτοῖς. Al. ἐπ' αὐτούς. x) Κρίσπου Euthal. y) πιστεύσασιν. id. z) al. ἐγχειρεῖν. a) Euthal. παραίνεσις ποιμαντική. b) εἶπεν adde ex Euthal.

ὀπτασίας τε καὶ φωνῆς θεοῦ γενομένης ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ. * ὅτι μέλλων ἐπὶ τούτοις ὁ Παῦλος τύπτεσθαι, εἰπὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, ἀνείθη. c)

λγ΄. ὅσα Παῦλος καταβὰς εἰς τὸ συνέδριον ἔπαθέν τε καὶ εἶπεν, καὶ εὐθυβόλως ἔπραξεν.

λδ΄. περὶ ἐπιβουλῆς μελετωμένης Ιουδαίοις d) κατὰ Παύλου, καὶ μηνύσεως αὐτῆς πρὸς Λυσίαν * ἐν ᾧ ὅτι παρεπέμφθη ὁ Παῦλος τῷ ἡγεμόνι εἰς Καισάρειαν μετὰ στρατιωτῶν καὶ γραμμάτων.

λέ. Τερτύλλου περὶ Παύλου κατηγορίας e) καὶ αὐτοῦ ἀπολογίας ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος. (sic)

λϛ΄. περὶ τῆς Φήλικος διαδοχῆς καὶ τῆς Φήστου ὑποπροσαγωγῆς, τῆς τε ἐπ' αὐτῶν f) ἀνακρίσεως Παύλου καὶ ἀφέσεως.

λζ΄. Αγρίππου καὶ Βερνίκης παρουσία, καὶ πεῦσις τῶν κατὰ g) Παύλου. * ἐν ᾧ ἀπολογία Παύλου ἐπὶ Αγρίππου καὶ Βερνίκης, περὶ τῆς ἐν νόμῳ h) θρησκείας αὐτοῦ καὶ κλήσεως εἰς τὸ εὐαγγέλιον. * ὡς οὐδὲν ἀδικεῖ Ιουδαίους ὁ Παῦλος, Αγρίππας ἔφη τῷ Φήστῳ.

λή. πλοῦς Παύλου ἐπὶ Ῥώμην, κινδύνων πλείστων τε καὶ μεγίστων i) πάμπλεως, * ἐν ᾧ παραίνεσις Παύλου πρὸς τοὺς σὺν αὐτῷ περὶ ἐλπίδος σωτηρίας. * ναυάγιον Παύλου, ὅπως τε διεσώθησαν εἰς Μελίτην τὴν νῆσον, καὶ ὅσα τε ἐν αὐτῇ ἐθαυματούργει.

λθ΄. ὅπως ἀπὸ Μελίτης εἰς Ῥώμην κατήντησεν ὁ Παῦλος.

μ΄. περὶ διαλέξεως Παύλου πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ Ιουδαίους.

Κεφάλαια μὲν τὰ ὅλα μ΄. τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα, ἅτινα τὰς σημειώσεις ἔχουσι k) διὰ τοῦ * μή.

aliquando emissa in Templo. *cap.* 22. 12. Quod cum his de causis Paulus mox verberandus esset, cum dixisset, *Romanus sum*, dimissus est. *cap.* 22. 25.

33. Quænam Paulus cum venisset in concilium passus sit, quæ dixerit, & quæ sagaciter fecerit. *ibid.* 30.

34. De insidiis per Judæos contra Paulum structis, & de monitione ejus ad Lysiam factâ. *cap.* 23. 12. Quod Paulus missus sit Cæsaream ad præsidem cum militibus & litteris. *ibid.* 22.

35. De Tertulli contra Paulum accusatione, & de apologia ejus coram præside. *cap.* 24. 1.

36. Felici succedit Festus. Paulus causam suam agit apud ambos, & dimittitur. *cap.* 24. 27.

37. Agrippæ & Bernices adventus, & interrogatio circa Pauli causam. *cap.* 25. 13. Apologia Pauli coram Agrippa & Bernice, de suo secundum legem cultu, deque vocatione suâ ad Evangelium. *cap.* 26. 1. Agrippa ait Festo, Paulum Judæos nihil lædere. *ibid.* 31.

38. Navigatio Pauli Romam cum periculis multis maximisque, *cap.* 27. 1. ubi adhortatio Pauli ad socios de spe salutis. *ibid.* 21. *ab illis verbis: oportebat quidem.* Naufragium Pauli. Quomodo vectores in Melitam insulam evaserint, & quæ ibi mirabilia patraverit. *ibid.* 39. *vel potius* 41.

39. Quomodo ex Melita Romam Paulus advenerit. *cap.* 28. 11.

40. De colloqvio Pauli cum Judæis, qui Romæ erant. *cap.* 28. 17.

Capita qvidem qvadraginta sunt; qvæ vero post capita asterisco notantur; quadraginta & octo.

Asteriscorum porro hujusmodi notæ penitus absunt ab Coisliniano Codice; quia asterisci quos Pamphilus initio adscripserat, Librariorum oscitantiâ postea exciderant. Sed commode contigit ut suppleri illi potuerint è Codice Vaticano.

Hactenus ἔκθεσις capitum libri sacri Actorum, qvalem sub genuino primi auctoris S. *Pamphili* Martyris nomine è Coislininiano Codice præstantissimus Montfauconus nuper admodum vulgavit. Hanc contuli cum editione Romana, qvam clarissimus Vir Laurentius Zaccagnius nobis dederat sub nomine *Euthalii* Sulcensis, qvi Euthalius diserte p. 513. testatur se usum Codicibus è Cæsariensi Bibliotheca qvam S. Pamphilus primum magno studio instruxit; Eusebius deinde ejusque successores Episcopi Cæsarienses servarunt auxeruntqve: unde divisionem capitum qvalem S. Pamphilus digesserat, etiam ex illis mutuatus esse, versiculorum ipse addidisse utiqve videtur. Exstat eadem ἔκθεσις sine nomine auctoris ante Commentarios Oecumenii in Acta, atqve inde in melioribus Novi Test. editionibus Rob. Stephani, Joh. Henrici Boecleri & Joh. Millii: nec non in Dan. Heinsii ad Nov. Test. exercitationibus. Cæterum qvo plenius constet de illa libri Actorum in capitula divisione apud veteres usitata, adjungere hoc loco juvat non modo Euthalianam ex S. Pamphili libro depromtam, sed & alias qvas reperi ab illa numero capitum & divisione discrepantes.

c) fortasse *ἀνέθη. Montfaucon.* d) ὑπὸ Ιουδαίων. Euthal. e) id. *κατηγορία & ἀπολογία.* f) id. ἐπ' αὐτοῦ. g) *κατὰ Παῦλον.* Euthal. h) *ἐννόμου.* id. i) Euthal. *ἔμπλεως.* k) Euthal. *διὰ κινναβάρεως.* Apud eundem ibidem notatur numerus στίχων seu *versuum* ροβ΄. 172. Sed ille longe minor est pro toto libro Actorum, qvem p. 411. reperio 2556.

[1] ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ.

ΕΝ τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων τῶν Αποςόλων ἀναγνώσεις εἰσὶν ις΄. κεφάλαια μ΄. μαρτυρίαι λ΄. [2] ςίχοι Ϭφνς΄.

Ανάγνωσις πρώτη, οὕτως, Τὸν μὲν πρῶτον λόγον. κεφαλαίου ἑνός. ά. μαρτυρίας μιᾶς. ά. [3] ςίχων μ΄.

Ανάγνωσις β΄. οὕτως, Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναςὰς Πέτρος. κεφαλαίου ἑνὸς, β΄. μαρτυρίας μιᾶς, β΄. ςίχων λ΄.

Ανάγνωσις γ΄. οὕτως, Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοςῆς. κεφαλαίου I. γ΄. μαρτυριῶν IIII. γ΄. δ΄. ε΄. ς΄. ςίχων ρθ΄.

Ανάγνωσις δ΄. οὕτως, Πέτρος δὲ καὶ Ιωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν, κεφαλαίου I. δ΄. μαρτυριῶν III. ζ΄. ή. θ΄. ςίχων ρλς΄.

Ανάγνωσις έ. οὕτως, Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιςευσάντων ἦν καρδία, καὶ ψυχὴ μία. κεφαλαίων II. έ. ς΄. ςίχων ρ΄.

Ανάγνωσις ς΄. οὕτως, Εν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν· κεφαλαίων II. ζ΄. ή. μαρτυριῶν IIIII. ί. ιά. ιβ΄. ιγ΄. ιδ΄. ιέ. ις. ιζ΄. ιή. ςίχων σκ΄.

Ανάγνωσις ζ΄. οὕτως Εγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν. κεφαλαίων IIII. θ΄. ί. ιά. ιβ΄. μαρτυρίας I. ιθ΄. ςίχων ρκ΄.

Ανάγνωσις ή. οὕτως, Ο δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς. κεφαλαίου ἑνὸς ιγ΄. ςίχων υιέ.

Ανάγνωσις θ΄. οὕτως, Εγένετο δὲ Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων. κεφαλαίων III. ιδ΄. ιέ. ις΄. ςίχων σν΄.

Ανάγνωσις ί. οὕτως, Εν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ιεροσολύμων προφῆται εἰς Αντιοχείαν· κεφαλαίων III. ιζ΄. ιή. ιθ΄. κ΄. κά. κβ΄. μαρτυριῶν III. κ΄. κά. κβ΄. κγ΄. κδ΄. κέ. ςίχων τ΄.

Ανάγνωσις ιά. οὕτως, καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ιουδαίας, ἐδίδασκον τοὺς μαθητάς. κεφαλαίων II. κγ΄. κδ΄. μαρτυρίας μιᾶς, κς. ςίχων σ΄.

[1] ELENCHUS.

IN Actuum Apostolorum libro lectiones sunt num. XV. Capita XL. Testimonia ex aliis sacræ paginæ libris XXX. [2] Versus MMDLVI.

Lectio I. ita incipit, Primum qvidem sermonem. Caput habet unum. Testimonium unum nempe, primum, [3] Versus XL.

Lectio II. ita incipit, Et in diebus illis stans Petrus, *cap. 1. vers. 14.* Caput habet unum, nempe, II. Testimonium unum, nempe, II. Versus XXX.

Lectio III. ita incipit, Et cum complerentur dies Pentecostes. *cap. 2. vers. 1.* Caput habet unum, nempe, III. Testimonia quatuor, nempe, III. IV. V. & VI. Versus CIX.

Lectio IV. ita incipit, Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum, *cap. 3. vers. 1.* Caput habet unum, nempe, IV. Testimonia tria, nempe, VII. VIII. & IX. Versus CXXXVI.

Lectio V. ita incipit, Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. *cap. 4. vers. 32.* Capita habet duo, nempe, V. & VI. Versus C.

Lectio VI. ita incipit, In diebus autem illis crescente numero Discipulorum. *cap. 6. vers. 1.* Capita habet duo, nempe, VII. & VIII. Testimonia octo, nempe, X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. & XVIII. Versus CCXX.

Lectio VII. ita incipit, Facta est autem in illâ die persecutio magna in Ecclesiam. *cap. 7. 1.* Capita habet quatuor, nempe, IX. X. XI. XII. Testimonium unum, nempe, XIX. Versus CXX.

Lectio VIII. ita incipit, Saulus autem adhuc spirans minarum. *cap. 9. vers. 1.* Caput unum habet, nempe XIII. Versus XCV.

Lectio IX. ita incipit, Factum est autem, ut Petrus, dum transiret universos. *cap. 9. vers. 32.* Capita habet tria, nempe, XIV. XV. XVI. Versus CCL.

Lectio X. ita incipit, In his autem diebus supervenerunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiam. *cap. 11. 27.* Capita habet sex, nempe, XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. Testimonia sex, nempe, XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. Versus CCC.

Lectio XI. ita incipit, Et quidam descendentes de Judæa docebant fratres &c. *cap. 15. vers. 1.* Capita habet duo, nempe, XXIII. & XXIV. Testimonium unum, nempè, XXVI. Versus CC.

Lectio

1 Hæc Lectionum enumeratio in Regio-Alexandrino tantùm codice reperitur; eorumque numerus antiquis liturgicis Alexandrinæ Ecclesiæ diebus planè respondet, ut in sua ad Monumenta Vet. præfatione Zaccagnius ostendit.

2 Malè in scripto codice, ςίχοι μώ: sunt enim versus MMDLVI. ut infrà, in calce Epistolarum catholicarum adnotatur licèt supputati lectionum versus sint 2560.

3 Numerum versuum, à librario omissum, Zaccagnius ex Actuum textu supplevit.

Ἀνάγνωσις ιβ΄. οὕτως, Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν. κεφαλαίων III. κέ. κϛ΄. κζ΄. μαρτυρίας I. κζ. στίχων ρπ΄.

Lectio XII. ita incipit. Cùm autem perambulassent Amphipolim. *cap. 17. vers. 1.* Capita habet tria, nempe, XXV. XXVI. XXVII. Testimonium unum, nempe XXVII. Versus CLXXX.

Ἀνάγνωσις ιγ΄. οὕτως, Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλῶν εἶναι ἐν Κορίνθῳ. κεφαλαίων III. κή. κθ΄. λ΄. μαρτυρίας μιᾶς, κή. στίχων σμ΄.

Lectio XIII. ita incipit. Factum est, autem cùm Apollo esset Corinthi. *cap. 19. vers. 1.* Capita habet tria, nempe, XXVIII. XXIX. & XXX. Testimonium I. nempe, XXVIII. Vers. CCXL.

Ἀνάγνωσις ιδ΄. Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἐπισκευασάμενοι, ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα. κεφαλαίων πέντε, λά. λβ΄. λγ΄. λδ΄. λέ. μαρτυρίας μιᾶς, κθ΄. στίχων συιγ΄.

Lectio XIV. ita incipit, Post dies autem istos præparati ascendebamus in Hierusalem *cap. 21. vers. 15.* Capita habet quinque, nempe, XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. & XXXV. Testimonium unum, nempe, XXIX. Versus CCXCIII.

Ἀνάγνωσις ιέ. οὕτως, Διετίας δὲ πληρωθείσης, ἔλαβεν διάδοχον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον. κεφαλαίων II. λϛ΄. λζ΄. στίχων σξή.

Lectio XV. ita incipit, Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. *cap. 24. 27.* Capita habet duo nempe, XXXVI. & XXXVII. Versus CCLXVIII.

Ἀνάγνωσις ιϛ. οὕτως, Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς Ἰταλίαν. κεφαλαίων III. λή. λθ΄. μ΄. μαρτυρίας μιᾶς λ΄; [1] στίχων ριθ΄. στίχοι κέ.

Lectio XVI. ita incipit. Ut autem judicatum est navigare nos in Italiam. *cap. 27. vers. 1.* Capita habet tria, nempe, XXXVIII. XXXIX. & XL. Testimonium unum, nempe, XXX. Versus CXIX. Hujus autem Elenchi versus sunt XXV.

Διεῖλον τὰς ἀναγνώσεις τῆς βίβλου τῶν πράξεων τῶν Ἀποστόλων, καὶ τὰ κεφάλαια ἑκάστης ἀναγνώσεως παρέθηκα, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ φερομένας μαρτυρίας, ἔτι δὲ καὶ ὅσων ἑκάστη στίχων τύγχανει.

Distinxi lectiones libri Actuum Apostolorum, & singularum lectionum capita unà cum testimoniis, quæ in unaquaque ipsarum referuntur, apposui, insuper quot singulæ versibus constent designavi.

Στίχοι ροβ΄. Κεφάλαια μὲν τὰ ὅλα μ΄. τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα μή. ἅτινα τὰς σημειώσεις ἔχουσι διὰ κινναβάρεως.

Versus CLXXII. Capita quidem omnia sunt XL. eorum verò subdivisiones sunt XLVI. eæque cinnabari exarantur.

Καὶ οὗτοι οἱ ἀριθμοί, οὓς [2] εὑρήσεις κειμένους ἐν τῷ τεύχει κατὰ τὸ ὕφος τῆς ἀναγνώσεως μετὰ μ΄ κεφάλαια, καὶ λ΄ μαρτυρίας· εἰσὶν δὲ οἱ πάντες λϛ΄.

Et hæ sunt numerorum notæ, [2] quas reperies in codice è regione textus Actuum Apostolorum, post XL. capitula, & triginta testimonia, sunt autem omnes XXXVI.

I. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε.

I. Primum quidem sermonem feci de omnibus, Theòphile. *cap. 1. 1.*

II. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος.

II. Et in diebus istis surgens Petrus. *cap. 1. 15.*

III. Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς.

III. Et cum compleretur dies Pentecostes, *cap. 2. 1.*

IIII. Πέτρος δὲ, καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερόν.

IV. Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum. *cap. 3. 1.*

Π. Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους.

V. Dimissi autem venerunt ad suos. *cap. 4. 23.*

ΠΙ. Διὰ δὲ χειρῶν τῶν Ἀποστόλων.

VI. Per manus autem Apostolorum. *cap. 5. 12.*

ΠΙΙ. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν.

VII. In diebus autem illis, crescente numero discipulorum. *cap. 6. 1.*

ΠΙΙΙ. Ἔστησαν δὲ μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας, ὁ ἄνθρωπος οὗτος.

VIII. Statuerunt autem falsos testes, qui dicerent, Homo iste. *cap. 7. 13.*

IX. Saulus

1 Malè in scripto codice, στίχων κέ.

2 In Vaticanæ Bibliothecæ Codice Regio-Alexandrino scribitur εὑρήσειμένους; sed nos legendum conjecimus εὑρήσεις κειμένους. Quid autem in hac adnotatione sibi velit Euthalius, non satis clarè constat. Fortasse numeros istos in codice Cæsariensis Bibliothecæ à se repertos, Euthalius in suum exemplar transtulit, ne posteri ignorarent, quo pacto Eusebius Apostolorum Actus in privatum usum distinxerit. In codice tamen Regio-Alexandrino, ut & alia nonnulla hujus generis, ita & has numerorum notas librarius ad oram textûs Actuum Apostolorum scribere neglexit. *Laur. Zaccagnius.*

a) non de toto libro, ſed de lectione intellige.

Capitula

Capitula Libri Actuum Apostolorum

è MS. Vatican. Cod. Oratorii B. VI.

I. POst passionem suam Dominus in multis argumentis apparet discipulis; & die quadragesimo allocutus eos, ascendit in cœlum: qui, promittentibus Angelis sic eum esse venturum, regrediuntur in Hierusalem. *Cap. 1. vers. 1.*

II. Ad complendam Psalmistæ prophetiam, duodecimus pro Juda traditore Matthias ordinatur Apostolus. I. 15.

III. Completa die Pentecoste descendens Spiritus Sanctus in discipulos, variarum eis tradit scientiam linguarum: quod audientes Judæi, musto eos esse plenos asseverant. II. 1.

IV. Stans Petrus cum Undecim, testimonium de Jesu perhibet: & compuncti qui audiunt, credunt; & baptizantur: atque adjiciuntur Ecclesiæ animæ quasi tria milia. II. 14.

V. Pulcherrima in Hierosolymis nascentis Ecclesiæ vita describitur: ubi Apostolis plura signa facientibus, credentium quotidie numerus augetur. II. 42.

VI. Petrus & Johannes claudum in ingressu Templi salvant: & admirante super hoc populo, in nomine Jesu eum sanatum declarant, qvos supervenientes Sacerdotes & Sadducæi in carcerem tradunt, credentibus de turba quinque milibus virorum. III. 1.

VII. Iidem reducti ad Concilium, fiducialiter prædicant in nomine Jesu Christi unicam esse cunctis viam salutis: ac Principes interdicentes ne in hoc nomine doceant; Apostolica auctoritate contemnunt. IV. 5.

VIII. Iidem referunt suis minas principum: quibus mox ad Deum vocem levantibus, advenit Spiritus Sanctus; & majorem eis prædicandi fiduciam tribuit. IV. 23.

IX. Item una anima primitivæ Ecclesiæ vita refertur: ubi Joseph qvia fideliter possessa reliqvit, congruum suæ fidei ab Apostolis nomen accipit, at Annanias & Sapphira qvia Deo mentiri conabantur; cita morte, perfidiæ culpam expiant. IV. 32.

X. Clarescentibus Apostolorum signis, aliarum qvoqve civitatum multitudo Hiesolymam sananda confluit. V. 12.

XI. Missos in carcerem Apostolos Angelus nocte ad prædicandum educit, quod comperti Principes verbis eos terrere temptant; nec valent: interficere cogitant; sed Gamalihel interveniente vetantur: cædunt, minanturqve; nec eos ab evangelizando coercent. V. 17.

XII. Multiplicato discipulorum numero, septem Diaconi ordinantur; & crescente Dei verbo, etiam Sacerdotum turba non modica subjugatur fidei. VI. 1.

XIII. Stephanus in nomine Jesu Christi magnis eminet signis, quem infidelium factio, qvia veritate vincere neqvit; falsorum testium suffragia qværit; eumqve ad concilium protrahit. VI. 8.

XIV. Idem interrogante Sacerdotum Principe, arguit eos semper Dei legi fuisse rebelles; qvi & priùs Prophetas & nuper Christum occiderint. VII. 1.

XV. Idem frementibus in eum auditoribus, etiam se Jesum à dextris Dei stantem videre testatur; & lapidantibus se veniam precatur. Ecclesia qvoqve Hierosolymitana Saulo instante dispergitur. VII. 54.

XVI. Philippo Diacono in Samaria Christum prædicante, & signa faciente, multi credunt & baptizantur: in quibus & Simon baptizatus adhæret Philippo. VIII. 5.

XVII. Descendentes Samariam Petrus & Johannes, imponunt manus credentibus, ut accipiant Spiritum Sanctum: qvod emere pecunia cupiens Simon, anathemate damnatur. VIII 13.

XVIII. Philippus jubente Angelo viam Gazæ petit, ubi instructo ac baptizato Aethiopiæ (*leg.* Aethiope,) Gentium primitias Domino consecrat. VIII. 26.

XIX. Saulus ad perseqvendam Ecclesiam Damascum pergens, cœlesti increpatione coercetur: mora baptizatus ab Annania, continuò Jesum in Synagogis prædicat. *IX.* 1.

XX. Idem qværentibus eum Judæis interficere, per murum nocte dimittitur: & veniens Hierosolymam, Barnaba duce Apostolis conjungitur, sed & ibi à Græcis passus insidias, Tarsum transfertur à fratribus, cujus furore sedato, Ecclesia per totam Judæam, Galilæam & Samariam libera pace fruitur. *IX.* 23.

XXI. Petrus in Lydda (qvæ nunc Diospolis vocatur) paralyticum erigit Aeneam: & in Joppe Tabitham à morte suscitat. *IX.* 32.

XXII. Cornelius Centurio monente Angelo Petrum ad se imbuendum invitat: cui mox Petrus & ipse visione cœlesti admonitus occurrit. *X.* 1.

XLIX. Idem Tyrum ex ordine Cæſareamque peruenit: Ubi Agabo prophetante, vincula ſibi futura intrepidus audit. XXI. 1.

L. Idem veniens Hieroſolymam, Jacobo & Senioribus per ordinem ſua geſta replicat; atque ob declinandum Judæorum ſcandalum, manè Templum purificatus ingreditur. XXI. 15.

LI. Orantem in Templo Paulum Judæi foras extrahunt, quem ſuperueniens Tribunus, morti quidem eripit; ſed vinculis ſtringit. XXI. 27.

LII. Allucutus populum Paulus, & de ſua cœleſti vocatione referens; morte ab eo dignus adjudicatur: quem torqueri jubens Tribunus; ubi Romanum audit, dimittit. XXI. 40.

LIII. Reductus in concilium Paulus, Pontificem ſe injuſtè judicantem redarguit; & pugnantibus pro eo Phariſæis, à Tribuno in caſtra reducitur; ac Divina per noctem viſione confirmatur. XXII. 30.

LIV. Devovent ſe Judæi occidere Paulum: quod animadvertens Tribunus, eum Cæſaream ad Felicem mittit Præſidem. XXIII. 12.

LV Accuſams Paulum Tertullus rhetor apud Præſidem Felicem, ad primum ipſius reſponſum falſa peroraſſe convincitur: nec tamen ipſe abſolvitur; ſed usque ad Præſidatum Feſti in Cæſarea retinetur. XXIV. 1.

LVI. Venienti Hieroſolymam Feſto Judæi contra Paulum ſuggerunt: ſed & in Cæſeara graviſſimis eum quæſtionibus affligentes, cogunt appellare Cæſarem. XXIV. 27.

LVII. Feſtus Agrippæ regi de Paulo & priùs ſecretò & poſt in Concilio refert. XXIV. 13.

LVIII. Paulus Agrippa permittente, pro ſe rationem reddit; atque omnium judicio innocens eſſe decernitur. XXVI. 1.

LIX. Traditur Paulus Centurioni Julio ducendus in Italiam: & ubi Cretam perventum eſt, quærentibus nautis divertere Fœnicem ad hyemandum, oborta tempeſtas cæca relidit eos in altum. XXVII. 1.

LX. Deſperantes ſocios Paulus Angelico ſolatur oraculo: qui ad prædictum illius; quartadecima die perditis rebus omnibus, evadunt cuncti ad terram. XXVII. 21.

LXI. Paulus in Melite invadentem ſe viperam jactat in focum: ac patrem Principis inſulæ à febribus & dyſenteria ſalvat. XXVIII. 1.

LXII. Idem hyeme transacta, Syracuſas cum ſuis ac Puteolos pervenit, quique ubi Romam ingreditur, cum cuſtodiente ſe milite manere permittitur. XXVIII. 11.

LXIII. Idem convocatis ad ſe primis Judæorum, cur ſit adductus edocet: & ſtatuto die pluribus ad ſe venientibus, de fide Jeſu exponit: manensque biennio in ſuo conducto, omnibus ad ſe intrantibus regnum Dei prædicat. XXVIII. 17.

Verſus IIIIDC. (4600.)

Ex Codd. Vatican. 4221. *S. Pauli*
& Oratorii B. VII.

I. UBi præcepit Jeſus diſcipulis, ab Hieruſalem ne diſcederent. Cap. I. v. 1. Ubi reverſi ſunt Hieroſolymam ad montem qui vocatur Oliveti. I. 12.

II. Petrus de Juda condiſcipulis ſuis loquitur, ut pro eo è duobus unum eligerent. I. 15.

III. Ubi Spiritus Sanctus de cælo deſcendit ſuper Apoſtolos in locum, ubi congregati fuerant. II. 1.

IV. Ubi Petrus dicit, Judæis *Non enim (ſicut exiſtimatis) hi ebrii ſunt; cùm ſit hora diei tertia. II. 14.*

V. Ubi de Domino Jeſu viris Iſrahelitis loquitur & de ſcripturis Divinis II. 22.

VI. Ubi Petrus Judæis dicit: *Pœnitentiam agite: & baptizetur unusquisque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti. II. 38.*

VII. Ubi Apoſtolis crediderunt; & baptizatæ ſunt animæ tria milia. II. 41.

VIII. Ubi Petrus & Johannes aſcendentes in Templum, paralyticum ſanant. III. 1.

IX. Ubi loquebantur Apoſtoli ad populum: & ſupervenerunt Sacerdotes & Magiſtratus Templi; & injecerunt in eos manus. IV. 1.

X. Videntes autem Petri conſtantiam & Joannis, admirabantur. IV. 13.

XI. Dimiſſi Apoſtoli, venerunt ad ſuos; & narraverunt omnia. IV. 23.

XII. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una. IV. 32.

XIII. Ubi quidam vir Ananias cum Safira uxore ſua defraudaverunt de pretio agri, & expiraverunt. V. 1.

XIV. Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. V. 12.

XV. Ubi Princeps Sacerdotum & omnes qui cum illo erant, injecerunt manus in Apoſto-

Pauli, (*al. add.*) reddente pro se rationem. XXIII. 1.

LXIII. Ubi de Judæis quidam devoverunt se, dicentes neque manducaturos neque bibituros donec Paulum occiderent. XXIII. 12.

LXIV. Ubi tribunus dimisit adolescentem, præcipiens ei, ne, cui loqueretur. XXIII. 22.

LXV. Ubi milites secundùm præceptum sibi assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem. XXIII. 31.

LXVI. Ubi Ananias Princeps Sacerdotum post quinque dies cum Senioribus quibusdam & Tertullo oratore, adversus Paulum Cæsaream descenderunt. XXIV. 1.

LXVII. Ubi Præsidi Paulus loquitur. XXIV. 10.

LXVIII. Ubi Felix sciens de via, distulit: qui & successorem Festum accepit. XXIV. 22.

LXIX. Ubi Agrippa Rex & Bernice Cæsaream descenderunt ad salutandum Festum. XXV. 13.

LXX. Ubi Paulus extensa manu cœpit rationem reddere Regi Agrippæ. XXVI. 1.

LXXI. Ubi hæc eo loquente & rationem reddente, Festus magna voce dixit. *Insanis Paule.* XXVI. 24.

LXXII. Ubi navem Adrumetinam ascendunt. XXVII. 1.

LXXIII. Ubi navigantes in Adria, rogat Paulus ut cibum sumerent & vipera à calore invasit manum ejus. XXVII. 27.

LXXIV. Ubi post menses tres in navem Alexandrinam quæ in insulam hyemaverat, navigaverunt. XXVIII. 11.

Versus III DCC. (3700.)

ACTA PASSIONIS
S. PAMPHILI MARTYRIS
ex libris Eusebii Cæsareensis de illius Vita
Juxta Ms. Medicæum Regis Christianissimi.

PARS PRIOR

Omnium duodecim qui cum ipso passi sunt, atque inprimis Pamphili laudes complectens.

I.

Καιρὸς δὴ καλεῖ πρὸς πᾶσι τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον, Παμφίλου τοῦ ἁγίου Μάρτυρος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων θαυμασίων ἀνδρῶν, καὶ πολυτρόπους εὐσεβείας ἄθλους ἐπιδεδειγμένων. Πλείστων γοῦν ὅσων κατὰ τὸν ἐγνωσμένον ἡμῖν διωγμὸν, ἀνδριζαμένων, τὸν περὶ ὧν ὁ λόγος ἀγῶνα σπανιώτατον, ὃν ἡμεῖς ἔγνωμεν, ἱστορήσαμεν, ἀθρόως ἐν αὐτῷ πᾶν εἶδος ἡλικιῶν τε σώματος, καὶ ψυχῶν ἀγωγῆς, βίου τε καὶ ἀναστροφῆς διαφόρου περιειληφότα, βασάνων τε ποικίλοις εἴδεσι, καὶ τοῖς κατὰ τὸ τέλειον μαρτύριον ἐνηλλαγμένοις στεφάνοις κεκοσμένον. Νέους τε γὰρ ἦν ἰδεῖν. καὶ κομιδῇ παῖδας τῶν σὺν αὐτοῖς Αἰγυπτίων τινὰς, ἡμῶν τοὺς δὲ ἄλλους (μεθ' ὧν καὶ ὁ Πορφύριος ἦν) ἀκμαίους τε αὖ σώματί τε ὁμοῦ καὶ φρονήσει, τοὺς ἀμφὶ τὸ ποθεινόν μοι ὄνομα, καὶ τὸν Ἰαμνήτην

I.

Tempus nunc monet, coram omnibus aperire theatrum magnum istud ac celeberrimum Sancti Martyris Pamphili, & eorum qui cum ipso vitam finiverunt admirabilium virorum, & per varia pro pietate certamina circumductorum. Etenim licet plurimi ex nobis, tempore persecutionis contra nos publicatæ, strenue sese gesserint; horum tamen, de quibus nunc sermo est, rarissimum agonem nobisque cognitum, ideo potius scripsimus; quia in eo statim aparebit, velut sub uno aspectu, omne genus tum ætatis corporeæ, tum spiritualis conditionis, vitæque & studiorum diversitas magna; sed imprimis varietas tormentorum atque exinde secundum martyrii cujusque consummationem paratarum cuique coronarum. Nam videre erit, quosdam eorum, qui inter ipsos erant Ægyptiorum a) juniores atque omnino pueros; alios autem nostrorum (in quibus etiam Porphyrius erat) viribus simul corporis simul & animi prudentia robustos; eos

Iii 2

DAN. PAPEBROCHII S. I. Notæ.

a) Procul ab auctoris mente aberravit Interpres, apud Lipomannum & Surium, cùm vertit: *Adolescentes & pueros, atque adeo plane infantes, ex iis qui erant cum ipsis* (fortassis *Ægyptiis* interpres scripserat, uti debebat) *alios autem pubescentes . . . nempe mihi carissimum Jamnitem Paulum.*

Παῦλον, Σέλευκόν τε καὶ Ἰουλιανὸν, ἄμφω τῆς Καππαδοκῶν γῆς ὡρμημένους· ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ἱερᾷ πολιᾷ, βαθυτάτῳ τε γήρᾳ πεπυκασμένοι, Οὐάλης Διάκονος τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας, καὶ ὁ τοὔνομα ἐπαληθεύσας Θεόδουλος.

II. Τοιαύτη μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς ἡ τῶν ἡλικιῶν ἐτύγχανε ποικιλία. Ψυχῶν δὲ ἀγωγαῖς διηλλάττοντο, οἱ μὲν ἰδιωτικώτερον, οἷα παῖδες, καὶ ἁπλούστερον ἔτι τὸν νοῦν φορῦντες, οἱ δὲ καὶ πάνυ στιβαρὸν καὶ ἐμβριθὲς κεκτημένοι τὸ ἦθος· ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τοῖς τῶν ἱερῶν μαθημάτων οὐκ ἀνεπιστήμονες, συγγενῶς δὲ ἅπασιν ὑπερφυὴς καὶ ἐνάρετος ἡ ἀνδρεία προσῆν. Οἷα δέ τις ἐν ἀποστίλβουσιν ἄστροις ἡμεροφαὴς φωστὴρ, ἐν μέσοις διέπρεπεν ἐξαστράπτων, ὁ ἐμὸς δεσπότης (οὐ γὰρ ἑταῖρον προσειπεῖν ἔτι μοι θέμις τὸν θεσπέσιον καὶ μακάριον ὡς ἀληθῶς Πάμφιλον) παιδείας γὰρ οὗτος τῆς παρ' Ἕλλησι θαυμαζομένης, οὐ μετρίως ἥπτο, τῆς τε κατὰ τὰ θεῖα δόγματα καὶ τὰς θεοπνεύστους γραφὰς (εἰ χρὴ τι θρασύτερον, πλὴν ἀληθὲς, εἰπεῖν) ὡς οὐδέτερον ἔχοι τις φάναι τῶν κατ' αὐτὸν ἤσκητο· μεῖζον δὲ τούτων ἐκέκτητο πλεονέκτημα, τὴν οἴκοθεν, μᾶλλον δὲ θεόθεν αὐτῷ δεδωρημένην σύνεσίν τε καὶ σοφίαν.

III. Καὶ τὰ μὲν περὶ ψυχὴν οὕτως εἶχον οἱ πάντες. Βίου δὲ αὖθις καὶ ἀναστροφῆς πλείστη τις ἐν αὐτοῖς ὑπῆρχε διαλλαγή· τοῦ μὲν Παμφίλου ἐξ εὐπατριδῶν κατάγοντος κατὰ σάρκα γένος, ἐπισήμως τε ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις διαπρέψαντος, τοῦ δὲ Σελεύκου ταῖς κατὰ τὴν στρατείαν ἀξίαις περιφανέστατα τετιμημένου, τῶν δὲ τῆς μέσης καὶ κοινῆς γεγονότων ἀγωγῆς. Οὐκ ἦν δὲ αὐτῶν ὁ χορὸς οὐδὲ τοῦ οἰκετικοῦ γένους ἐκτὸς, ὅ τε γὰρ ἡγεμονικῆς οἰκετίας θεράπων αὐτοῖς συγκατείλεκτο, καὶ ὁ Πορφύριος, τὸ μὲν δοκεῖν, τοῦ Παμφίλου γεγονὼς οἰκέτης, διαθέσει γε μὴν ἀδελφοῦ καὶ μᾶλλον γνησίου παιδὸς διενηνοχὼς οὐδὲν ἢ ἐλλείπων τῆς πρὸς τὸν δεσπότην κατὰ πάντα μιμήσεως. Καὶ τί γάρ; ἀλλ' εἰ φαίη τις, αὐτοὺς ὁλόκληρον ἐν βραχεῖ τύπον ἐκκλησιαστικοῦ συστήματος περιειληφέναι, οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοι τῆς ἀληθείας, πρεσβυτερίου μὲν ἐν αὐτοῖς ἠξιωμένου τοῦ Παμφίλου, διακονίας τε Οὐάλεντος, τήν τε τῶν ἐπὶ τοῦ πλήθους ἀναγινώσκειν εἰθισμένων τάξιν εἰληχότων ἑτέρων· ὁμολογίαις διακαρτερωτάτης μαστίγων ὑπομονῆς, ἔτι πάλαι πρὸ τοῦ κατὰ τὸ μαρτύριον τέλους τοῦ Σελεύκου διαπρέψαντος, καὶ τὴν τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποβολὴν ἐρρωμένως καταδεξαμένου. Τῶν τε λοιπῶν ἐπὶ τούτοις, διὰ κατηχουμένων καὶ πιστῶν τοῦτο λοιπὸν τῆς ὡς ἐν εἰκόνι σμικρᾷ μυριάνδρου ἐκκλησίας ἀφομοίωμα φερούσης ἀναπληρούντων.

eos scilicet qui cum dilectissimo meo censebantur, Jamnitem b) Paulum Selucumque & Julianum, ambos ex Cappadocum regione huc advectos. Erant etiam inter illos quidam sacra canicie & profunda ornati senectute; Valens nempe, Ecclesiæ Hierosolymorum Diaconus, & nomen suum verificans c) Theodulus.

II. Hæc ergo inter eos erat ætatum varietas: sed & mentes exercitatione distinguebantur, cum alii rudiores essent, utpote pueri, simpliciori adhuc intellectu utentes, alii jam formatam ac solidam haberent vivendi consuetudinem. Quin etiam inveniebantur inter illos haud inexperti diviniorum disciplinarum. Omnibus tamen æque congenita erat excellens quædam atque virtute fulta animi fortitudo. Præ omnibus autem, tanquam præ scintillantibus astris luminare majus, emicabat eorum medius Dominus meus; nec enim amplius fas mihi est d) sodalem appellare, venerandum ac vere beatissimum Pamphilum. Etenim disciplinarum, Gentilibus æstimatarum, peritiam haud mediocrem consecutus; in divinis dogmatibus ac cœlitus inspiratis Scripturis omnium qui secum versabantur (audacter, sed tamen vere dico) apparebat versatior; insuper autem pollebat prærogativa, propriæ scilicet, aut potius à Deo donatæ, intelligentiæ ac sapientiæ.

III. Sic quo ad animam constitutis singulis, major adhuc differentia erat conditionum. Nam Pamphilus quidem, nobili secundum carnem genere prognatus, etiam præsignis erat muneribus in patria publice gestis: Seleucus vero, præcipuis in militia honoribus fuerat decoratus; cum alii mediæ ferme conditionis essent. Sed neque in choro isto servile genus deerat, cum ex Proconsulari familia adjunctus eis fuerit servus Porphyrius, specie quidem tenus Pamphili mancipium, reipsa autem nihil à fratre, aut potius filio genuino discrepans, & nusquam à Domini sui imitatione deficiens. Ecqvid porro? Si quis dixerit, ipsos omnem ecclesiasticæ ordinationis formam numero suo complexos esse, nihil extra veritatem dixerit; cum Presbyterii dignitate ornatus fuerit Pamphilus, ad gradum Diaconatus evectus Valens, alii Lectorum munere fungi coram plebe consuessent; Seleucus vero, etiam ante Martyricum finem decoratus esset nobili confessione per generosam verberum tolerantiam, fortiter etiam dignitatis militaris jacturam perpessus; ceteri vero tamqvam Catechumeni aut fideles veluti in imagine parva repræsentarent similitudinem numerosæ Ecclesiæ.

IV. In-

b) *Jamnia* sive *Jamna* urbs maritina Palæstinæ, haud procul Joppe, sed totis 20 horariis leucis dissita à Cæsarea, cujus Archiepiscopo subest, etiam urbe maritima in confiniis Phœniciæ.

c) Θεόδουλος enim, *Dei servus*, interpretatur.

d) Prædictus interpres pro ἑταῖρον, ἕτερον, *alium*; & vertit; *non est mihi fas aliter appellare*

IV. Οὕτω παράδοξον τὴν τοσούτων καὶ τηλικούτων μαρτύρων ἐκλογὴν ἐθεωρήσαμεν, καθ' ἣν καίτοι γε οὐ πολλοῖς τὸν ἀριθμὸν οὖσιν ὅμως οὐδὲν ἀπέδει ταγμάτων ἐν ἀνθρώποις εὑρισκομένων. Οἷα οὖν ἐν πολυχόρδῳ λύρᾳ ἐξ ἀνομοίων συνεστώσῃ χορδῶν, ὀξειῶν καὶ βαρειῶν· τῶν τε ἀνειμένων καὶ ἐπιτεταμένων καὶ μέσων, εὐδιηρμοσμένων ἁπασῶν τέχνῃ τῇ Μουσικῇ· κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἐπὶ τούτων νέοι κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ πρεσβῦται, δοῦλοί τε ὁμοῦ καὶ ἐλεύθεροι, λόγιοι καὶ ἰδιῶται, ἄδοξοί τε κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν καὶ ἐπίδοξοι, πιστοί τε καὶ κατηχούμενοι, ἅμα καὶ διάκονοι σὺν πρεσβυτέροις, οἱ πάντες, ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς παντόφου μουσουργοῦ τοῦ μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ λόγου ποικίλως ἀνακρουσθέντος, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἕκαστοι δυνάμεως διὰ τῆς τῶν βασάνων ὑπομονῆς ἐνδειξάμενοι τὴν ἀρετὴν, τούς τε τῆς ὁμολογίας λαμπροτάτους καὶ ἐμμελεῖς· ἁρμονίους τε καὶ συμφώνους ἐπὶ τῶν δικαστηρίων φθόγγους ἀποδεδωκότες, ὑφ' ἓν καὶ ταὐτὸ τέλος τὴν εὐσεβεστάτην καὶ πάνσοφον διὰ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελειώσεως τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀπεπλήρωσαν τὴν μελῳδίαν.

V. Ὑπερθαυμάζειν ἄξιον καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν προφητικὸν δηλοῦντα χορόν· Δώδεκα γὰρ εἶναι συνέβη τοὺς πάντας, ὁπόσους Πατριάρχας καὶ Προφήτας καὶ Ἀποστόλους γενέσθαι παρειλήφαμεν. Οὐ περὶ ἑτέρων, οὐδὲ τὰς κατὰ μέρος ἑκάστου πολυτλήτους ἀνδρείας, κατὰ τῶν πλευρῶν ξέσεις, καὶ τὰς διὰ τριχῶν ἀγίαν ὑφῆς κατὰ τῶν ξεσθέντων τοῦ σώματος μερῶν ἐκτρίψεις, τάς τε ἀνηκέστους μάστιγας, καὶ τὰς πολυτρόπους καὶ ἐνηλλαγμένας βασάνους, δεινάς τε καὶ δυσκαρτερήτους στρεβλώσεις, ἃς ἐπικελευομένου τοῦ δικαστοῦ καὶ χερσὶ καὶ ποσὶν ἐπιτείνοντες οἱ δορυφόροι, τῇ βίᾳ κατηνάγκαζον πρᾶξαί τι τῶν ἀπειρημένων τοὺς Μάρτυρας.

VI. Τί χρὴ λέγειν τὰς ἀειμνήστους τῶν θεσπεσίων φωνὰς, ἐν αἷς ἥττον πεφροντικότες τῶν πόνων λαμπρῷ καὶ φαιδρῷ προσώπῳ, τὰς τοῦ δικαστοῦ πεύσεις ἀμείβοντες, πρὸς αὐταῖς βασάνοις γελῶντες ἀνδρικῶς, ἤθει τε σπουδαίῳ κατειρωνευόμενοι αὐτοῦ τὰς ἐρωτήσεις; Ἐρωμένου γὰρ ὁπόθεν εἶεν, τὴν ἐπὶ γῆς πόλιν φράζειν παρέντες, τὴν ὄντως ἑαυτῶν ἀνεδήλουν πατρίδα, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, ἐνέφαινον δὲ ἄρα κατὰ τὸν αὐτῶν νοῦν τὴν ἐπουράνιον τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἣν καὶ ἔσπευδον πόλιν, καὶ ἄλλα δὲ τοιουτότροπα, ἄγνωστα μὲν καὶ ἀσύνοπτα τοῖς τῶν ἱερῶν ἀγεύστοις, μόνοις δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἐκ τῆς θείας πίστεως ὡρμημένοις ἀριδηλότατα προσέφερον· ἐφ' οἷς δὲ μάλιστα ὁ δικαστὴς ἀγανακτικῶς, καὶ μάλα ὀργίλως σφαδάζων, καὶ τὸν λογισμὸν ἀπορούμενος ποικίλως, ὡς ἂν μὴ ἡττηθείη, τὰς κατ' αὐτῶν ἐπενόει μηχανάς· Κἄπειτα πεσὼν τῆς ἐλπίδος, τέλος ἑκάστῳ τὰ τῆς νίκης ἀποφέρεσθαι παρε-

IV. In hunc ergo modum contemplari nobis licet, admirabilem talium atq; tantorum Martyrum delectum; quatenus illis, quamvis numero paucis, nullus tamen eorum ordinum deerat, qvi solent inter homines reperiri. Nempe, qvemadmodum in lyra chordarum plurium earumqve inter se dissimilium, acutæ & graves, intensæ ac remissæ, mediæqve, per musicam artem belle concordantur: sic & in istis juvenes cum senibus, servi cum liberis, docti & indocti, nobiles & secundum vulgi æstimationem ignobiles, fideles & catechumeni, Diaconi atqve Presbyteri; tamqvam pulsante eos diversimode sapientissimo Musices Magistro Dei Verbo, suam singuli per tormentorum tolerantiam ostendentes virtutem, pulcherrimos beneqve concordes confessionis modulos coram tribunalibus personabant; communi deniqve fine, per consummationem martyrii, pientissimam simul doctissimamqve concludentes melodiam Deo omnium conditori.

V. Sed & consideratione singulari dignus est illorum numerus, Propheticum repræsentans chorum: erant enim universim duodecim, qvot etiam Patriarchas, Prophetas atqve Apostolos fuisse accepimus. Neqve aliorum qvam talium esse dixerim, e) vel uniuscujusqve eorum multiplicem fortitudinem, inter sectiones laterum, & laniatorum deinde corporis totius membrorum attritiones per cilicinos ex lanis caprinis pannos, & intolerabilia verbera variaq; & commutata identidem tormenta, ac graves immanissimosqve cruciatus; qvos cum ad imperium Judicis lictores intenderent manibus pedibusqve, omni violentia nitebantur cogere Martyres ad aliqvid illicitum faciendum.

VI. Quid porro necesse est referre illas semper memorabiles eorum voces, quas medios inter dolores sereno ac læto vultu sapienter reponebant interrogationibus judicis, generose ridendo ad ejus tormenta, aut gratioso qvodam modo eludendo propositas ab eo qvæstiones? Interrogante enim illo, undenam essent; pro eo quod de terrena civitate responderent, veram ei suam indicabant patriam, ab Hierusalem se esse prædicantes; intelligebant autem cœlestem illam Dei, qvo festinabant, civitatem; & alia ejusmodi varia dicebant, inexpertis sacrarum rerum non intelligibilia, & solis divinæ fidei consortibus manifesta: qvibus Judex magis exacerbatus, animoque æstuans, neqve qvid ageret comperiens, ne illis cederet, quascumqve excogitabat machinas; ac deniqve dejectus spe omni, unicuique eorum victoriæ

e) Videtur hic aliqvid deesse Græco textui ad sensum complendum.

χώρει βραβεῖα. Ποικίλος δ' ἦν αὐτῶν καὶ ὁ τῆς τελευτῆς τρόπος. Δυεῖν μὲν τῶν ἐν αὐτοῖς κατηχουμένων τῷ διὰ πυρὸς βαπτίσματι τελειωθέντων. Ἑτέρου δὲ τῷ τοῦ σωτηρίου πάθους σχήματι παραδοθέντος· τῶν δὲ ἀμφὶ τὸ ποθεινόν μοι ὄνομα, διαλλάττουσι βραβείοις ἀναδησαμένων.

VII. Τάδε μὲν οὖν φαίη ἄν τις καθολικώτερον τούτων μεμνημένος, κατὰ μέρος δὲ ἕκαστον ἐπεξιὼν, εἰκότως ἂν τοῦ χοροῦ τὸν πρωτοστάτην μακαρίσειε. Πάμφιλος οὗτος ἦν, ὁ θεοφιλὴς ὄντως ἀνὴρ καὶ πάντων ὡς ἀληθῶς φίλος τε καὶ προσήγορος, ἐπαληθεύων τὴν ἐπωνυμίαν, τῆς Καισαρέων ἐκκλησίας ὁ κόσμος. Ἐπεὶ καὶ τὴν τῶν πρεσβυτέρων καθέδραν πρεσβύτερος ὢν ἐδόξαζε, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ κοσμούμενος τῇ ἐνθαῦτα λειτουργίᾳ. Κἂν τοῖς ἄλλοις δὲ θεῖος ἦν ὄντως καὶ θείας μετέχων ἐμπνεύσεως· ἐπεὶ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον ἀρετῇ πάσῃ διαπρέψας ἔτυχε, μακρὰ μὲν χαίρειν εἰπὼν τρυφῇ καὶ πλούτου περιουσίᾳ· ὅλον δὲ ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ· ἀποδόμενός γέτοι τὰ εἰς αὐτὸν προγόνων ἥκοντα γυμνοῖς, πηροῖς καὶ πένησιν ἅπαντα. αὐτὸς ἐν ἀκτήμονι διῆγε βίῳ δι' ἀσκήσεως καρτερικωτάτης τὴν ἔνθεον μετιὼν φιλοσοφίαν. [Ὡρμᾶτο μὲν οὖν ἐκ τῆς Βηρυτίων πόλεως, ἔνθα τὴν πρώτην ἡλικίαν τοῖς αὐτόθι ἐτέθραπτο παιδευτηρίοις· Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς φρονήσεως εἰς τελείους ἄνδρας αὐτῷ προσήει, μετέβαινεν ἀπὸ τῶνδε ἐπὶ τὴν τῶν ἱερῶν λόγων ἐπιστήμην· ἀνελάμβανε δὲ ἐνθέου καὶ προφητικοῦ βίου τρόπον, καὶ Θεοῦ μάρτυρα αὐτὸς ἀληθῆ ἑαυτὸν καὶ πρὸ τελευτῆς τοῦ βίου παρέστη.]

VIII. Ἀλλ' ὁ μὲν Πάμφιλος τοιοῦτος ἦν. δεύτερος δὲ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα πρόῃει Οὐάλης, γεραρᾷ καὶ ἱεροπρεπεῖ πολιᾷ τετιμημένος, αὐτῇ τε προσόψει σεμνὸς καὶ ἱερὸς πρεσβύτης· οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν θείων γραφῶν εἰ καί τις ἄλλος εἰδήμων. Τοσαύτας γέτοι μνήμας αὐτῶν ἐνεστερνίσατο, ὡς μηδὲ ἀποδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων τεύξεως τὰς διὰ μνήμης αὐτῷ σωζομένας τῶν ἱερῶν μαθημάτων ἀπαγγελίας. Διάκονος ἦν, καίπερ ὢν τοιοῦτος, τῆς Αἰλιέων ἐκκλησίας. Τρίτος ἐν τοῖσδε κατηριθμεῖτο Παῦλος, θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων ἀνὴρ, ἀπὸ τῆς Ἰαμνιτῶν πόλεως ἐγνωρίζετο· ὃς δὴ καὶ πρὸ τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ὑπομονῆς, τὸν τῆς ὁμολογίας ἀγῶνα διηθλήκει.

riæ assignavit brabeum. Sed in hoc quasi varius erat modus: nam duobus quidem eorum adhuc Catechumenis, suus per ignem baptismus obtigit: alteri salvicæ passionis imagini assimilati, ceteri vero qvi cum dilecto meo erant, diversa inter se præmia partiti sunt.

VII. Atqve hæc dixerit aliqvis, ipsorum volens in genere meminisse; sigillatim vero eos prædicaturus, jure merito totius chori ducem imprimis laudaverit. Pamphilus hic fuit, vir Dei amantissimus, & vere amicus f) omnium, secundum significationem nominis sui, Cæsareensis ecclesiæ ornamentum: nam & Presbyteralem cathedram Presbyter existens glorificavit, ornans simul & ornatus eo quod ibi offertur sacrificio. Sed & aliis quoqve in rebus vere divinus erat, divinæqve inspirationis particeps: Cum per omnem vitam cunctis fuerit virtutibus cumulatus, longe quidem valere jubens delicias atqve divitias, totum vero sese tradens verbo Dei. Renuncians enim universæ quæ sibi à parentibus obvenerat substantiæ, eamqve nudis, imbecillis, egenisqve distribuens, ipse vitam ducebat proprio carentem, exercitationeqve indefessa divinam sibi comparabat Philosophiam. g) [Erat autem ex Berytensium civitate, ubi primum ætatem egit in iis quæ ibi erant puerorum gymnasiis: Postquam vero ingenium ejus ad virilem ætatem maturuit, transivit ad sacrarum literarum studium; vitæ qve formam, omnino divinam & propheticam, suscepit; seqve Dei verum Martyrem, etiam ante vitæ finem probavit]

VIII. Et talis quidem erat Pamphilus; secundus vero cũ illo ad agonem processit Valens, grandæva ac reverenda canicie conspicuus, ipsoqve aspectu venerabilis senex: insuper vero divinarum Scripturarum intelligens si qvis alius, earumque memoriam complexus tam firmam, ut ad earum, qvas in ea repositas servabat, sacrarum promissionum usum, non egeret præsidio literalis subsidii. Quamvis autem talis esset, Diaconatus tamen gradu in h) Æliensi Ecclesia erat contentus. Tertius deniqve numeratus Paulus, actione simul & spiritu ferventissimus, ex Jamnia civitate oriundus: qui etiam ante martyrium, ferri candentis tolerantia, confessionis certamen exantlaverat.

Idem

f) Πάμφιλος, quasi πάντων φίλος, *Omnium amicus.*

g) Quæ sequuntur, non videntur hoc loco scripta ab Eusebio; sed ab eo, qvi ex tertio ejus libro de Vita Pamphili hujus ac sociorum Martyrum excerpsit, suæ collectioni inserendum, huc collata ex libro ejusdem Eusebii primo, ne prorsus acephala esset narratio, qvæ de priori vita nihil haberet: itaqve judicavi ea his signis [ ] à reliqvo contextu abjungenda: qvod si fecisset Valesius, non dubitasset credo eorum causa hanc compositionem diversam ab historia Eusebiana censere.

h) *Ælia* id est, Hierusalem, ab *Ælio Adriano* sic dicta, postquam illa ab eo in monte Calvariæ restaurata, situm mutavit; Judæis novam urbem ingredi prohibitis.

Idem, ex Eusebii Historia Martyrum, Cap. XI.

Ut appareat, quam non verosimile sit, hanc Passionem ex alio paulum prolixiori Historiæ Eusebianæ textu, quam vulgo habeatur, acceptum, sed alterius anteriorisque operis partem esse, quam deinde in aliud opus auctor transstulerit; placet hic alterum contextum subjicere.

Καιρὸς δῆτα καλεῖ, τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον, τῶν ἀμφὶ τὸ περιπόθητον ἔμοιγε ὄνομα Παμφίλου τελειωθέντων· Δώδεκα δὲ ἦσαν οἱ πάντες, προφητικοῦ τινος ἢ ἀποστολικοῦ χαρίσματος καὶ ἀριθμοῦ κατηξιωμένοι· ὧν ὁ κορυφαῖος καὶ οὗ κατὰ Καισάρειαν πρεσβείου τιμῇ κεκοσμημένος μόνος ἐτύγχανεν ὁ Πάμφιλος· ἀνὴρ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον πάσῃ διαπρέψας ἀρετῇ, ἀποτάξει καὶ καταφρονήσει βίου, τῇ τῆς οὐσίας εἰς ἐνδεεῖς κοινωνίᾳ, κοσμικῶν ἐλπίδων ὀλιγωρίᾳ, φιλοσόφῳ πολιτείᾳ καὶ ἀσκήσει. μάλιστα παρὰ τοὺς καθ' ἡμᾶς διέπρεπε τῇ περὶ τὰ θεῖα λόγια γνησιωτάτῃ σπουδῇ, ἀτρύτῳ τε ἃ προὔθετο φιλοπονίᾳ, καὶ τῇ περὶ τοὺς προσήκοντας καὶ πάντας τοὺς αὐτῷ πλησιάζοντας ὠφελείᾳ· οὗ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρετῆς κατορθώματα, μακροτέρας ὄντα διηγήσεως, ἐπ' ἰδίας τῆς οὗ κατ' αὐτὸν ὑποθέσεως βίου γραφῆς ἐν τρισὶν ἤδη πρότερον ὑπομνήμασι παραδεδώκαμεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλοτίμως καὶ ταῦτα εἰδέναι ἔχοντας, ἀναπέμψαντες, τὰ νῦν ἐχώμεθα τῆς κατὰ τοὺς Μάρτυρας ἀκολουθίας. Δεύτερος μετὰ Πάμφιλον ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῄει, ἱεροπρεπεῖ πολιᾷ τετιμημένος, Οὐάλης, τῶν ἀπὸ Αἰλίας διάκονος, αὐτῇ προσόψει σεμνότατος πρεσβύτης, τῶν θείων γραφῶν εἰ καί τις ἄλλος ἐπιστήμων· Τοσαύτας γέ τοι μνήμας αὐτῶν ἐνεστέρνιστο, ὡς μὴ ἐνδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως, τῆς εἴ ποτε λάβοι γραφῆς οὓς δὲ ἂν ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους. Τρίτος ὁ θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων, ἀπὸ τῆς Ἰαμνιτῶν πόλεως, ὃν αὐτοῖς ἐγνώριζετο Παῦλος, πρὸ οὗ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ὑπομονῆς τὸν τῆς ὁμολογίας διαθλήσας ἀγῶνα.

Tempus nunc est, ut magnum illud ac celebre spectaculum, eorum qui cum Pamphilio (cujus nomen mihi quidem desideratissimum est) martyrium consummarunt, posterorum memoriæ tradam. Erant omnes numero duodecim, prophetica quadam seu potius apostolica gratia, & numeri æqualitate donati: quorum princeps eminebat Pamphilus, solus ex eorum numero, Presbyterii apud Cæsaream dignitate decoratus; vir toto vitæ suæ tempore in omni virtutis genere spectatissimus, seu fugam & contemptum seculi consideres, seu bonorum largam in pauperes erogationem, seu secularium honorum ad quos aspirare poterat despicientiam, seu denique arctioris & philosophicæ cujusdam vitæ exercitationem. Sed præ cunctis nostræ ætatis hominibus eminuit in eo viro ardentissimum studium sacrarum literarum, & in iis rebus qvas sibi perficiendas proposuerat indefessa laboris assiduitas ac diligentia, ad hæc singularis, in proximos cunctosqve qui ad ipsum accesserant, beneficentia. Hujus viri reliqvas virtutes resque præclare gestas, quæ prolixiorem orationem desiderant, jam pridem nos in peculiari opere, quod de ejus vita conscripsimus, tribus libris complexi sumus: si qui igitur harum rerum cognoscendarum cupidine tenentur, eos illuc amandasse contenti, in præsentiarum cœptam de martyribus nostris narrationem proseqvemur. Secundus post Pamphilum in certamen descendit Æliæ urbis Diaconus, Valens, augusta canicie conspicuus, ipsoqve aspectu venerabilis senex, qui divinas scripturas præ cæteris egregie callebat: eas enim usqve adeo fideli memoria complectebatur, ut nihil omnino interesset, an ex codice ipso legeret, an cujuslibet scripturæ integras paginas recitaret. Tertius inter eos claruit Paulus, Jamnitarum oppido oriundus, vir in agendo fervidus & ardore spiritus plenus, qui ante martyrium candentis ferri ustiones perpessus, confessionis coronam retulerat.

PARS ALTERA.

Sanctorum singulorum certamina, & martyrii exitus.

IX.

Τούτοις ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς δυεῖν ἐτοῖν χρόνων κατατριβομένοις, ὑπόθεσις οὗ μαρτυρίου ἐγένετο Αἰγυπτίων ἄφιξις, τῶν σὺν αὐτοῖς τελειωθέντων· οὓς κατὰ τὴν Κιλικίαν οὗτοι καταπονουμέ-

IX.

Cum prælaudati tres sancti bienniũ egissent in a) carcere, occasio martyri oblata ipsis est per eos, qui etiam cum illis extremo affecti supplicio fuerunt Ægyptios. Hi à

Cilicia

a) Ecgrapha nostra Medicæi Ms. ἐπὶ τῆς Κρήτης, *in Creata* qvasi isti ibi exulassent: sed corriguntur ex Ms. Lipomanni, atqve ex ipsomet Eusebio, hæc in Compendium contrahente, & τῆς εἱρκτῆς scribente.

νους ἐν τοῖς μετάλλοις, μέχρι τῶν τόπων καταστήσαντες, ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπαλινόστουν· καὶ δὴ πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν κατὰ Καισάρειαν πυλῶν, τίνες εἶεν καὶ πόθεν ἀφικόμενοι, πρὸς τῶν φυλάκων ἐρωτηθέντες, καὶ μηδὲν τ' ἀληθοῦς ἀποκρύψαντες, Χριστιανοὶ δὲ φάντες ἑαυτοὺς, κακούργων τρόπῳ ἐπ' αὐτῷ φώρῳ ληφθέντων καταλαμβάνοντο· πέντε δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμόν. Οἱ δὲ προσαχθέντες τῷ ἄρχοντι, κἀπὶ τούτου παῤῥησιασάμενοι, δεσμοῖς μὲν αὐτίκα παραδίδονται. Τῇ ὑστεραίᾳ, Περιτίου μηνὸς ἑκκαιδεκάτῃ, κατὰ Ῥωμαίους δὲ τῇ πρὸ δεκατεσσάρων καλανδῶν Μαρτίων, αὐτοὺς δὴ τούτους, σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον, τῷ Φιρμιλλιανῷ προσάγουσιν. Ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἀπεπειρᾶτο μόνων, πρὸ τῶν βασάνων εἴδεσιν παντοίοις διαγυμνάζων τοὺς ἄνδρας. Τὸν μὲν οὖν προήγορον αὐτῶν ἐν μέσῳ ἀγαγὼν, τίς εἴη καὶ ἀπόθεν ἠρώτα. Ὅστις, ἀντὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος, προφητικόν τι ἑαυτῷ προσῆπτε. Τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τῶν λοιπῶν ἐγίγνετο ἀντὶ τῆς πατρόθεν αὐτοῖς ἐπιτεθείσης ἐπωνυμίας.

X. Ἡλίαν γ' οὖν καὶ Ἱερεμίαν, Ἡσαΐαν τε καὶ Σαμουὴλ καὶ Δανιὴλ ἤκουσας ἂν αὐτῶν ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ γνήσιον Ἰσραηλίτην αὐτοῖς ἔργοις οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ φωναῖς κυρίως ἐκφερομέναις ἐνδεικνυμένων· τοιοῦτον οὖν τι πρὸς τοῦ Μάρτυρος ἐπακούσας ὁ δικαστὴς ὄνομα, οὐ μὴν τῇ τοῦ ῥήματος ἐπιστήσας δυνάμει, δεύτερον, ἥ τις αὐτοῦ πατρὶς εἴη ἠρώτα. Ὁ δὲ συνῳδὸν τῇ προτέρᾳ δευτέραν ἀφίησι φωνὴν, Ἱερουσαλὴμ εἶναι λέγων τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, ἐκείνην δῆτα νοῶν, περὶ ἧς εἴρηται Παύλῳ, Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥ τις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. καὶ Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. καὶ ὁ μὲν ταύτην ἐνόει. ὁ δὲ ἐπὶ χθόνα καὶ χαμαὶ ῥίψας τὴν διάνοιαν, τίς εἴη αὕτη καὶ ὑπὸ γῆς ποίας κειμένη, ἀκριβῶς ἐπολυπραγμόνει, καὶ δῆτα καὶ βασάνους ἐπῆγεν ὡς ἂν τ' ἀληθὲς ὁμολογοίη. Ὁ δὲ στρεβλούμενος κατόπιν τὼ χεῖρε καὶ τοῖν ποδοῖν μαγγάνοις τισὶ διακλώμενος, εἰρηκέναι τ' ἀληθὲς διϊσχυρίζετο. Εἶτα αὖ πάλιν καὶ πολλάκις πυνθανομένου, τίς εἴη καὶ ποῖ κειμένη ἡ

Cilicia revertebantur domum, postqvam illuc usque deduxerunt ad metalla damnatos b); atqve ad ingressum portarum Cæsareæ interrogati, c) qui essent, & unde venirent; cum neque ejus qvod erat quidquam dissimularent, seqve Christianos esse profiterentur; instar maleficorum ipso in facinore deprehensorum, fuerant comprehensi, numero quinque: ad Præsidem autem adducti, eademque fiducia usi, continuo in vincula dati erant. Postridie vero qui XVI dies erat mensis Perittii, hoc est juxta Romanos dies XIV. ante Kalendas Martias, iidem, simul cum illis qvi Pamphilo aderant, Firmiliano exhibentur. Qvi solos Ægyptios tentandos sibi sumens omni genere tormentorum, nudari viros jussit; deinde, cum qvi præcipuus inter omnes videbatur in medium adducens, qvis esset, & unde interrogabat. Hic cum loco proprii nominis propheticum aliqvid ipsi indicasset, idem & alii fecerunt pro nominibus sibi in patria inditis.

X. Eliam ergo & Hieremiam, Isaiam & Samuelem atqve Danielem sese ipsos appellare audiens Præses (sic enim placuerat illis ostentare qvem intus abditum gerebant animum veri Judæi ac Israëlitæ, non solum operibus, sed etiam vocabulis d) clare prolatis) ipse qvidem virtutem nominis sibi à Martyre indicati non intellexit; sed porro perrexit interrogare, qvæ ipsi esset patria: Martyr vero, eodem compendio usus, alteram emisit vocem, dicens, Jerusalem sibi patriam esse, eam scilicet intelligens, de qva Paulus ait, Qvæ sursum est Jerusalem, libera est, qvæ est mater nostra: & alibi, Accessistis ad Sion Montem & civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem. Talia igitur cogitabat Martyr; sed Præses mentem terræ affixam habens; qvæ illa esset Jerusalem, & ubi terrarum sita e) studiosius reqvirebat; qvin & tormenta admovebat, ut qvod verū esset faterentur. Sed enim Martyr manus post tergum retortas, pedesqve qvibusdam machi-

b) Additur in Hist. ὁμολογητάς, *Confessores*.

c) Additur ibidem, *Perinde ac priores illi quos supra commemoravi* (scilicet Ægyptii alii, qui c. 10. narrabantur, *XIX. Kal. Januarias comprehensi*) professos, *se ad ministeria Confessoribus in Cilicia constitutis exhibenda* proficisci: quorum alii quidem, *eádem quá illi quibus ministraturi venerant, pœna damnati sunt, oculis ac pedibus inutiles redditi* (uno scilicet oculo eruto, & cruris unius succisis nervis) *tres vero ex ipsis, in urbe Ascalone, in qua vincti tenebantur, cum admirabilem animi fortitudinem ostendissent, diverso martyrii exitu occubere. Quippe unus illorum Ares nomine, flammis consumtus est; reliqvis duobus, quorum unus Probus, alter Elias vocabatur, caput gladio præcisum.* Coluntur autem hi à Græcis 19 Decembris, quasi qvinto die post comprehensionem supplicio affecti.

d) Ibidem alia datur ratio mutatorum nominum, *quod* scilicet *propria forsan idololatrica essent*, à falsorum Deorum nominibus sumta, ut sunt *Dionysius*, *Bacchides*, *Athenæus* aliaqve similia. Non tamen ex hac Eusebii conjectura, multo minus ex isto horum martyrum facto, recte qvisqvam intulerit, in freqventi Christianorum primorum usu fuisse, gentilia nomina baptizandis commutare, in nomina Patriarcharum, Prophetarum vel Apostolorum, aliaqve è sacris scripturis petita.

e) Nempe jam inde à tempore Aelii Hadriani, & anno Christi 179 restaurata urbs *Jerusalem*, mutato nomine erat & dicebatur Aelia, ut antiqvatum pridem nomen potuerit Romano Præsidi peregrinum prorsus accidere, maxime si noverat, Ægyptios esse qvos interrogabat.

λεχθεῖσα πόλις Ἱερουσαλὴμ, μόνην αὐτὴν εἶναι τῶν Χριστιανῶν πατρίδα, ἔλεγε, μὴ γὰρ καὶ ἑτέροις ἢ τούτοις μόνοις αὐτῆς μετεῖναι, κεῖσθαι δὲ πρὸς ἀνατολαῖς, καὶ πρὸς αὐτῷ φωτὶ καὶ ἡλίῳ. Ὁ μὲν καὶ πάλιν διὰ τούτων κατὰ τὸν οἰκεῖον νοῦν ἐφιλοσόφει· Τῶν ἐν κύκλῳ βασάνοις αὐτὸν αἰκιζομένων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενος· ὥσπερ δέ τις ἄσαρκος καὶ ἀσώματος, οὐδὲ ἐπαισθάνεσθαι ἐδόκει τῶν ἀλγηδόνων. Ὁ δὲ δικαστὴς ἀπορούμενος ἐσφάδαζεν, ἐχθρὰν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν τάχα που συστήσασθαι ἑαυτοῖς πόλιν Χριστιανοὺς οἰόμενος· πολύς τε ἦν ἐπικείμενος ταῖς βασάνοις, καὶ ἀνερευνῶν τὴν δηλωθεῖσαν πόλιν, τήν τε κατὰ ἀνατολὰς ἐξετάζων χώραν· ὡς δὲ ἐπὶ πλεῖον μάστιξι τὸν νεανίαν καταξήνας, ἀπαράλλακτον τῶν προτέρων αὐτῷ ῥηθέντων ἑώρα, τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ᾽ αὐτοῦ κεφαλικὴν ἐκφέρει ψῆφον.

machinis luxatos habens, verum se dixisse affirmavit. Cumqve nihilominus iterum atqve iterum interrogaretur, qvæ & ubi sita esset ea qvam dicebat civitas Jerusalem; solam hanc Christianorum patriam esse respondit, atqve illos solos nec alios ullos in ea versari; consistere vero ad Orientem, juxta lucem atqve solem. Et hic qvidem rursus juxta proprium suum sensum philosophabatur, nihil commutatus iis, qvæ circumstabant tormentis, sed velut incorporeus nec sentire qvidem videbatur dolores; Judex verò angustiabatur, ratus, Christianos urbem aliqvam, Romanæ æmulam & inimicam sibi condere; multusqve in eo erat ut percunctando disceret, & ipsam & regionem Orientalem qvæ sibi indicabantur ubi essent. Videns tamen ad verbera magis etiam immutabilem manere juvenem, & in prioribus responsis perseverare, capitalem tandem contra eum mortis sententiam pronuntiavit.

XI. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον, τοιαύτην εἴληφε δραματουργίαν, καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ τῶν Αἰγυπτίων, τοῖς παραπλησίοις διαγυμνάσας παλαίσμασι, τὸν ὅμοιον ἐπάγει τρόπον. εἶτα ἐκ τούτων ἐπὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον μεταβὰς ἀνεδιδάσκετο, ὡς ἄρα πρότερον ἤδη πλείστων εἶεν βασάνων πεπειρασμένοι· ἄτοπον δὲ εἶναι λογισάμενος ταῖς αὐταῖς αἰκίαις περιβάλλειν τοὺς ἄνδρας, καὶ μάταια μοχθεῖν, τοσοῦτον μόνον, εἰ κἂν νῦν πειθαρχοῖεν, ἀνεπυνθάνετο· ἀκούσας δὲ παρ᾽ ἑκάστου τὴν ὑστάτην τῆς μαρτυρίας φωνὴν, παραπλησίως κεφαλικὴν τιμωρίαν κατ᾽ αὐτῶν ἐξενεγκάμενος, ὑπάγει.

XI. Et res qvidem hujusce Martyris talem, veluti cujusdam dramatis, exitum habuerunt, ceteros deinde Ægyptios, cum ad diversimoda qvoq; experimenta nudasset, eundem in modum agitavit. Tum ad Pamphili sodales transgressus, didicit, qvod jam pridem variis essent cruciatibus tentati. Qvare supervacaneum ratus iisdem qvæstionibus homines subjicere; seqve frustra in iis laboraturum; solum interrogavit, an vel nunc persvaderi sibi finerent. Audiens vero ex singulis extremam confessionis vocem, consimilem in eos tulit sententiam capitis, atqve recessit.

XII. Οὔπω δὲ αὐτῷ πᾶν εἴρητο ἔπος· καὶ πόθεν, ἀναβοᾷ μειράκιόν τι, τῆς οἰκετικῆς τοῦ Παμφίλου θεραπείας, ἐκ μέσου τοῦ πλήθους τῶν ἀμφὶ τὸ δικαστήριον κυκλούντων παρελθὼν εἰς μέσον· ἐβόα δὲ μεγάλῃ φωνῇ, ταφῇ τὰ σώματα ἐξαιτούμενον. Πορφύριος ἦν ὁ μακάριος· θρέμμα γνήσιον Παμφίλου. οὐδ᾽ ὅλων ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν, καλλιγραφικῆς ἔμπειρος, σωφροσύνης δὲ ἕνεκα καὶ τρόπων πάντα καλύπτων ἐγκώμια, ὡς οἷα ὑπὸ τηλικῷδε ἀνδρὶ συνησκημένος· ὡς δή ἔγνω τὴν κατὰ τοῦ δεσπότου ψῆφον. ἀπὸ μέσης τῆς πληθύος ἀνέκραγε, γῇ τὰ σώματα παραδοθῆναι ἀξιῶν. Ὁ δὲ οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ θὴρ, καὶ θηρίου παντὸς ἀγριώτερος, μή τε τῆς αἰτήσεως εὔλογον ἀποδεξάμενος, μή τε τῷ τῆς ἡλικίας ἀπονείμας νέῳ συγγνώμην, αὐτὸ μόνον ὡς ὁμολογοῦντα Χριστιανὸν ἔμαθε, παντὶ σθένει τοῖς βασανισταῖς κατ᾽ αὐτοῦ χρῆσθαι προστάττει. Ὡς δὲ ἐπικελευομένου θύειν ἀπένευεν ὁ θαυμάσιος, οὐκ ἔθ᾽ οἷα σάρκας ἀνθρώπου. ἀλλ᾽ οἷα λίθους ἢ ξύλα, ἤ τι τῶν ἀψύχων ἕτερον ἄχρις ὀστέων αὐτῶν καὶ κατὰ βάθους σπλάγχνων αἰκίζειν αὐτὸν, καὶ πάντὸ σῶμα καταξαίνειν ἐπικελεύεται. Εἰς μακρὸν δὲ τούτου γινομένου, μάτην ἐγχειρεῖν διέγνω. Ἀφώνου, μικροῦ δεῖν

XII. Sed nondũ tota tragœdia peracta erat. Qvomodo autem peracta est? Revocavit cum juvenis qvidam de medio turbæ tribunal circumstantis, prosiliens ex famulitio Pamphili; revocavit autem voce magna, deposcens corpora ad sepulturam. Beatus hic Porphyrius erat, genuinus Pamphili vernula, necdum octodecim annos natus, f) scribendi peritissimus, morum ac sapientiæ titulo omnibus encomiis major, ut qvi cum tali viro se se exercuerat: qvi, ut cognovit latam in Dominum suum sententiam; ex media turba vociferans, oravit ut corpora sibi sepelire liceret. Præses vero, non tanqvam homo, sed ut fera, vel si qvid fera immanius est, neqve postulationis æqvitatem suscipiens, neqve juventutis rationem ullam habens, solum qvia didicit adolescentem se Christianum fateri, carnificibus præcepit omnes in eo torqvendo vires contendere. Cum ergo jubenti sacrificare abnuisset admirabilis ille, non jam ut carnem humanam, sed ut lapidem aut lignum aut aliud qvodcumqve inanimatum, usqve ad ipsa ossa & interiora viscera, præcepit tyrannus

f) Utraqve hæc commendatio deest in Historia.

καὶ ἀψύχου τοῦ σώματος τῷ γενναίῳ μάρτυρι καταστάντος, παρορώμενον τὸ ἀνηλεὲς καὶ ἀπάνθρωπον κεκτημένος ὁ δικαστής· Τριχῶν πεπλεγμένοις ὑφάσμασι τὰς ἐκδαρείσας ταῖς βασάνοις πλευρὰς ψήχειν καὶ τρίβειν ἐπὶ πλέον προστάττει. εἶθ᾽ ὥσπερ κόρον λαβὼν καὶ τῆς μανίας ἐμφορηθεὶς, μακρῷ καὶ μαλθακῷ πυρὶ παραβληθῆναι αὐτὸν ἀποφαίνεται. οὗτος μὲν οὖν πρὸ τῆς τοῦ Παμφίλου τελειώσεως ὕστατος ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρελθὼν, τῇ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῇ τὸν δεσπότην προέλαβεν.

XIII. Ἦν δὲ ἄρα τὸν Πορφύριον θεωρεῖν ἱερονίκου διαθέσει πάμμαχον νενικηκότος, κεκονιμένον τὸ σῶμα, φαιδρὸν δὲ τὴν ὄψιν, θαρσαλέῳ τε φρονήματι καὶ γαύρῳ, τὴν ἐπὶ τὸν θάνατον βαδίζοντα. θείου Πνεύματος ὡς ἀληθῶς ἐμπλέων· καὶ δὴ φιλοσόφῳ σχήματι τῷ περὶ αὐτὸν ἀναβολαίῳ τρόπον ἐξωμίδος ἠμφιεσμένος, ἄνω βλέπων καὶ πάντα τὸν θνητὸν καὶ ἀνθρώπινον ὑπερφρονῶν βίον, ἀτρεμεῖ τῇ ψυχῇ προσεισι τῇ πυρᾷ. Ἤδη ἑαυτῷ τῆς φλογὸς πελαζούσης, ὡς ἂν δὲ μηδενὸς αὐτῷ παρόντος λυπηροῦ ἀταράχῳ καὶ νήφοντι λογισμῷ περὶ τῶν οἰκείων τοῖς γνωρίμοις ὁ ἥρως, διετάττετο, εἰς ἔτι τότε τὸ πρόσωπον φαιδρὸν καὶ ἀπαράλλακτον διαφυλάττων. Ὡς δὲ τοῖς γνωρίμοις αὐτάρκως συνετάξατο, πρὸς τὸν Θεὸν ἤδη λοιπὸν ἠπείγετο· Τῆς γέτοι πυρᾶς ἐξ ἀποστήματος κύκλῳ περὶ αὐτὸν ἀφθείσης, ἔνθένδε κἀκεῖθε ὑφήρπαζε τῷ στόματι τὴν φλόγα, ἐπισπέρχων αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν προκειμένην πορείαν· καὶ οὗτο ἔπραττεν, οὐδὲ ἕτερον ἢ Ἰησοῦν ἀνακαλούμενος.

XIV. Τοιοῦτος καὶ Πορφυρίου ἆθλος. Τῆς δὲ κατ᾽ αὐτὸν τελειώσεως ἄγγελος τῷ Παμφίλῳ γενόμενος Σέλευκος, τοῦ σὺν αὐτοῖς καταξιοῦται παραυτίκα κλήρου. Αὐτίκα γ᾽ οὖν διαγγείλαντα αὐτὸν τῷ Παμφίλῳ τὸ τοῦ Πορφυρίου τέλος, καὶ τῶν Μαρτύρων τὸν δῆμον ἐν φιλήματι ἀσπασάμενον, συλλαβόντες οἱ στρατιῶται ἄγουσιν ἐπὶ τὸν Ἡγούμενον. Ὁ δὲ, ὥσπερ ἐπισπεύδων τῷ προτέρῳ αὐτὸν συναπόδημον γενέσθαι, κεφαλῇ κολασθῆναι προστάττει. Τῆς Καππαδοκῶν οὗτος ὡρμᾶτο γῆς· λαμπρότατα δὲ τῶν ἐν στρατείαις εὐδοκιμήσας, τῶν ἐν Ῥωμαϊκαῖς προκοπαῖς οὐ μικρᾶς ἐπείληπται ἀξίας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῇ ἡλικίᾳ καὶ ῥώμῃ σώματος, μεγέθει τε καὶ ἰσχύος, ἀρετῇ πλεῖστον ὅσον τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἐπλεονέκτει, καὶ τὴν πρόσοψιν δὲ αὐτὴν περίβλεπτος ἦν τοῖς πᾶσι, τότε πᾶν εἶδος ἀξιάγαστος μεγέθους ἕνεκα καὶ εὐμορφίας· καταρχὰς μὲν οὖν διωγμοῦ διὰ μαστίγων ὑπομονῆς, τοῖς κατὰ τὴν ὁμολογίαν διέπρεψεν ἀγῶσι. μετὰ δὲ τὴν τῆς στρατείας ἀπαλλαγὴν, ζηλωτὴν αὐτὸς ἑαυτὸν καταστήσας τῶν τῆς εὐσεβείας ἀσκητῶν, Χριστοῦ γνήσιος στρατιώτης ἀποδέδεικται. ὀρφανῶν, ἐρήμων καὶ

nus excarnificari corpus ejus, qvo diutius facto, agnovit tandem in vanum id agi. Licet autem absqve voce & pene absqve anima generosi Martyris corpus jaceret, immitis tamen atqve efferus Judex jussit laceratas ejus carnes ac latera g). setaceis pannis confricari atqve deteri; tandemqve velut exsaturaturus furorem, lento ac longius posito igne Martyrem consumi præcepit. Ita ille, ante consummationem Pamphili, ultimus progressus ad agonem, Dominum suum prævertit abdicatione corporea.

XIII. Erat autem videre Porphyrium instar sacri athletæ universi certaminis victorem gloriosum, dissectum corpore, sed facie splendididum, lætaqve & intrepida mente ad mortem procedere; utiqve divino plenum spiritu, & tamqvam in habitu Philosophico, solum injectum sibi instrumentum, qvasi pallium gestantem, despicientemqve omnia; & mortalem atqve humanam hanc vitam contemnentem, absqve ulla mentis formidine ad rogum procedebat. Cum vero ad ipsum jam propinqvaret flamma, tamqvam si nihil molestiæ pateretur vir ille strenuus; inconcusso atqve constanti sensu, qvæ sua erant legabat familiaribus, usqve in illud tempus servans oris serenitatem immutatam. Ut vero notis suis pro libitu valefecit, totus ad Deum conversus est: & qvia rogus ad intervallum circumpositus erat, hinc inde captabat ore flammas, qvasi se ipsum incitans ad propositam sibi viam: hoc autem faciebat, aliud nihil qvam Jesum inclamans.

XIV. Tale fuit certamen Porphyrii: qvi vero ipsius mortem Pamphilo nuntiavit Seleucus: ejusdem cum ipso factus illico est sortis particeps. Etenim ipsum Porphyrii finem Pamphilo nuntiantem, simul & Martyrum catervam osculantem, comprehenderunt milites, atqve ad Proconsulem adduxerunt: qvi ipsum, utpote festinantem simul cum præcedente Porphyrio hinc migrare, jussit capitali sententia plecti. Venerat hic ex Cappadocia, vehementerqve inclaruerat h) militaribus exercitiis, & non mediocriter apud Romanos promotus fuerat; qvin etiam ætate & corporis robore viriumqve magnitudine & virtute plerosqve hominum antecedebat: nam vultu ipso admodum spectabilis præ cunctis, speciem præferebat undeqvaqve dignissimam, formæ eximiæ gratia. Fuerat autem initio persecutionis propter fidei confessionem certantibus adnumeratus per tolerantiam verberum; sed abdicata militia æmulator factus eorum qvi ad pietatem exercentur, Christi germanum militem sese probavit; orphanis desolatis ac

g) Hoc qvoqve tormentum eadem Historia prætermittit.

h) Ibidem legitur, τῆς ἐκ στρατείας ἐπιλέκτου νεαλείας, *in delecta ad militiam juventute.*

χηρῶν ἀποστατῶν, τῶν τε ἐν πενίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ καταπονουμένων, ἐπίσκοπός τις οἷα καὶ φροντιστὴς ἐπιμελούμενος· πατρός τε καὶ κηδεμόνος δίκην τῶν ἀπερριμμένων ἁπάντων τοὺς πόνους, καὶ τὰς κακοπαθείας ἀνακτώμενος. ὅθεν εἰκότως, πρὸς τοῦ τοιούτοις δὴ χαίρει Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς διὰ καπνοῦ καὶ αἵματος θυσίαις, τῆς κατὰ τὸ μαρτύριον ἠξιώθη τελειώσεως· Δέκατος οὗτος ἀθλητὴς, σὺν τοῖς εἰρημένοις, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ τετελείωτο ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ὡς ἔοικε μεγίστης τῷ Παμφίλου μαρτυρίῳ πύλης οὐρανῶν διανοιχθείσης, εὐμαρὴς ἅμ' αὐτῷ καὶ ἄφθονος ἡ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἐγίγνετο πάροδος.

XV. Κατ' ἴχνος δῆτα τῷ Σελεύκῳ Θεόδουλος, σεμνός τις καὶ θεοσεβὴς παρῄει πρεσβύτης, τῆς ἡγεμονικῆς οἰκετίας πρώτης τιμῆς ἠξιωμένος τρόπων καὶ ἡλικίας ἕνεκα· καὶ διὰ τὸ τριγονείας αὐτὸν πατέρα καθεστάναι, καὶ ἔτι μᾶλλον δι' ἣν ἔσωσε περὶ τοὺς κηδεμόνας εὔνοιαν· τὸ παραπλήσιον δὴ τῷ Σελεύκῳ καὶ οὗτος διαπραξάμενος· καί τινας τῶν μαρτύρων ἀσπασάμενος φιλήματι, προσάγεται τῷ δεσπότῃ, μᾶλλον ἑαυτὸν τῶν ἄλλων ἐπ' ὀργὴν ὀξύνας, ταυτὸν τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου πάθος σταυρῷ παραδοθεὶς ἀνεδέξατο.

XVI. Ἐπὶ τούτοις ἑνὸς ἔτι λείποντος· ὃς τὸν δωδέκατον ἀποπληρώσειε τοῖς εἰρημένοις ἀριθμὸν, Ἰουλιανὸς παρῆν τοῦτον ἀποπληρώσων. Ἐξ ἀποδημίας οὗτος αὐτῆς ὥρας ἀφικόμενος, μηδὲ εἰσβαλὼν πως τῇ πόλει, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, μαθὼν περὶ τοῦ [γενομένου] καὶ ὁρμήσας ἐπὶ τὴν τῶν μαρτύρων θέαν, ὡς ἐπὶ τῆς γῆς χαμαὶ κείμενα τὰ τῶν μαρτύρων ἐθεάσατο σώματα, χαρᾶς ἔμπλεως γεγονὼς, ἑκάστῳ περιπλέκεται, φιλήματι τοὺς πάντας ἀσπαζόμενος. Ἔτι δὲ τοῦτο πράττοντα συλλαβόντες οἱ τῶν φόνων διάκονοι προσάγουσι τῷ Ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἀκόλουθα τῇ προαιρέσει τελῶν, μακρῷ καὶ τοῦτον πυρὶ παραδίδωσιν. Οὕτω δῆτα καὶ Ἰουλιανὸς σκιρτῶν καὶ ὑπεραλλόμενος μεγάλῃ τῇ φωνῇ, τῷ τηλικούτων αὐτὸν ἀγαθῶν ἀξιώσαντι Θεῷ χάριτας ὁμολογῶν, μαρτύρων ἐν χοροῖς ἀνελαμβάνετο. Ἦν δὲ καὶ οὗτος, τὸ μὲν γένος τῆς Καππαδοκῶν, τὸν δὲ τρόπον, πλήρης μὲν εὐλαβείας, πλήρης δὲ πίστεως, πρᾶος ἀνὴρ καὶ ἐπιεικής. τά τε ἄλλα σπουδαῖος, καὶ πνέων εὐωδίας ἁγίου Πνεύματος, τοσοῦτον συνοδίας στέφος σὺν τῷ μακαρίῳ Παμφίλῳ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελειώσεως ἠξιώθη.

XVII. Ἐπὶ τέτταρας δὴ ἡμέρας τοσαύτας τε νύκτας προστάξει τοῦ Φιρμιλλιανοῦ τὰ πανάγια σώματα τῶν τοῦ Θεοῦ μαρτύρων βορᾷ τοῖς σαρκοβόροις θηρίοις ἐξέκειτο. Ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς προσῄει, οὐ θὴρ, οὐκ ὄρνεον, οὐ κύων, ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, λειφθέντα ζῶα καὶ ἀβλαβῆ τῆς προσηκούσης τιμῆς καὶ κηδείας λαχόντα, τῇ συνήθει παρεδόθη ταφῇ, ναῶν οἴκοις περικάλλεσι ἀποτεθέντα, ἐν ἱεροῖς τε προσευκτηρίοις, εἰς ἄληστον μνήμην τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ τιμᾶσθαι παραδεδομένα.

ac viduis protectore carentibus, omnibusqve cum penuria & imbecillitate conflictantibus, provisor factus, patris aut curatoris ad instar, cunctorumqve desperatorum laboribus atque ærumnis medelam ferens: qvapropter à Deo, qvi talibus magis qvam victimarum nidore ac sanguine delectatur, martyriali exitu dignus est habitus. Porro dicimus hic athleta, una eademqve consummavit agonem suum die; atque ut par est credere, martyrio suo amplissimam cœli portam cum reserasset, simul & Pamphilo ipsi spatiosus ad Dei regnum patefactus est ingressus.

XV. Seleuci vero vestigia secutus est Theodulus, pius ac venerabilis senex, in Proconsulari familia primo honore dignatus, tum morum ætatisqve prærogativa, tum filiorum trium i) generatione inclitus: qvi eadem ac Seleucus factitans, & Martyrum aliqvos osculo devenerans, Domino suo adductus fuit, eumqve ad majorem qvam alii iracundiam concitans, ipsam, salutaris confessionis passionem excepit cruci traditus.

XVI. Sub hac, cum etiamnũ deficeret unus, adfuit qvi duodenarium numerum impleret Julianus: qvi ea ipsa hora peregre adveniens, & vixdum ingressus civitatem; cum intellexisset qvæ erant acta, & ad Martyrum conspectum festinasset accedere; ubi eorum corpora humi jacentia vidit, circumfusus singulis, omnes est osculatus. Hoc agentem comprehenderunt ministri cædium, atqve adduxerunt Præsidi: qvi congrua proposito suo faciens, etiam hunc lento igni tradidit. Ita etiam Julianus, gestiens atqve lætitia exultans, & Deo tantis se bonis dignato magna voce gratias agens, susceptus est inter choros Martyrum. Erat autem huic qvoqve genus ex Cappadocia, qvoad mores vero plenus pietate ac plenus fide, vir mansuetus atqve discretus, studiosus in omnibus, & Spiritus Sancti suavitate redolens, eoqve dignus factus tali cum beato Pamphilo exitus martyrialis corona.

XVII. Sanctissima eorum corpora; de mandato Firmiliani, per dies qvatuor totidemq; noctes jacuerunt, ferarum carnivorarum dentibus exposita. Cum vero nulla neqve fera neqve volucris, aut canis qvisqvam, per Dei dispositionem, ea contingeret; integra illa atqve intacta relicta, congruo cum honore & cura, consuetæ sepulturæ sunt tradita, k) repositaqve in ædium sacrarum pulcherrimis & oratoriis sanctis, in perpetuam memoriam Dei populo ad honorem data.

i) Trium filiorum patribus præmia apud Romanos fuisse proposita, notius est qvam ut hic moneri debeat: atqve id hic dici credo τριγονείας πατέρα: Valesius tamen aliter vertit, *qvod tertia jam stirpis nepotes haberet*; sed hoc Straboni scribitur Τριγένεια.

k) Deest hæc clausula in Historia: qvam tamen Eusebio abjudicare nihil nos cogit, qvi Vitam Pamphili æqve ac Historiam Ecclesiasticam scripsit, cum jam Constantinus lege lata permisisset Christianis sacras ædes condere, & Martyrum corpora eis inferre. Si qvis tamen malit hæc ab alio addita credere, nolim ei operosius contradicere.

S. GREGORII THAVMATURGI

Neocæsareensis Episcopi

EXPOSITIO FIDEI.

Εἷς Θεὸς Πατὴρ λόγου ζῶντος, Σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. Τέλειος τελείου γεννήτωρ, πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς Θεότητος, λόγος ἐνεργός. Σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτικὴ, καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητικὴ, υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρός. Ἀόρατος ἀοράτου καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ δι' υἱοῦ πεφηνὼς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. Εἰκὼν τοῦ υἱοῦ, c) τελείου τελεία. ζωὴ ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης ἁγιασμοῦ χορηγός, ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένη μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστόν τι ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι, οὔτε ἐπείσακτόν τι ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς Πατρὶ, οὔτε υἱῷ πνεῦμα, ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί.

UNus DEUS *Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis & Virtutis suæ & figuræ, perfectus perfecti genitor Pater filii unigeniti.* Unus Dominus, *solus ex solo,* a) *figura & imago Deitatis, Verbum perpetrans,* b) *Sapientia comprehendens omnia, & virtus qva tota creatura fieri potuit. Filius verus Veri Patris, & invisibilis ex invisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortali, & sempiternus ex sempiterno.* Unus Spiritus Sanctus *ex DEO substantiam habens, & qvi per Filium apparuit, imago filii perfecti, perfecta: viventium causa, sanctitas sanctificationis præstatrix, per qvem DEUS* d) *super omnia & in omnibus cognoscitur, & Filius per omnes,* Trinitas *perfecta, majestate & sempiternitate & regno* e) *minime dividitur neqve abalienatur. Igitur neqve* f) *factum qvid aut serviens in Trinitate, neqve superinductum tanqvam antehac* g) *qvidem non subsistens, postea vero superingressum. Neqve ita defuit unqvam Filius Patri, neqve Filio Spiritus Sanctus, sed invertibilis* h) *& immutabilis eadem Trinitas semper.*

a) Antiqvum Psalterium MS. latinum aureis scriptum literis, qvod Hadriano I. Papæ donavit Carolus M. apud Lambec. T. 2. p. 270. legit: *ex solo DEO.*

b) Id. *penetrans*, minus bene.

c) Alii ut Concilior. editores distinguunt sic: εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τελείου, τελεία ζωὴ ζώντων, αἰτία, ἁγιότης κ. τ. λ.

d) Psalterium vetus apud Lambec. *Deus solus.*

e) Gregorius Naz. Orat. 37. p. 609. Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν υἱὸν, Θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, Θεότητα μίαν δόξῃ καὶ τιμῇ καὶ οὐσίᾳ καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην, ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν Θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. Idem Orat. 40. p. 668. οὐδὲν τῆς Τριάδος δοῦλον, οὐδὲ κτιστὸν οὐδὲ ἐπείσακτον, ἤκουσα τῶν σοφῶν τινος λέγοντος.

f) Hæc & qvæ seqvuntur, male pro Nysseni, non Thaumaturgi verbis habuere Nysseni editores, hosqve secutus Elias du Pin T. 1. Bibl. scriptor. Eccles. p. 185. itaqve & illa omisit Clariss. Caveus in Thaumaturgi vita §. 7. ubi hanc ἔκθεσιν fidei, Græce & Anglice exhibet. Gvilielmus qvoqve Whistonus appendice ad T. 4. Christianismi primitivi redivivi. p. 41. ubi inter vetera hoc refert symbolum.

g) Psalter. apud Lambec. *ante hoc*, minus bene.

h) Id. *inconvertibilis*, & deinde; *semper manet.*

CHAL-

CHALCIDII

Chriſtiani ſcriptoris, qvi ſub qvarti ſæculi
initia vixit,

TIMÆUS, de PLATONIS
translatus,

Et in eundem

COMMENTARIUS,

adjunctis Platonis Græcis, & Latina Ciceronis
interpretatione

Emendatus ex veteribus libris, & animadverſionibus
illuſtratus

à

JO. ALBERTO FABRICIO.

*Notæ JO. MEURSII integræ ad Voluminis
calcem ſubjunctæ.*

VIRO AMPL. ET CLAR.

HUGONI GROTIO

EXADVOCATO FISCI
HOLL. ZEL. WESTFR.
ROTEROD. REIP. SYND.
JURIS UTR. CONSULTISS.
PHILOSOPHIÆ UNIVERSÆ
LONGE PERITISSIMO
MAGNO BATAVIÆ IMMO EUROPÆ ORNAM.

CHALCIDIUM

PHILOSOPHUM PRÆSTANTISS.
ABS SE RECENSITUM
AMICIT. VET. ERGO
LIB. MER.
DAT DICAT CONSECRAT

JOANNES MEURSIUS.

A. H. M. D. M. A.

ERUDITISSIMO ATQVE CELEBERRIMO
VIRO

MATURINO VEISSERIO LA CROSE

POTENTISS. BORUSSIÆ REGIS AB ANTIQVITATT.
ET BIBLIOTHECA
S.

GROTIADÆ SACRUM VOLUIT QVEM *MEURSIUS* OLIM
CHALCIDIUM, ATQVE ANIMI PIGNUS ID ESSE SUI,
HUNC EGO, NEUTRI PAR, CENTUM REDEUNTIBUS ANNIS
VEISSERI, TIBI, QVI REDDIS UTRUMQVE, DICO.

L. M. Q.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

TESTIMONIA DE CHALCIDIO.

Fabius Planciades Fulgentius de allegoria librorum Virgilii ad Calcidium Grammaticum.

Expetebat qvidem, Levitarum ſanctiſſime, noſtri temporis qvalitas grande ſilentium, ut non ſolùm mens expromtare deſiſſet qvod didicit, qvantum etiam oblivionem ſui efficere debuit qvia vivit. Sed qvia novo charitatis dominatu fulcitur, & in amoris præcepto contemtus nunqvam admittitur, ob hanc rem &c.

Exſtat & Fulgentii libellus de priſco ſermone, qvi in editionibus Jo. Baptiſtæ Pii & Jac. Mycilli inſcribitur ad Calcidium; *in Joſiæ Merceri, Petri Danielis, ac Commeliniana, & in Leidenſi codice qvem Thomas Münckerus inſpexit,* ad Calcidium Grammaticum: *in editionibus Hadr. Iunii & Dionyſii Godofred:* ad Chalcidium Grammaticum Timæi Platonis Ecphraſten, *qvod haud dubie additum eſt à recentiore manu. Namqve in editione ejusdem libelli Fulgentii qvem cum Iſidori Originibus Bonav. Vulcanius ex veteri Codice vulgarit, qvali uſus etiam Phil. Labbeus T I Bibl. novæ MSS. p. 668. ipſum Chalcidii nomen deſideratur. Et apud Sigebertum Gemblacenſem de Scriptoribus Eccleſ. c. 28. Fulgentii liber de obſtruſis ſermonibus non ad Chalcidium ſed ad Catum Presbyterum Carthagienſem ſcriptus eſſe traditur.*

Principium Timæi ex Chalcidii interpretatione, ſed corruptiſſime legitur apud Petrum Abælardum *in expoſitione Symboli Apoſtolici p. 370. ut à Rigaltio annotatum eſt.*

Jo. Saresberienſis lib. IV. Metalogici c. 9.

Eſt autem ſenſus, ut Chalcidio placet, paſſio corporis ex qvibusdam extrapoſitis & varie pulſantibus corpus usqve ad animum commeans.

Thomas Bradvvardinus in cauſa DEI adverſus Pelagium p. 160.

In prima parte commentarii Chalcidii de genitura Mundi &c.

Caſpar Barthius p. 1187. ad Claudian.

Chalcidius in Timæum Platonis, ſcriptor materiæ ſcriptiqve gratia diſſimulans ut plurimum Chriſtianiſmum.

Chriſtophorus Waſe Exerc. III. animadverſ. Nonianarum p. 40.

In Archivis Bibl. Bodlejanæ exſtat Chalcidii MS. exemplar pervetus charactere Hibernico deſcriptum: nota huic in prima ſtatim pagina adſcripta eſt; Oſii Hiſpani Epiſcopi Chalcidium fuiſſe Archidiaconum. [*alii Carthaginenſem in Hiſpania, an in Africa.*]

Gerh. Langbaenius in elencho ſcriptorum Platonicorum, qvi ſubjicitur editioni Alcinoi Oxonienſi A. 1667. 8.

Extat MS. in Bibl. Bodlejana tractatus per modum dialogi, charactere Hiberno Saxonico exaratus, majoris operis particula, decem circiter chartarum, in qvo de ſtatu animæ poſt obitum Platonico more diſceptatur, qvem Chalcidii auctoris eſſe non uno argumento adducor ut credam.

Auguſtini Juſtiniani & Jacobi Antiqvarii judicia habes infra, p. 421. 422.

CHALCIDII V. C.

In Timæum Platonis

Prologus.

CHALCIDIUS OSIO a) SUO SALUTEM.

SOCRATES in exhortationibus ſuis virtutem laudans, cùm bonorum omnium, totiuſqve proſperitatis, cauſam conſiſtere penes eam diceret; b) addidit, ſolam eſſe, qvæ res impoſſibiles redigeret ad poſſibilem facilitatem. c) Præclarè. Qvid enim generoſam magnanimitatem vel aggredi pigeat, vel cœptum fatiget, ut tanqvam victa difficultatibus temperet a labore? Eadem eſt, opinor, vis amicitiæ; d) parqve impoſſibilium pœne rerum extricatio: cum alter ex amicis jubendi religione, alter parendi voto, complaciti operis adminiculentur effectui. Conceperas animo, florente omnibus ſtudiis humanitatis, excellentiqve ingenio tuo, ſpem dignam proventu operis ad hoc tempus intentati: ejuſqve uſum a Græcis Latio mutuandum ſtatueras. Et qvanqvam ipſe hoc cum facilius, tum commodius facere poſſes; e) credo propter admirabilem verecundiam, ei potius malueris injungere, qvem te eſſe alterum judicares. Poſſem ne, oro te, qvamvis res eſſet ardua, tanto honore habito, de qvo ita cenſeres, f) injunctum excuſare munus? & qvi nunqvam, ne in ſolennibus qvidem, & uſitatis, voluntatibus ullum officium recuſaſſem, huic tanto, tamqve honeſto, deſiderio contradicere? In qvo declinatio ſpecioſi muneris, excuſatione ignorationis, càllida eſſet ſcientiæ futura ſimulatio. Itaqve parui, certus, non ſine divino inſtinctu id mihi à te munus injungi. Proptereaqve alacriore mente, ſpeqve confirmatiore, primas partes Timæi Platonis aggreſſus, non ſolum tranſtuli, ſed etiam partis ejuſdem commentarium feci: putans reconditæ g) rei ſimulacrum, ſine interpretationis explanatione, aliqvanto obſcurius ipſo exemplo futurum. Cauſa verò in partes dividendi libri, operis fuit prolixitas: ſimulqve qvod cautius videbatur eſſe, ſi tanqvam libamen aliqvod ad deguſtandum auribus atqve animo tuo mitterem; qvod ſi non diſplicuiſſe reſcriberetur, faceret audendi majora fiduciam.

PLA-

a) MS. Bodlej. *Oſſio.* Eum alloqvitur p. 73. *quia jubentibus vobis mos erat gerendus.* Et p. 219. 226.

b) Virtuti nihil arduum. Locus Platonis in Menone. c) Bodlej. *facultatem.*

d) Cantic. VIII. 6. *Fortis eſt ut mors dilectio.*

e) *ponere poſſes.* Bodlej. Hinc duo colliges, inqvit Nicolaus Antonius lib. 2 Bibl. Vet. Hiſpanæ cap. 1. p. 105. alterum Græce ſcire cum oportuiſſe qvi de Græco in Latinum convertere Platonicum hoc opus cogitaſſet: (qvo cum an bene, ſtare poterit, qvod Hoſius Cordubenſis per interpretem in Concilio Nicæno ſit locutus?) alterum, vix intelligi de Hoſio poſſe graviſſimo ac ſanctiſſimo Epiſcopo ejusqve ſenectute, ſæcularium ſtudiorum cum à Chalcidio celebratum amorem & qvod Chriſti tam ſtrenuus diſcipulus, Platonis adhuc libris opus daret. Sed priori objectioni occurritur, ſi cogitemus potuiſſe Hoſium Græcæ lingvæ peritiam, nec tamen eloqventiam habere ita ut expedite & eleganter eam loqveretur, uti in congreſſu illo magno decebat. Puto nulli id conceſſum ex viris qvantumvis Græce doctiſſimis non in Græcia natis, ut in concione coram Græcis Græce audeant ſermocinari aut diſputare. Ad alterum dicendum, qvod potuerit florenti adhuc ætate Hoſio vel nondum dignitate macto Eccleſiaſtica, opus ſuum Chalcidius nuncupare: præterea nec Philoſophica ſtudia dedecere viſa tunc temporis Chriſtianos, qvorum ſtudium fuit non modo ex Evangelii hoplotheca ſed & ex reconditioribus Philoſophorum placitis ad Ethnicorum expugnandam præſumtionem arma deſumere.

f) Bodlej. *ſenſeras.* g) id. *abſcondita.*

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΤΙΜΑΙΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Σωκράτης. Κριτίας. Τίμαιος. Ἑρμοκράτης.

I.

Εἷς. δύο. τρεῖς. ὁ δὲ δὴ τέταρτος ἡμῖν ὦ φίλε Τίμαιε, ποῦ, τῶν χθὲς μὲν δαιτυμόνων, τανῦν δὲ ἑστιατόρων; ΤΙ. Ἀσθένειά τις αὐτῷ συνέπεσεν ὦ Σώκρατες. οὐ γὰρ ἂν ἑκὼν τῆσδε ἀπελείπετο τῆς ξυνουσίας. ΣΩ. οὐκοῦν σὸν τῶνδέ τε ἔργον, καὶ τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος ἀναπληροῦν μέρος. ΤΙ. Πάνυ μὲν οὖν. κατὰ δύναμίν γε οὐδὲν ἐλλείψομεν. οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη δίκαιον, χθὲς ὑπὸ σοῦ ξενισθέντας οἷς ἦν πρέπον ξενίοις, μὴ οὐ προθύμως σε τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἀντιφεστιᾶν. ΣΩ. ἆρ' οὖν μέμνησθε, ὅσα ὑμῖν καὶ περὶ ὧν ἐπέταξα εἰπεῖν; ΤΙ. τὰ μὲν, μεμνήμεθα. ὅσα δὲ μὴ, σὺ παρὼν ὑπομνήσεις. μᾶλλον δὲ εἰ μή τι σοι χαλεπὸν. ἐξ ἀρχῆς διὰ βραχέων πάλιν ἐπάνελθε αὐτά, ἵνα βεβαιωθῇ μᾶλλον παρ' ἡμῖν. ΣΩ. Ταῦτ' ἔσται. χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων, περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἵα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν, ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι. ΤΙ. καὶ μάλα γε ἡμῖν ὦ Σώκρατες ῥηθεῖσα πᾶσι κατὰ νοῦν.

II. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ τῶν γεωργῶν, ὅσαι τε ἄλλαι τέχναι, πρῶτον ἐν αὐτῇ χωρὶς διειλόμεθα, ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ τῶν προπολεμησόντων. ΤΙ. Ναί. ΣΩ. καὶ κατὰ φύσιν δὴ δόντες τὸ καθ' αὐτὸν ἑκάστῳ πρόσφορον, ἓν μόνον ἐπιτήδευμα ἑκάστῃ τέχνῃ, τούτους οὓς πρὸ πάντων ἔδει πολεμεῖν, εἴπομεν. ὡς ἄρα αὐτοὺς δέοι φύλακας εἶναι μόνον τῆς πόλεως. εἴ τέ τις ἔξωθεν ἢ καὶ τῶν ἔνδον ἴοι κακουργήσων, δικάζοντας μὲν πρᾴως τοῖς ἀρχομένοις ὑπ' αὐτῶν, ἅτε φύσει φίλοις οὖσι. χαλεποὺς δὲ ἐν ταῖς μάχαις, τοῖς ἐντυγχάνουσι τῶν ἐχθρῶν γιγνομένους. ΤΙ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΣΩ. Φύσιν γάρ οἶμαί τινα τῶν φυλάκων τῆς ψυχῆς ἐλέγομεν ἅμα μὲν θυμοειδῆ, ἅμα δὲ φιλόσοφον δεῖν εἶναι διαφερόντως. ἵνα πρὸς ἑκατέρους δύναιντο ὀρθῶς πρᾷοι καὶ χαλεποὶ γίγνεσθαι. ΤΙ. Ναί. ΣΩ. Τί δαὶ τροφήν. ἆρ' οὐ γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ μαθήμασί τε ὅσοις προσήκει, τούτοις ἐν ἅπασι τεθράφθαι; ΤΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Τοὺς δέ γε οὕτω τραφέντας, ἐλέχθη που, μήτε χρυσὸν μήτε ἄργυρον, μήτε ἄλλο ποτὲ μηδὲν κτῆμα, ἑαυτῶν ἴδιον νομίζειν δεῖν. ἀλλ' ὡς ἐπικούρους μισθὸν λαμβάνοντας τῆς φυλακῆς παρὰ τῶν σωζομένων ὑπ' αὐτῶν ὅσος σώφροσι μέτριος.

PLATONIS Timæus, 3
CHALCIDIO V. C. *Interprete.*

Interloqvuntur Socrates, Timæus, Hermocrates, Critias.

I.

SOCR. Unus, duo, tres. Quartum ex numero, Timæe, vestro reqviro; ut qui hesterni quidem epuli convivæ fueritis, hodierni præbitores, invitatoresq; , ex condicto resideatis. TI. Languor eum repente, ut fit, ortus moratur. Neq; enim sponte se tali cœtu, tantæque rei tractatu, & communione, a) fraudaret. SO. Ergo tui, & item horum, erit officii, complere id quod deest participis absentiâ. TI. Æqvum postulas; denique enitemur omnes pro viribus: neqve enim fas est, lautè b) acceptos heri, minoris tibi apparatus repræsentare convivium. SO. Tenetis certè memoria præscriptam vobis à me tractatus normulam. TI. Partim tenemus, in qvibus porro nutabit memoria, præsens ipse in tempore suggeres: immo, 4
nisi sit molestum, breviter ab exordio dicta demum retexe, quo digestus ordo solidetur. SO. Ita fiet. Cardo, ni fallor, hesternæ disputationis res c) erat publica: qvalis mihi, quibusque institutis, & civium moribus, videretur optima. TI. Nobis certè, qvi audiebamus, ô Socrates, ad arbitrium probata.

II. SO. Quid illud? nonne inter initia agrorum cultores, cæterarumqve artium professores, à destinatâ bellicis negotiis juventute secrevimus? TI. Sic factum est. SO. Tributo nempe cunctis, qvod unicuiqve eximium à naturâ datum est; solis iis, qvi pro salute omnium bella tractarent, unum hoc munus injunximus protegendæ civitatis: vel adversum externos, vel adversum intestinos, ac domesticos, hostes: mitibus qvidem judiciis erga obedientes, utpote consanguineos, naturaqve amicos: asperis autem contra armatas acies in congressionibus martiis. Biformi siqvidem naturâ præditos; in tutelâ patriæ, civiumqve, ferociore: porrò in pacis officiis, religione sapienti: proptereaqve mites suis, adversum alienigenas feroces. TI. Memini. SO. Quid? Hujus ipsius ancipitis naturæ magisterium, & quasi quan- 5
dam nutricationem, nonne in exercitio corporum, gymnasiorumqve luctamine; animorum item placiditatem constituebamus in delinimentis, & affabilitate musicæ, cæterarumqve institutionum, quas adolescentes inge-

a) MS. Bodlej. *communicatione.* b) id. *late.* c) id. *erat Resp.*

ἀναλίσκειν τε δὴ κοινῇ, καὶ ξυνδιαιτωμένους μετ' ἀλλήλων ζῆν. ἐπιμέλειαν ἔχοντας ἀρετῆς διαπαντός. τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἄγοντας σχολήν. ΤΙ. Ἐλέχθη καὶ ταῦτα ταύτῃ.

ingenuos scire par est? TI. Procul dubio. d)
SO. At verò hac educatione altis, auri argentiqve, & cæteræ supellectilis, possessionem cujusqve propriam nullam esse, aut existimari licere, prædiximus: sed solâ mercede contentos, exhibentibus quorum salutem tuerentur, uti communiter tanta quanta sit satis: occupatis erga custodiam communis salutis, & à cæterâ functione operis cessantibus. TI. Dicta hæc omnia in hunc modum sunt.

III. ΣΩ. Καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ γυναικῶν ἐπεμνήσθημεν. ὡς τὰς φύσεις τοῖς ἀνδράσι παραπλησίας εἴη ξυναρμοστέον. καὶ τὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων πάντα κοινὰ κατά τε πόλεμον, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην δίαιταν δοτέον πάσαις. ΤΙ. Ταύτῃ καὶ ταῦτα ἐλέγετο. ΣΩ. Τί δὲ τὸ περὶ παιδοποιίας, ἢ τοῦτο μὲν διὰ τὴν ἀήθειαν τῶν λεχθέντων εὐμνημόνευτον, ὅτι κοινὰ τὰ τῶν γάμων καὶ τὰ τῶν παίδων, πᾶσιν ἁπάντων ἐτίθεμεν, μηχανωμένους ὅπως μηδείς ποτε τὸ γεγενημένον αὐτῷ, ἰδίᾳ γνώσοιτο. νομιοῦσι δὲ πάντες πάντας αὐτοὺς ὁμογενεῖς. ἀδελφὰς μὲν καὶ ἀδελφοὺς, ὅσοιπερ ἂν τῆς πρεπούσης ἐντὸς ἡλικίας γίγνωνται. τοὺς δ' ἔμπροσθεν καὶ ἄνωθεν, γονέας τε καὶ γονέων προγόνους· τοὺς δὲ εἰς τὸ κάτωθεν, ἐκγόνους τε καὶ παῖδας ἐκγόνων. ΤΙ. Ναὶ καὶ ταῦτα εὐμνημόνευτα ᾗ λέγεις. ΣΩ. Ὅπως δὲ δὴ κατὰ δύναμιν εὐθὺς γίγνοιντο ὡς ἄριστοι τὰς φύσεις, ἆρ' οὐ μεμνήμεθα, ὡς τοὺς ἄρχοντας ἔφαμεν καὶ τὰς ἀρχούσας δεῖν εἰς τὴν τῶν γάμων σύνερξιν λάθρα μηχανᾶσθαι κλήροις τισὶν, ὅπως οἱ κακοὶ χωρὶς, οἵ τ' ἀγαθοὶ ταῖς ὁμοίαις ἑκάτεροι ξυλλέξωνται, καὶ μή τις αὐτοῖς ἔχθρα διὰ ταῦτα γίγνηται, τύχην ἡγουμένοις αἰτίαν τῆς ξυλλέξεως. ΤΙ. Μεμνήμεθα. ΣΩ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν θρεπτέον ἔφαμεν εἶναι. τὰ δὲ τῶν φαύλων, εἰς τὴν ἄλλην λάθρα διαδοτέον πόλιν. ἐπαυξομένων δὲ, σκοποῦντας ἀεὶ τοὺς ἀξίους πάλιν ἀνάγειν δεῖν. τοὺς δὲ παρὰ σφίσιν ἀναξίους, εἰς τὴν τῶν ἐπανιόντων χώραν μεταλλάττειν; ΤΙ. Οὕτω. ΣΩ. Ἆρ' οὖν διεληλύθαμεν ἤδη καθάπερ χθὲς, ὡς ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπανελθεῖν, ἢ ποθοῦμεν ἔτι τῶν ῥηθέντων ὦ φίλε Τίμαιε ἀπολειπόμενον. ΤΙ. Οὐδαμῶς. ἀλλ' αὐτὰ ταῦτ' ἦν τὰ λεχθέντα. ὦ Σώκρατες.

III. SO. De fœminis qvoqve opinor habitam mentionem: qvas similes ejusdemqve naturæ maribus conveniat effingi, sine ullâ morum differentiâ: qvo uterqve sexus iisdem & communibus institutis regatur. Quid de procreandis suscipiendisqve liberis? An verò hoc ita, ut cætera, qvæ præter opinionem hominum, consuetudinemqve vitæ, dici videntur, memorabile, vivaciorisqve tenacitatis, de existimandis communibus nuptiis, communiqve prole; si suos qvisqve minime internoscat affectus, propterea qve omnibus omnes consanguinitatis
exhibeant religionem: dum æqvales qvi- 6
dem fratrum & sociorum charitate benivolentiaqve ducuntur: majoribus verò parentum religio; eorumqve antiqvioribus, avorum exhibeatur, atqve atavorum, reverentia; infraqve filiis & nepotibus debita charitas, atqve indulgentia, convalescat? TI. Hæc qvoqve facilia memoratu; & à nobis retinentur optimè. SO. Quid illud, qvod fine odio, & sine æmulatione, nubentium, melioribus procis melius moratæ virgines sortito obveniant; inferiores porrò inferiorib⁹, non tenetis e) saluberrimam sortis fraudem, curantibus in utroqve sexu præfectis nuptiarum: qvo suam qvisqve fortunam sortis improsperam culpet, nec prælationem doleat alterius? TI. Hoc qvoqve memoria tenemus. SO. Illud etiam promulgatum puto, lectorum fœtus parentum, summa cura, utpote naturale privilegium bonitatis præferentes, in patriâ alendos. TI. Id ipsum. SO. Cæteros ablegandos, sed cuidam usui futuros patriæ processu ætatis, nihilo remissiore curâ habendos. Notanda pueritiæ, & item adolescentiæ, merita: qvo tam ex secundi ordinis populo provehantur ad primum ordinem propugnatorum, qvi merebuntur; qvàm ex iis, qvi à parentum virtute degenerarint, ad ordinem secundæ dignitatis relegentur. Ecqvid
ergo, Timæe, satis videtur factum recepto, 7
cunctis partibus orationis hesternæ, licet strictim compendioqve decursis, an aliqvid etiam vultis addi? TI. Nihil sanè.

IV. ΣΩ. Ἀκούοιτ' ἂν ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα περὶ τῆς πολιτείας ἣν διήλθομεν. οἷόν τι πρὸς αὐτὴν πεπονθὼς τυγχάνω. προσέοικε δὲ δή,

IV. SO. Scisne igitur qvid ego de ista republica sentiam; qvodve, & qvantum, animi desiderium feram? TI. Qvid illud? SO.

d) Bodlej. ἱκανῶς

e) *nam temere*, id.

τινί μοι τοιῷδε τὸ πάθος. οἷον εἴ τις ζῷα καλά που θεασάμενος εἴτε ὑπὸ γραφῆς εἰργασμένα, εἴτε καὶ ζῶντα ἀληθινῶς, ἡσυχίαν δὲ ἄγοντα, εἰς ἐπιθυμίαν ἀφίκοιτο θεάσασθαι κινούμενά τε αὐτά. καί τοι τῶν τοῖς σώμασι δοκούντων προσήκειν κατὰ τὴν ἀγωνίαν ἀθλοῦντα. ταυτὸν καὶ ἐγὼ πέπονθα πρὸς τὴν πόλιν ἣν διήλθομεν. ἡδέως γὰρ ἄν του λόγῳ διεξιόντος ἀκούσαιμ' ἂν ἄθλους οὓς πόλις ἀθλεῖ, τούτους αὐτὴν ἀγωνιζομένην πρὸς πόλεις ἄλλας, πρεπόντως εἰς πόλεμον ἀφικομένην. καὶ ἐν τῷ πολεμεῖν τὰ προσήκοντα ἀποδιδοῦσαν τῇ παιδείᾳ καὶ τροφῇ. κατά τε τὰς ἐν τοῖς ἔργοις πράξεις, καὶ κατὰ τοὺς ἐν τοῖς λόγοις διερμηνεύσεις πρὸς ἑκάστας τῶν πόλεων· ταῦτ' οὖν ὦ Κριτία καὶ Ἑρμόκρατες, ἐμαυτοῦ μὲν αὐτοὺς κατέγνωκα. μήποτ' ἂν δυνατὸς γενέσθαι τοὺς ἄνδρας καὶ τὴν πόλιν ἱκανῶς ἐγκωμιάσαι. καὶ τὸ μὲν ἐμόν, οὐδὲν θαυμαστόν. ἀλλὰ τὴν αὐτὴν δόξαν εἴληφα καὶ περὶ τῶν πάλαι γεγονότων, καὶ τῶν νῦν ὄντων ποιητῶν. οὔτι τὸ ποιητικὸν ἀτιμάζων γένος, ἀλλὰ παντὶ δῆλον, ὡς τὸ μιμητικὸν ἔθνος οἷς ἂν ἐντραφῇ, ταῦτα μιμήσεται ῥᾷστα καὶ ἄριστα. τὸ δ' ἐκτὸς τῆς τροφῆς ἑκάστης γιγνόμενον, χαλεπὸν μὲν ἔργοις, ἔτι δὲ χαλεπώτερον λόγοις εὖ μιμεῖσθαι. τὸ δὲ τῶν σοφιστῶν γένος αὖ, πολλῶν μὲν λόγων καὶ καλῶν μάλα ἔμπειρον ἥγημαι. φοβοῦμαι δέ, μήπως ἅτε πλανητὸν ὂν κατὰ πόλεις, οἰκήσεις τε ἰδίας οὐδαμῇ διῳκηκός, ἄστοχον ἅμα καὶ φιλοσόφων ἀνδρῶν ᾖ καὶ πολιτικῶν, ὅσ' ἂν οἷά τε ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις πράττοντες, ἔργῳ καὶ λόγῳ προσομιλοῦντες ἑκάστοις πράττοιεν καὶ λέγοιεν.

V. Καταλέλειπται δὴ, τὸ τῆς ἡμετέρας ἕξεως γένος ἅμα ἀμφοτέρων φύσει καὶ τροφῇ μετέχον. Τίμαιός τε γὰρ ὅδε εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται. φιλοσοφίας δ' αὖ κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθε. Κριτίαν δέ που πάντες οἱ τῇδ' ἴσμεν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα ὧν λέγομεν. τῆς δ' Ἑρμοκράτους αὖ περὶ φύσεως καὶ τροφῆς πρὸς ἅπαντα εἶναι ταῦτα ἱκανῆς, πολλῶν μαρτυρούντων, πιστευτέον· διὸ καὶ χθὲς ἐγὼ διανοούμενος ὑμῶν δεομένων τὰ περὶ τῆς πολιτείας διελθεῖν, προθύμως ἐχαριζόμην· εἰδὼς ὅτι τὸν ἑξῆς λόγον, οὐδένες ἂν ὑμῶν ἐθελόντων, ἱκανώτερον ἀποδοῖεν. εἰς γὰρ πόλεμον πρέποντα καταστήσαντες τὴν πόλιν, πάντ' αὐτῇ τὰ προσήκοντα ἀποδοῖτ' ἂν μόνοι τῶν νῦν· εἰπὼν δὴ τὰ ἐπιταχθέντα, ἀντεπέταξα ὑμῖν, ἃ καὶ νῦν λέγω. ξυνωμολογήσατ' οὖν κοινῇ σκεψάμενοι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς, εἰς νῦν ἀνταποδώσειν μοι τὰ τῶν λόγων ξένια· πάρειμί τε οὖν δὴ κεκοσμημένος ἐπ' αὐτά, καὶ πάντων ἑτοιμότατος δέχεσθαι. ΕΡ. καὶ μὲν δὴ καθάπερ εἶπε Τίμαιος ὅδε, ὦ Σώκρατες, οὔτε ἐλλείψομεν προθυμίας οὐδὲν, οὔτ' ἔστιν οὐδεμία πρόφασις ἡμῖν, τοῦ μὴ δρᾶν ταῦτα. ὥστε καὶ χθὲς

SO. Ut si qvis visis animalibus eximiæ pulchritudinis, ac venustatis, pictis, vel etiam viventibus qvidem, sed immobiliter qviescentibus; motus, actusqve, & certamen aliqvod eorum spectare desideret: sic ego nunc urbis informatæ adumbratumqve sermone populum, agentem aliqvid cum finitimis civitatibus in pace, aut bello, dignum tantâ famâ, & educatione, magnâ qvadam expectatione deposco. Qvippe fateor, o Critia, & Hermocrate, non eum esse me, qvi tantam indolem dignè laudare possim. Nec mirum, non posse me; qvando nec veteres qvidem oratores, f) vel præsentis seculi poëtas, posse confidam. Non qvod g) contemnam poëticam nationem: sed qvod evidens perspicuumqve sit, imitandi peritos ea demum æmulari posse perfectè, qvorum ab ineunte ætate habeant usum experientiamqve, & in qvibus propemodum sint educati. At verò incogniti moris, peregrinæqve institutionis, imitationem, h) effictam præsertim 8
oratione, seu versibus, præclaris licet præstantibusqve ingeniis esse difficilem. Sophistas, qvanqvam verborum agmine, atqve sermonis inundatione, beatos judico, vereor tamen ne, ut sunt vagi, palantesqve, nec certis propriisqve sedibus, ac domiciliis, philosophos mores, & instituta civilis prudentiæ, nec conjecturâ qvidem asseqvi valeant: nec demonstrare cæteris, cujusmodi debeant esse officia pacata; & item in bellis fides provecti ad sapientiam populi.

V. Superest igitur solum vestræ eruditionis ingenium, nutritum curâ publicâ, philosophiæqve naturali studio flagrans. Siqvidem Timæus iste ex Locris, qvæ urbs Italiæ flos est, nobilitate, divitiis, rerum gestarum gloriâ facile princeps: idemq; i) ad hoc tempus arcem obtinet amoris sapientiæ. Critiam verò, utpote civem, scimus in studiis humanitatis omnibus apprime vigere. De Hermocratis porrò naturâ, educatione factâ, & accommodatâ rebus iis, de qvibus agimus, explicandis, dubitare nullum puto. Ideoqve vobis jubentibus hesternâ die facile parui; qvæqve mihi visa sunt de publicis rebus disserenda esse, impigrè sum executus: illud cogitans, reliqvas partes instituti operis à nullo alio commodius posse tractari. Deniq;
expleto competenter officio, finitoqve sermone, contendi à vobis quoqve mutuum 9
fieri; vosqve imperatum munus recepistis: & adsum, ut videtis, paratus ad desponsam dapem. HER. Nos qvoqve omnes, ut pollicitus est modò Timæus, injunctum nobis à te munus pro viribus exeqvemur: præsertim cum nulla excusandi competat ratio. Namqve & præterito die mox conventu soluto, cùm ad hospitium rediremus,

f) MS. Bodlej. *auctores.* g) id. *quo.* h) Rigalt. *imaginationem.* i) Bodlej. *itemque.*

εὐθὺς ἐνθένδε, ἐπειδὴ περὶ Κριτίαν πρὸς τὸν ξενῶνα οὗ καὶ καταλύομεν ἀφικόμεθα, καὶ ἔτι πρότερον καθ' ὁδὸν αὖ ταῦτα ἐσκοποῦμεν. ὃ δ' οὖν ἡμῖν λόγον εἰσηγήσατο ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς. ὃν καὶ νῦν λέγε ὦ Κριτία τῷδε. ἵνα ξυνδοκιμάσῃ πρὸς τὴν ἐπίταξιν, εἴτ' ἐπιτήδειος ἢ ἀνεπιτήδειός ἐστι. ΚΡΙ. Ταῦτα χρὴ δρᾷν, εἰ καὶ τῷ τρίτῳ κοινωνῷ Τιμαίῳ ξυνδοκεῖ. ΤΙ. Δοκεῖ μέν.

VI. ΚΡΙ. ἄκουε δὴ ὦ Σώκρατες. λόγου μάλα μὲν ἀτόπου, παντάπασί γε μὴν ἀληθοῦς, ὡς δή τῶν ἑπτὰ σοφῶν σοφώτατος Σόλων ποτ' ἔφη. ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν. Δρωπίδου τοῦ προπάππου καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει· πρὸς δὲ Κριτίαν τὸν ἡμέτερον πάππον εἶπεν, ὡς ἀπεμνημόνευεν αὖ πρὸς ἡμᾶς ὁ γέρων, ὅτι μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τῆσδ' εἴη παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως, ὑπὸ χρόνου καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων ἠφανισμένα. πάντων δὲ ἓν μέγιστον οὗ νῦν ἐπιμνησθεῖσι πρέπον ἂν ἡμῖν εἴη, σοί τε ἀποδοῦναι χάριν, καὶ τὴν θεὸν ἅμα ἐν τῇ πανηγύρει δικαίως καὶ ἀληθῶς οἷόνπερ ὑμνοῦντας ἐγκωμιάζειν. ΣΩ. Εὖ λέγεις. ἀλλὰ δὴ ποῖον ἔργον τοῦτο Κριτίας οὐ λεγόμενον μὲν, ὡς δὲ πραχθὲν ὄντως ὑπὸ τῆσδε τῆς πόλεως ἀρχαῖον διηγεῖται κατὰ τὴν Σόλωνος ἀκοήν. ΚΡ. Ἐγὼ φράσω παλαιὸν ἀκηκοὼς λόγον, οὐ νέου ἀνδρός. ἦν μὲν γὰρ δὴ τότε Κριτίας ὡς ἔφη, σχεδὸν ἐγγὺς ἤδη τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν. ἐγὼ δέ πῃ μάλιστα δεκέτης. ἡ δὲ Κουρεῶτις ἡμῖν οὖσα ἐτύγχανεν Ἀπατουρίων. τὸ δὲ τῆς ἑορτῆς σύνηθες ἑκάστοτε, καὶ τότε ξυνέβη τοῖς παισίν. ἆθλα γὰρ ἡμῖν οἱ πατέρες ἔθεσαν ῥαψῳδίας. πολλῶν μὲν οὖν δὴ καὶ πολλὰ ἐλέχθη ποιητῶν ποιήματα, ἅτε δὲ νέα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα τὰ Σόλωνος, πολλοὶ τῶν παίδων ᾔσαμεν. εἶπεν οὖν τις τῶν φρατόρων. εἴτε δὴ δοκοῦν αὐτῷ τότε, εἴτε καὶ χάριν τινὰ τῷ Κριτίᾳ φέρων, δοκεῖν οἱ τά τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα, καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ, τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον· ὁ δὲ γέρων, σφόδρα γὰρ οὖν μέμνημαι, μάλα τε ἥσθη, καὶ διαμειδιάσας, εἶπεν. εἴ γε ὦ Ἀμύνανδρε μὴ παρέργῳ τῇ ποιήσει κατεχρήσατο, ἀλλ' ἐσπουδάκει καθάπερ ἄλλοι, τόν τε λόγον ὃν ἀπ' Αἰγύπτου δεῦρο ἠνέγκατο ἀπετέλεσε, καὶ μὴ διὰ τὰς στάσεις ὑπὸ κακῶν τε ἄλλων ὅσα εὗρεν ἐνθάδε ἥκων, ἠναγκάσθη καταμελῆσαι, κατά γε ἐμὴν δόξαν, οὔτε Ὅμηρος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν ποιητῶν, εὐδοκιμώτερος ἐγένετο ἂν ποτὲ αὐτῶν. τίς δ' ἦν ὁ λόγος, ἦ δ' ὅς, ὦ Κριτία. περὶ μεγίστης ἔφη καὶ ὀνομαστοτάτης πασῶν δικαιότατ' ἂν πράξεως οὔσης ὧν ἥδε ἡ πόλις ἔπραξε μέν· διὰ δὲ χρόνον καὶ φθορὰν τῶν ἐργασαμένων, οὐ διήρκεσε δεῦρο ὁ λόγος.

VII. Λέγε ἐξ ἀρχῆς, ἦ δ' ὅς, τί τε καὶ πῶς καὶ περὶ τίνων ὡς ἀληθῆ διακηκοὼς ἔλεγεν ὁ Σόλων. Ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον, ἦ δ' ὅς, ἐν τῷ δέλτα περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊ-

qvo suscepti à Critiâ sumus; & ibidem postea de ipsâ re habuimus tractatum non otiosum. Hic igitur nobis ex historiâ vetere narrationem recensuit: qvam velim, Critia, repetas: ut cùm cognoverit Socrates, æstimet, sit ne futura utilis ad imperatæ remunerationis effectum. SO. Sic fieri convenit, si tertio consorti muneris Timæo non aliter videtur.

VI. CRI. Audi, ô Socrates, miram qvidem, sed plenam fidei, veritatisque, rem: ut è numero septem sapientium primarius ille Solo recensebat; qvem avi mei, & consortis in nomine Critiæ, fuisse ajunt k) admodum familiarem. Qvo referente puer ego accepi res gestas hujus urbis memorabiles, sed diuturnitate interituqve hominum adnullatas l) evanuisse; inter qvas unam præter cæteras m) illustrem, cujus fiet commemoratio: qvo tam penes te gratia collocetur, qvàm debita deæ, cujus hodierna pompa est, in- 10
stauretur veneratio. Narrabat ergo grandis natu, ut qvi ad nonagesimum jam appropinqvaret annum, me tunc agente annum decimum, n) publicis cerimoniis, celebri die, ortâ causâ commemorationis ex Solonis versuum cantilenâ. Erat enim solenne familiæ nostræ, festis diebus nos pueros ad certamen memoriæ propositis invitare præmiis puerilibus. Multis ergo carminibus, tam veterum qvàm novorum poëtarum, memoriter pronunciatis, inter qvæ Solonis aliqvanto pluribus, ut qvæ novitas commendaret ad gratiam; memini qvendam, sive qvod ita judicaret, sive qvod vellet Critiam promereri, dixisse planè; Solonem videri sibi non solum prudentiâ cæteris laude dignis, sed etiam carminibus præstitisse. Igitur senex, valde enim memini, lætatus eximiè: qvid? si non perfunctoriè, sed deditâ operâ poëticam fuisset, inqvit, executus Solo, mi Aminander; vel sermonem, qvem ab Ægypto reversus instituerat, adimplesset? o) à qvo qvidem, seditionibus, cæteràque intemperie civilis dissensionis impediente, descivit, non opinor minorem Hesiodo, vel Homero, futurum fuisse. SO. Qvisnam iste fuit, ô Critia, sermo: vel qva de re institutus? CRI. 11
De maximo, & famatissimo, titulo eximiæ virtutis, qvàm gessit hæc civitas: cujus memoria extincta est, tam morte eorum qvi gesserunt, qvàm impendio temporis.

VII. SO. Dic qvæso, Critia, qvod opus illud, & qvatenus actum, & à qvibus compertum, Solo tuus recensebat. Est, inqvit Critias, regio Ægypti Delta; cujus è vertice Nili scinduntur

k) Bodlej. *afferunt.* l) id. *anullatas.* m) *præ cæteris.* id. n) *annos decem.* id.
o) id. *implesset.* p) *de maximo inquit eximiæ virtutis & famosissimo titulo.* id.

τικὸς ἐπικαλούμενος νομός. τούτου δὲ τοῦ νομοῦ, μεγίστη πόλις Σάϊς, ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς. οἷ τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ, ἑλληνιστὶ δὲ ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. μάλα δὲ φιλαθηναῖοι καί τινα τρόπον οἰκεῖοι τῶνδ᾽ εἶναί φασιν. οἷ δὴ Σόλων ἔφη πορευθεὶς, σφόδρα τε γενέσθαι παρ᾽ αὐτοῖς ἔντιμος. καὶ δὴ καὶ τὰ παλαιὰ ἀνερωτῶν, τοὺς μάλιστα περὶ ταῦτα τῶν ἱερέων ἐμπείρους, σχεδὸν οὔτε αὐτὸν οὔτε ἄλλον Ἕλληνα οὐδένα οὐδὲν (ὡς ἔπος εἰπεῖν) εἰδότα περὶ τῶν τοιούτων ἀνευρεῖν. Καί ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων, εἰς λόγους τῶνδε ἢ τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖν, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης. καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν αὖ περὶ Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας, ὡς διεγένοντο μυθολογεῖν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενεαλογεῖν, καὶ τὰ τῶν ἐτῶν ὅσα ἦν οἷς ἔλεγε πειρᾶσθαι διαμνημονεύων, τοὺς χρόνους ἀριθμεῖν. καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιῶν, ὦ Σόλων Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. ἀκούσας οὖν, πῶς τί τοῦτο λέγεις φάναι; νέοι ἐστὲ εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες. οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι᾽ ἀρχαίαν ἀκοὴν, παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. τὸ δὲ τούτων αἴτιον, τόδε. πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. τὸ γὰρ οὖν καὶ παρ᾽ ἡμῖν λεγόμενον ὥς ποτε Φαέθων Ἡλίου παῖς τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν, τάτ᾽ ἐπὶ γῆς ξυνέκαυσε, καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς διεφθάρη. τοῦτο μύθου μὲν σχῆμα ἔχον λέγεται. τὸ δ᾽ ἀληθές ἐστι, τῶν περὶ γῆν καὶ κατ᾽ οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις, καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γινομένη, τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ πολλῷ φθορά. τότε οὖν ὅσοι κατ᾽ ὄρη καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις καὶ ἐν ξηροῖς οἰκοῦσι, μᾶλλον διόλλυνται, τῶν ποταμοῖς καὶ θαλάττῃ προσοικούντων. ἡμῖν δὲ ὁ Νεῖλος εἴς τε τ᾽ ἄλλα σωτὴρ, καὶ τότε ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας, σώζει λυόμενος. ὅταν δ᾽ αὖ οἱ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι διασώζονται βουκόλοι, νομεῖς τε. οἱ δ᾽ ἐν ταῖς παρ᾽ ἡμῖν πόλεσιν, εἰς τὴν θάλατταν ὑπὸ τῶν ποταμῶν φέρονται. κατὰ δὲ τήνδε τὴν χώραν, οὔτε τότε οὔτε ἄλλοτε ἄνωθεν ἐπὶ τὰς ἀρούρας ὕδωρ ἐπιῤῥεῖ. τὸ δ᾽ ἐναντίον, κάτωθεν ἐπανιέναι πέφυκεν, ὅθεν καὶ δι᾽ ἃς αἰτίας τἀνθάδε σωζόμενα λέγεται παλαιότατα. τὸ δὲ ἀληθὲς, ἐν πᾶσι τοῖς τόποις, ὅπου μὴ χειμὼν ἐξαίσιος, ἢ καῦμα ἀπείργει, τοτὲ μὲν πλέον, τοτὲ δὲ ἔλαττον, ἀεὶ γένος ἐστὶν ἀνθρώπων. ὅσα δὲ ἢ παρ᾽ ἡμῖν, ἢ τῇδε, ἢ καὶ κατ᾽ ἄλλον τόπον ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, εἴ πού τι καλὸν ἢ μέγα γέγονεν, ἢ καί τινα διαφορὰν ἄλλην ἔχον, πάντα γεγραμμένα ἐκ παλαιοῦ τῇδ᾽ ἐστὶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ σεσωσμένα.

tur fluenta, juxta qvam Sais nomine civitas magna; qvàm regit mos vetus, lex Saitica nuncupatus. Ex hac urbe Amasis fuit Imperator. Conditrix verò urbis q) dea Ægyptiaca lingva censetur Neuht: Græca dicitur Athena. Ipsi porrò homines amatores sunt Atheniensium, istiusqve urbis cognatione sese r) nobilitari præ se ferunt. Quo Solo profectum se satis hospitaliter honoratum esse referebat: expertumqve liqvidò, qvod de vetustatis memoriâ nullus nostræ nationis vir ne tenuem qvidem habeat scientiam. Deniqve cum in conventu sacerdotum, penes qvos præcipua sit memoria vetustatis, eliciendi studio qvæ scirent, verba faceret de antiqvissimis historiis Athenarum, Phoroneo & Niobe; postqve inundationem
mundi de Pyrrhâ & Deucalione doctè stu- 12
dioseqve prosequi pergeret: prosapiam renovatæ gentis humanæ usqve ad memoriam parentum, annorumqve numerum recenseret: irrisum se esse dicebat à qvodam ex Sacerdotibus, qvi diceret, ô Solo, Græci pueri semper estis: nec quisquam est in Græciâ senex. Cur ita diceret, percunctato Solone; qvia rudi novellâqve estis memoriâ semper: nec est, inqvit, ulla penes vos cana scientia. Nec immeritò. Multæ qvippe neces hominum, partim conflagratione, partim inundationibus vastantibus, acciderunt. Deniqve illa etiam fama, qvæ vobis qvoqve comperta est, Phaëthontem qvondam, Solis filium, affectantem officium patris, currus ascendisse luciferos: nec servatis solemnibus aurigationis orbitis exussisse terrena: ipsumqve flammis cœlestibus conflagrasse: fabulosa qvidem putatur, sed est vera. Fit enim longo intervallo mundi circumactionis exorbitatio: qvam vastitas inflammationis conseqvatur necesse est. Tunc igitur ii, qvi in siccis, & editis, locis mansitant; magis pereunt, qvàm vicini littoribus, & fluviis. Nobis porrò Nilus cùm in plerisqve rebus salutaris, tum adversum hujusmodi pericula meatu irriguo perenniqve gurgite objectus, arcet exitium.
Item cùm terra erit humore abluenda, pasto- 13
res qvidem nostri montium edita capessentes, periculo non continguntur. At verò civitates, in planitie sitæ, cum populis suis rapiuntur ad maria. Qvibus periculis regio ista minimè contingitur. Non enim, ut in cæteris regionibus, humor in planitiem superne manet, sed ex imo per eandem planitiem tranquillo reditu stagnis detumescentibus remeat. Qvæ causa monimentorum publicorum & privatorum perseverantiam nutrit: studioseqve tam nostræ nationis rerum gestarum memoria, qvàm cæterarum gentium, qvas vel fama nobis per cognitionem tradit, descripta, templorum custodiis continetur.

q) *Conditor vero* ΘΝΥΣ, *urbs Æ. l. c.* ΝΗΥΘ, ita Bodlej. r) sic id. pro *cognomine se*.

VIII. Τὰ δὲ παρ' ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις, ἄρτι κατεσκευασμένα ἑκάστοτε τυγχάνει γράμμασι καὶ ἅπασιν ὁπόσων πόλεις δέονται, καὶ πάλιν δι' εἰωθότων ἐτῶν ὥσπερ νόσημα ἥκει φερόμενον αὐτοῖς ῥεῦμα οὐράνιον, καὶ τοὺς ἀγραμμάτους καὶ ἀμούσους ἔλιπεν ὑμῶν. ὥστε πάλιν νέοι ἐξ ἀρχῆς γίνεσθε, οὐδὲν εἰδότες οὔτε τῶν τῆδε, οὔτε τῶν παρ' ὑμῖν, ὅσα ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις. τὰ γοῦν νῦν δὴ γενεαλογηθέντα ὦ Σόλων περὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἃ διῆλθες παίδων, βραχύ τι διαφέρει μύθων. οἳ πρῶτον μὲν ἕνα γῆς κατακλυσμὸν μέμνησθε, πολλῶν ἔμπροσθεν γεγονότων. ἔτι δὲ τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον γένος ἐπ' ἀνθρώπους ἐν τῇ χώρᾳ τῇ παρ' ὑμῖν, οὐκ ἴστε γεγονός, ἐξ ὧν σύ τε καὶ πᾶσα ἡ πόλις ἐστὶ τανῦν ὑμῶν, περιλειφθέντος ποτὲ σπέρματος βραχέος, ἀλλ' ὑμᾶς λέληθε διὰ τὸ τοὺς περιγενομένους ἐπὶ πολλὰς γενεὰς γράμμασι τελευτᾶν ἀφώνους. ἦν γὰρ δή ποτε ὦ Σόλων ὑπὲρ τὴν μεγίστην φθορὰν ὕδασιν, ἡ νῦν Ἀθηναίων οὖσα πόλις ἀρίστη, πρός τε πόλεμον καὶ κατὰ πάντα εὐνομωτάτη διαφερόντως, ᾗ κάλλιστα ἔργα καὶ πολιτεῖαι γενέσθαι κάλλισται λέγονται πασῶν, ὁπόσων νῦν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοὴν παρεδεξάμεθα. Ἀκούσας οὖν ὁ Σόλων ἔφη θαυμάσαι, καὶ πᾶσαν προθυμίαν σχεῖν, δεόμενος τῶν ἱερέων, πάντα δι' ἀκριβείας οἱ τὰ περὶ τῶν πάλαι πολιτῶν ἑξῆς διελθεῖν. τὸν οὖν ἱερέα φάναι, φθόνος οὐδεὶς ὦ Σόλων. ἀλλὰ σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ, καὶ τῆς πόλεως ὑμῶν. μάλιστα δὲ καὶ τῆς θεοῦ χάριν, ἣ τήν τε ὑμετέραν καὶ τήνδ' ἔλαχε καὶ ἔθρεψε, καὶ ἐπαίδευσε. προτέραν μὲν τὴν παρ' ὑμῖν ἔτεσι χιλίοις, ἐκ γῆς τε καὶ Ἡφαίστου, τὸ σπέρμα παραλαβοῦσα ὑμῶν. τήνδε δὲ ὑστέραν, τῆσδε ἐνθάδε διακοσμήσεως παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ὀκτακισχιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς γέγραπται. περὶ δὲ τῶν ἐνακισχίλια ἔτη γεγονότων πολιτῶν σοι, δηλώσω διὰ βραχέων. νόμους τε καὶ τῶν ἔργων αὐτοῖς, ὃ κάλλιστον ἐπράχθη. τὸ δ' ἀκριβὲς περὶ πάντων, ἐφεξῆς εἰσαῦθις κατὰ σχολὴν αὐτὰ τὰ γράμματα λαβόντες, διέξιμεν.

IX. Τοὺς μὲν οὖν νόμους, σκόπει πρὸς τοὺς τῇδε. πολλὰ γὰρ παραδείγματα τῶν τότε παρ' ὑμῖν ὄντων, ἐνθάδε νῦν ἀνευρήσεις. Πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερέων γένος, ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρὶς ἀφωρισμένον. μετὰ δὲ τοῦτο, τὸ τῶν δημιουργῶν, ὅτι καθ' αὑτὸ ἕκαστον, ἄλλῳ δὲ οὐκ ἐπιμιγνύμενον δημιουργεῖ. τό, τε τῶν νομέων καὶ τῶν θηρευτῶν, τό, τε τῶν γεωργῶν. καὶ δὴ τὸ μάχιμον γένος, ᾔσθησαί που τῇδε ἀπὸ πάντων τῶν γενῶν κεχωρισμένον, οἷς οὐδὲν ἄλλο πλὴν τὰ περὶ τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ νόμου προσετάχθη μέλειν. ἔτι δὲ ἡ τῆς ὁπλίσεως αὐτῶν σχέσις ἀσπίδων καὶ δοράτων, οἷς ἡμεῖς πρῶτοι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ὡπλίσμεθα, τῆς θεοῦ καθάπερ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις παρ' ὑμῖν πρώτοις ἐνδειξαμένης. τὸ δ' αὖ περὶ τῆς φρονήσεως, ὁρᾷς που τὸν νόμον τῇδε, ὅσην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο εὐθὺς καταρχάς. περί τε τὸν κόσμον ἅπαντα, μέχρι μαντικῆς καὶ ἰα-

VIII. Apud vos, & cæteros, nunc planè & nuper, refectæ monimentorum ædes, ictæ cœlesti demum liqvore procumbunt: involutæqve literis publicis cum antiqvioris historiæ memoriâ dissipantur; ut necesse sit, novo initio vitæ, novoqve populo, novam condi memoriam literarum. Qvâ ratione fit, ut neqve res vestras proprias antiqvas, nec aliorum sciatis. Eaqve ipsa, qvæ recensere memoriter arbitrabare, non multum distent à puerilibus fabulis. Principio, qvod unius modo memineris inundationis, cùm infinitæ præcesserint: s) deinde,
qvod optimum vestrorum genus majorum 14
nesciatis: ex qvo tu, & Athenienses cæteri, facti estis: exiguo semine tunc superstite publicæ cladi. Fuit enim olim Atheniensium civitas longè cæteris præstans morum bonitate, ac potentiâ virium, belloqve ac pace memoranda; ejusqve opera magnifica, omnem, sicut nos accepimus, qvamvis præclaræ gloriæ illustrationem obumbrantia. Tum admiratum Solonem orare, atqve obsecrare, ut sibi omnia sacerdos de veteribus civibus revelaret: & respondisse illum. Nulla est invidia, præsertim cum tibi sit mos gerendus, & honor debitus amicæ civitati referendus: & id cogat me facere veneratio Deæ, qvæ utramqve urbem condidit, educavit, instituit; priorem vestram annis fere mille, ex indigete agro, & Vulcanio semine; posteriorem hanc nostram VIII. millibus t) annis post, ut sacris delubrorum apicibus continetur. De his ergo majoribus vestris audies, ô Solo, qvi ante novem millia annorum vixerunt; qvibus sint usi legibus, qvamqve amplis, & qvàm præclaris facinoribus nobilitati. Si probationem desiderabis, post ex otio sacras literas recensebimus.

IX. Ac primùm leges intuere. Forsan enim reperies multa indicia germanitatis,
vel qvod sacerdotiis prædìti, separatim à 15
cætero populo manent, ne contagione aliqvâ profanâ castitas polluatur: vel qvod varia opificij genera ita inter se discreta sunt, ùt promiscuè nullus opererur. Pastores verò, & item penes qvos est venandi, colendiqve ruris, exercitandiqve u) scientia; disparatas habent sedes à propugnatorum, armatæqve juventutis, castris, & insignibus. Ipsorumqve insignium idem usus & eadem differentia tam hic, qvàm apud vos, etiam nunc habetur; clypeorum tegmen, thoracum indumenta, jaculorum amentata missilia. Prudentiæ verò curam ubi majorem leges habendam sanciunt? x) aut honestas apud qvos tantam dignitatem obtinet in vitæ muneribus, & officiis? Qvid divinatio? qvid

s) al. *processerint.* t) al. *octies mille.* u) Bodlej. *exercendiqve.* x) id. *sanxerunt.*

τρικῆς πρὸς ὑγίειαν. ἐκ τούτων θείων ὄντων, εἰς τὰ ἀνθρώπινα ἐξανευρών, ὅσα τε ἄλλα τούτοις ἕπεται μαθήματα πάντα κτησάμενος. ταύτην οὖν δὴ τότε ξύμπασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν, ἡ θεὸς προτέρους ὑμᾶς διακοσμήσασα κατῴκισεν, ἐκλεξαμένη τὸν τόπον ἐν ᾧ γεγένησθε, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν ἐν αὐτῷ κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμωτάτους ἄνδρας οἴσει. ἅτ' οὖν φιλοπόλεμός τε, καὶ φιλόσοφος ἡ θεὸς οὖσα, τὸν προσφερεστάτους αὐτῇ μέλλοντα οἴσειν τόπον ἄνδρας, τοῦτον ἐκλεξαμένη, πρῶτον κατῴκισεν. ᾠκεῖτε οὖν δὴ νόμοις τε τοιούτοις χρώμενοι, καὶ ἔτι μᾶλλον εὐνομούμενοι, πάσῃ τε πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβηκότες ἀρετῇ, καθάπερ εἰκὸς γεννήματα καὶ παιδεύματα θεῶν ὄντας. πολλὰ μὲν οὖν ὑμῶν καὶ μεγάλα τῆς πόλεως τῇδε γεγραμμένα ἔργα θαυμάζεται, πάντων μὴν ἓν ὑπερέχει μεγέθει καὶ ἀρετῇ. λέγει γὰρ τὰ γεγραμμένα, ὅσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσέ ποτε δύναμιν ὕβρει πορευομένην ἅμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἔξωθεν ὁρμηθεῖσαν ἐκ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους. τότε γὰρ πορεύσιμον ἦν τὸ ἐκεῖ πέλαγος. νῆσον γὰρ πρὸ τοῦ στόματος εἶχεν, ὃ καλεῖται ὡς φατὲ ὑμεῖς Ἡρακλέους στήλας. ἡ δὲ νῆσος ἅμα Λιβύης ἦν καὶ Ἀσίας μείζων. ἐξ ἧς ἐπιβατὸν ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους τοῖς τότ' ἐγίγνετο πορευομένοις. ἐκ δὲ τῶν νήσων ἐπὶ τὴν κατ' ἀντικρὺ πᾶσαν ἤπειρον, τὴν περὶ τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον πόντον (τάδε μὲν γὰρ ὅσα ἐντὸς τοῦ στόματος οὗ λέγομεν, φαίνεται λιμὴν στενόν τινα εἴσπλουν ἔχων, ἐκεῖνο δὲ πέλαγος ὄντως, ἥ τε περιέχουσα αὐτὸ γῆ παντελῶς ἀληθῶς, ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο ἤπειρος.) ἐν δὲ τῇ Ἀτλαντίδι ταύτῃ νήσῳ, μεγάλη συνέστη καὶ θαυμαστὴ δύναμις βασιλέων, κρατοῦσα μὲν ἁπάσης τῆς νήσου, πολλῶν δὲ ἄλλων νήσων καὶ μερῶν τῆς ἠπείρου. πρὸς δὲ τούτοις ἔτι τῶν ἐντὸς τῇδε Λιβύης μὲν ἦρχον ἄχρι πρὸς Αἴγυπτον, τῆς δὲ Εὐρώπης, μέχρι Τυρρηνίας. αὕτη δὲ πᾶσα ξυναθροισθεῖσα εἰς ἓν ἡ δύναμις, τόν τε παρ' ὑμῖν καὶ τὸν παρ' ἡμῖν καὶ τὸν ἐντὸς τοῦ στόματος πάντα τόπον, μιᾷ ποτ' ἐπεχείρησεν ὁρμῇ δουλοῦσθαι. τότε οὖν ὑμῶν ὦ Σόλων τῆς πόλεως ἡ δύναμις, εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανὴς, ἀρετῇ τε καὶ ῥώμῃ ἐγένετο. πάντων γὰρ προστᾶσα εὐψυχίᾳ, καὶ τέχναις ὅσαι κατὰ πόλεμον, τὰ μὲν τῶν Ἑλλήνων ἡγουμένη, τὰ δ' αὐτὴ μονωθεῖσα ἐξ ἀνάγκης τῶν ἄλλων ἀποστάντων, ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους ἀφικομένη κινδύνους, κρατήσασα μὲν τῶν ἐπιόντων, τρόπαια ἀνέστησε. τοὺς δὲ μήπω δεδουλωμένους, διεκώλυσε δουλωθῆναι. τοὺς δ' ἄλλους, ὅσοι κατοικοῦμεν ἐντὸς ὅρων Ἡρακλείων, ἀφθόνως ἅπαντας ἠλευθέρωσεν. ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐλθούσης, τό, τε παρ' ὑμῶν μάχιμον πᾶν, ἀθρόον ἔδυ κατὰ γῆς, ἥ, τε Ἀτλαντὶς νῆσος, ὡσαύτως κατὰ τῆς θα-

qvid medela? Nonne ad homines instinctu
conditricis Deæ commeârunt? Hac qvippe
exornatione priorem urbem vestram sepsit,
honestavitqve, Numen illud, qvod y) condi-
dit; electo salubri, subtiliumqvè ingenio-
rum, & prudentiæ, feraci loco. Utpote enim
bellicosa, & sapiens, Dea regionem talem
censuit eligendam, qvæ sui similes viros
esset editura. His ergo legibus, vel hone-
stioribus etiam z) institutis, ad omnem virtu-
tem eruditi veteres Athenienses; utpote
qvi divinæ prosapiæ germani, maximis, &
ultra humanæ gloriæ captum, titulis laudum 16
nobilitati sunt. è qvibus unum eminens, &
prædecorum, facinus in monimentis veteri-
bus invenimus: immanem qvandam in-
juriis, & inexpugnabilem numero manum;
qvæ prope jam cunctam Europam, atqve
Asiam, subegisset, à vestris legionibus esse
deletam: ex Atlantico mari bellum omni-
bus gentibus, & nationibus, inferentem.
Tunc enim fretum illud, opinor, erat com-
meabile: habens in ore, ac in vestibulo
sinus, insulam: qvod os à vobis Herculis
censentur columnæ. Qvæ qvidem insula
fertur major aliquanto fuisse, quàm Libya,
atqve Asia. Simul ergo per eam, perqve
contiguas alias insulas, iter tunc illud agen-
tibus, commeatus patebat usqve ad defectum
insularum, & initium terræ continentis,
vicinæ verò mari: qvippe hoc intra os, sive
Herculeas columnas, fretum angusto qvo-
dam littore, in qvo etiam nunc veteris por-
tus apparent vestigia, dividitur à continenti.
At verò illud pelagus, immensæ atqve in-
æstimabilis magnitudinis, verum est a) mare.
Igitur in hac Atlantide insulâ maxima, &
admirabilis, potentia Regum extitit, omnem
insulam, finitimasqve alias, obtinentium;
dominantiumqve maximæ parti continen-
tis. Siqvidem tertiæ parti mundi, qvæ Libya 17
dicitur, usqve ad Ægyptum imperarunt.
Europæ verò, usqve ad Tyrrhenum mare.
Qvæ qvidem vis potentiaqve collecta, &
armata, nostram, ô Solo, vestramqve regio-
nem, & hoc amplius, eas gentes, qvæ intra
Herculis columnas consistunt, adoriri &
expugnare gestiit. Tunc ergo vestræ civi-
tatis virtus ultra omnem gloriam enituit:
qvæ pro communi omnium salute, ac liber-
tate, desperantibus deserentibusqve metu
communem custodiam cæteris b) cunctis,
magnitudine animi, bellicisqve artibus,
adsecuta est; ut per extrema discrimina
erumpens, hostes humani generis primò
fugaret, deinde c) funderet; libertatem sub-
jugatis redderet, intactos in suâ genuinâqve
libertate conservaret. Neqve ita multo
post accidit, ut motu terræ, & illuvione diei
noctis-

y) Bodlej. *quam*. z) ibid. deest *etiam*. a) *est* ibid. non legitur. b) ibid. deest *cæteris*. c) *dehinc*. id.

λάσσης δῦσα, ἠφανίσθη. διὸ καὶ νῦν ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τοὐκεῖ πέλαγος, πηλοῦ καταβραχέος ἐμποδὼν ὄντος, ὃν ἡ νῆσος ἱζομένη παρέσχετο.

X. Τὰ μὲν δὴ ῥηθέντα ὦ Σώκρατες ὑπὸ τοῦ παλαιοῦ Κριτίου, κατ' ἀκοὴν τὴν Σόλωνος (ὡς συντόμως εἰπεῖν) ἀκήκοας. λέγοντος δὲ δὴ χθές σου περὶ πολιτείας τε καὶ ἀνδρῶν οὓς ἔλεγες ἐθαύμαζον, ἀναμιμνησκόμενος αὐτὰ ἃ νῦν λέγω κατανοῶν, ὡς δαιμονίως ἔκ τινος τύχης, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ξυνηνέχθης τὰ πολλὰ οἷς Σόλων εἶπεν. οὐ μὴν ἐβουλήθην παραχρῆμα εἰπεῖν. διὰ χρόνου γὰρ οὐχ ἱκανῶς ἐμεμνήμην. ἐννενόησα οὖν ὅτι χρεὼν εἴη με πρὸς ἐμαυτὸν πρῶτον ἱκανῶς πάντα ἀναλαβόντα, λέγειν οὕτως. ὅθεν ταχὺ ξυνωμολόγησά σοι τὰ ἐπιταχθέντα χθές, ἡγούμενος ὅπερ ἐν ἅπασι τοῖς τοιοῖσδε μέγιστον ἔργον, λόγον τινὰ πρέποντα τοῖς βουλήμασιν ὑποθέσθαι, τούτου μετρίως ἡμᾶς εὐπορήσειν. οὕτω δὴ καθάπερ ὅδ' εἶπε, χθές τε εὐθὺς ἐνθένδε ἀπιὼν πρὸς τούσδε ἀνέφερον αὐτὰ, ἀναμιμνησκόμενος. ἀπελθών τε σχεδόν τι ἅπαντα ἐπισκοπῶν τῆς νυκτὸς ἀνέλαβον. ὡς δή τι τὸ λεγόμενον, τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον. ἐγὼ γὰρ ἃ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν. ταῦτα δὲ ἃ πάμπολυν χρόνον διακήκοα, παντάπασι θαυμάσαιμ' ἂν εἴ τι με αὐτῶν διαπέφευγεν. ἦν μὲν οὖν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ παιδικῆς τότε ἀκουόμενα, καὶ τοῦ πρεσβύτου προθύμως με διδάσκοντος, ἅτε μου πολλάκις ἐπανερωτῶντος, ὥστε οἷον ἐγκαύματά μοι ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε. καὶ δὴ καὶ τοῖσδε εὐθὺς ἔλεγον ἕωθεν αὐτὰ ταῦτα, ἵνα εὐποροῖεν λόγων μετ' ἐμοῦ. νῦν οὖν οὗπερ εἵνεκα πάντα εἴρηται, λέγειν εἰμὶ ἕτοιμος ὦ Σώκρατες, μὴ μόνον ἐν κεφαλαίοις, ἀλλ' ὥσπερ ἤκουσα καθ' ἕκαστον. Τοὺς δὲ πολίτας καὶ τὴν πόλιν ἣν χθὲς ἡμῖν ὡς ἐν μύθῳ διῄεισθα, μετενεγκόντες ἐπὶ τἀληθὲς, δεῦρο θήσομεν, ὡς ἐκείνην τήνδε οὖσαν, καὶ τοὺς πολίτας οὓς διενοοῦ, φήσομεν ἐκείνους τοὺς ἀληθινοὺς εἶναι προγόνους ἡμῶν, οὓς ἔλεγεν ὁ ἱερεύς. πάντως ἁρμόσουσι καὶ οὐκ ἀπᾳσόμεθα λέγοντος αὐτοὺς εἶναι τοὺς ἐν τῷ τότε ὄντας χρόνῳ. κοινῇ δὲ διαλαμβάνοντες πάντες πειρασόμεθα τὸ πρέπον εἰς δύναμιν οἷς ἐπέταξας ἀποδοῦναι. σκοπεῖν οὖν δεῖ ὦ Σώκρατες, εἰ κατὰ νοῦν ὁ λόγος ἡμῖν οὗτος, ἤ τινα ἔτ' ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ ζητητέον.

noctisqve jugi, præclara illa vestra militaris juventus periret: & Atlantis insula tota, sine indicio prioris existentiæ, submergeretur: nisi qvod pelagus illud pigrius qvàm cætera, crasso dehiscentis insulæ limo, & supernè fluctibus concreto, habetur.

X. Hæc sunt, ô Socrates, qvæ Critias vetus à Solone sibi relata, & exposita, narravit. d) Sed cùm superiore e) die de rebusp. deqve pacatis officiis, militaribusqve, tractares, subiit qvædam me ex recordatione miratio: non sine Deo dici, qvæ diceres. Siqvidem 18
qvam constituebas oratione rempublicam eadem, aut certe proximæ similitudinis, videretur ei, qvam ex Critiæ relatione f) compereram. Reticui tamen veritus, ne, si qvæsitum aliqvid à me foret, dehinc oblivionis incommodo minime expedirem, ridiculus essem: maluiqve de memoria apud memetipsum prius experiri. Ex qvo factum est, ut citò consentirem imperio tuo: qvæ confidebam facile me, si recordatione memoriam exercuissem, posse reminisci. Itaq; ut hic f) modo dixit, tam hesterno die post digressum protinus ad præsentes retuli, qvàm nocturnis vigiliis scrutabundus omnia recuperavi: certumqve illud expertus sum, tenaciorem fere memoriam rerum, qvæ in primâ discuntur ætate. Qvippe haud ita confidam, qvæ pridie audierim, an referre possim postridie: cum ea, qvæ puer cognoverim, incolumi memoria planè retexam. Nisi forte major in illâ ætate cognitionis delectatio altius infigit mentibus insita. g) Forsq; etiam, qvod studiosa senis, & assidua relatio meracam qvandam, & inobsoletam impresserit animo notam. Qvare ut id, ad qvod omnia pertinent, qvæ dicta sunt, eloqvar: dicere sum paratus. Non ut narratio- 19
nem retexam: sed, ut ostendam rempublicam & populum, sermone Socratis hesterna disputatione adumbratum, non picturatam effigiem beatæ civitatis, sed verè beatam civitatem, & unum populum qvondam fuisse, propugnatoresqve, qvos iste institu ebat ad tolerantiam laborum, virtutemqve animi, gymnasiis, & musica mansuetudine, majores nostros fuisse, qvos ille sacerdos Ægyptius prædicaret: qvando facta eorum, nutrimentis ab hoc memoratis, institutisqve, conveniant. Imperato qvippe nobis à Socrate muneri non aliter satisfieri posse arbitror; nisi consensu omnium participum officii recepti probabitur illam, qvam vario ipse sermone depinxit, Urbem, veteres Athenas fuisse. Qvare, mi Socrates, remuneratione hujuscemodi fieri contentus æstima.

XI. SO.

d) Bodlej. *narrata revelavit.* e) *præterito,* id. f) *ex commemoratione Critiæ.* id.
f) Hermocrates. g) *Cognita.* Bodlej. h) *inabolitam infeceris.* id.

XI. Σω. Καὶ τίνα ὦ Κριτία μᾶλλον ἀντὶ τούτου μεταλάβοιμεν ἄν; ὃς τῇ τε παρούσῃ τῆς θεοῦ θυσίᾳ διὰ τὴν οἰκειότητα ἂν πρέποι μάλιστα. τό, τε, μὴ πλασθέντα μῦθον, ἀλλ᾽ ἀληθινὸν λόγον εἶναι, πάμμεγά που. πῶς γὰρ καὶ πόθεν ἄλλους εὑρήσομεν, ἀφέμενοι τούτων; οὐκ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἀγαθῇ τύχῃ χρὴ λέγειν μὲν ὑμᾶς, ἐμὲ δὲ ἀντὶ τῶν χθὲς λόγων, νῦν ἡσυχίαν ἄγοντα ἀκούειν. Κρ. Σκόπει δὴ τὴν τῶν ξενίων σοι διάθεσιν ὦ Σώκρατες, ᾗ διέθεμεν. ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μὲν, ἅτε ἀστρονομικώτατον ἡμῶν, καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα, ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶντα δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν. ἐμὲ δὲ μετὰ τοῦτον, ὡς παρὰ μὲν τούτου δεδεγμένον ἀνθρώπους τῷ λόγῳ γεγονότας, παρὰ σοῦ δὲ πεπαιδευμένους διαφερόντως αὐτῶν τινας, κατὰ δὲ τὸν Σόλωνος λόγον τε καὶ νόμον, εἰσαγαγόντα αὐτοὺς ὡς εἰς δικαστὰς ὑμᾶς, ποιῆσαι πολίτας τῆς πόλεως τῆσδε ὡς ὄντας τοὺς τότε Ἀθηναίους, οὓς ἐμήνυσεν ἀφανεῖς ὄντας ἡ τῶν ἱερῶν γραμμάτων φήμη. τὰ λοιπὰ δὲ ὡς περὶ πολιτῶν καὶ Ἀθηναίων ὄντων, ἤδη ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. Σω. Τελέως τε καὶ λαμπρῶς ἔοικα ἀνταπολήψεσθαι τὴν τῶν λόγων ἑστίασιν. σὸν οὖν ἔργον λέγειν ἂν εἴη ὦ Τίμαιε, τὸ μετὰ τοῦτο ὡς ἔοικε, καλέσαντα κατὰ νόμον θεούς. Τι. Ἀλλ᾽ ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ πάσῃ ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν, ἡμᾶς δὲ τοὺς περὶ παντὸς λόγους ποιεῖσθαί πῃ μέλλοντας εἰ γέγονεν, ἢ καὶ ἀγεννές ἐστιν, εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν; ἀνάγκη θεούς τε καὶ θεὰς ἐπικαλουμένους, εὔχεσθαι πάντας κατὰ νοῦν ἐκείνοις μὲν μάλιστα, ἑπομένως δὲ ὑμῖν εἰπεῖν καί. τὰ μὲν περὶ θεῶν, ταύτῃ παρακεκλήσθω. Τὸ δ᾽ ἡμέτερον παρακλητέον, ᾗ ῥᾷστ᾽ ἂν ὑμεῖς μὲν μάθητε, ἐγὼ δὲ ᾗ διανοοῦμαι μάλιστ᾽ ἂν περὶ τῶν προκειμένων ἐνδειξαίμην.

XI. SO. Nullam verò aliam, Critia, magis approbo, qvàm iſtam ipſam, qvæ propria eſt præſentium feriarum. Magnificum verò illud, non fictam commentitiamqve fabulam; ſed veram hiſtoriam vitæ poſſibilis fato qvodam à me veſtris animis intimatam. Qvare fortuna proſperante pergite iter inſtitutæ orationis: ego, ut probum auditorem decet, attento ſilentio mentem, atqve aures, parabo. CRI. Etiam ne conſideras, 20
ô Socrate, ſi eſt commoda diſpoſitio debiti apparatus tibi. Placuit enim nobis Timæum qvidem, utpote in aſtronomiâ cæteris eminentem, naturæqve rerum arcana rimatum, principe loco dicere, orſum à mundi ſenſilis conſtitutione, uſqve ad hominum genus generationemq; me verò ſuſceptis ab hoc hominibus, ejuſdemqve oratione formatis, tuâ porro ad egregiam frugem imbutis, & eruditis ſanctiori legum moderamine i); juxta Solonem verò, vel ſacros Ægyptiorum libros, revocare cives clariſſimos veteres: & ante hos conſtituere ſpectaculum venerabile populi, qvem inundatione ſubmerſum profundo maris, Ægyptiorum monimentorum fama celebravit, atqve ita, ut de majoribus noſtris, ſermonem contexere. SO. Næ ego magnificè ſum invitatus hodie, ut ex ordinatione apparatus intelligi datur. Ergo age, ô Timæe, deliba cœptum; vocatâ, ut mos eſt, in auxilium Divinitate. TI. Verè, mi Socrate. Nam cùm omnibus mos ſit, & qvaſi qvædam religio, qvi vel de maximis, vel de minimis, rebus acturi aliqvid ſunt, precari ad auxilium Divinitatem: qvantò nos æqvius eſt, qvi univerſitatis naturæ, ſubſtantiæqve, rationem præſtaturi ſumus, invocare divinam opem: niſi planè ſævo qvodam furore atqve implacabili raptamur amentiâ. Sit igitur meis precibus compræ- 21
henſum, maximè qvidem, ut ea dicantur à nobis, qvæ placeant Deo: tum ut nobis qvoqve ipſis convenienter, k) propoſitoqve operi decenter, profemur: &, qvatinus vos qvidem facilè aſſeqvamini, ego juxta anticipatam animo ſpeciem orationis expediam.

CICERO.

XII. Qvid eſt qvod ſemper ſit, neqve ullum habet ortum? & qvod gignatur, nec unqvam ſit? qvorum alterum intelligentia & ratione comprehenditur, qvod unum ſemper atqve idem eſt: alterum, qvod affert opinionem per ſenſus, rationis expers: qvod totum opinabile eſt, id gignitur & in-

XII. Ἔστιν οὖν δὴ κατ᾽ ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε· τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε· τὸ μὲν δὴ, νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὂν, τὸ δ᾽ αὖ δόξῃ μετ᾽ αἰσθήσεως ἀλόγου, δοξαστὸν γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. πᾶν

XII. Eſt igitur, ut mihi qvidem videtur, inprimis differendum l) qvid ſit, qvod ſemper eſt, carens generatione: qvid item, qvod gignitur, nec ſemper eſt. Alterum, intellectu perceptibile; & ductu, & inveſtigatione rationis, ſemper idem. Porrò alterum, opinione, cum irrationabili ſenſu, opinabile; proptereaq; incertum naſcens, & occidens: neqve unqvam

O oo

i) Bodlej. *moderatione.*

k) al. *conſeqventer.*

l) Bodlej. *dividendum.*

CICERO

terit, nec unquam esse vere potest. Omne autem quod gignitur, ex aliqua causa gigni necesse est. Nullius enim rei causa remota, reperiri origo potest. Quocirca si is, qui aliquod munus efficere molitur, eam speciem quæ semper eadem est, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est. Sin autem illam quæ gignitur, nunquam illam quam expetet pulchritudinem consequetur. Omne igitur cœlum, sive mundus, sive quovis alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit: de quo id primùm consideremus quod principio est in omni quæstione considerandum: sempérne fuerit, nullo generatus ortu: an ortus sit ab aliquo temporis principatu. Ortus est: quandoquidem cernitur & tangitur, & est undique corporatus. Omnia autem talia sensum movent: sensus autem moventia quæ sunt, eadem in opinione consident, quæ ortum habere gignique diximus: nihil autem gigni posse sine causis.

δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι. παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζεται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονὸς γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω· σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ, ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά. τὰ δὲ αἰσθητὰ δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι.

unqvam in existenti conditione constanti & ratâ perseverans. Omne autem, qvod gignitur, ex aliqva causa necessariò gignitur. Nihil enim fit, cujus ortum non legitima causa, & ratio, præcedat. Operi porrò dat formam opifex suus, qvippe ad immortalis qvidem, & in statu genuino persistentis, exempli similitudinem, atqve æmulationem, formans operis effigiem, honestum efficiat simulacrum necesse est. At verò ad nativum respiciens, generatumqve contemplans 22
minime decorum. Omne igitur cœlum, vel mundus, seu qvo alio dignatur nomine, (Faciendum est enim, qvod in omni tractatu fieri decet; ut inter initia consideretur, qvid sit qvo de agitur: item mundus fueritne semper, citra exordium temporis: an sit originem sortitus ex tempore, considerandum) factus est, utpote corporeus; & qvi videatur, atq; tangatur: m) meta est siqvidem hujusmodi sensilis corporeæqve naturæ. Sensilia porrò ea, qvæ opinio sensu aliqvo commota præsumit: eaqve omnia facta sunt, habentqve ex aliqva generatione substantiam. At verò ea, qvæ fiunt, habere auctorem suum constitit.

XIII. Atque illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire, difficile, & quum jam inveneris, indicare in vulgus, nefas. Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis, utrum sit imitatus exemplar: idne, quod semper unum & idem & sui simile: an id quod generatum ortúmque dicimus. Atqui si pulcher est hic mundus, si probus ejus artifex, profectò speciem æternitatis imitari maluit. Sin secus (quod ne dictu quidem fas est) generatum exemplum est pro æterno secutus. Non igitur dubium quin æternitatem maluerit exsequi: quandoquidem neque mundo quicquam pul-

XIII. Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. τόδε δ' αὖ πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο. πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ, τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. εἰ δὲ (ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θέμις) πρὸς τὸ γεγονός. παντὶ δὲ σαφὲς, ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον. ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. οὕτω δὴ γεγενημένος, πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν, καὶ κατὰ ταυτὰ ἔχον δεδημι-

XIII. Igitur opificem genitoremqve universitatis tam invenire difficile est, qvàm inventum impossibile dignè profari. Porrò non est dubiū n) ad cujusmodi exemplum animadverterit mundani operis fundamenta constituens; utrum ad immutabile, perpetuamqve obtinens proprietatem; an ad factum, atqve elaboratum. Nam si est, ut qvidem est, pulchritudine incomparabili mundus; opifexqve, & fabricator, ejus optimus: perspicuum est, qvod juxta sinceræ atq; immutabilis proprietatis exemplum, mundi sit instituta molitio. Sin verò, qvod o) ne cogitari qvidem, aut mente conci- 23
pi, fas est, ad elaboratum: qvod cùm sit rationis alienum, liqvet opificem

m) Bodlej. *cum & audiatur: siqvidem.* n) id. *certe dubium non est.* o) id. *nec.*

CICERO

ebrius, neque ejus ædificatore præstantius. Si ergo generatus, ad id est effectus, qvod ratione sapientiâqve comprehenditur, atque immutabili æternitate continetur. Ex qvo efficitur, ut sit necesse, hunc qvem cernimus mundum, simulacrum æternum esse alicujus æterni. Difficillimum autem est in omni conqvisitione rationis, exordium. De iis igitur qvæ diximus, hæc sit prima distinctio: in omni ratione, cum iis rebus de qvibus explicandum videtur, debet esse cognatio. Itaqve qvum de re stabili & immutabili disputatur, oratio talis sit, qvalis sit illa qvæ neqve redargui, neqve convinci potest. Qvum autem ingressa est imitata & efficta simulacra, bene agi putat si similitudinem veri conseqvatur. Qvantum enim ad id qvod ortum est, æternitas valet: tantum ad fidem veritas. Qvocirca si fortè de Deorum natura ortûqve mundi disserentes, minus id qvod habemus, animo conseqvimur, ut tota dilucidè & planè oratio exornata sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat: haud sane erit mirum: contemtiqve esse debetis si probabilia dicentur. Æqvum est enim meminisse, & me qvi disserã, hominem esse, & vos qvi judicatis: ut si probabilia dicentur, nil ultra reqviratis.

XIV. Qværamus igitur causam qvæ cum impulerit qvi hæc machinatus sit, ut originem rerum & molitionem novam qværeret. Probitate videlicet præstabat, probus autem invidet nemini. Itaqve omnia sui similia generavit. Hæc nimirum gignendi mundi causa justissima. Nam qvum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere, qvoad natura pateretur: qvicqvid erat qvod in cernendi sensum caderet,

εἴργασται. τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ, καὶ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον, εἰκόνα τινὸς εἶναι. μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν. ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ τοῦ παραδείγματος αὐ διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους ὧνπέρ εἰσιν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγγενεῖς ὄντας. τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου, καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς, μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ᾽ ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι, καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν· τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος, εἰκότας, ἀνάλογόν τε ἐκείνων ὄντας. ὅ, τι γὰρ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς, ἀλλ᾽ ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾷν χρή. μεμνημένον ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τε οἱ κριταί, φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν· ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.

XIV. Σ. Ἄριστα ὦ Τίμαιε, παντάπασί τε ὡς κελεύεις ἀποδεκτέον. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου, τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέραινε. Τ. Λέγωμεν δή, δι᾽ ἥν αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος. τούτου δ᾽ ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ. ταύτην δὲ γενέσεως κόσμου μάλιστ᾽ ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην παρ᾽ ἀνδρῶν φρονίμων

opificem Deum venerabilis exempli normam in constituendo mundo secutum, qvippe hic generatorum omnium speciosissimus, ille auctor maximus, operisqve sui ratione prudentiaqve iis, qvæ existunt eadem semper, accommodatus, imago est, opinor, alterius. Et qvoniã rationem originis explicare non est facile, p) distinguendæ sunt imaginis, exempliqve, naturæ. Causæ, qvæ, cur unaqvæqve res sit, ostendunt, earumdem rerum consanguineæ sunt. Itaqve constantis qvidem generis, stabilisqve naturæ, & intellectui prudentiæqve perspicuæ rei, causa & ratio constans, perspicuaque, & inexpugnabilis, reperitur. At verò ejus, qvæ ad similitudinem constantis perpetuæqve rei facta est ratio, utpote imaginis imaginaria, simulacrumqve rationis, perfunctoriam similitudinem mutuatur. Quantoqve melior est essentia generatione, tanto famæ, & opinionis incerto præstantior veritas. Qvare jam nunc, ô Socrate, prædico: si, dum de naturâ universæ rei disputatur, minimè inconcussas, & inexpugnabiles, rationes afferre valuerim, ne mireris. q) Qvin potius illud 24
intueare; si nihilo minus, qvàm qvivis alius, consentaneas rationes r) afferam. Memento enim tam me, qvi loqvor, qvàm vos, qvi judicatis, homines esse: atqve in rebus ita sublimibus mediocrem explanationẽ magni cujusdam esse onus laboris.

XIV. SO. Omnes tibi, ô Timæe, veniam largimur volentes: & tamen principium orationis admiror. Superest, ut leges qvoqve sacri certaminis exeqvaris. TI. Dicendum igitur, cur rerum conditor, fabricatorqve geniture, omne hoc instituendum putaverit. Optimus erat: ab optimo porrò longè relegata est invidia. Itaqve conseqventer cuncta sui similia, prout cujusqve natura capax beatitudinis esse poterat, effici voluit. Qvam

 qvidem

p) Bodl[ej]. *facile factu.* q) id. *ne miremini.* r) id. *assertiones.*

CICERO.

id sibi adsumpsit, non tranqvillum & qvietum, sed immoderate agitatum & fluctuans: idqve ex inordinato in ordinem adduxit, hoc enim judicabat esse præstantius. Fas autem nec est, nec unqvam fuit, qvidqvam nisi pulcherrimum facere eum qvi esset optimus. Qvum rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum qvæ natura cernerentur, non intelligens, intelligente, in toto genere, præstantius: intelligentiam autem nisi in animo, nulla alia in natura posse reperiri: qvocirca intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Qvam ob causam non est cunctandum profiteri, si modo investigari aliqvid conjectura potest, hunc mundum animal esse, idqve intelligens, & divina providentia constitutum.

XV. Hoc posito, qvod seqvitur videndum est, cujusnam animantium Deus in fingendo mundo similitudinem secutus sit. Nullius profecto eorum qvidem qvæ sunt nobis nota animantia. Sunt enim omnia in qvædam genera partita aut inchoata, nulla ex parte perfecta. Imperfecto autem nec absoluto simile pulchrum esse nihil potest. Cujus ergo omne animal qvasi particula qvædam est, sive in singulis, sive in diverso genere cernatur, ejus similem mundum esse dicamus. Omnes igitur qvi animo cernuntur & ratione intelliguntur animantes, complexu rationis & intelligentiæ, sicut homines hoc mundo, & pecudes, & omnia qvæ sub aspectum cadunt, comprehenduntur. Qvod enim pulcherrimum in rerũ natura intelligi potest, & qvod ex omni parte absolutissimum est, qvum Deus similem mundum efficere vellet, animal unum aspectabile, in qvo omnia animalia continerentur, effecit.

ἀποδεχόμενος, ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν, παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾷν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον. λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον, τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον· νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνιστὰς, τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον, ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε, τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.

XV. Τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς συνέστησε. τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἴδει πεφυκότων μηδενὶ καταξιώσωμεν. ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν. οὗ δ' ἔστι τἄλλα ζῶα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μόρια, πάντων ὁμοιότατον αὐτῷ εἶναι τιθῶμεν. τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς, ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν ὁ θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς, ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ ξυγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ ξυνέστησε.

qvidem voluntatem Dei originem rerum certissimam si qvis ponat, rectè eum putare consentiam. Volens siqvidem Deus bona qvidem omnia provenire; mali porrò nullius, prout eorum, qvæ nascuntur, natura fert, relinqvi propaginem: omne visibile, corporeumqve, motu importuno fluctuans, neqve unqvam qviescens, ex inordinatâ jactatione redegit in ordinem: sciens ordinatorum formam confusis inordinatisqve præstare. Nec verò fas erat bonitati præstanti qvicqvã facere, s) nisi pulchrũ; eratq; certum Divinitati tantæ, nihil eorum, qvæ sentiuntur, hebes dumtaxat, nec intelligens, esse melius intelligente. Intellectum porrò non nisi animæ provenire. Hac igitur reputatione, intellectu in animâ, porrò animâ in corpore conlocatâ, totum animantis mundi ambitũ cùm venerandâ illustratione composuit. Ex qvo apparet, sensilem t) mundum animal intelligens esse, Divinæ providentiæ sanctione.

XV. Hoc ita posito, qvæ seqvuntur expedienda sunt; ad cujus animantis similitudinem constituerit eum suus conditor. Speciali qvidem nemini similem; (siqvidem perfectio in genere, non in specie: propterea qve mundus imperfectæ rei similis, minimè perfectus esset:) at verò ejus, in qvo omnia genera, & qvasi qvidam fontes, continentur animalium intelligibilium. Siqvidem animalium genera mundus alter complectitur, perinde ut hic nos continet, & cætera subjecta visui, & cæteris sensibus. Ergo intelligibili substantiæ præcellenti, principaliqve naturæ, omnifariam qvoqve perfectæ, Deus opifex gigni simile volens, sensile animal unum, & visibile, constituit: naturæ suæ convenientia cuncta, qvæ vitâ fruuntur, intrà conseptum, & limitem, suum continens.

XVI. Nunc

s) Bodlej. *ponere.*

t) id. *sensibilem*, & hic & aliis in locis.

CICERO.

XVI. Rectene igitur unum mundum dixerimus, an sint plures & innumerabiles dictu verius & melius? unus profecto, si quidem factus est ad exemplum. Qvod enim omneis animanteis eos qvi ratione intelliguntur, complectitur, id non potest esse cum altero. Rursus enim alius animans, qvi eum contineat, fit necesse est, cujus partes sint animantes superiores: cælumqve hoc, simulacrum illius ultimi sit, non proximi. Qvorum ne quid accideret, atqve ut hic mundus esset animanti absoluto similimus, hoc ipso qvod solus atqve unus esset: idcirco singularem Deus hunc mundum atqve unigenam procreavit. Corporeum autem & aspectabile itemqve tractabile omne necesse est esse quod natum est. Nihil porro igni vacuum videri potest, nec verò tangi, qvod careat solido, solidum autem nihil qvod terra sit expers. Qvamobrem mundum efficere moliens Deus terram primum, ignem qve jungebat. Omnia autem duo ad cohærendum, tertium aliqvid reqvirunt, & qvasi nodum vinculumqve desiderant. Sed vinculorum id est aptissimum atq; pulcherrimum, qvod ex se atqve de iis qvæ astringit, quā maximè unum efficit, id optime assequitur quæ Græce analogia, Latine (audendum est enim, qvoniam hæc primum à nobis novantur) comparatio proportiove dici potest. Qvando enim trium vel numerorum, vel figurarum, vel quorumcumque generum contingit ut quod medium sit, uti primum proportione, ita id postremo comparetur, vicissimque ut extremum cum medio, sic medium cum primo conferatur: id quod medium est, tum primum fit, tum postremum, postrema vero & prima media fiunt. Ita necessitas cogit ut eadem sint ea quæ dejuncta fuerunt. Eadem autem cum facta sint, ea qvæ dejuncta fuerunt. Eadem autem cum facta sint, efficitur ut omnia sint unum.

XVI. Πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα. εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὁπόσα νοητὰ ζῶα, μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἄν ποτ' εἴη. πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον εἶναι τὸ περὶ ἐκείνω δέοι ζῶον, οὗ μέρος ἂν ἤτην ἐκείνω· καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνοιν, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ περιέχοντι, τὸ δ' ἂν ἀφομοιωμένον λέγοιτο ὀρθότερον. ἵνα οὖν τόδε κατὰ τὴν μόνωσιν ὅμοιον ᾖ τῷ παντελεῖ ζώῳ, διὰ ταῦτα οὔτε δύο, οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν, κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς, ἔστι τε καὶ ἔσται. σωματοειδὲς δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γινόμενον εἶναι. χωρισθὲν δέ τε πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν, ἄνευ τινὸς στερεοῦ· στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς. ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενον συνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. δύο δὲ μόνω ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς, οὐ δυνατόν· δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινα ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίνεσθαι. δεσμῶν δ' ὁ κάλλιστος, ὃς ἂν αὐτὸν καὶ τὰ ξυνδούμενα, ὅτι μάλιστα ἓν ποιῇ. τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν. ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν, εἴ τε ὄγκων, εἴ τε δυνάμεων ὡντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅ, τι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτὸ, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον· καὶ πάλιν αὖθις, ὅ, τι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον· τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γινόμενον, τὸ δὲ ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον, αὖ μέσα ἀμφότερα· πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται. τὰ αὐτὰ δὲ γινόμενα ἀλλήλοις, ἓν πάντα ἔσται.

XVI. Nunc utrum rectè unum mundum dixerimus, an plures 26
dici oportuerit, aut innumerabiles, etiam considerandum est. Unum planè; qvoniam juxta unum exemplum formatus est. Id enim, qvod universa continet intelligibilia, cùm alio secundum esse non poterat. Utrum enim ex duobus contineret omnia; non, opinor, liqveret: nec esset unum, nec simplex, initium cuncta continens, sed conjugatio copulata. Ut igitur exemplari, cujus æmulationem mutuabatur, etiam in numero similis esset; idcirco nec innumerabiles, mundi; sed unicus à Deo factus est. Et qvia corpulentus, visibilisqve, & contiguus, meritò erat futurus; sine igne porrò nihil visibile sentitur: nec verò qvicqvam tangi potest sine soliditate; soliditas porrò nulla sine terrâ: ignem terramqve corporis mundi fundamenta jecit Deus. Qvoniamqve nulla duo, sine adjunctione tertii, firmè, & indissolubiter, cohærent: nexu enim medio extrema nectente opus est: nexus verò firmissimus ille certè est, qvi & seipsum, & ea qvæ secum vinciuntur, facit unum: hoc porrò efficit modus, & congrua mensura partium. Cùm u) enim ex tribus vel numeris, vel molibus, vel ullâ aliâ potentia, x) medietas imo y) perinde qvadrat; 27
ut summitas medio: rursumqve ut imum medio, sic medietas summo; tum certè medietas à summo, & item imo, nihil differt: rursumqve extimis illis ad medietatis conditionem atqve ejusdem parilitatem redactis: cum medietas qvoqve extimorum vicem suscipit: fit, opinor, ut tota materia unâ & eâdem ratione societur, eoqve pacto, eadem sibi erunt universa membra: qvippe cùm eorum sit una conditio. Unis porrò effectis membris, unum erit, atqve idem, totum.

 XVII.

u) Hoc loco incipit Chalcidii commentarius infra. p. 279.
y) infra p. 284.

x) Bodlej. *vel potentiis.*

CICERO.

XVII. Quòd si universitatis corpus planum & aquabile explicaretur, neque in eo quicquam esset requisitum, unum interjectum medium, & seipsum & ea quibus esset interpositum, colligaret. Sed quum soliditas mundo quæreretur, solida autem omnia, uno medio nunquam, duobus semper copulentur: ita contigit ut inter ignem & terram, aquam Deus aerémque poneret, eaque inter se compararet ac proportione conjungeret, ut quemadmodum ignis aeri, sic aer aquæ: quodque aer aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Qua ex conjunctione cœlum ita aptum est, ut sub aspectum & tactum cadat. Itaque & ob eam causam, & ab iis rebus numero quatuor mundi est corpus effectum, ea constructum proportione qua dixi. Ex quo ipse se concordi quadam amicitia & charitate complectitur, atque ita apté cohæret, ut dissolui nullo modo queat, nisi ab eodem à quo est colligatus. Earum autem quatuor rerum, quas supra dixi, sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, ut nulla pars hujusce generis excederet extra, atque in hoc universo inessent genera illa universa. Id ob eas causas: primùm ut mundus animans, possit ex perfectis partibus esse perfectus: deinde, ut unus esset, nulla parte, unde alter gigneretur, relicta: postremò, ne quis morbus eum possit aut senectus affligere. Omnis enim coagmentatio corporis, vel calore vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur & frangitur, & ad morbos senectutemque compellitur. Hanc igitur habuit rationem effector mundi molitórque Deus, ut unum opus totum atque perfectum, ex omnibus totis atque perfectis absolveret, quod omni morbo senióve careret. Formam autem

XVII. εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ' αὐτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτήν. νῦν δὲ (στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες συναρμόττουσιν) οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ, ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ, τι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ. καὶ ὅ, τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο δ' ὕδωρ πρὸς γῆν. ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν· φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥς τ' εἰς ταυτὸν αὐτῷ ξυνελθὸν, ἄλυτον ὑπὸ τῶν ἄλλων, πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος, γενέσθαι. τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου σύστασις. ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστάς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων· τάδε διανοηθεὶς πρῶτον μὲν ἵνα ὅλον ὅτι μάλιστα ζῶον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη· πρὸς δὲ τούτοις, ἓν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτ' ἂν γένοιτο. ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, κατανοῶν ὡς ἃ ξυνιστᾷ τὰ σώματα θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει, περιϊστάμενα ἔξωθεν καὶ προσπίπτοντα ἀκαίρως, λύει, καὶ νόσους γῆράς τε ἐπάγοντα, φθίνειν ποιεῖ. διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε, ἓν ὅλον ἐξ ἁπάντων τελέων καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸν ἐτεκτήνατο· καὶ σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ ξυγγενές· τῷ γὰρ τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζώῳ, πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὑτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. διὸ καὶ σφαιροειδὲς, ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον καὶ κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο,

XVII. Qvare, si corpus z) universæ rei longitudinem & latitudinem solas, crassitudinem verò nullam habere deberet; essetqve hujusmodi, qvalis est solidorum corporum superficies: una medietas sufficeret ad semetipsam vinciendam & extimas partes. Nunc vero qvoniā soliditate opus erat mundano corpori; solida porrò nunqvam unâ, sed duabus medietatibus vinciuntur: idcirco mundi opifex inter ignem & terram aëra & aqvam inseruit, libratis iisdem elementis salubri modo: ut qvæ cognatio est inter ignem & aëra, eadem foret inter aëra & aqvam: Rursum qvæ inter aëra & aqvam, hæc a) eadem in aqvæ terræqve societate consisteret. Atqve ita ex qvatuor 28 supradictis materiis præclaram istam machinam visibilem, contiguamqve, fabricatus est, amicâ partium æqvilibritatis ratione sociatam, qvo immortalis indissolubilisqve esset adversus omnem casum, exceptâ sui fabricatoris voluntate. Igitur qvatuor illa corpora integra, & sine ullâ delibatione, b) ad mundi continentiam sumpta sunt. Ex omni qvippe igni, c) & item ex totis illis reliqvis, aëre, aqvâ, terrâ, constructus est; nullâ vel corporis, vel potentiæ, parte derelictâ, contemptâqve: propterea ut perfectū animal esset; utpote ex integris corporibus, perfectisq; conflatum: hoc amplius, ut æternæ compos incolumitatis foret. Videbat enim, eam esse naturam corporis; ut ei facilè importunâ caloris accessione, vel contra frigoris, omniumqve hujusmodi, qvæ in magnâ sunt violentâqve potentiâ, noceretur. Qvo consilio, qvâq; reputatione, unum perfectum ex perfectis omnibus citra senium dissolutionemqve composuit, formamqve dedit ei congruam, qvippe animali cuncta intra suum ambitum animalia, & omnes eorum formas, regesturo; globosam, & rotundam, qvæ à medietate ad omnem ambitum

z) infra p. 280. seq. a) deest *hæc* in Bodlej. b) id. *delectione*. c) infra p. 285.

CICERO.

& maximè sibi cognatam & decoram dedit. A quo enim animante omnes reliquos continere vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Et globosus est fabricatus (quod σφαιροειδὲς Græci vocant) cujus omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur, idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil amfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum, omnesque partes simillimæ omnium, quoad ejus præstabat judicio dissimilitudini similitudo. Omni autem totam figuram mundi lævitate circumdedit. Nec enim oculis egebat, qvia nihil extra quod cerni posset, relictum erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidem: neq; erant aere circumfusa extrema mundi, ut respirationem requireret. Nec vero desiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi, neq; enim ulla decessio fieri poterat, neq; accessio: neq; verò erat unde. Ita se ipse consumptione & senio alebat sui, qvum ipse per se & à se & pateretur & faceret omnia. Sic enim ratus est ille qui ista junxit & condidit, ipsum se contentum esse mundum, neq; egere altero. Itaq; nec ei manus affinxit, quia nec capiendum quicquam erat, neque repellendum: nec pedes, nec alia membra, quibus ingressus corpore sustineret. Motum enim dedit cœlo eum qvi figuræ ejus sit aptissimus, qui unus ex septem motibus mentem atque intelligentiam cohiberet maximè. Itaq; una conversione atq; eadem ipse circum se torquetur & vertitur. Sex autem reliquos motus ab eo separavit, itaq; eum ab omni erratione liberavit. Ad hanc igitur conversionem quæ pedibus & gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit.

πολλῶν χάριν. ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν· ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν. οὐδ᾽ ἀκοῆς· οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. πνεῦμα τε οὐκ ἦν περιεστὼς δεόμενον ἀναπνοῆς. οὐδ᾽ αὖ τινος ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν, ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν. ἀπῄει τε γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ προσῄει αὐτῷ ποθὲν οὐδέν· οὐ γὰρ ἦν. αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑφ᾽ αὑτοῦ πάσχων καὶ δρῶν, ἐκ τέχνης γέγονεν. ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ συνθεὶς αὔταρκες ὂν, ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον ἢ προσδεὲς ἄλλων. χειρῶν δὲ, αἷς οὔτε λαβεῖν, οὔτε ἄν τινα ἀμύνασθαι χρεία τις ἦν, μάτην οὐκ ᾤετο δεῖν αὐτῷ προσάπτειν, οὐδὲ ποδῶν, οὐδὲ ὅλως τῆς περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας. κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. διὸ δὴ κατὰ ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν αὐτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ, ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον. τὰς δὲ ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἀφεῖλεν, καὶ ἀπλανὲς ἀπειργάσατο ἐκείνων. ἐπὶ δὲ τὴν περίοδον ταύτην, ἅτ᾽ οὐδὲν ποδῶν δέον ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐγέννησεν.

tum extimarum partium spatiis æqvalibus distat; qvo totus sui similis foret, meliorem similitudinem dissimilitudine judicans, 29
lævem porrò globum undiqveversū extrinsecus expolivit non otiosè. Siqvidem neq; videndi necessarius esset usus, cunctis globū visibilibus regestis; intrà nec auditus, nullo extrà posito audiendi sono: nec opus respirandi adjumento, qvippe omnis coercebatur spiritus intrinsecus. Nec membris d) qvidem talibus, per qvæ novo admisso cibo vetus liqvore posito pelleretur. Neqve enim qvicqvam ex eo recedebat; nec erat accedendi facultas cunctis coercitis: sed corruptela partium, intrà se senescentium, vicem qvandam obtinebat cibatus, idemq; ut ageret, patereurq; c) etiam omnia mundi globus, partibus suis intrà se agentibus, ac perpetientibus. Nec verò manus ei necessarias esse duxit, cum nihil superesset comprehendendū. Nec pedes, qvoniam ex septem motibus non locularis ei qvisqvam, sed rationabilis, competebat, qvī animarum proprius est circuitus. Neqve ullum locum ex loco mutans: ideoqve in orbem fertur, & velut fixo circumvolat cardine: propterea qve rata, & inerrabilis, ejus agitatio est.

XVIII. Deus is qvi erat, de aliquando Deo futuro cogitans, levem eum effecit, & undiq; æquabilem, & à medio ad summum parem & perfectum atqve absolutum, ex absolutis atqve perfectis. Animum autem ut in ejus medio collocavit, ita per totum tetendit, deinde eum circumdedit corpore & vesti-

XVIII. οὗτος δὴ πᾶς ὄντως ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς, λεῖον καὶ ὁμαλὸν, πανταχῇ τε ἐκ μέσου ἴσον καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων, σῶμα ἐποίησε. ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς, διὰ παντός τε ἔτεινε, καὶ ἔτι ἔξω, τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον, οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι᾽ ἀρετὴν αὐτὸν

XVIII. Hæc igitur æterni Deī prospicientia, juxta nativum & unqvam futurum Deum, lævem eum, & æqviremum indeclivemqve; & à medietate undiqveversum æqvalem, exqve perfectis universisqve totum perfectum progenuit. Animam verò in ejus medietate locavit, eandemqve per omnem globum æqvabiliter porrigi jussit: 30

 qvo

d) ita recte Bodlej. pro *ne in membris.* c) id, addit, *totius.* f) id. *totum progenuit atq; perfectum.*

CICERO.

vit extrinsecus, cœlóque solivago & volubili & in orbem incitato complexus est, quòd secum ipsum propter virtutem facile esse posset, nec desideraret alterum, satis sibi ipse notus & familiaris. Sic Deus ille æternus hunc perfectè beatum Deum procreavit. Sed animum haud ita ut modo loquuti sumus, tum deniqve qvum corpus ei effecisset, incohoavit. Neqve enim esset rectum, minori parere majorem. Sed nos multa inconsideratè ac temere dicimus. Deus autem & ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eúmq; ut dominum atq; imperantem obedienti præfecit corpori: idq; molitus tali quodam est modo.

αὐτῷ δυνάμενον ξυγγίγνεσθαι, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὐτῷ. Διὰ πάντα δὴ ταῦτα, εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο. τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν. οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου συνέρξας εἴασεν. ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῇ, ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν· ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο, ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ.

qvo tectis interioribus partibus, extima qvoqve totius corporis ambitu animæ circumdarentur. Atqve ita orbem teretem in orbem atqve in suum ambitum voluit converti & moveri. Solum, præcipuum qvi virtutum præstantia sufficeret conciliationi propriæ: nec extraordinario cujusqvam indigeret auxilio: amicumqve semper sibi: ideoqve summe beatum, divina potentia præditum genuit. Nec tamen eo qvo nos ad præsens loqvimur ordine, ortum animæ Deus annuit: junioremqve & posteriorem corporibus eam fecit. Neqve enim decebat rem antiqviorem à postgenita regi. Sed hominibus mos est passim præpostereqve & sine observatione ordinis fari. At verò Deus tam antiqvitate qvàm virtutibus præire animam corporis naturæ jussit: dominamque eam & principali jure voluit esse circa id qvod tuetur. Itaqve tertium genus animæ excogivit hoc pacto.

XIX. Ex materia qvæ individua est, & qvæ semper unius modi suiq; similis, & ex ea quæ corporibus dividua gignitur, tertium materiæ genus ex duobus in medium admiscuit, qvod esset ejusdem naturæ & qvod alterius: idqve interjecit inter individuum atqve id quod dividuum esset in corpore. Et qvum tria sumpsisset, unam in speciem temperavit: naturámq; illam qvam alterius diximus, vel cum eadem conjunxit, fugientem & ejus copulationis alienam, permiscens cum materia, qvum ex tribus effecisset unum, id ipsum in ea qvæ decuit membra partitus est. Jam partes singulas ex eodē & ex altero & ex materiâ temperavit. Fuit autem talis illa partitio: Unam principio partem detraxit ex toto: secundam autem, primæ partis duplam, deinde tertiam, qvæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla, deinde quartam, quæ secundæ dupla esset: quintam inde, qvæ tertiæ tripla: tum sextam, octuplam primæ:

XIX. Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ἐχούσης οὐσίας, καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ ταυτὰ ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν, καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. καὶ τρία λαβὼν αὖ τὰ ὄντα, συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταυτὸ ξυναρμόττων βίᾳ. μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας, καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἕν, πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταυτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην. ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε· μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν· μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης. τὴν δ᾽ αὖ τρίτην, ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν· πέμπτην δὲ, τριπλῆν τῆς τρίτης· τὴν δ᾽ ἕκτην, τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν· ἑβδόμην δὲ, ἑπτακαι-

XIX. Ex individua semper- 31
qve in suo statu perseverante substantia, itemqve alia qvæ inseparabilis corporum comes per eadem corpora scindere se putatur, tertium g) substantiæ genus mixtum locavit: medium inter utranqve substantiam. Eodemqve modo ex gemina biformiqve naturâ: qvippe cujus pars idem, pars diversum vocatur: tertium naturæ genus commentus est: qvod medium locavit inter individuam & item in conjugatione corporea dividuam substantiam. Tria hæc omnia h) in unâ permiscuit speciem, diversa illa naturâ concretioni atqve adunationi generum repugnante. Qvibus cùm substantia mixtis & ex tribus in unum redactis: rursum totum hoc unum divisit in partes competenter: qvo singulæ partes constarent ex substantia, diversi & item ejus qvod i) idem ex gemina naturâ vocatur. Divisionem instaurans hactenus: Unam k) sumpsit ex universo primitus portionem: post qvàm

g) infra p. 286. h) p. 287. i) ita Bodlej. pro *in quod*. k) infra p. 288.

CICERO.

postremò septimam quæ septē & viginti partibus antecederet primæ. Deinde instituit dupla & tripla intervalla explere, partes rursus ex toto desecans: quas intervallis ita locabat, ut in singulis essent bina media. (Vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant, sed quasi ita dixerim, ita intelligatur, erit enim planius:) earum alteram eadem parte præstantem extremis eadémq; superatā alterā: pari numero præstantem extrēmis parique numero superatā. Sesqui alteris autem intervallis & sesquitertiis, & sesquioctavis sumptis ex his colligationibus, in primis intervallis sesquioctavo intervallo sesquitertia omnia explebat, quum particulam singulorum relinqueret. Ejus autem particulæ intervallo relicto, habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationémq; in extremis, quam habent CCLVI cum CCXLIII: atq; ita permistum illud ex quo hæc secuit, jam omne consumpserat. Hanc igitur omnem conjunctionem, duplicem in longitudinem diffidit, mediaque accommodans mediam, quasi decussavit: deinde in orbem torsit, ut & ipsæ secum & inter se ex commissura quæ è regione esset, jungerentur, eóq; motu cujus orbis semper in eodem erat, eodemq; modo ciebatur, undiq; est eas circumplexus. Atq; ita quum alterum esset exteriorem amplexus orbem, illum ejusdem naturæ, hunc alterius nominavit: eámq; quæ erat ejusdem, detorsit à latere in dextram partem, hanc autē citimam à media linea direxit ad lævam. Sed principatum dedit superiori, quam solam individuam reliquit, interiorem autem quum in sex partes divisisset, septem

εικοσαπλασίαν τῆς πρώτης. μετὰ δὲ ταῦτα, ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων, καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας. τὴν μὲν, ταυτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ᾽ ἴσῳ μὲν κατ᾽ ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γινομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον. τῆς δὲ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης, ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. καὶ δὴ τὸ μιχθὲν ἐξ οὗ ταῦτα κατέτεμνεν, οὕτως ἤδη πᾶν καταναλώκει. ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν, διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις, οἷον χ προσβαλὼν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς· καὶ τῇ κατὰ ταυτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ᾽ ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων. τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν, ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταυτοῦ φύσεως, τὴν δ᾽ ἐντὸς, τῆς θατέρου. τὴν μὲν δὴ ταυτοῦ, κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε· τὴν δὲ θατέρου, κατὰ διάμετρον, ἐπ᾽ ἀριστερά. κράτος δ᾽ ἔδωκε τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ. μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασεν, τὴν δ᾽ ἐντὸς, σχίσας ἑξαχῇ, ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν, ἑκάστην οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, κατὰ τἀναντία

qvàm ejus duplicem qvàm sumpserat. Tertiam verò sescuplam qvidem secundæ: triplam vero primitus sumptæ. At verò qvartam, sumpsit duplicem secundæ. Qvintam triplam tertiæ. Sexta fuit assumptio, partibus septem, qvàm prima, propensior. Septima sex & viginti partibus, qvàm prima, major. Qvibus ita divisis, l) conseqventer complebat 32
intervalla duplicis & triplicis qvantitatis, ex universitate partes secans etiam nunc: & ex his partibus intervallorum spatia complens: qvo singula intervalla binis medietatibus fulcirentur. Medietatum porrò altera, qvotâ parte limitis extimi præcellebat unum extimum limitem, totâ præcellebatur ab alio extimo limite. Altera pari summâ, & æqvali ad numerum m) modo, præcellebat, & præcellebatur ab extimis. Natis itaq; n) limitibus sescuplorū, & item eorum, qvibus accedit pars sui tertia, qvod genus à græcis ἐπίτριτος dicitur; item eorum, qvibus accedit pars sui octava: qvi numerus ab eisdem ἐπόγδοος vocatur: ex his nexibus illa prima spatia, id est epogdoi, spatiis epitritorum omnium intervalla complebat: ita ut ad perfectam cumulatamq; completionē o) deesset aliqvid epitrito, tantum scilicet qvantum deest habitâ comparatione ducentis qvadraginta tribus adversus ducentos qvinqvaginta sex. Et jam fere commixtum omne illud genus essentiæ, consumptum erat hujuscemodi sectionibus partium. Tunc hanc ipsam seriem p) in longū 35
secuit, & ex unâ serie duas fecit, easqve mediam mediæ, in speciem χ Græcæ literæ, coarctavit: curravitqve in orbes qvoad coirent inter se capita; orbemq; orbi sic interseruit, q) ut alter eorum adverso, alter obliqvo circuitu rotarentur. Et exterioris qvidem circuli motum, Eundem, qvod erat ejusdem naturæ consangvineus, cognomina-

l) infra p. 293. Sic & infra p. 294. m) Bodlej. *qvantum ad numerum.* n) infra p. 296. o) id. *perfectionem.* p) 298. 301. 311. q) Rigalt. *inservit.*

CICERO.

orbeis dispares duplo & triplo intervallo moveri jussit contrariis inter se cursibus, eorum autem trium fecit pares celeritates, sed qvatuor & inter se dispares & dissimiles trium reliqvorum.

μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους, τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως, ἐν λόγῳ δὲ φερομένους.

minavit: interioris autem, Diversum. Atqve exteriorem qvidẽ circulum, *) qvem Eundem cognominatum esse diximus, à regione dextrâ per sinistrum latus usqve ad dextrum r) inflexit: Diversum verò, per diametrum ad sinistrum latus; eidem & simili illi circumactioni s) virtute pontificioqve rotatus dato. Unam qvippe, ut erat, eam, & indivisam reliqvit; interiorem verò scidit sexies: septemqve impares orbes fabricatus est, juxta dupli, & tripli; spatia: orbesqve ipsos contrariâ ferri jussit agitatione. Ex quibus septem, tres qvidem t) pari velocitate; quatuor verò, & sibimetipsis, & ad comparationem cæterorum, impari dissimilique, sed cùm ratione, motu feruntur.

XX. Animum igitur qvum ille procreator mundi Deus ex suâ mente & divinitate genuisset, tum deniqve omne qvod erat concretum atqve corporeum substernebat animo, interiúsq; faciebat, atq; ita medio medium accommodans copulabat. Sic animus à medio profectus, extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumjecit, seséq; ipse versans, divinæ, sempiternæ, sapientisq; vitæ induxit exordium. Et corpus quidem cœli spectabile effectum est, animus autem oculorum effugit obtutum. Est autem unus ex omnibus rationis contentionísqve (ἁρμονία Græcè) sempiternarum rerum & sub intelligentiam cadentium compos & particeps, qvo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum, qvippe qvi ex eadem vinctus alteráq; natura, adjuncta materia, temperatione triũ partium & proportione compacta, se ipse conversans, qvum materiam mutabilem arripuisset, & qvum rursus individuam atq; simplicem, per qvam omnis movetur, discernit qvid sit ejusdem generis, & qvid alterius, & cætera dijudicat, qvid cuiq; rei sit maximè aptum, qvid qvoqve loco aut modo aut tempore contingat, qvaqve distinctio fit inter ea qvæ gignuntur & ea qvæ sunt semper eadem. Ratio autem vera qvæ versatur in iis qvæ sunt semper eadem & in iis qvæ

XX. Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν προσήρμοττεν. ἡ δ' ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πάντῃ διαπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν αὑτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ, ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχή, τῶν νοητῶν, ἀεί τε ὄντων, ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη τῶν γεννηθέντων. ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνάλογον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται, καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἄν τι ταὐτὸν ᾖ, καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ, τι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε συμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν, καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί. λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον ὤν, καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται, καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν, εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς. ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται.

XX. Igitur cum pro voluntate patris cuncta rationabilis animæ substantia nasceretur, aliqvanto post omne corporeum intra conseptum ejus effinxit: mediumqve applicans mediæ modulamine apto jugabat. 34 At illa complectens cœli ultima, circumfusaqve eidem exteriori complexu, operiensqve ambitu suo, ipsaqve in semet convertens, divinam originem auspicata est indefessæ sapientisqve, & sine intermissione, vitæ. Et corpus u) quidẽ cœli, sive mundi, visibile factum est: ipsa verò invisibilis, rationis tamen, & item modulaminis, compos, cunctis visibilibus præstantior à præstantissimo auctore facta est. Ut igitur x) ex ejusdem & diversi naturâ cum essentia mixtis coaugmentata indigete motu, & orbiculata circuitione, in seipsam revertens; cùm aliqvam vel dissipabilem substantiam offenderit, vel individuam, facile recognoscit qvid ejusdẽ, qvid sit individuæ, y) qvid item diversæ, dissolubilisqve, naturæ: causasque omnium, qvæ proveniunt, videt. Et ex his, qvæ accidunt, qvæ sint futura metitur. Motusqve ejus rationabilis sine voce, sine sono, cùm qvid sensile spectat; circulusqve diversi generis sine errore fertur, veridico sensu, & certa nunciante: cunctæ animæ rectæ opiniones, & dignæ credulitate, nascuntur. Porrò cùm individuum genus, semperqve idem, conspexerit: ea qvæ sunt, motu intimo fideliter enunciante, intellectus, & 35 scientia, convalescunt.

* infra p. 312. r) Bodlej, *in dextrum.* s) infra p. 313. t) p. 314. u) p. 315. x) p. 300. 316. y) Rigalt. *quid ejusdem individuaque* ut p. 287. 298. 300.

mutantur, qvum in eodem & in altero movetur ipsa per se sine voce & sine ullo sono, qvum eandem partem attingit qva sensus cieri potest, & orbis illius generis alterius immutatus & rectus, omnia animo mentiqve denuntiat: tum opiniones assensionésqꝫ firmæ veraqꝫ gignuntur. Qvum autem in illis rebus vertitur, qvæ manentes semper eadem non sensu, sed intelligentia continentur, tum intelligentia scientiaqve necessario efficitur.

XXI. Τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίγνεσθον, ἄν ποτέ τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχὴν εἴπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τἀληθὲς ἐρεῖ. ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐννενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα, ὁ γεννήσας πατὴρ ἠγάσθη τε, καὶ εὐφρανθεὶς, ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενενόησεν ἀπεργάσασθαι. καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῶον ἀΐδιον, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν. ἡ μὲν οὖν ζώου φύσις ἐτύγχανεν οὖσα αἰώνιος, καὶ τοῦτο μὲν δὴ τῷ γεννητῷ παντελῶς προσάπτειν, οὐκ ἦν δυνατόν. εἰκόνα δ' ἐπινοεῖ κινητήν τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν, ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ, κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκαμεν. ἡμέρας γὰρ καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς, οὐκ ὄντας πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, καὶ τότε ἅμα ἐκείνῳ ξυνισταμένῳ, τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανᾶται. ταῦτα δὲ πάντα μέρη χρόνου, καὶ τό, τ' ἦν, τό, τ' ἔσται, χρόνου γεγονότος εἴδη, φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε καὶ ἔσται· τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, προσήκει. τὸ δὲ ἦν, τό, τ' ἔσται, περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι. κινήσεις γάρ ἐστον. τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον οὔτε νεώτερον προσήκει γίγνεσθαί ποτε, οὐδὲ γεγονέναι νῦν, οὐδ' εἰσαῦθις ἔσεσθαι. τὸ παράπαν τε οὐδὲν ὅσα γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν. ἀλλὰ χρόνου ταῦτα αἰῶνά τι μιμουμένου, καὶ κατ' ἀριθμὸν κυκλουμένου γέγονεν εἴδη. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοιάδε, τό, τι γεγονὸς εἶναι γεγονὸς, καὶ τὸ γιγνόμενον εἶναι γιγνόμενον, ἔτι δὲ τὸ γενησόμενον εἶναι γενησόμενον. καὶ τὸ μὴ ὂν, μὴ ὂν εἶναι. ὧν οὐδὲν ἀκριβῶς λέγομεν. περὶ μὲν οὖν τούτων τάχ' ἂν οὐκ εἴη καιρὸς πρέπων ἐν τῷ παρόντι διακριβολογεῖσθαι. χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες, ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται, καὶ κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίου φύσεως, ἵν' ὡς ὁμοιότατος αὐτῷ κατὰ δύναμιν ᾖ. τὸ μὲν γὰρ δὴ παράδειγμα, πάντα αἰῶνά ἐστιν ὄν. ὁ δ' αὖ διὰ τέλους τὸν ἅπαντα χρόνον γεγονώς τε καὶ ὢν καὶ ἐσόμενός ἐστι μόνος.

XXI. Qvæ qvidem omnia in animâ fieri, eidemqve insigniri, palam est. Qvam cùm moveri & vivere animadverteret, factum à se simulacrum immortalis divinitatis genitor suus hilaratus impendio, multo magis ad exemplum ejus æmulæ similitudinis aliud specimen censuit excogitandum. Ut igitur hæc immortalis, & sempiterna; sic mundum qvoqve sensilem animal immortale constituit: sed animal z) qvidem, id qvod est generale animal naturâ ævoqve exæqvaturum. Nam facto nativoqve operi cum ævo societas congruere videbatur minimè. Qvapropter imaginem ejus mobilem, numeroqve serpentem, factæ à se machinæ Deus sociabat, eam, qvæ tempus dicitur, ævo intacto, & in singularitate perseverante. Dies enim, & noctes, & menses, & annos, qvi ante cœlestem exornationem non erant, tunc nascente mundo jussit existere: qvæ omnia partes sunt temporis. Nosq; hæc qvum ævo assignamus, id est, solitariæ naturæ: non rectè partes individuæ rei fingimus. Dicimus enim, fuit, est, erit. Ast illi esse solum competit juxta veram sinceramqve rationem; fuisse verò & fore deinceps, non 36
competit. Hæc qvippe genitura temporis proprie. Motus enim sunt, unus prætereuntis, alter imminentis: non ævi, sed temporis. Ævi qvippe mansio est perpetua, & immutabilis. Ergo neqve junior se, neqve senior, nec fuit, nec erit; nec patietur eorum aliqvid, qvæ sensilis natura patitur. Sed sunt hæc omnia vices temporis imitantis ævum, ac de his qvidem fors erit aptior deinceps disputandi locus. Tempus verò cœlo æqvævum est; ut unà orta unà dissolvantur: si modo dissolvi ratio fasqve patietur. Simul ut ævitatis exemplo similis esset uterqve mundus. Archetypus qvippe omni ævo semper existens est hic sensilis, imagoqve ejus. Is est, qvi per omne tempus fuerit, qvippe & futurus sit.

CICERO.

*XXII. Ratione igitur & mente Divina ad originem temporis, curriculum inventum est Solis & Lunæ *** Corpora autem eorum singulorum cum effecisset Deus, ea ad eas conversiones collocavit, qvas alterius circuitus conficiebat, qvæ sunt septem ut & illa septem:*

XXII. Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος, Ἥλιος καὶ Σελήνη, καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. σώματα δ' αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ θεὸς, ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς, ἃς ἡ θατέρου περίοδος ᾔει ἑπτὰ οὔσας, ὄντα ἑπτά.

XXII. Hâc ergo Dei ratione, consilioqve, hujusmodi genituram temporis volenti creari, Sol, & Luna, & aliæ qvinqve stellæ, qvæ vocantur erraticæ, factæ sunt: qvo tam partes temporis notarentur certâ dimensione, qvàm reditus anfractusqve temporarii sub numeri comprehensionem venirent.

z) ita recte Bodlej. pro *animalis*.

CICERO.

ita vim suam natura convertit, ut terram Lunæ cursus proximè ambiret, eique supra terram proxima Solis circumvectio esset. Lucifer deinde & sancta Mercurii stella, cursum habent Solis celeritati parem, sed vim qvandam contrariam, eáque concursatione, qvam inter se habent Lucifer, Mercurius, Sol, alii alios vincunt, vicissimque vincuntur. Reliqvorum syderum qvæ causa collocandi fuerit, qvæqve eorū sit collocatio, in sermonem alium differendum est: ne in eo qvod attingendum fuit, qvàm in eo cujus causa id attigimus, major ponatur oratio. Qvando igitur unumqvodque eorum syderum cursum decorum est adeptū, è qvibus erat motus temporis consignandus, colligatisqve corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta sunt, eáqve imperio parêre didicerunt: tunc ex alterius naturæ motione transversa in ejusdem naturæ motum incurrentia, in eóqve hærentia atqve impedita: qvum alia majorem lustrarent orbem, alia minorem, tardiúsqve majorem, celeriúsque minorem, motu verò unius ejusdemque naturæ, qvæ velocissimè movebantur, ea celeritate vinci à tardioribus, & qvum superabant, superari videbantur. Omnes enim orbes eorum qvasi Helicis inflexione vertebat, qvoniā bifariam contrariè simul procedentia, efficiebant ut qvod esset tardissimum, id proximum fieret celerrimo.

Σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον, Ἥλιον δ' εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς. Ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον, εἰς τοὺς τάχει μὲν ἰσόδρομον Ἡλίῳ κύκλον ἰόντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν. ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται, καὶ κατὰ ταὐτὰ ὑπ' ἀλλήλων, Ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ὁ Ἑωσφόρος. τὰ δ' ἄλλα, οἷ δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο εἴ τις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος πάρεργος ὢν, πλέον ἂν ἔργον ὧν ἕνεκα λέγεται, παράσχοι. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως τάχ' ἂν κατὰ σχολὴν ὕστερον τῆς ἀξίας τύχοι διηγήσεως. ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν, τῶν ὅσα ἔδει ξυναπεργάζεσθαι χρόνον, δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα, ζῶα ἐγεννήθη, τό, τε προσταχθὲν ἔμαθε κατὰ δὴ τὴν θατέρου φορὰν πλαγίαν οὖσαν, διὰ τῆς ταὐτοῦ φύσεως ἰοῦσάν τε καὶ κρατουμένην, *τὸ μὲν μείζονα αὐτῶν, τὸ δὲ ἐλάττω κύκλον ἰόν· θᾶττον μὲν, τὰ τὸν ἐλάττω· τὰ δὲ τὸν μείζονα, βραδύτερον περιΐόντα τῇ δὲ ταὐτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιϊόντα, ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων ἐφαίνετο καταλαμβάνοντα, καταλαμβάνεσθαι. πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα, διὰ τὸ διχῇ κατὰ τὰ ἐναντία ἅμα προϊέναι τὸ βραδύτατα ἀπιὸν ἀφ' αὐτῆς οὔσης ταχίστης, ἐγγύτατα ἀπέφαινεν.

rent. Corporaqve siderea fabricatus, assignavit vitalibus diversæ naturæ motibus, numero septem, totidem corpora. Lunæ qvidem a) juxta terram in primâ circumactione: Solis 37
verò, in secundâ. Tum Luciferi, & Mercurii, collocat ignes in eo motu, qvi concurrit qvidem solstitiali circuitioni, contrariâ tamen ab eo circumfertur agitatione. Qvare fit, ut comprehendant se invicem, & à se rursus comprehendantur hæ stellæ. Cæteros qvoqve siderum ortus, & progressiones, divinæ rationis ductu digessit in ordinem. Cujus exornationis causam explicare si qvis velit; plus erit opere ipso, qvod operis gratiâ sumitur. Verùm hæc si erunt ad id, qvo de agitur, utilia, pòst exeqvemur. Igitur b) singulis universisqve apto, & decenti, sibi motu locatis; videlicet iis, qvæ conseqvens erat tempore provenire, nexibusqve vitalibus ubi constricta corpora facta sunt animalia; imperatumqve didicerunt, ea qvæ diversæ naturæ motus obliqvus per directum ejusdem naturæ motum vertens semet, utpote constrictus, circumferebat; partim majore, partim minore circulo rotabantur, citiùs qvidem dimensum spatium peragentia, qvæ minore; tardiùs verò, qvæ majore; utpote ambitu circumacta prolixiore. Qvâ de causâ fiebat, ut ex uniformi ejusdem naturæ conversione, qvæ citiùs circumirent, ab iis qvæ tardius circumferebantur comprehendentia comprehendi viderentur. Omnes c) qvippe 38
circulos eorum uniformis inerrabilisqve illa conversio vertens in spiram, & velut sinuosum achanti volumen: qvia gemino & contrario motu ferebantur; tum ipsa etiam, cita, & volucris, ea qvæ tardius à se recedebant, proxima sibi semper ex consecutione faciebat.

XXIII. Atqve ut esset mensura qvædam evidens qvæ in istis octo cursibus celeritates tarditatésque declararet, Deus ipse solem qvasi lumen accendit ad secundum

XXIII. ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδύτητι καὶ τάχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν

XXIII. Atqve ut rationabilis, & consulta, hæc motuum varietas, & moderatio, visu qvoqve notaretur, omniumque octo motuum perspicua esset chorea; ignivit lucem clarissimam

a) infra, p. 317. b) 319. * al. φορᾶς ἰούσης καὶ κρατουμένης. c) infra p. 320.

CICERO.

ſupra terram ambitum, ut quam maximè cœlum omnibus colluceret, animantéſq; qvibus jus erat doceri, ab ejuſdem motu & ab eo qvod ſimile eſſet, numerorum naturā vímq; cognoſcerent. Nox igitur & dies ad hunc modum & ob has generata cauſas, unum circuitum orbis effecit ſapientiſſimum atque optimum. Menſis autem, qvando Luna luſtrato ſuo curſu Solem conſequuta eſt. Annus, ubi ſol ſuum totum confecit & peragravit orbem. Cæterorum autem ſyderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neque nomen appellant, neqve inter ſe numero commetiuntur. Itaque neſciunt hos ſyderum errores idipſum eſſe qvod ritè dicitur tempus, multitudine infinita, varietate admirabili præditos. Attamen illud perſpici & intelligi poteſt, abſoluto perfectoq; numero temporis, abſolutum perfectúmque annum tunc compleri denique, qvum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idē caput retulerunt, qvumque eos permenſus eſt idē & ſemper ſui ſimilis orbis. Has igitur ob cauſas nata aſtra ſunt, quæ per cœlum penetrantia, ſolſtitiali ſe & brumali revocatione converterent, ut hoc omne animal qvod videmus, eſſet illi animali quod ſentimus, ad æternitatis imitationem ſimillimum.

Ἥλιον· ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν. μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῶα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω καὶ διὰ ταῦτα ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος. μεὶς δὲ, ἐπειδὰν Σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον Ἥλιον ἐπικαταλάβοι· ἐνιαυτὸς δὲ, ὁπόταν Ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθοι κύκλον. τῶν δ᾽ ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν, οὔτε ὀνομάζουσιν, οὔτε πρὸς ἄλληλα συμμετροῦνται, σκοποῦντες ἀριθμοῖς, ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας, πλήθει μὲν ἀμηχάνῳ χρωμένας, πεποικιλμένας δὲ θαυμαστῶς. ἔστι δ᾽ ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὅγε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου, τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων, τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη, σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. κατὰ ταῦτα δὴ τούτων ἕνεκα, ἐγεννήθη τῶν ἄστρων ὅσα δι᾽ οὐρανοῦ πορευόμενα ἔσχε τροπὰς, ἵνα τόδ᾽ ὡς ὁμοιότατον ᾖ τῷ τελεωτάτῳ καὶ νοητῷ ζώῳ πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως.

riſſimā Deus omnium d) rerum conditor è regione ſecundi à terrâ globi: qvam lucem Solem vocamus: cujus ſplendore cœlum infraqve illuſtrarentur omnia: numeruſqve omnium extaret animantium. Hinc ergo noctis dieiqve ortus ex eodem ſemper & inerrabili motu factus, ratâ alternâqve lucis, atqve umbrarum, ſucceſſione. Menſis verò proventus, cum luſtrato Luna curriculo ſuo Solem conſeqvitur. Anni, cùm ſol item emenſis anfractibus renovat exordia. Cæterarum verò ſtellarum circuitus neqve notant, neqve dinumerant homines, exceptis paucis: neq; intelligunt e) diſcurſus, erroreſqve earum, temporis eſſe genituram, in qvo ſit admiranda varietas f) proventuum, cœleſtes tramites undiqve ſtellis variantibus. Eſt 39
tamē intellectu facile, g) qvod perfectus temporis numerus perfectum annum compleat tum demum, cùm omnium octo circumactionum curſus peracti, velut ad originem, atqve exordium, circumactionis alterius revertentur: qvam ſemper idem atqve uniformis motus dimetietur. Qvam ob cauſam cætera qvoqve nata ſunt aſtra, qvæ per cœlum meantia converſiones habent: ut qvàm ſimillimum eſſet hoc omne perfectò illi, qvod mente perſpicitur, animali; ævoqve exæqvatæ naturæ temporis ſocia natura nanciſceretur imaginem.

Seqvitur pars Secunda.

XXIV. Et cætera qvidem uſqve ad temporis ortum impreſſa, ab illis qva imitabatur, effinxerat: ſed qvia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, ex ea parte deficiebat ad propoſitum exemplar imaginis ſimilitudo. Quot igitur & quales animalium formas mens, in ſpeciem rerum intuens, poterat cernere, totidem & tales in hoc mun-

XXIV. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο, εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο. τῷ δὲ μήπω τὰ πάντα ζῶα ἐντὸς αὐτοῦ γεγενημένα περιειληφέναι, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. τοῦτο δὴ τὸ κατάλοιπον ἀπειργάζετο αὐτοῦ, πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν. ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὃ ἔστι

XXIV. Et jam fere cuncta provenerant uſqve ad genituram temporis, ad germanam compoſita ſimilitudinē exempli, & veritatis ſuæ, niſi qvod mundus hic nondum cuncta continebat animalia, perinde ut intelligibilis: ad cujus æmulationem fiebat. Hoc igitur, qvod deerat, addebat opifex Deus; atqve ut mens, cujus viſus, contemplatioqve, intellectus eſt, idearum genera con-

d) Bodlej. deeſt *omnium*. e) id. *paucis quibus intelligitur diſc.* f) *varietas temporis*. Bodlej. g) infra p. 321.

CICERO.

do secum cogitavit effingere. Erant autem animantium genera quatuor: quorum unum, divinum atq; cæleste, alterũ pennigerũ & aërium: tertium aquatile, terrestre quartum. Divinæ animationis maximè speciem faciebat ex igne, ita ut splendidissimus esset, & aspectu pulcherrimus. Quumq; similem universitatis naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit, comitéque eum sapientia quamoptima mentis effecit, circúmque cœlum æqualiter distribuit, ut hunc varietate distinctum, bene Græci κόσμον, nos lucentẽ mundum nominaremus. Dedit autem divinis duo genera motus: unum, qvod semper esset in eodem aqve, & idem in omnibus, atque uno modo celeraret: alterum, qvod in antieam partem à conversione ejusdem & similis pelleretur. Quinque autem reliquis motibus orbem eum esse voluit expertem, immobilem, & stantem, ex qvo genere ea sunt sydera, quæ infixa cælo, non moventur loco: quæ sunt animantia, eáq; divina, ob eamque causam suis sedibus inhærent, & perpetuo manent. Quæ autem vaga & mutabili ratione labuntur, ita generata sunt, ut supra diximus.

ζώων, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. εἰσὶ δὲ τέτταρες. μία μὲν, οὐράνιον θεῶν γένος. ἄλλη δὲ, πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον. τρίτη δὲ, ἔνυδρον εἶδος. πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον, τέταρτον. τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο, ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη. τῷ δὲ παντὶ προσεικάζων, εὔκυκλον ἐποίει, τίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν, ἐκείνῳ ξυνεπόμενον, νείμας περὶ πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανὸν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον. κινήσεις δὲ δύο προσῆψεν ἑκάστῳ, τὴν μὲν ἐν ταυτῷ κατὰ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένῳ· τὴν δὲ εἰς τὸ πρόσθεν ὑπὸ τῆς ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς κρατουμένῳ. τὰς δὲ πέντε κινήσεις, ἀκίνητον καὶ ἑστὼς, ἵν' ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς ἄριστον. ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα, θεῖα ὄντα, καὶ διὰ ταῦτα ἐν ταυτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει. τὰ δὲ τρεπόμενα, καὶ πλάνην τοιαύτην ἴσχοντα, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐῤῥήθη, κατ' ἐκεῖνα γέγονε.

contemplatur in intelligibili 40
mundo, qvæ ideæ illic sunt animalia: sic Deus in hoc opere suo sensili diversa animalium genera statuit esse debere, constituitqve qvatuor. Primum cœleste, plenum divinitatis: Aliud deinde, præpes aërivagum: tertium, aqvæ liqvoribus accommodatum: qvartum, qvod terrena soliditas sustineret. Et divini qvidem generis ex parte maximâ speciem ignis serenâ claritudine perpolibat: ut propter eximium splendorem, nitoremqve, videntibus esset, visurisq;, venerabilis. Figuram porrò ejus figuræ mundi intelligibilis accommodans indeclinabiliter venustabat. Totumqve eum posuit in gremio prudentiæ cœli, undiqve ineffabilis pulchritudinis ornamentis stipans eum, & convegetans, ad æternitatem: motumqve ejus circulis convenientem, & pro cujusqve naturâ, commentus est. Alterum circum se, perqve eandem orbitam, semper obeuntem, eademqve semper deliberantem, ac de iisdem ratiocinantem. Alterum verò talem, qvi semper ultra procedere gestiens, ejusdem atqve immutabilis naturæ coërcitione intrà objectum ejus rotabundus teneretur: qvinqve illis erraticis, & contrariis sibi invicem, prohibitis motibus; ut uterqve circulus esset in optimo, beatissimoqve, agitationis statu. Qvâ ex causâ facti sunt summâ præditi divi- 41
nitate, omnes illi siderei ignes; qvi nullos errores, exorbitationesqve, patiuntur: propterea qve in semetipsos convertuntur æterno circuitu. At verò alii vagi, palantesqve ignes erroris causam habent eam, cujus in superioribus habita commemoratio est.

XXV. Jam verò terram, altricem nostram, quæ trajecto axe sustinetur, diei noctisqve effectricem, eandemq; custodem, antiquissimam deorum voluit esse eorũ, qvi intra cælum gignerentur. Flexiones autem Deorum, & inter ipsos Deos concursiones, quæque in orbibus eorum conversiones antecessionesq; eveniant, qvumque inter se pæne contingant

XXV. Γῆν δὲ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ

XXV. Terrã h) verò matrem, & altricem omnium terrenorum animantium, constrictam limitibus per omnia vadentis & cuncta continentis poli, diei noctisqve custodem locavit, antiqvissimam, & eximiæ dignitatis deam, ex eorum numero, qvi intrà mundi ambitum continentur, deorum. Stellarum verò choreas, & alacrius applicationes ad alteram, variosqve gyros, qvos edunt, admi-

h) infra p. 323.

CICERO.

eos qui prope copulentur contraria regione, & pone quos, aut ante labantur, quibusq; temporibus à nostro aspectu oblitescant, rursusq; emersi errorem incutiant rationis expertibus, si verbis explicare conemur, nullo posito sub oculis simulacro earum rerum: frustra susci- piatur labor. Sed hæc satis sunt dicta nobis: quæque de Deorum qui cernuntur, quique orti sunt, natura præfati sumus, habeant hunc terminum.

προσχωρήσεις, ἔν τε ταῖς συνάψεσιν, ὁποῖοι τῶν θεῶν κατ' ἀλλήλους γιγνόμενοι, καὶ ὅσοι κατ' ἀντικρὺ, μεθ' οὕς τινάς τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις, ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕς τινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται, καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι, φόβους καὶ σημεῖα τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τοῖς δυναμένοις λογίζεσθαι πέμπουσι, τὸ λέγειν ἄνευ διόψεως τούτων αὖ τῶν μιμημάτων, μάταιος ἂν εἴη πόνος. ἀλλὰ ταῦτα τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως, ἐχέτω τέλος.

admirabili venustate, juxta ambitus circulorum, redituſqve, & anfractus, ad eas sedes, ex qvibus progressæ sunt; accessus etiam, & recessus: cumqve contiguæ sibi invicem fiunt, qvales ex contagione sui i) conditiones accipiant; qvamqve, & cujusmodi, nanciscantur qvalitatem ex variâ designatione: cumqve, qvod aliqvanto intervallo temporis fieri solet, certæ stellæ k) mersæ, ac latentes, operiuntur, qvid significent; & mox, aut pòst aliqvantò, futura portendant; vel qvùm insolitis horis, curriculisqve temporum, rursus 42
emergunt, & apparent, qvantos denuncient motus iis, qvi rationem motus earum intelligere possunt: cunctaqve hujusmodi ratione atqve orationibus perseqvi, nihil agentis, ac frustra laborantis est: maximè, cùm motus earum, descriptioqve, fit à visu, atqve oculis, disputantis remota. Qvapropter ea, qvæ de sideribus, visibilibusq; divinis potestatibus, dicta sunt; satis superqve dicta finem habeant suum.

XXVI. Reliquorum autem quos Græci δαίμονας appellant, nostri, ut opinor, Lares, (si modo hoc rectè conversum videri potest) & nosse & nuntiare ortum eorum, majus est qvàm ut profiteri scribere nos audeamus. Credendum nimirum est veteribus & priscis, ut ajunt, viris, qvi se progeniem Deorum esse dicebant, itaque eorum vocabula nobis prodiderunt: nosse autem generatores suos optime poterant. Ac difficille factu est, à Diis ortis fidem non habere, quanquam nec argumentis, nec rationibus certis, eorum oratio confirmatur: sed quia de suis rebus notis videntur loqvi, veteri legi morique parendū est. Sic igitur ut ab iis est traditum, horum Deorum ortus habeatur, atque dicatur, ut Oceanū Salaciamq; Cœli satu terræque conceptu generatos editosq; memoremus. Ex iis Phorcyn, Saturnum & Opem, deinceps Jovem atque Junonem, reliqvos, qvos fratres inter se agnatósque usurpare atque appellare solemus, & eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam. Quando igitur omnes & qvi moventur palámque se ostendunt; & qvi eatenus nobis declarantur qvoad ipsi volunt, creati sunt, tum ad eos is Deus qvi omnia genuit, fatur hæc:

XXVI. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. πιστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς τε αὐτῶν προγόνους εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν, θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις καὶ περὶ τούτων τῶν θεῶν, ἐχέτω καὶ λεγέσθω. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην. ἐκ τούτων δὲ Φόρκυς τε καὶ Κρόνος καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων. ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας Ζεὺς, Ἥρα τε, καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν, πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν. ἔτι τε τοὺς τούτων ἄλλους ἐκγόνους. ἐπεὶ οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ, γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας, τάδε.

XXVI. At verò l) invisibilium divinarumqve potestatum, qvæ dæmones nuncupantur, præstare rationem, majus est opus, qvàm ferre valeat hominis ingenium. Igitur compendium ex credulitate sumatur. Credamus igitur iis, qvi apud seculum prius, cùm ipsi cognationem propinqvitatemq; divini generis præferrent, de naturâ Deorum majorum, atqve avorum, deqve genituris singulorum, æterna monimenta in libris posteritati reliqverunt. Certè Deorum filiis, aut nepotibus, non credi, satis irreligiosum; qvamvis incongruis, nec necessariis, probationibus dicant: tamen, qvia de domesticis rebus pronunciant, credendum esse meritò puto. Sit igitur nostra qvoqve credulitas comes asseverationi priscorum virorum, qvod Terræ Cœliqve filii sint Oceanus, & Tethys. Horum porrò, Saturnus, & Rhea, & Phorcus. 43
Saturni porrò & Rheæ proles, Jupiter, & Juno; & cæteri, qvi sunt in ore hominum, ac mentibus: & de qvorum fraterniate fama celebratur. Atq; ex his alii nati sunt, qvi Dii putantur.

Rrr 2

i) Bodlej. *contagione sua.* k) id. *certe sol & stella.* vitiose. l) infra p. 326.

tur. His igitur omnibus, qvæ vel videntur in convexis cœlestibus flammanti corpore, vel non videntur, natis, atqve altis, divinitatemqve obtinentibus, conditor universitatis Deus observanda jubet sancitqve oratione tali:

CICERO.

XXVII. Vos qui Deorum satu orti estis, attendite. Quorum operum ego parens effectorq; sum, quæ per me facta, non sunt dissoluta me invito, quanquam omne colligatum solvi potest, sed haudqvaqvam boni est, ratione vinctum velle dissolvere. Sed quoniam estis orti, immortales vos quidem esse & indissolubiles non potestis. Neutiquam tamen dissolvemini, neqve vos ulla mortis fata periment: nec fraus valentior quàm consilium meum, quod majus est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis tum qvum gignebamini, colligati. Quid sentiam igitur cognoscite. Tria nobis genera reliqva sunt, eaque mortalia, quibus prætermissis, cæli absolutio perfecta non erit. Omnia enim genera animalium complexu non tenebit. Teneat autem oportebit, ut eodem ne qvid absit, quæ à meipso effecta sint, qvod Deorum vitam possit adæquare. Ut igitur mortali conditione generentur, vos suscipite, ut illa gignatis imiteminique, vim meam, qua & in vestro ortu me usum meministis. In quibus qui tales creantur ut Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, divini generis appellentur, teneantque omnium animantium principatum, vobisque jure & lege volentes pareant, quorũ vobis initium statusq; traditur à me. Vos autem ad id quod erit immortale partem attexitote mortalem. Ita orientur animantes quos & vivos alatis, & consumptos sinu recipiatis.

XXVII. Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε, ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα, ἐμοῦ γε θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν, λυτόν. τόγε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ. δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τοπάμπαν· οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου, λαχόντες, ἐκείνων, οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε συνεδεῖσθε. νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία ἀγέννητα. τούτων οὖν μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται. τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐχ ἕξει. δεῖ δὲ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι, δι' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα καὶ βίου μετασχόντα, θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν. ἵν' οὖν θνητά τε ᾖ, τό, τε πᾶν ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμῶν γένεσιν. καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς, τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.

XXVII. Dii deorum, m) qvorum opifex, idemq; pater, ego: opera siqvidem vos mea estis, dissolubilia qvidem naturâ, me tamen ita volente indissolubilia. Omne siqvidem, qvod junctum est, naturâ dissolubile est. At verò, qvod bonâ ratione junctum atqve modulatum est, dissolvi velle, non est Dei. Qvapropter, qvia facti generatiqve estis, immortales qvidem neqvaqvam, nec omni modo n) indissolubiles; nec tamen unqvã dissolvemini, nec mortis necessitatem subibitis: qvia voluntas mea major est nexus, & vegetatior ad æternitatis custodiam, o) qvàm illi nexus vestra coagmentata, atq; vitales, ex qvibus æternitas composita est. Jubendi ergo, quod jubeo, causa hæc est.
Tria etiam nunc mortalium 44
p) genera desunt universitati, quibus carens universa res, perfectione indigebit. Erit porrò imperfecta, si universa mortalium genera intrà conseptũ q) suum minimè continebit. Oportet autem, si erit mundus perfectus futurus, (porrò proveniet hoc idem virtute auctoritatis meæ,) esse plenam universi generis substantiam: quò animalibus singulis suppeditato vivendi vigore, ea, quæ sunt meliora, proximam divinitati fortunam, dignitatemq; r) sortiantur. Quapropter, ut & mortalia sint, & universa res perfectione non indigeat; sed sit tota atque universa verè, jubeo aggrediamini secundùm naturam generum mortalium institutionem. Imitantes ergo meam juxta effectũ s) vestrum sollertiam, ita instituite, atq; extricate, mortalia, ut qvibus consortium divinitatis, & appellationis parilitas, competit, divinâ præditum firmitate fingatis.
Erit verò tale, id qvod vobis obseqvi, justitiamqve colere, prospexeritis. Hujus ergo universi generis sementem faciam, vobisque tradam. Vos cætera exeqvi par est, ita ut immortalem cœlestemqve naturam mortali extrinsecus textu ambiatis; jubeatisqve nasci, ci- 45
bumqve provideatis, & incrementa detis; ac post dissolutionem id fœnus, qvod credideratis, factâ secessione animi, & corporis, recipiatis.

XXVIII.

m) infra p. 331. n) Bodlej. *nec omnino.* o) al. *concordiam.* p) Bodlej. *mortalia.* q) al. *conspectum*, vitiosè. r) ita rectè Bodlej. pro *formam.* s) editi, *affectum*, vitiosè. Est enim in Græco γένεσιν.

CICERO.

XXVIII. Hac ille dixit, deinde ad temperationem superiorem revertit. In qua omnem animum universa natura temperans permiscebat, superiorisq; permixtionis reliquias fundens aquabat, eodem modo ferme, nisi quòd non ita incorruptas, ut ea qua semper idem, sed à Diis secundum sumebat atq; tertium. Toto igitur omni constituto, syderibus parem numerum distribuit animorum, & singulos adjunxit ad singula, atqve ita quasi in currum universitatis imposuit, commonstravitq; leges fatales ac necessarias: & ostendit primum ortum unũ fore omnibus, eumq; moderatum atq; constantem, nec ab ullo imminutum. Satis autem & quasi sparsis animis, fore uti certis temporum intervallis oriretur animal, qvod esset ad cultum Deorum aptissimum. Sed qvum duplex esset natura generis humani, sic res habebant, ut prastantius genus esset eorum qvi essent futuri viri. Qvum autem animis corpora cum necessitate insevisset, qvumq; ad corpora necessitate tum accessio fieret, tum abscessio, necesse erat sensum existere unum communemq; omnium, vehementiore motu excitato conjunctoque natura: deinde voluptate & molestia mixtum amorem, post iram & metum, & reliqvos motus animi, comites superiorum, & his etiam contrarios dissidentes: quos qui ratione rexerit, justè vixerit: qvi autẽ his se dediderit, injustè. Atqve ille qvi rectè & honestè curriculum vivendi à natura datum confecerit, ad illud astrum, qvocum aptus fuerit, revertetur: qvi autem immoderatè & intemperatè vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet, &, si ne tum qvidem finem vitiorum faciet, gra-

XXVIII. Ταῦτ᾽ εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων, τρόπον μέν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ᾽ οὐκέτι κατὰ ταυτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν, διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ᾽ ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς· ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ᾽ αὐτοῦ. δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζώων τὸ θεοσεβέστατον. διπλῆς δ᾽ οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ κρεῖττον εἴη γένος τοιοῦτον, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δὲ ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ, ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα. πρὸς δὲ τούτοις, φόβον καὶ θυμὸν, ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς, καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα· ὧν εἰ μὲν κρατήσειαν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ, ἀδικίᾳ. καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βιοὺς χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ συννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα ἕξοι· σφαλεὶς δὲ τούτων, εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι. χιλιοστῷ δὲ ἔτει ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ βίον ἑκάστη· ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται. μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας τρόπον ὃν κακύνοιτο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ

XXVIII. Hæc dixit, & demum reliqvias prioris concretionis, ex quâ mundi animam commiscuerat, in ejusdem crateris sinum refundens, t) eodem propemodum genere, atque eâdem ratione, miscebat: u) nec tamẽ eadem exoriebatur puritas, serenitasqve proventuum: nec tam immutabilis perseverantiæ, sed secundæ, ac tertiæ, dignitatis. Coagmentatâqve mox universæ rei machinâ delegit animas stellarum numero pares, singulasq; singulis comparavit: easdemq; vehiculis competentibus superimpositas, universæ rei naturam spectare jussit. Legesqve immutabilis decreti docuit; ostendens, qvod prima qvidem generatio uniformis in omnibus, ejusdemqve ordinis, esset futura: ne cui competens justum, aliqvâ ex parte à se minueretur. Oportebat porrò satas eas certis legitimisque temporum vicibus piæ nationis animalium, qvæq; præter cæteras animantes Deum suspiciant, afferre frugem. Esse autem naturam hominis geminam: cujus quod melius sit genus, censendum fore viri nomine. Cumqve necessitate decreti x) corporibus inserentur, corporeaque supellex variè mutabitur, quibusdam labentibus, & aliis invicem 46 succedentibus, membris, primò qvidem sensum ex violentis passionibus excitari: post quem mixtam ex voluptate, tristitiâqve, cupidinem nasci: tum vero metum, atqve iracundiam; cæterasque, pedissequas earum, y) perturbationes, diverso affectu pro naturâ suâ permoventes: qvâs qvidem si refrenarent, ac subjugarent, justam his, lenemqve, vitam fore: si vincerentur; injustam, & confragosam. Et victricibus qvidem, ad cõparis stellæ contubernium, sedemqve; reditum patere: acturis deinceps vitam veram, & beatam. Victas porrò, mutare sexum; atqve ad infirmitatem naturæ muliebris relegari secundæ

t) Bodlej. *fundens*.

u) Infra p. 332.

x) p. 348.

y) infra p. 349.

CICERO.

vius etiam jactabitur, & in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudum & ferarum transferetur: neq; malorum terminum prius aſpiciet, quàm illam ſeqvi cœperit converſionem qvam habebat in ſe ipſe ejuſdem & unius ſimul innatam & inſitam. Qvod tum eveniet, qvum illa qvæ ex igne, aere, aqva atqve terra, turbulenta & rationis expertia inſederint, deniqve ratione depulerit, & ad primam atq; optimam affectionem animi pervenerit.

τρόπου γενέσεως, εἰς ἥντινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβάλλει θηρίου φύσιν· ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξει, πρὶν τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπώμενος τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας, εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως.

cundæ generationis tempore: nec à vitiis intemperantiâqve diſcedentibus, z) tamen pœnam, rejectionemq; in deteriora, non ceſſare: donec inſtituto, meritiſqve, congruas immanium ferarum induant formas. Pauſamqve malorum a) non prius fore, qvàm conſecuta eas rata, & eadem ſemper, volucris illa mundi circumactio, cuncta earum vitia ex igni, & aqvâ, terrâqve & aëre contracta, omnemqve illuviem, deterſerit: inconſultis, & immoderatis, erroribus ad modum rationis, temperiemq;, b) redactis: 47
qvo poſitis ſordibus expiatæ, purificatæqve, demum ad antiqvi vultus honeſtatem pertingere c) mereantur.

XXIX. Qvæ qvum ita deſignaſſet, ſeſeqve, ſi qvid poſtea fraudis aut vitii eveniſſet, extra omnem culpam cauſamq; poſuiſſet, alios in terram, alios in lunam, alios in reliqvas mundi partes, qvæ ſunt ad ſpatiorum temporis ſignificationem notæ conſtitutæ, ſpargens qvaſi ſerebat. Poſt autem ſationem eam, Diis, ut ita dicam, junioribus permiſit ut corpora mortalia effingerent, quantúmq; eſſet reliqvum ex humano animo, qvod deberet accedere, id omne & qvæ ſeqventia eſſent, perpolirent & abſolverent: deinde ut huic animanti principem ſe ducemq; praberet, vitamq; ejus pulcherrimè regeret & gubernaret: niſi quatenus ipſe ſua culpa ſibi aliqvid miſeriæ quæreret.

XXIX. Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τοῖς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς Ἥλιον, τοὺς δὲ εἰς Σελήνην, τοὺς δὲ εἰς τὰ ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον, τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά, τό, τε ἐπίλοιπον ὅσον ἦν ψυχῆς ἀνθρωπίνης δέον προσγενέσθαι, τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένοις ἄρχειν, καὶ κατὰ δύναμιν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῶον, ὅτι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον.

XXIX. Qvibus cunctis fatalium legum promulgationibus in iſtum modum patefactis, & expoſitis; ne qva penes ſe deinceps ex reticentiâ noxæ reſideret auctoritas; ſementem fecit ejuſmodi Deus: ut partim in terrâ, partim in lunâ, generis humani jacerentur exordia; partim in cæteris, qvæ inſtrumenta ſunt temporis. Ea porrò officia, qvæ ſementem ſeqvuntur, factis à ſe Diis, ut dixeram, injunxit; maximeqve formandorum corporum curã mortalium: ac ſi qva pars etiam tunc hominis animæ reſidua ſupereſſet, cujus conſtitutioni navanda opera videretur, cæteraqve omnia, conſeqventer aggrederentur hortatus eſt, qvæ operis perfectio, rerumqve ordo, depoſceret: proqve viribus eniterentur, ut qvàm optimè natura mortalis regeretur, exceptis improſperitatibus: qvarum eſſet auctoritas, & cauſa, penes ipſos.

XXX. Atqve is quidem qui cuncta compoſuit, conſtanter in ſuo manebat ſtatu: qui autem erant ab eo creati, qvum parentis ordinem cognoviſſent, hunc ſeqvebantur. Itaque qvum accepiſſent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem & effectorem ſui, particulas ignis & terræ & aquæ & aëris à mundo,

XXX. Καὶ ὁ μὲν δὴ ταῦτα πάντα διατάξας, ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει· μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν, ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργὸν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια, ὡς ἀποδοθησόμενα

XXX. Qvibus d) in iſtum modum digeſtis omnibus, cùm in propoſito rerum Creator maneret, intelligentes juſſionem Patris filii, juxta mandatam informationẽ immortali ſumpto 48
initio mortalis animantis, ex mundi materiis, e) igni, terrâq;, & aqvâ, cùm ſpiritu, fœnus elementarium mutuati; qvod redderetur cùm opus foret, ea, qvæ acceperant, conglutinabant.

Non

z) al. *deſciſcentibus* vel *deſiſtentibus*. c) al. *pertinere*. a) Infra p. 350. d) Infra p. 334. b) Bodlej. *ad modum rationisq; temperiem*. e) p. 351.

*quas rursus redderent, mutuabantur, easq; inter se copulabant: haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis injectis, unum efficiebant ex omnibus corpus: itemq; in eo influente atq; effluente animo divino ambitus illigabant. Itaq; illi in flumen immersi, neq; tenebant, neq; tenebantur, sed vi magna tum ferebant, tum ferebantur. Ita totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate & fortuitò, ut sex motibus veheretur: nam & antè & ponè, ad lævam & ad dextram, & sursum & deorsum, modò huc modò illuc * * sex oras regionesqve versus errans procedebat.*

πάλιν, εἰς ταυτὸ λαμβανόμενα ξυνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις ξυντήκοντες, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον. αἱ δὲ εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν, οὔτ' ἐκράτουν οὔτ' ἐκρατοῦντο, βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον. ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῶον, ἀτάκτως μὴν ὅπῃ τύχῃ προϊέναι, καὶ ἀλόγως, τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον. εἴς τε γὰρ τὸ πρόσθεν καὶ ἐπισθεν, καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, κάτω τε καὶ ἄνω, καὶ πάντῃ κατὰ τοὺς ἓξ τόπους, πλανώμενα προῄει.

Non iisdem qvibus ipsi nexibus; sed aliis, ob incomprehensibilem brevitatem invisibilibus, gomsis. Itaqve apparatæ materiæ circuitus immortalis animæ circumligabant irriguo fluidoqve corpori. Circuitus porrò, f) ut torrenti rapido, defluoq;, obligati, neqve tenebant neqve tenebantur; sed ita vi ferebant,& vi ferebantur invicem: ut totum qvidem animal moveretur, præcipiti tamē, & inordinatâ, jactatione: qvippe cùm sex sine ratione motibus raptaretur: ultro, citro, dextrorsum, sinistrorsum, & item sursum,deorsumqve, pergens, atqve oberrans.

XXXI. Πολλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ κατακλύζοντος καὶ ἀπορρέοντος κύματος, ὃ τὴν τροφὴν παρεῖχεν, ἔτι μείζω θόρυβον ἀπειργάζετο τὰ τῶν προσπιπτόντων παθήματα ἑκάστοις, ὅτε πυρὶ προσκρούσειε τὸ σῶμα τινὸς ἔξωθεν ἀλλοτρίῳ περιτυχὸν, ἢ καὶ στερεῷ γῆς, ὑγροῖς τε ὀλισθήμασιν ὑδάτων, εἴτε ζάλῃ πνευμάτων ὑπ' ἀέρος φερομένων καταληφθείη, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι προσπίπτοιεν, αἳ δὴ καὶ ἔπειτα διὰ ταῦτα ἐκλήθησάν τε καὶ νῦν ἔτι αἰσθήσεις συνάπασαι κέκληνται. καὶ δὴ καὶ τότε ἐν τῷ παρόντι πλείστην καὶ μεγίστην παρεχόμεναι κίνησιν μετὰ τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς ὀχετοῦ κινοῦσαι, καὶ σφοδρῶς σείουσαι τὰς τῆς ψυχῆς περιόδους, τὴν μὲν ταυτοῦ παντάπασιν ἐπέδησαν ἐναντία αὐτῇ ῥέουσαι, καὶ ἐπέσχον ἄρχουσαν καὶ ἰοῦσαν. τὴν δ' αὖ θατέρου διέσεισαν, ὥστε τὰς τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου τρεῖς ἑκατέρας ἀποστάσεις, καὶ τὰς τῶν ἡμιολίων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων μεσότητας καὶ ξυνδέσεις, ἐπειδὴ παντελῶς αὗται οὐκ ἦσαν καὶ πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος, πάσας μὲν στρέψαι στροφὰς, πάσας δὲ κλάσεις καὶ διαφορὰς τῶν κύκλων ἐμποιεῖν, ὁσαχῇπερ ἦν δυνατὸν, ὥστε μετ' ἀλλήλων μόγις συνεχομένας φέρεσθαι μὲν, ἀλόγως δὲ φέρεσθαι, τοτὲ μὲν ἐναντίας, τοτὲ δὲ πλαγίας, τοτὲ ὑπτίας. οἷον ὅταν τις ὕπτιος ἐρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν ἐπὶ γῆς, τοὺς δὲ πόδας προσβαλὼν ἄνω ἔχῃ πρός τινι, τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τοῦ τε πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων, τά τε δεξιὰ ἀριστερὰ, καὶ τὰ

XXXI. Immenso quippe irrigante, & immoderatè effluentè, gurgite; ex qvo cibus, & alimenta, comparabantur; multo major extrinsecus turba conflictatioqve vexabat: cùm corpus aliqvod in raptatu incurrisset ignis offensionem, vel etiam terrenam complosionem, similiter aqvæ lubricas, violentasqve ventorum procellas, hisqve interpellationibus omnibus per corpus ad animam commeantibus, stimulata mens æstuaret. Qvi qvidem æstus propterea & 49
initio, & nunc usqve, sensus cognominantur, maximos violentosqve motus cientes; cùm naturali derivatione jugiter, & sine intermissione, effluente, circuitus animæ quasi quibusdam turbinibus simul qvatiunt, illum qvidem providum ejus consultumqve motum, scilicet ejusdem circuli, cujus est orbiculata circumvolutatio, statuentes: & contra, qvàm illa movetur, operantes, imperiumqve ejus respuentes. At verò diversi circuli diversis motibus incertisqve famulantes, usqve adeo ut, qvia limites duplicis illius & triplicis qvantitatis, & item intervalla terna, per utrunqve latus epitritorum, sesquplorumqve, & item epogdoorum, medietatibus confirmata, dissolvi à nullo, qvàm ab eo solo, qvi junxerat, poterant: omni tamen jactationis genere diu vexarent, g) adversis motibus sibi invicem animam, totamqve ejus substantiam, diversè distrahentes: ut una qvidem feratur cùm confirmationis suæ nexibus, verùm sine ratione, utpote motibus discordantibus, & depravante rectum iter sensuum illecebrâ. Propterea varias inclinationes animæ existere, & obliqvas, & contrarias, & item resupinis casibus 50
similes: ut si qvis, h) naturalē membris regionem

f) Infra p. 352.

g) Bodlej. devexarent.

h) Infra p. 354.

ἀριστερὰ δεξιά, ἑκατέροις τὰ ἑκατέρων φαντάζεται. ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα αἱ περιφοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς, ὅταν γέ τῳ τῶν ἔξωθεν τοῦ ταὐτοῦ γένους ἢ τοῦ θατέρου περιτύχωσι, τότε ταὐτόν τῳ καὶ θάτερόν τῳ, τἀναντία τῶν ἀληθῶν προσαγορεύουσαι, ψευδεῖς καὶ ἀνόητοι γεγόνασιν, οὐδεμία τε ἐν αὐταῖς τότε περίοδος ἄρχουσα οὐδ' ἡγεμών ἐστιν. ἂν δ' αὖ ἔξωθεν αἰσθήσεις τινὲς φερόμεναι καὶ προσπεσοῦσαι, ξυνεπισπάσωνται καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἅπαν κύτος, τόθ' αὗται κρατούμεναι, κρατεῖν δοκοῦσι. καὶ διὰ πάντα ταῦτα τὰ πάθη νῦν κατ' ἀρχὰς, ἄνους ψυχὴ γίγνεται τοπρῶτον, ὅταν σώματι ἐνδεθῇ θνητῷ.

nem mutans, caput pro pedibus solo figat; pedes in altum pro capite sustollat: tunc opinor tam ejus qvi patitur, qvàm eorum qvi spectant, dextræ qvidem partes, sinistræ; sinistræ verò, dextræ videntur. Invicem idipsum qvoqve animæ circuitus patiuntur. Propotereaqve errant in ejusdem diversiqve generis contemplatione: cùm qvod diversum, idem: & qvod idem est, diversum, imbecillitate discernendi autumant. Estqve hæc earum plena erroris, & falsitatis, opinio; orta ex depravatione sensuum: nec habet ullum certum ducem talis peragratio. Cumq; extrapositi sensus pulsarint animam vehementius, omnemque eam possederint; tunc illa subjugata, & serviens, pontificium aliqvod, potestatemqve, retinere falsò putatur, eademqve passionibus ægra, & initio cùm incorporata est, & qvamdiu perinde afficietur, amens erit.

XXXII. ὅταν δὲ τὸ τῆς αὔξης καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα, πάλιν δὲ αἱ περίοδοι λαμβανόμεναι γαλήνης, τὴν αὐτῶν ὁδὸν ἴωσι, καὶ καθιστῶνται μᾶλλον ἐπιόντος τοῦ χρόνου, τότε ἤδη πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἰόντων σχῆμα ἑκάστων τῶν κύκλων αἱ περιφοραὶ κατευθυνόμεναι, τό, τε θάτερον καὶ τὸ ταὐτὸ προσαγορεύουσαι κατ' ὀρθὸν, ἔμφρονα τὸν ἔχοντα αὐτὰς γιγνόμενον ἀποτελοῦσιν. ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ συνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθὴ τροφὴ παιδεύσεως, ὁλόκληρος ὑγιής τε παντελῶς, τὴν μεγίστην ἀποφυγὼν νόσον, γίγνεται· καταμελήσας δὲ, χωλὴν τοῦ βίου διαπορευθεὶς ζωὴν, ἀτελὴς καὶ ἀνόητος εἰς ᾅδου πάλιν ἔρχεται. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερά ποτε γίγνεται.

XXXII. At postqvam incrementi nutricationisqve tenui jam rivo meatus effluet, animæq; circuitus tranqvilliore motu viam suam peraget, processuqve temporis sedatiores erunt; utpote qvæ à naturæ suæ motu competenti minimè exorbitent: facile jam 51
diversæ naturæ vitia, bonitatemqve, & honestatem semper ejusdem, cum alterius appetitu; alterius verò detestatione, fecernent: hominemqve ita institutum plenâ, & incolumi, prudentiâ tuebuntur. Ac si i) ad hunc statū k) accedat auxiliatrix eruditionis honestæ, moderationisqve, diligentia; immunis omni perturbatione, atqve ægritudine, ducet ævum. Si negliget, claudum iter vitæ serpens cum familiari demum stultitiâ revocabitur ad inferna. Sed hæc qvidem novissimè provenient, meritis jam vitæ locatis.

XXXIII. Περὶ δὲ τῶν νῦν προτεθέντων δεῖ διελθεῖν ἀκριβέστερον. τὰ δὲ πρὸ τούτων περὶ σωμάτων κατὰ μέρη τῆς γενέσεως, καὶ περὶ ψυχῆς, δι' ἅς τε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε θεῶν, τοῦ μάλιστα εἰκότος ἀντεχομένοις, οὕτω καὶ κατὰ ταῦτα πορευομένοις, διεξιτέον. τὰς μὲν οὖν θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὂν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο ὃ δὴ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τε ἐστι καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν. ᾧ καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαντες θεοὶ, κατανοήσαντες ὅτι πασῶν ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο, μετέχοι. ἵν' οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς, ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ ἐχούσης, ἀποροῖ τὰ μὲν ὑπερβαίνειν, ἔνθεν δὲ ἐκβαίνειν, ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν ἔδοσαν. ὅθεν δὴ μῆκος τὸ σῶμα ἔσχεν.

XXXIII. Nunc verò divinæ providentiæ pensum spectare convenit ex membrorum rationabili l) conformatione, qvæ, suscipiendo vitali vigori, cœlestis apparabat prospicientia. Principio figuram capitis m) divinæ potestates, qvibus informandi corporis erat officium concreditum, ex mundi figurâ mutuatæ, teretem globosamqve finxerunt: eidemqve duos circuitus venerandæ divinitatis innexuerunt. Est autem caput præter cæterum corpus honoratius, & optimati qvâdam eminentiâ, cui reliqva membra dominanti n) parent, atq; obseqvuntur, jure meritoqve subjecta; ne sine sede humiliter in imo planè jacens, asperas, cum moveretur, terrenarū lacunarum offensiones o) pro- 52
clivitatis, & item declivitatis, incurreret: maximè cui necesse esset cuncta motuum genera experiri. Hâc igitur de causâ vehiculo corporis, utpote arx, sustinetur. Addita est

i) Ita Rigalt. pro *At si.* k) al. *modum.* l) in Bodlej. deest *rationabili.* m) Infrà p. 355. n) Rigalt. *cujus r. m. dominatui.* o) p. 363.

ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτὰ ἔφυσε τέτταρα, θεοῦ μηχανησαμένου πορείαν. οἷς ἀντιλαμβανόμενον καὶ ἀπερειδόμενον, διὰ πάντων τόπων πορεύεσθαι δυνατὸν γέγονε, τὴν τοῦ θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρων οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν. σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε ταύτῃ καὶ διὰ ταῦτα πᾶσι προσέφυ. τοῦ δ' ὄπισθεν τὸ πρόσθεν τιμιώτερον καὶ ἀρχικώτερον νομίζοντες θεοὶ, ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς πορείας ἡμῖν ἔδοσαν. ἔδει δὴ διωρισμένον ἔχειν καὶ ἀνόμοιον τὸ πρόσθεν τοῦ σώματος ἄνθρωπον. διὸ πρῶτον μὲν περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος ὑποθέντες αὐτόσε τὸ πρόσωπον, ὄργανα ἐνέδησαν τούτῳ πάσῃ τῇ τῆς ψυχῆς προνοίᾳ. καὶ διετάξαντο μέτοχον ἡγεμονίας τοῦτ' εἶναι τὸ κατὰ φύσιν πρόσθεν. τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα συνετεκτήναντο ὄμματα, τοιᾷδε ἐνδήσαντες αἰτίᾳ.

est circum qvoqve & brachiorum porrigibilis, & flexuoſa, ſubſtantia: ut tenendi, vel omittendi, p) progrediendi, reſiſtendiq; uſus ex arbitrio præſto foret: eminente divino capitis geſtamine. Progrediendi porrò commodius officium, qvàm recedendi, rata divina mens, ire ulterius mage,) qvàm receſſim voluit moveri. Priores qvoqve corporis partes meliores poſterioribus judicans, in homine primò omnium è regione certâ capitis, perſonam vultus ſubdidit: eamqve appellavit faciem: eidemqve inſtrumenta, qvæ adminicularentur, providis animæ motibus aſſignavit. Ex qvibus primi luciferi oculorum orbes coruſcant, hâc de cauſâ dati.

XXXIV. Τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν κάειν οὐκ ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκεῖον ἑκάστης ἡμέρας, σῶμα ἐμηχανήσατο γίγνεσθαι. τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν λεῖον καὶ πυκνόν, ὅλον μέν, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπιλήσαντες τῶν ὀμμάτων· ὥστε τὸ μὲν ἄλλο ὅσον παχύτερον, στέγειν πᾶν, τὸ τοιοῦτο δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν. ὅταν οὖν μεθημερινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπίπτον, ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν, ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπῃ περ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπίπτον ἔνδοθεν, πρὸς ὃ τὸ ἔξω ξυνέπεσεν. ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν γενόμενον, ὅτου τε ἂν αὐτό ποτε ἐφάπτηται, καὶ ὃ ἂν ἄλλο ἐκείνου. τούτων τὰς κινήσεις διαδιδὸν, εἰς ἅπαν τὸ σῶμα μέχρι τῆς ψυχῆς αἴσθησιν παρέσχετο ταύτην, ᾗ δὴ ὁρᾶν φαμεν. ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα τοῦ συγγενοῦς πυρὸς, ἀποτέτμηται. πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται, συμφυὲς οὐκέτι τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. παύεταί τε οὖν ὁρῶν. ἔτι δὲ ἐπαγωγὸν γίγνεται ὕπνου. σωτηρίαν γὰρ ἣν οἱ θεοὶ ἕνεκα τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο, τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργνυσι τὴν τοῦ πυρὸς ἔνδον δύναμιν. ἡ δὲ, διαχεῖται καὶ ὁμαλύνει τὰς ἐντὸς κινήσεις· ὁμαλυνθεισῶν δὲ, ἡσυχία γίγνεται. γενομένης δὲ πολλῆς μὲν ἡσυχίας, βραχυόνειρος ὕπνος ἐμπίπτει. καταλειφθεισῶν δέ τινων κινήσεων μειζόνων, οἷαι καὶ ἐν οἵοις ἂν τόποις λείπωνται, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέσχετο ἀφομοιωθέντα ἐντὸς, ἔξω τε ἐγερθεῖσιν ἀπομνημονευόμενα φαντάσματα.

XXXIV. Duæ ſunt, q) opinor, virtutes ignis, altera edax, & peremptoria; altera mulcebris innoxio lumine. Huic igitur, ex qvâ lux diem invehens panditur, domeſticum & familiare corpus oculorum divinæ poteſtates commentæ ſunt. Intimum ſiqvidem 53
noſtri corporis ignem; utpote germanum ignis pellucidi, ſereni, & defæcati liqvoris, per oculos fluere, ac demanare, voluerunt: ut per læves, congeſtoſqve, & tanqvam firmiore ſoliditate pandos orbes luminum, qvorum tamen eſſet anguſta medietas ſubtilior, ſerenus ignis per eandem efflueret medietatem. Itaqve r) cùm diurnum jubar ſe applicat viſus fuſioni, tunc nimirum incurrentia ſemet invicem duo ſimilia in unius corporis ſpeciem cohærent: qvo concurrunt oculorum acies emicantes: qvoqve effluentis intimæ fuſionis acies contiguæ imaginis occurſu repercutitur. Totum igitur hoc ſimilem eandemqve ſortitum paſſionem, & ob indifferentem ſimilitudinem ejuſdem paſſionis effectum, cùm qvid aliud tangit, vel ipſum ab alio tangitur, tactuum motu diffundens ſe per omne corpus, perqve corpus uſqve ad animam porrigens, s) ſenſum efficit, qvi viſus vocatur. At poſtqvam in noctem diſceſſerit cognatus ignis, deſertum lumen ejus auxilio, conſortioqve, velut viduatum habet, utpote ad diſſimile procedens, proptereaqve immutatum extinguitur; nullam habens cùm proximo tunc aëre, naturæ communicationem; utpote ſplendore ignis carenti: videreqve deſinit fractum illecebrâ ſomni. Etenim 54
divinæ poteſtates ſalubre oculis tegmen palpebrarum machinatæ ſunt: qvibus obductis vis illa ignis intimi, conniventiâ tegminis coërcetur, compreſſaqve fundit ſe per membra; mollitiſqve, & relaxatis, convaleſcit qvies. Qvæ cum eſt vehementior motuum reliqviis, cujuſmodi erunt, & qvibus in locis, reliqviæ; talia, pariaqve, ſomniorum ſimulacra naſcentur: eorumqve expergefactos qvoqve memoria comitabitur.

p) ita recte Bodlej. pro *emittendi*. q) infra p. 368. r) p. 369. s) Bodlej. *porrigitur*.

CICERO.

Jam vero earum imaginum quæ finguntur & redduntur in speculis eorumq; quæ splendida & levia sunt rationem perspicere, haud difficile est. Nam ex ignis, utriusque externi atq; interni communione inter ipsos, cum unus per singulas partes effectus & multis modis concors & aptus redditus in lævore consedit.

Sed si in splendore consedit, tum vel eadem species, vel interdum immutata redditur: Qvum ignis oculorum cum eo igne qvi est ob os offusus, se confudit & contulit. Dextra autem videntur qvæ læva sunt, qvia contrariis partibus oculorum, contrarias partes attingunt. Respondent autem dextra dextris, læva lævis, conversione luminum, qvum ea inter se non coharescunt. Id fit qvum speculorum lævitas hinc illincqve altitudinem assumpsit: & ita dextra detrusit in lævam partem oculorum, lævaq; in dextram. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum, qvæ convertens, inferiora reddit qvæ sunt superiora.

XXXV. Τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιΐαν, καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα κατιδεῖν, οὐδὲν ἔτι χαλεπόν. ἐκ γὰρ τῆς ἐκτὸς ἐντός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου, καὶ πολλαχῇ μεταρρυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς, τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ, περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγοῦς γιγνομένου. δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερὰ, ὅτι τοῖς ἐναντίοις μέρεσι τῆς ὄψεως περὶ τὰ ἐναντία μέρη γίγνεται ἐπαφὴ παρὰ τὸ καθεστὼς ἔθος τῆς προσβολῆς. δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερὰ τοὐναντίον, ὅταν μεταπέσῃ ξυμπηγνύμενον ᾧ ξυμπήγνυται φῶς. τοῦτο δὲ, ὅταν ἡ τῶν κατόπτρων λειότης, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὕψη λαβοῦσα, τὸ δεξιὸν εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἀπώσῃ τῆς ὄψεως, καὶ θάτερον ἐπὶ θάτερον. κατὰ δὲ τὸ μῆκος στραφὲν τοῦ προσώπου, ταὐτὸν τοῦτο ὕπτιον ἐποίησε πᾶν φαίνεσθαι, τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω τῆς αὐγῆς, τό, τ' ἄνω πρὸς τὸ κάτω πάλιν ἀπῶσαν.

XXXV. At verò t) simulacrorum, qvæ in speculis oboriuntur, umbrarum etiam, qvæ in humidâ cernuntur superficie, facilis assecutio est. Siqvidem utriusqve ignis, tam intimi qvàm extrapositi, concursu incidente in tersam aliqvam lævemqve materiæ superficiem, formatiqve in multas & varias figuras, simulacra ex lævigati corporis conspectu resultant, dexteræ porrò partes qvæ sunt, sinistræ videntur in iisdem speculis, insolito qvodam more: propterea qvod dextris partibus visus contra sinistram partem speculi, sinistris item contra dextram positis, motu facto corporis ex adverso partis ejus, unde motus fit, gesticulatur motus imago. At verò dextræ corporis partes dextræ: ita 55
ut sunt, in speculis qvoq; u) sinistræqve item sinistræ videntur: cùm ex coitu visus & splendoris è speculo corpulentior conglobata imago renidet. Qvod fit, qvoties teres speculi serenitas hinc inde tumidioribus, & provectis in molem, lateribus, dextram visus partem in læva speculi, lævam item in dexteriora dejecit. Cujus speculi demum, si talis facta erit conversio, ut elatiores illæ partes, altera superior, altera inferior, locentur, resupini vultus apparebunt videntis, splendore luminis, è superiore margine cùm summis oris partibus, & in ipso capite ad inferiora dejectis: similis porrò, ut mento genisqve ad superiora sublatis.

XXXVI. Atqui hæc omnia ex eo genere sunt, qvæ rerum adjuvant caussas, quibus utitur ministeriis Deus, qvum optimi speciem qvoad fieri potest, efficit. Sed æstimant pleriqve non hæc adjuvantia caussarum, sed has ipsas esse omnium caussas, qvæ vim habeant frigoris & caloris, concretionis & liqvoris: careant autem omni intelligentia atqve ratione: qvæ nisi in animo, nulla alia in natura reperiantur. Animus autem sensum omnem effugit oculorum. At ignis & aqva & terra & aër, corpora sunt, eaqve cernuntur. Illum autem qui intelligentiæ sapientiaeque se amatorem profitetur, necesse est intelligentis sapientisqve na-

XXXVI. Ταῦτ' οὖν πάντ' ἐστὶ τῶν ξυναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται, τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν. δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, οὐ ξυναίτια, ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνῦντά τε καὶ διαχέοντα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα. λόγον δὲ οὐδένα οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστί. Τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν. Τοῦτο δὲ ἀόρατον. πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ, σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε. Τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν, ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν. ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων μὲν κινου-

XXXVI. Qvi qvidem sensus famulantur actibus opificis Dei, summam, optimamqvè, & primariam, speciem molientis: sed vulgo per semetipsos sentire existimantur, & agere aliqvid: ut si qvis non opifici, sed serræ, vel asciæ, tribuat effecti operis auctoritatem: cùm à se plurimum distent caussæ, & ea, qvæ caussam seqvuntur. Licet enim corporea sint fundamenta omnium sensuum, qvod tamen sentit, alienum à naturâ corporis, excipit sensus puro & incorporeo vigore. Qvippe corpo- 56
ra, frigus, & calorem, astrictionem, & relaxationem recipiunt, non sentiunt. Nec verò x) rationem intellectumqve in rebus ratione, prudentiâqve, agendis sciunt. Sed qvod ex omnibus, qvæ sunt, intellectum pruden-

t) Supra p. 373.

u) *quoque* deest à Bodlej.

x) supra p. 374.

CICERO.

ture primas causas conquirere: deinde secundas causas rerum earum quæ necessario movent alias, cum ipsæ ab aliis moventur. Quocirca nobis sic cerno esse faciendū, ut de utroque nos quidem dicamus genere causarum, separatim autem de iis quæ cum intelligentia sunt efficientes pulcherrimarum rerū atque optimarum: & de iis quæ vacantes prudentia, inconstantia perturbataque efficiunt. Ac de oculorum quidem causis, ut haberent eam vim quam nunc habent, satis ferme esse dictum puto.

μένων, ἕτερα δ᾽ ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται, δευτέρας ποιητέον. καὶ δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτίων γένη, χωρὶς δὲ ὅσαι μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ, καὶ ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται. Τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων ξυμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν, εἰρήσθω.

prudentiamqve habet, sola est anima. Hoc porrò invisibile. At verò ignis, & aqva, cæteræqve materiæ, visibilia sunt corpora. Oportet autem intellectus disciplinæ amatorem, prudentissimæ naturæ principalem causam, non adminicula causæ principalis, inqvirere. Illas verò, qvæ ab aliis motæ movent alias, secundas existimandum. Nobis qvoqve igitur in eundem modum faciendum est, & de utroqve causarum genere disserendum. Sed separatim qvidem de optimis, qvæ cùm intellectu, prudentiâqve, cuncta honesta, & bona, moliuntur: Seorsùm verò de iis, qvæ mente prudentiâqve cassæ, temerè, & ut libet, confusa, & inordinata, qvæ faciunt, relinqvunt. Et de oculorum y) qvidem ministerii causâ, ob qvàm nacti sunt eam, qvàm habent, videndi z) virtutem, satis dictum.

XXXVII. Maxima autē eorum utilitas donata humano generi, deorū munere, deinceps explicetur. Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ est habita de Universitate oratio à nobis, haud unqvam esset inventa, si neque sidera, neque sol, neqve cælum sub oculorum aspectum cadere potuissent. Nunc verò dies noctésque oculis cognita, tum mensium annorumque conversiones numerum machinatæ sunt, & spatium temporis dimensa, & ad qvæstionem totius naturæ impulerunt, quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, qvo bono nullum optabilius, nullum præstantius neqve datum est mortalium generi, Deorum concessu atq; munere, neqve dabitur.

XXXVII. Τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι᾽ ὃ θεὸς αὔθ᾽ ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. ὄψις δὴ, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν. ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τῶν παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐῤῥήθη, μήτε ἄστρα, μήτε ἥλιον, μήτ᾽ οὐρανὸν ἰδόντων. νῦν δ᾽ ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι, μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι, μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν, χρόνου δ᾽ ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν, ἐξ ὧν ἐποριζσάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ᾽ ἦλθεν οὔθ᾽ ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

XXXVII. De præcipuâ tamen utilitate operis eorum mox erit aptior disserendi locus. Visus 57
enim, juxta meam sententiam, causa est maximi commodi plerisq; non otiosè natis, atq; institutis, ob id ipsū qvod nunc agimus. Neqve enim de universâ re qvispiam qværeret, nisi prius stellis, sole, cœloqve visis. At nunc diei noctisqve insinuatâ nobis alternâ vice, menses, annorumq; obitus, & anfractus, nati sunt, eorumqve ipsorum dinumeratio. Et ex a) dinumeratione perfectus, & absolutus, extitit numerus. Tum temporis recordatio; qvæ naturam universæ rei qværi docuit: curamqve investigationis injecit mentibus, qvasi qvoddam seminarium philosophiæ pangens. b) Qvo bono nihil majus unqvam ad hominum genus à divinâ munificentiâ commeavit. Hoc igitur maximum beneficium visus oculorumq; esse dico.

Λέγω δὴ τοῦτο ὀμμάτων μέγιστον ἀγαθόν. τ᾽ ἄλλα δὲ ὅσα ἐλάττω, τί ἂν ὑμνοῖμεν, ὧν ὁ μὴ φιλόσοφος τυφλωθεὶς, ὀδυρόμενος ἂν θρηνοῖ μάτην. ἀλλὰ τοῦτο λεγέσθω παρ᾽ ἡμῶν αὐτὰ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν, δωρήσασθαί τε ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ τοῦ νοῦ κατιδόντες περιόδους, χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ᾽

Minora alia prætereo: qvibus, qvi à philosophiâ remoti sunt, carentes, debiles, cœciqve, mœstam vitam, lugubremqve, agunt. Nobis verò causa dicenda demonstrandaqve videtur, divini muneris qvod providentia commenta est salubriter hactenus. Dedisse Deum idcirco oculos hominibus; ut mentis providentiæqve circuitus qvi fiunt in cœlo, notantes, eorum similes, cogna-

y) Supra p. 375. z) *videndi* deest à Bodlej. a) ibid. deest *ex*. b) al. *pandens*.

ἡμῶν διανοήσεως συγγενεῖς ἐκείναις οὔσας, ἀταράκτοις τεταραγμένας. ἐκμαθόντες δὲ, καὶ λογισμῶν κατὰ φύσιν ὀρθότητος μετασχόντες, μιμούμενοι τὰς τοῦ θεοῦ πάντως ἀπλανεῖς οὔσας τὰς ἐν ἡμῖν πεπλανημένας καταστησαίμεθα.

cognatosqve, in usum suæ mentis redigerent, circuitusqve animæ, qvi animadversiones, seu deliberationes, vocantur, qvam simillimos efficerent divinæ mentis providis motibus, placidis, tranqvillisqve, perturbatis licet: confirmatoqve ingeneratæ rationis examine, dum imitantur aplanes mundi intelligibilis circumactionem, suæ mentis motus erraticos corrigant. 58

XXXVIII. Φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι, πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι. λόγος τε γὰρ ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τέτακται, μεγίστην ξυμβαλλόμενος εἰς αὐτὰ μοῖραν, ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον, πρὸς ἀκοὴν ἕνεκα ἁρμονίας ἐστὶ δοθέν. ἡ δὲ ἁρμονία ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ μούσαις, οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον καθάπερ νῦν εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος, ὑπὸ μουσῶν δέδοται. καὶ ῥυθμὸς αὖ διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν, ἐπίκουρος ἐπὶ ταὐτὰ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη.

XXXVIII. Eadem c) vocis qvoqve, & auditus, ratio est, ad eosdem usus, atqve ad plenam vitæ hominum instructionem, datorum. Siqvidem propterea sermonis est ordinata communicatio, ut præsto forent mutuæ voluntatis indicia: qvantumqve per vocem utilitatis capitur ex musicâ, tantùm d) totum hoc constat hominum generi propter harmoniam attributum. Harmonia verò, est modulatio: utpote intentio modificata, cognatas, & velut consanguineas, habens commotiones animæ nostræ, circuitionibus prudenter utentibus musarum munere; temperantiæqve causa, potiùs qvàm oblectationis, satis commoda, qvippe qvæ discrepantes, & inconsonantes animæ commotiones ad concentum exornationemqve concordiæ, musis auxiliantibus, revocet. Rhythmus autem est datus ut medela contra illepidam, numerorumqve & modorum nesciam, gratiæqve expertem in plerisqve, naturam.

XXXIX. Τὰ μὲν οὖν παρεληλυθότα τῶν εἰρημένων, πλὴν βραχέων ἐπιδέδεικται τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα. δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι. μεμιγμένη γὰρ οὖν, ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις, ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη. νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος τῷ πείθειν αὐτὴν, τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτα δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος, οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν. εἴ τις οὖν ᾗ γέγονε κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς πλανωμένης εἶδος αἰτίας, ᾗ φέρειν πέφυκεν. ὧδε οὖν πάλιν ἀναχωρητέον, καὶ λαβοῦσιν αὐτῶν τούτων προσήκουσαν ἀρχὴν ἑτέραν αὖθις αὖ καθάπερ περὶ τῶν τότε, νῦν οὕτω περὶ τούτων πάλιν ἀρκτέον ἀπ' ἀρχῆς. τὴν δὲ πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως, πυρὸς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς φύσιν, θεατέον αὐτὴν καὶ τὰ πρὸ τούτου πάθη. νῦν γὰρ οὐδείς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν, ἀλλ' ὡς εἰδόσι πῦρ ὅτι ποτέ ἐστι καὶ ἕκαστον αὐτῶν λέγομεν ἀρχὰς αὐτὰ τιθέμενοι στοιχεῖα τοῦ παντὸς, προσῆκον αὐτοῖς, οὐδ' ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι.

XXXIX. Nunc e) qvoniam cuncta, exceptis admodum paucis, executi sumus, qvæ providæ mentis intellectus instituit: oportet etiam de illis, qvæ necessitas invehit, dicere. Mixta siqvidem mundi sensilis ex necessitatis intelligentiæqve cœtu consistit generatio: dominante intellectu, & salubri persuasione, f) rigorem necessitatis assiduæ trahente ad optimos actus. Itaqve evictâ, & parente providis auctoritatibus necessitate, prima rerum mundiqve exordia constiterunt. Si qvis ergo verè, juxtaqve meram fidem, mundi hujus institutionem insinuaturus erit: hunc oportet erraticæ qvoqve causæ speciem demonstrare. Qvod ita demum commodè fiet, si ad eorum, qvæ erroribus implicantur, originem facto recursu, perinde ut in iis, qvæ ex mente sunt, fecimus: genitura, substantiamqve, eorum ab exordio retexamus: naturamqve ignis, & terræ, cæterarum item materiarum, ex qvibus mundi sensilis coagmentata molitio est, consideremus. Nec naturam modò veram illam veterem, qvæ fuit ante concretionem, sed antiqvas etiam ipsorum elementorum perpessiones. Nullus qvippe ad hoc usqve tempus genituram eorum indicavit: sed tanqvam scientibus qvid sit ignis, & cætera: sic loqvimur, & dicimus initia universitatis, constituentes ea, qvæ ne 60 syllabarum qvidem locum, vicemqve, pro veri examinis ratione obtinent.

59

XL. Νῦν δὲ οὖν τό γε παρ' ἡμῶν, ὧδε ἐχέτω, τὴν μὲν περὶ ἁπάντων εἴτε ἀρχὴν, εἴτε ἀρχὰς, εἴτε ὅπῃ δοκεῖ τούτων πέρι, τὸ νῦν οὐ ῥητέον. δι' ἄλλο μὲν οὐδὲν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι κατὰ

XL. Nostra igitur hæc est professio, nihil ad præsens de universitatis vel initio, vel initiis, ut qvidam putant, esse dicendum. Non qvod sit ullum impedimentum, præter inextricabi-

c) Supra p. 376. d) *tantum* deest à Bodlej. e) supra p. 377. f) p. 378.

τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα. μήτ' οὖν ἡμεῖς οἴεσθε δεῖν ἐμὲ λέγειν, οὔτ' αὐτὸς αὖ πείθειν ἐμαυτὸν εἴην ἂν δυνατὸς, ὡς ὀρθῶς ἐγχειροῖμ' ἂν τοσοῦτον ἐπιβαλλόμενος ἔργον. Τὸ δὲ κατ' ἀρχὰς ῥηθὲν διαφυλάττων τὴν τῶν εἰκότων λόγων δύναμιν, πειράσομαι μηδενὸς ἧττον εἰκότα, μᾶλλον δὲ καὶ ἔμπροσθεν ἀπ' ἀρχῆς περὶ ἑκάστων καὶ ξυμπάντων λέγειν.

tricabilem difficultatem: ſed qvod, ita inſtituto ſermone, ſit impoſſibile admodum perveniri ad explanationem rei. Neqve igitur vos id expectetis, nec ego mihi perſuadeam, poſſe me tantum, & tanti oneris, ſuſtinere. Atqve illud potius obſervabo, qvod initio ſermonis precario petivi, in rebus imaginariis, proclivibuſqve ad fallendum rationibus, rerum earundem veriſimilibus aſſertionibus, imaginariiſqve, contentus ſim, initia ſingulorum, & univerſorum originem pandens.

XLI. Θεὸν δὲ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων σωτῆρα ἐξ ἀτόπου καὶ ἀήθους διηγήσεως πρὸς τὸ τῶν εἰκότων δόγμα διασώζειν ἡμᾶς ἐπικαλεσάμενοι, πάλιν ἀρχόμεθα λέγειν. ἡ δ' οὖν αὖθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντὸς, ἔστω μειζόνως τῆς πρόσθεν διῃρημένη. τό τε μὲν γὰρ δύο εἴδη διειλόμεθα, νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν δηλωτέον. τὰ μὲν γὰρ δύο, ἱκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν. ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθὲν, νοητὸν καὶ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὄν. μίμημα δὲ παραδείγματος δεύτερον, γένεσιν ἔχον καὶ ὁρατόν. τρίτον δὲ, τότε μὲν οὐ διειλόμεθα νομίσαντες τὰ δύο ἕξειν ἱκανῶς. νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι.

XLI. Deum ergo f) etiam nunc auxiliatorem invocamus ante auſpicium dictionis, liberatorem ex turbidâ procelloſâqve cœpti ſermonis jactatione. Erit ergo initium tale demum univerſæ imaginariæ rei, eademqve magnificentius dividetur. Etenim tunc duæ modò ſpecies veniebant in diviſionem; at nunc tertium qvoqve aliud orietur genus. Qvippe in prioribus duo nobis ſatis 61 abunde ſufficere videbantur. Unum, perpetuum, carens generatione, exemplaris eminentiæ; g) alterum, ſimulacrum, & imago ejus, æternitati propagata ſecundæ generationis, idqve viſibile: at verò tertium, tuncqvidem, minimè diviſimus. At nunc impoſitura nobis neceſſitatem ratio videtur ire obviam, manumqve conſerere adverſum inexpugnabilem omni ratione, & omni eloqvio, fraudem, craſſis tenebris involutam.

XLII. Τίνα οὖν ἔχον δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὸ οἷον τιθήνην. εἴρηται μὲν οὖν τἀληθὲς, δεῖ δ' ἐναργέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. χαλεπὸν δὲ ἄλλως τε, καὶ διότι προαπορηθῆναι περὶ πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς, ἀναγκαῖον τούτου χάριν. τούτων γὰρ εἰπεῖν, ἕκαστον ὁποῖον ὄντως ὕδωρ χρὴ λέγειν μᾶλλον ἢ πῦρ, καὶ ὁποῖον ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα, καθέκαστόν τε οὕτως ὥς τέ τινι πιστῷ καὶ βεβαίῳ χρῆσθαι λόγῳ, χαλεπόν. πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐτὸ καὶ πῇ, καί τι περὶ αὐτῶν εἰκότως διαπορηθέντες λέγομεν;

XLII. Qvam igitur ejus vim, h) qvamve naturam eſſe putandum eſt? Opinor omnium, qvæ gignitur, receptaculum eſt; & qvaſi qvædam nutricula. Atqve hoc qvidem, qvod de eâ dicitur, verum eſt qvidem: ſed dicendum videtur paulò apertius. Eſt tamen arduum, eo magis, qvod præconfundi mentis aciem neceſſe eſt, & æſtuare, tam de igni, qvàm de cæteris materiis; qvî magis aqvam jure aqvam dici putariqve oportet, qvàm terram: cùm nulla ſit certa, ſtabiliſqve, proprietas corporum, qvæ cujuſqve indicet naturalem germanitatem.

XLIII. Πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν πηγνύμενον ὡς δοκοῦμεν, λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν. τηκόμενον δ' αὖ καὶ διακρινόμενον ταυτὸν τοῦτο, πνεῦμα καὶ ἀέρα. συγκαυθέντα δὲ τὸν ἀέρα καὶ πῦρ, ἀνάπαλιν δὲ συγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος. πῦρ καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον, νέφος καὶ ὁμίχλην. ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων, ῥέον ὕδωρ. ἐξ ὕδατος δὲ, γῆν καὶ λίθους αὖθις. κύκλον τε οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα ὡς φαίνεται τὴν γένεσιν. οὕτω δὴ τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν ἑκάστων φανταζομένων, ποῖον αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο, παγίως διισχυριζόμενος, οὐκ αἰσχυνεῖ γέ τις αὐτόν; οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ἀσφαλέστατον ἂν μακρῷ περὶ τούτων τιθεμένους, ὧδε λέγειν. ἀεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτε ἄλλῃ γιγνόμενον ὡς πῦρ, μὴ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε προσαγορεύειν πῦρ, μηδὲ ὕδωρ τοῦτο, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἀεὶ, μηδὲ ἄλλο ποτε μηδὲν

XLIII. Principio, ut de aqvâ, cujus modò fecimus mentionem, ordiamur: cùm aſtringitur in glaciem, certè ſaxum, terrenæqve ſoliditatis corpus, & minimè fuſile, apparet. Eadem hæc ignita, & diffluens, diſcre- 62 taqve variè, in humorem, ſpiritum, & aëreas auras, diſſolvitur. Aër porrò exuſtus ignem creat, rurſumqve extinctus ignis aëra, corpulentior factus, inſtituit; aër item, craſſior factus, in nubes, nebulaſqve, concreſcit: qvibus eliſis, & expreſſis, pluviæ, ſtagnorumqve & fontium largitas, demumqve terrenæ moles, ex aqvâ aggerantur. Atqve ita i) circuitu qvodam vires fomentaqve generationis corporibus invicem ſibi mutuantibus, nec in unâ eâdemqve formâ perſeverantibus, qvæ tandem erit certa eorum, & à cunctatione ſemota, comprehenſio? Nulla certè. Qvapropter de cun-

f) infra p. 379. g) al. *imminentia.* h) infra p. 394. i) p. 398.

ὥς τιν' ἔχον βεβαιότητα. ὅσα δεικνῦντες τῷ ῥήματι, τῷ, τόδε καὶ τοῦτο προσχρώμενοι, δηλοῦν ἡγούμεθά τι. φεύγει γὰρ οὐχ ὑπομένον τὴν τοῦ τόδε καὶ τὴν τούτου, καὶ τὴν τῷδε, καὶ πᾶσαν ὅση μόνιμα ὡς ὄντα αὐτὰ ἐνδείκνυται, φάσις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕκαστα μὴ λέγειν, τὸ δὲ τοιοῦτον ἀεὶ περιφερόμενον, ὅμοιον, ἑκάστου πέρι καὶ ξυμπάντων οὕτω καλεῖν. καὶ δὴ καὶ πῦρ τὸ διὰ παντὸς τοιοῦτον, καὶ ἅπαν ὅσαπερ ἂν ἔχῃ γένεσιν. ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπόλλυται, μόνον ἐκεῖνο ἂν προσαγορεύειν, τῷ τε τοῦτο καὶ τῷ τόδε προσχρωμένους ὀνόματι. τὸ δὲ ὁποιονοῦν τι θερμὸν ἢ λευκὸν, ἢ καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐναντίων, καὶ πάνθ' ὅσα ἐκ τούτων, μηδὲν ἐκεῖνο ἂν τούτων καλεῖν.

ctis hujusmodi mutabilibus ita est habendum. Hoc, qvod sæpe alias aliter formatum nobis videtur, & plerunqve juxta ignis effigiem, non est, opinor, ignis, k) sed igneum qviddam; nec aër, sed aëreum: nec omninò qvicqvam velut habens ullam stabilitatem. Deniqve ne pronominibus qvidem ullis dignanda sunt, qvibus in demonstratione uti solemus: cùm dicimus, hoc, vel illud. Fugiunt enim, nec expectant eam appellationem, qvæ de iis, tanqvam de existentibus, habetur. Igitur ignem qvoqve eum verè esse putandum, qvi semper idem est: & omne, cujus proprietas manet. 63
At verò id, in qvo fieri hæc singula videntur, & demum dissolvi, pereuntiaqve ad alias inde transire formas, solum illud appellandum puto certo pronomine. Rectè qvippe posse dici de eo, hoc, vel illud. Porrò, qvod recipit qvalitatem, vel etiam verti potest in contrarias qvalitates, calidum dici, vel candidum; proprioqve, & certo, nomine appellari, qvod sit incertum, & mutabile, minimè convenire.

XLIV. Ἔτι δὲ σαφέστερον αὐτοῦ πέρι, προθυμητέον αὖθις εἰπεῖν. εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χρυσοῦ, μηδὲν μεταπλάττων παύοιτο ἕκαστα εἰς ἅπαντα· δεικνύντος δή τινος αὐτῶν ἕν, καὶ προσερομένου τί ποτέ ἐστι, μακρῷ πρὸς ἀλήθειαν ἀσφαλέστατον εἰπεῖν ὅτι χρυσός. τὸ δὲ τρίγωνον ὅσα τε ἄλλα σχήματα ἐνεγίγνετο, μηδέποτε λέγειν ταῦτα ὡς ὄντα, ἅ γε μεταξὺ τιθεμένου μεταπίπτει, ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τὸ τοιοῦτον μετὰ ἀσφαλείας ἐθέλῃ δέχεσθαί τινος, ἀγαπᾷν. αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως, ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον. ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τοπαράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως. δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῶς. ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων. φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων ἀεὶ μιμήματα τυπωθέντα ὑπ' αὐτῶν τρόπον τινὰ δύσφραστον καὶ θαυμαστὸν, ὃν εἰσαῦθις μέτιμεν.

XLIV. Sed, opinor, l) etiam nunc apertiùs de eodem erit dissertare conandum. Si qvis enim cunctas formas, figurasqve, ex unâ eâdemqve auri materiâ fictas, jugiter, & sine intermissione, in alias, atqve alias, reformet: tunc, si qvis electâ unâ qvâlibet figurâ, qværat qvæ sit: opinor, posse firmè, & diligenter, ac sine reprehensione, responderi, aurum illud esse: nec addere trianguli, cylindrive, cujusve alterius formæ videbitur. Eadem & consimilis ratio, difficultasqve, in eâ naturâ, qvæ cuncta recipit corpora, reperitur, hæc qvippe minimè recedit ex conditione propriâ. Recipit enim cuncta, nec ullam ex iisdem formam trahit; &, cùm velut intrà gremium ejus formentur, qvæ 64
recipiuntur, ipsa informis manet: estqve usus ejus similis molli cedentiqve materiæ, in qvam imprimuntur varia signacula: moveturqve, & conformatur, omnimodè ab introëuntibus, ipsa nec formam, nec motum, habens ex naturâ suâ. Qvæ verò ingrediuntur, formas mutant; aliasqve alia, & diversa, cernuntur: eademqve, qvæ introëunt, & egrediuntur, simulacra sunt verè existentium rerum, miro qvodam, vixq; explicabili, modo formata ab iisdẽ verè existentib⁹ rebus, qvemadmodũ mox demonstrare enitemur pro virib⁹.

XLV. Ἐν δ' οὖν τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τριττά. τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δ' ἐν ᾧ γίγνεται. τὸ δ' ὅθεν ἀφομοιούμενον, φύεται τὸ γιγνόμενον. καὶ δὴ καὶ προσεικάσαι πρέπει, τὸ μὲν δεχόμενον μητρὶ, τὸ δ' ὅθεν πατρὶ. τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκγόνῳ νοῆσαί τε, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν ποικίλου πάσας ποικιλίας. τοῦτ' αὐτὸ ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἐνίσταται γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὖ, πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν τῶν ἰδεῶν, ὅσας μέλλει δέχεσθαί ποθεν. ὅμοιον γὰρ ὂν τῶν ἐπεισιόντων τινὶ, τὰ τῆς ἐναντίας, τά τε τῆς τοπαράπαν ἄλλης φύσεως ὁπότ' ἔλθοι δεχόμενον, κακῶς ἂν ἀφομοιοῖ, τὴν αὑτοῦ παρεμφαῖνον ὄψιν. διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς εἰδῶν εἶναι χρεὼν, τὸ τὰ πάντα ἐκδεξόμενον ἐν αὑτῷ γένη. καθάπερ περὶ τὰ ἀλείμ-

XLV. At verò nunc trinum m) genus animo sumendum est, qvod gignitur; item aliud, in qvo gignitur; præterea tertiũ, ex qvo similitudinem trahit, mutuaturqve, qvod gignitur. Decet ergo facere comparationem, similitudinemq; impertiri, illi qvidem, qvod suscipit, matris; at verò unde obvenit, patris; illi autem naturæ, qvæ inter hæc duo est, prolis. Simul ita intelligendũ, fieri non posse, ut una existat facies, qvæ omnes rerum omnium formas, vultusqve, contineat; variaqve corporis undiqve ora demonstret, nisi subjecto informi prius aliqvo corporum gremio; perinde, ut qvæ in picturis substernitur infectio decolor ad colorum lumina subvehenda. Etenim n) si erit alicujus eorum, qvæ in se reci- 65
pit, simile receptaculum; cùm qvid obveniet dissimile iis, qvibus simile est, discordabit, opinor, vultus ejus cum introgressi corporis vultu, nullamqve exprimet similitudinem. Ex qvo fit, ut receptaculi sinus, nullam propriam naturaliter expressam habeat figuram, proptereaqve informis intelligatur, omni qvippe formâ carens. Ut qvi odora pigmenta conficiunt, ante omnia curant, ut nullius sint

odoris

k) infra, p. 356. l) Bodlej. *opinor apertius nunc,* m) p. 398. n) p. 399.

ματα ὁπόσα εὐώδη τὰ δεξόμενα ὑγρὰ τὰς ὀσμάς, ὅσοι τε ἔν τισι τῶν μαλακῶν σχήματα ἀπομάττειν ἐπιχειροῦσι, τοπαράπαν σχῆμα οὐδὲν ἔνδηλον ὑπάρχειν ἐῶσιν. προομαλύναντες δὲ, ὅτι λειότατον ἀπεργάζονται. Ταυτὸν οὖν καὶ τῷ τὰ τῶν πάντων ἀεί τε ὄντων, κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ πολλάκις ἀφομοιώματα καλῶς μέλλοντι δέχεσθαι, πάντων ἐκτὸς αὐτῷ προσήκει πεφυκέναι τῶν εἰδῶν. διὸ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ πάντως αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν, μήτε γῆν μήτε ἀέρα μήτε πῦρ μήτε ὕδωρ λέγομεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων, μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν, ἀλλ᾽ ἀόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον πανδεχές. μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πη τοῦ νοητοῦ, καὶ δυσαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες, οὐ ψευσόμεθα. καθόσον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων δυνατὸν ἐφικνεῖσθαι τῆς φύσεως αὐτοῦ, τῇδ᾽ ἄν τις ὀρθότατα λέγοι.

odoris proprii, qvæ condeutur, susceptura videlicet humidos succos odoraminum. Et qvi materiis mollibus, impressioniqve cedentibus, insignire formas aliqvas volunt, purè lævigatas apparant, nec ullam omnino formam in apparatâ lævigatione apparere patiuntur: sic ei, qvod omnibus rerum omnium formis, & figuris, æternæ vitæ, mansurisqve per secula, rectè insignietur, nulla omnino propria species falsâ opinione tribuenda est. Ideoq; facti, generati, visibilis, matrem animalis, corporeæqve substantiæ receptaculum, neqve terram, neqve aqvam, nec verò ignem, vel aëra, nec qvicqvam aliud, qvod ex iis creatum est, nec verò ex qvibus hæc ipsa subsistunt, o) appellandum, sed invisibilem potiùs speciem qvandam, & informem capacitatem, mirâ qvâdam, & incomprehensibili, ratione inter 66 nullam & aliqvam substantiam, nec planè intelligibilem, nec planè sensilem, positam: sed qvæ ex iis, qvæ [illegible] commutantur, intelligi tamen posse videatur. Ignis qvidem pars ejus ignita, humecta verò pars ejusdem aqvæ: si modo expertis rei pars ulla dici potest. Terra qvoqve, & aër, ratione illâ, si forte qvâ, simulacra eorum recipit in se, de qvibus singulis hujusmodi tractatus instituendus videtur.

πῦρ μὲν ἑκάστοτε αὐτοῦ, τὸ πεπυρωμένον μέρος φαίνεσθαι, τὸ δὲ ὑγρανθὲν, ὕδωρ. γῆν δὲ καὶ ἀέρα, καθόσον ἂν μιμήματα τούτων δέχηται. λόγῳ δὲ δὴ μᾶλλον τὸ τοιόνδε διοριζομένοις περὶ αὐτῶν διασκεπτέον.

XLVI. Ἆρ᾽ ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ πάντα περὶ ὧν ἀεὶ λέγομεν οὕτως αὐτὰ καθ᾽ αὑτὰ ἕκαστα ὄντα, ἢ ταῦτα ἅπερ καὶ βλέπομεν, ὅσα τε ἄλλα διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα, μόνα ἐστὶ τοιαύτην ἔχοντα ἀλήθειαν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτα οὐδαμῇ οὐδαμῶς. ἀλλὰ μάτην ἑκάστοτε εἶναί τι φαμὲν εἶδος ἑκάστου νοητὸν, τὸ δὲ οὐδὲν ἄρ᾽ ἦν, πλὴν λόγος. οὔτε οὖν δὴ τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδίκαστον ἀφέντα, ἄξιον φάναι διισχυριζόμενον ἔχειν οὕτως, οὔτ᾽ ἐπὶ μήκει λόγου πάρεργον ἄλλο μῆκος ἐπεμβλητέον. εἰ δέ τις ὅρος ὁρισθεὶς μέγας διὰ βραχέων φανείη, τοῦτο μάλιστα καιριώτατον γένοιτ᾽ ἄν. ὧδε οὖν τήν γ᾽ ἐμὴν τίθεμαι ψῆφον αὐτός. εἰ μὲν νοῦς καὶ δόξα ἀληθής ἐστὸν δύο γένη, παντάπασιν εἶναι καθ᾽ αὑτὰ ταῦτα ἀναίσθητα ὑφ᾽ ἡμῶν, εἴδη νοούμενα μόνον. εἰ δ᾽ ὥς τισι φαίνεται δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέρει τὸ μηδὲν, πάνθ᾽ ὁπόσα ἂν διὰ τοῦ σώματος αἰσθανώμεθα θετέον βεβαιότατα. δύο δὴ λεκτέον ἐκείνω, διότι χωρὶς γεγόνατον, ἀνομοίως τε ἔχετον. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ᾽ ὑπὸ πειθοῦς ἡμῖν ἐγγίγνεται. Καὶ τὸ μὲν ἀεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου, τὸ δὲ ἄλογον. καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον πειθοῖ, τὸ δὲ μεταπειστόν. καὶ τοῦ μὲν πάντα ἄνδρα μετέχειν φατέον, νοῦ δὲ θεούς. ἀνθρώπων δὲ γένος, βραχύ τι. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ὁμολογητέον μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταυτὰ ἔχον εἶδος, ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν, οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν. ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο, ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν.

XLVI. Est ne aliqvis ignis p) seorsû positus, & incommunicabilis: Item cæteræ species, qvas concipientes mente, dicimus separatas à cœtu corporearum specierum fore archetypa exemplaria rei sensilis, an hæc sola sunt, qvæ videntur, qvæqve corporis intentione sentimus, Nec præter hæc ulla sunt usqvã, sed frustra præsumitur esse intelligibiles species, qvarũ sint imagines sensiles, easq; nihil aliud esse qvàm verba? Qvod qvidem neqve inexaminatum relinqvi placet, nec ad prolixum naturâ suâ tractatum, minimè pertinens ad rem agmen verborum addendum. At verò, si qvis amplæ rei finis disceptationem compendio dirimet, hunc certè adsciscere operæ precium facientis est. Ipse igitur 67 qvid de hâc re sentiam, dicam. Si intellectus, q) itemq; vera opinio, duæ res sunt: necesse est hæc ipsa per semet esse intellectu, potiùs qvam sensibus, asseqvenda. Sin verò ut qvibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihil differt, omnia, qvæ corporea sentimus, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda: r) propterea qvod utraq; magnâ differentiâ distant. Qvippe qvorum alterum doctrina nobis insinuet, alterum persuasionis assumptio; & alterum qvidem semper cum ratione verâ, porrò sine ullâ ratione alterum. Item alterum eorum nullâ persuasione traducibile, alterũ nutans, incertumq; semper, & deviabile. s) Qvid, qvod rectæ opinionis omnis homo t) particeps, intellectus verò Dei proprius, & paucorum admodum lectorum hominum? Qvod cùm ita sit, fatendum est, esse ejusmodi speciem semotam à sensibus, in semet locatam u) sine ortu, sine occasu: qvæ neqve in se recipit qvicqvam aliunde, neqve ipsa procedit ad aliud qvicqvam, invisibilem, insensilem, soli mentis intentioni, animadversioniqve, perspicuam.

XLVII. Τὸ δὲ ὁμώνυμον, ὅμοιόν τε ἐκείνῳ, δεύτερον αἰσθητὸν, γεννητὸν, πεφορημένον ἀεὶ, γιγνόμενον ἔν τινι τόπῳ, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον, δόξῃ μετ᾽ αἰσθήσεως περιληπτόν. τρίτον δὲ αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεὶ φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν,

XLVII. Porrò qvod ab hoc secundum est, nativum, sensibile, sustentabile, consistens aliqvo in loco, & rursum cum immutatione, 68 & interitu, recedens: sensibus, & opinione, noscendum. Tertium genus x) est loci, qvod ne ad interitum qvidem pertinet;

sedem

o) Bodlej. *ipsa sunt.* p) infra p. 400. q) p. 401. r) Bodlej. *dicendum,* s) al. *derivabile.* t) ita Bodlej, pro *omnis vir.* idem inox *electorum* pro *lectorum*. u) infra p. 402. x) p. 403.

CHALCIDII V. C.

In Timæum

PLATONIS

Commentarius.

I.

71 TIMÆUS PLATONIS, A Veteribus a) difficilis habitus est, atque existimatus, ad intelligendum: non ex imbecillitate sermonis, b) obscuritate natâ, quid enim illo viro promptius? sed quia legentes artificiosæ rationis, quæ operatur in explicandis rerum quæstionibus, usum non habebant: styli genere sic instituto, non ut alienigenis, c) sed propriis quæstionum probationibus, id quod in tractatum venerat, ostenderetur. Illa enim demum certa est probatio, quæ congruis accommodatisque rationibus quæstiones revelat. Ut, si de motu stellarum aliqua oriatur cunctatio, ex eâ disciplinâ, quæ Astrologia d) dicitur, demanet assertio. Si de 72 fidium varietate, & de eo, qui ex diversis vocibus sonisque nascitur, concentu, tractatus habeatur: musicæ remediis cunctatio sopiatur. Et prorsus teneatur id institutum, quod à peritissimis medicis usquequaque observari solet, cum pro naturâ vulnerum auxilia medicamentorum adhibent in medendo.

II. In hoc porro libro cum de statu agatur universæ rei, e) omniumque eorum, quæ mundus complectitur, causa & ratio præstetur: necesse fuit multas, & varias, existere quæstiones; De planis figuris, De solidis corporibus, De incorporatione animæ vivificantis sensilem mundum; De motu ejus, & agitatione perpetua; De stellarum discursibus, ratis, & errantibus. f) Cunctis certarum disciplinarum artificialibus remediis occurrendum erat, Arithmeticis, Astronomicis, Geometricis, Musicis: quo singulæ res domesticis, & consanguineis rationibus explicarentur. Ideoque iis, qui in artificialium usu non fuerant, tanquam alienigenum g) sermonem ignorantibus minimè probabantur. Porro aliis, qui unam aliquam ex disciplinis perceperant, id solum, quod sciebant, recognoscentibus probabatur; cætera ignorationis 73 obscuro latebant.

III. Ex quo apparet, hoc opus illis propemodum solis elaboratum esse, ac videri, qui fuerant h) in omnium hujusmodi scientiarum usu, atque exercitatione, versati:

a) Hinc illud πλῆθος ἐξηγητῶν & interpretum Timæi Platonici, eorumque inter se dissensus atque ἀμφισβήτησις γραψάντων καὶ ἀντιγραψάντων ἀλλήλοις, ut notat Proclus. Numerorum præcipue rationes, quorum obscuritas etiam in proverbium abiit, plerique quod non intelligerent, cum cætera Timæi interpretarentur, plane intactas reliquerunt teste Sexto Empirico contra Grammaticos p. 60. Cicero lib. 2. de finibus cap. 5. *Est cum rerum obscuritas non verborum facit ut non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis.*

b) Chalcidius infra p. 420. *Juxta dicentem fit obscuritas, cum vel studio dataque opera dogma suum velat auctor, ut fecerunt Aristoteles & Heraclitus: vel imbecillitate sermonis.* Hinc patet male in Meursii editione post *imbecillitate*, positam esse στιγμήν.

c) Vir doctus scribit *alienis*. Sed Crotone sanior est lectio *alienigenis*. Sic infra: *tanquam alienigenum sermonem ignorantibus minime probabantur.* Quas vicissim mox *proprias*, has alibi *consanguineas* vocat probationes, alii *cognatas*. Boëthius lib. 3. de Consolat. Philosophiæ, prosa 12. *quod si rationes quoque non extra petitas sed intra rei quam tractabimus ambitum collocatas agitavimus, nihil est quod admirere, quum Platone sanciente didiceris cognatos de quibus loquimur rebus oportere esse sermones.*

d) Astrologiæ & Astronomiæ vocabulo promiscue utitur, quod ab aliis etiam fieri veteribus notavi ad Sextum Empiricum contra Astrologos.

e) *Universa rei* i. e. mundi, qui Tullio *universitas*. Noster infra p. 98. *at vero cum de mundi, hoc est universæ rei constitutione tractetur.* p. 211. *quo fit plena perfectaque universa res.*

f) *Discursibus* i. e. motibus & gyratione ac periodis siderum. Stellæ *ratæ* nostro frequenter, quas communiter fixas appellamus.

g) *Alienigenum* hoc loco vocat, qui licet sit consanguineus cognatusque illi arti de qua sermo est, tamen alienus est ac veluti barbarus non intelligentibus & artis illius penitus ignaris.

h) Pro *fuerant* malim legere *fuerint*.

quos cum oporteret tantam ſcientiæ claritudinem communicare cum cæteris, infelicis invidiæ deteſtabili reſtrictione, largæ beatitudinis fuſionem incommunicabilem i) penes ſe retinuerunt.

IV. Itaque quia jubentibus vobis * mos erat gerendus; licet ea, quæ jubebantur, potiora eſſent, quàm ſuſtinere mediocre ingenium valeret, ſolâ translatione contentus non fui; ratus obſcuri, minimeque illuſtris, exempli ſimulacrum ſine interpretatione translatum, in ejusdem, aut etiam majoris, obſcuritatis vitio futurum. Et ea, quæ mihi viſa ſunt in aliquâ difficultate, ſic interpretatus ſum, ut ea ſola explanarem, quæ incognitarum artium, diſciplinarumque, ignoratione tegerentur. Erat enim arrogantis, & velut ingeniis legentium diffidentis, ea, quæ communi omnium intelligentiæ paterent, ſuperſtitioſâ interrogatione fruſtra retexere. Denique de prin-
74 cipio libri, quo ſimplex narratio continebatur rerum antegeſtarum, & hiſtoriæ veteris recenſitio, nihil dixi. Rationem tamen totius operis, & ſcriptoris propoſitum, & ordinationem libri, declaranda eſſe duxi.

V. Nam cum pridie Socrates decem libris omnibus de Republica diſputaſſet; ad quem tractatum non ex principali causâ, ſed ex conſequenti, deſcenderat. (Siquidem cum de juſtitiâ quæri cœptum fuiſſet, quam diffinierat Thraſymachus orator, k) eam eſſe, quæ huic prodeſſet, qui plurimum poſſet: Socrates contra docuiſſet, immo eam potius, quæ iis prodeſſet, qui minimum poſſent;) ut illuſtriore uteretur exemplo, ſi eam non unius hominis ingenio, ſed in urbis alicujus populoſæ frequentiâque populari ſcrutaretur: imaginem quandam depinxit urbis, quæ juſtis moribus, inſtitutisque, regeretur; & convenienti legibus felicitate frueretur: l) contra, quod ſi quando degeneraſſet ab inſtitutis, quàm improſpera eſſet ei civitati, quamque exitiabilis, mutatio morum futura.

VI. Igitur cum in illis libris quæſita, atque inventa videretur eſſe juſtitia, quæ verſaretur in rebus humanis: ſuper- 75
eſſet autem, ut naturalis æquitatis fieret inveſtigatio, hujus tanti operis effectum, quod ingenio ſuo diceret m) oneroſum, Socrates Timæo, & Critiæ, & Hermocrati, delegandum putavit: atque illi munus injunctum receperunt. Ex quo apparet, in hoc libro principaliter illud agi, contemplationem conſiderationemque inſtitui, non poſitivæ, ſed naturalis illius juſtitiæ, atque æquitatis, quæ ſcriptam conſtituendis legibus, deſcribendisque formulis, tribuit ex genuina n) moderatione ſubſtantiam. Perindeque ut Socrates, cum de juſtitiâ diſſereret, quâ homines utuntur, induxit effigiem civilis reipub. ita Timæus Locrenſis ex Pythagoræ magiſterio aſtronomiæ quoque diſciplinæ perfecte o) peritus; eam juſtitiam, quâ divinum genus adverſum ſe utitur, in mundi hujus ſenſilis & veluti quadam communi urbe, ac republica voluit inquiri.

VII. Nunc ordinatio libri, & ſpecies, revelanda eſt.

XIII.

i) *Incommunicabilem* i. e. haud communicatam.

* Oſium alloquitur.

k) Apud Platonem 1. de Rep. p. 375. Φημὶ γὰρ ἐγὼ εἶναι τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. Socrates contra p. 377. oſtendit eſſe potius τοῦ ἥττονος καὶ ἀρχομένου.

l) Al. *extrueretur*, male.

m) Al. *duceret*.

n) *Ex genuina* Rigaltius recte emendavit pro eo quod Meurſius ediderat *ex gemina*. Paullo ante *ſcriptam conſtituendis legibus*, neceſſario videbatur mihi eſſe reponendum pro *ſcripta in*, ut ad *ſubſtantiam* referatur.

o) *Perfecte peritus*. Hinc ἀστρονομικώτατος dicitur Timæus Proclo p. 62. ad Platon. & Syneſio de dono aſtrolabii p. 307. Male in Meurſii edit. *profecta*.

p) Al. *de moderatione*: perperam.

q) Per *præpetes* volatilia intellige, ut per cœleſtia animalia, ſtellas.

r) *Plerique* non plurimi Chalcidio ſunt, ſed aliqui. Ut *plerumque* pro interdum ponunt etiam optimi ſcriptores. Antequam vero caput hoc Chalcidius ingreditur, elegantem præmittit de Providentia & Fato diſputationem à p. 235. ad 280.

XIII. De silva. s) p. 364.
XIV. De tempore.
XV. De primis materiis silvestribus, & proprietatibus t) earum.
XVI. De diversis humoribus corporum, & phlegmate.
XVII. De sensibus odorationis, & gustatus.
XVIII. De colorum varietate, & conversione ex alio in alium; quæque coloribus similia sunt.
XIX. De principali u) vitalis substantiæ.
XX. De animâ, & partibus ejus, & locis.
77 XXI. De corporis membris, & artubus.
XXII. De nationibus diversarum gentium.
XXIII. De ægritudine corporis.
XXIV. De ægritudine animæ.
XXV. De medelâ utriusque materiæ.
XXVI. De universo mundo; & omnibus, quæ mundus complectitur.
XXVII. De intelligibili Deo. Quorum omnium sigillatim, secundum ordinem libri, expositio fiet.

VIII. Iam ut doceat mundi corpus perfectum esse: (perfecta porrò corpora sunt solida, quæ ex tribus constant, x) longitudine, latitudine, crassitudine,) prius epipedas, y) hoc est planas figuras; quæ longitudinem modò, & latitudinem, nullam verò profunditatem habent, exponit. Quibus ait, unam sufficere posse medietatem: quippe duo distantia, unâ mediâ interjectione continuari; habente aliquam inter duo illâ distantia cognationem. Sic dicens;

Ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὡντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅ, τι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτὸ, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον. Καὶ πάλιν αὖθις ὅ, τι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον τὸ ἔσχατον γενόμενον, τὸ δὲ ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον αὖ μέσα ἀμφότερα. Πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται· τὰ αὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις, ἓν πάντα ἔσται· z)

Cum enim ex tribus, vel numeris, vel molibus, vel potentiis, medietas imo perinde quadrat, ut summitas medio; rursumque ut imum medio, sic medietas summo: tunc certè medietas à summo, 78 *& item imo, nihil differt. Rursumque extimis illis ad medietatis conditionem, atque ad ejusdem parilitatem, redactis: cùm medietas quoque extimorum vicem suscipit, fit, opinor, ut tota materia unâ & eâdem ratione societur: eoque pacto eadem sibi erunt universa membra: quippe quorum sit una conditio. Unis porrò effectis membris, unum erit atque idem totum.*

IX. Utitur probatione arithmeticâ. Sit ergo descripta trigemina figura, quæ ostendat quatenus si duo distent à se, unâ mediâ continuentur cognatâ interjectione. (*Vide* FIGUR. I.) Quadrati, quod principe loco descriptum est, sit unum latus in momentis, verbi causâ, duobus. Aliud latus in momentis tribus. Hoc supputatum facit aream totius perfecti quadrati momentorum sex, bis enim tria sex sunt. Ultimi verò quadrati, & distantis primo, sit demum latus unum momentorum quatuor; aliud latus, momentorum sex; hoc supputatum facit aream integri quadrati momentorum, viginti quatuor. Quater enim sex, viginti quatuor sunt. Hæc autem medietas, quæ est in duodecim, & ita adhæret, ut impulsa extima quadrata continuatura videatur; 79
cognata est extimis. Siquidem quotâ parte minor est imo, id est dimidiâ, totâ major est summo. Siquidem duodecim dimidia viginti quatuor pars sit; summa rursum quatuor & viginti posita in imo, sit duodecim, quæ est in medio, dupla. a) Summa item mediæ, summæ superioris dupla: bis sex enim, duodecim.

 Ita

s) *Silva* ὕλη, materia. Hoc postremum caput est eorum quæ exstant. Nam proximum de tempere & insequuta omnia desiderantur, ut adeo vix dimidia pars commentarii Chalcidii ad nos pervenerit.

t) Al. *de perpessionibus.* Apud Platonem quidem sequitur locus de temperie sive κράσει materiæ ac mixtione, ut etiam Rigaltium video in Codice suo annotasse.

u) Hoc Platoni est cor.

x) Infra p. 83. *& quoniam mundi summitas, id est ignis, solidum corpus existens habet illa tria, longitudinem, latitudinem, soliditatem.* Vide Gellium lib. 1. cap. 20.

y) Idem Gellius: *Figuram qua schemata Geometræ appellant, genera sunt duo, planum & solidum. Hæc ipsi vocant* ἐπίπεδον καὶ στερεόν. *Planum est, quod in duas partes solum lineas habet, qua latum est & qua longum: qualia sunt triquetra & quadrata, quæ in area fiunt, sine altitudine.*

z) Confer quæ ad hunc locum illustrandum fuse Proclus libro III. in Platonis Timæum p. 145. seq. Trigemina porro illa figura tribus constat quadratis hac proportione

Quadrata,	latera latitudinis,	latera longitudinis,	Area:
γϑ *Primum*	2	3	6
ζδ *Medium*	3	4	12
βδ *Ultimum*	4	6	24

a) Male in superioribus editionibus erat στιγμὴ post duodecim, cum sensus sit numerum viginti quatuor in imo positum, esse duplum numeri duodecimi in medio positi.

X. Ita dimidietatis, & dupli ratione sociantur; & fit extimorum limitum, & medietatis, una eademque conditio. Quid? quod medietas de extimis nascitur? sive enim summi limitis minorem summam cum imi limitis majore summâ multiplicavero, seu contra summi limitis majorem summam cum imi limitis minore contulero, multiplicans utraque, hac viâ nascitur duodecim numerus. Tam enim bis sex, quàm ter quatuor, duodecim fient.

XI. Hæc eadem distantium à se duûm continuatio unius interjectu medietatis, geometricis etiam probationibus reveletur. Sint ergo etiam nunc descriptæ figuræ. Duas ex adverso positas lineas, parallelogramas Geometrici appellant, consequenter etiam planas quadraturas parallelogramma.
80 Propositum est probare, quemadmodum duûm parallelogrammorum similium unum mediū inveniatur, quod ratione non careat. (*Vide* FIGUR. 2.) Sint igitur duo similia parallelogramma, quibus assistunt Græcæ literæ βδ & γϑ b), habentia æquales angulos: unū, qui est sub βγδ, ei, qui est sub ηγζ. Porrò ubi æquales anguli, latera pro competenti erunt: ut enim est βγ latus juxta γζ: ita δγ latus juxta γη latus. Dico duûm horum similium parallelogrammorum inveniri medium aliud rationabile. Sic quippe directum βγ latus γζ lateri. Erit igitur etiam δγ latus γη lateri directum, & directis lineis αδ & ϑζ agantur extimæ lineæ δε & ζε: compleaturque hoc pacto omnis figura. Ut igitur βγ latus juxta γζ latus, ita βδ parallelogrammum juxta δζ parallelogrammum. Sunt enim in eâdem quadraturâ αε, βζ. Rursumque ut γδ latus juxta γη latus: sic & parallelogrammum γε juxta ζη parallelogrammum Sunt enim hæc quoque in quadraturâ δη εϑ. Ut ergo βδ parallelogrammum juxta δζ c) parallelogrammum, sic item δζ parallelogrammum juxta id quod subter est
81 γϑ parallelogrammum. Inventum est ergo unum medium, id est, δζ parallelogrammum inter duo similia parallelogramma, quod fieri debuit.

XII. Nihilominus etiam in triangularibus formis medietatis insertio consideratur in hujusmodi formâ. Propositum est probare, quemadmodum triangulorum similium unum medium competens inveniatur. (*Vide* FIGUR. 3.) Sint duo similia triangula limitata Græcis literis αβγα, alterum δβεδ d) æquis angulis: uno, qui est sub αβγ; altero, qui est sub δβε. Ubi enim æquales anguli, etiam latera pro competenti erunt: ut enim αβ latus, juxta βε latus: sic γβ latus, juxta βδ latus. Dico horum duûm similium triangulorum unum medium competens inveniri. Si enim e) concessum, directum esse αβ latus, βε lateri: erit etiam γβ latus, directum f) βδ lateri: & conjungat ducta linea indirectum g) latus, quod est αδ. Ergo ut est αβ latus, juxta βε latus: sic βδεβ triangulum juxta δβαδ triangulum. Sub eâdem quippe altitudine sunt αδ literæ. Ut autem γβ latus juxta βδ latus, sic δαβδ triangulus juxta αγ h) triangulum. Sunt enim sub eâdem hæc quoque altitudine α literæ. Erit ergo ut δβεδ i) triangulus, juxta δβαδ triangulum: sic idem δβαδ triangulus, juxta αβγα triangulum. Duûm ergo similium triangulorum, id est αβγα, & δβεδ, factum est tertium, id est δβαδ triangulum, quod faciendum erat.

XIII. Εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ' αὐτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτήν. Νῦν δὲ, στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, (τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ μεσότητες ἀεὶ συναρμόττουσιν) οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ, τι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ

XIII. *Igitur*, inquit, *si mundi corpus longitudinem & latitudinem solam, soliditatem verò nullam habere deberet, essetque hujusmodi, qualis est perfectorum corporum, superficies; una medietas sufficeret ad semet ipsam vinciendam, & extimas partes. Nunc, quoniam soliditate opus erat mundano corpori, solida porro nunquam unâ, sed duabus medietatibus vinciuntur, idcirco mundi opifex inter ignem, terrâmque, aëra & aquam inseruit, li-*

b) In editis male erat αδϑ. pro βδ & γϑ.

c) Male in editis erat αζ pro δζ.

d) Male in editis erat βγα & αβεδ pro βγα & δβεδ. Mox pro *ubi etiam* scripsi *ubi enim* & deinde αβ *latus* pro δβ *latus sic.*

e) Male editum erat *sic enim.*

f) Perperam erat in editis *indirectum* pro *directum.*

g) Ita legendum uno vocabulo *indirectum*, non ut editi *in directum.*

h) Pro αβγα mala erat αβτα.

i) Male erat αβεδ pro δβεδ. Mox αβγα scripsi pro αχγδ.

ὕδωρ, καὶ ὅ, τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο δ' ὕδωρ πρὸς γῆν.

bratis iisdem elementis salubri modo, ut quæ cognatio est inter ignem & aëra, eadem foret inter aëra & aquam: rursum quæ inter aëra & aquam, hæc eadem in aquæ terræque societate consisteret. k)

Mundi corpus solidum esse dicit, & globosum. Hujusmodi autem corpora duabus medietatibus vinciuntur, quatenus ut in effigie pilæ l) & in illo ambitu: est quippe aliqua longitudo, est etiam latitudo, quas di-
83 metimur impresso puncto in medietate summitatis, ad quam medietatem undique ab ambitu æquales lineæ porriguntur. Una igitur hæc medietas in superficie sita est, altera in profundo, ad quam punctum illud pervenit, si deprimatur usque ad altitudinem mediam.

XIV. Quâ de causâ geminis existentibus medietatibus, non, ut in planis figuris, semel est facienda multiplicatio, sed bis. Quippe illic m) duo latera describebamus, quorum alterum in duobus momentis, alterum in tribus constituebamus; duóque ad tria multiplicantes, inveniebamus nasci senarium numerum. At in his solidis formis, propter geminam medietatem, geminabitur multiplicatio: ut cùm ex duobus & tribus multiplicatis, natus erit idem senarius juxta unius interim medietatis rationem: juxta alterius quoque medietatis, quæ forte erit in numero quaternario, quater sex supputemus: atque ita summa omnis, sive numeri, sive molis, seu qualitatis, in viginti quatuor partibus inveniatur. Et quoniam mundi summitas, id est ignis, solidum corpus existens habet illa tria, longitudinem, latitudinem, soliditatem: sed non peræque,
84 siquidem in illo ignis n) plus est claritudinis, aliquanto minus moderati caloris o), exiguum verò soliditatis: in terræ autem globo plus sit soliditatis, aliquantum verò humoris, perexiguum lucis: aëris & aquæ duæ medietates quam habent cognationem cum supra memoratis elementis, intelligamus.

XV. *Sequitur descriptio solidarum figurarum cùm numeris suis juxta arithmeticam disciplinam.* p)

Harum solidarum formarum cognatio, numerorum indicatur consortio. Siquidem primi limitis summa, dimidia pars fit secundi limitis summæ. Nam vigintiquatuor numerus, quadraginta octo numeri dimidia pars est. Secunda item tertiæ, & hæc quarti limitis summæ dimidietas. Æquè retrorsum quoque postrema tertiæ dupla: tertia item secundæ dupla, & primæ secunda. Atque his mediis duabus, quæ inter duas formas extimas inseruntur, genitura est de hisdem extimis. Est enim primi limitis medietas in potiore numero, id est senario, qui nascitur ex multiplicatis summis minoribus, bis tribus. q) Est item novissimi limitis in minore numero medietas, id est, octo. Igitur primi limitis majorem medietatem cum 85
postremi limitis minore medietate multiplicans, creo secundi limitis totam in quadraginta octo numero positam substantiam. At verò si primi limitis minorem, quæ est quatuor, cum postremi limitis majore medietate, quæ est in quatuor & viginti, summâ natâ ex quater senis, comparavero, creabitur omnis substantia tertij limitis, quæ est posita in nonaginta sex. Sic duo extimi r) solidorum corporum duabus medietatibus vinciuntur, ut certa, minimeque inficiabilis, arithmeticæ disciplinæ confirmat auctoritas, testimonium præbens Platoni.

XVI. Hæc eadem solidorum duûm corporum distantia, seu duplex medietas, conjungere distantia corpora geometricis etiam rationibus pro competenti modo sic ostenditur. Sed prius, quia est è re, accommodatum-

k) Ad hunc Platonis locum conferendus Proclus libro III. in Timæum Platonis p. 147. seq.

l) Ita recte editio vetus Paris. pro *pila* quod habet Meurs. Eadem male interpungit post verba *in illo ambitu est:* & deinde quæ proxime sequuntur includit parenthesi, prorsus contra Chalcidii mentem.

m) Supra p. 78. n) *In illo ignis*, scilicet corpore.

o) Quem hic moderatum vocat calorem, mox humorem interpretatur.

p) Ad descriptionem illam clarius intelligendam en tibi

Limites,	*Latera* Latitud.	Longitud.	*Medii numeri* parallelogramm.	altitudines.	Summæ parallelepipedon.	
Primus	2 &	3	6	4	24	αβγδεζηϑ
Secundus	3 &	4	12	4	48	δγρσϑητλ
Tertius	3 &	4	12	8	96	ϑητλξυφο
Quartus	4 &	6	24	8	192	κϑλμυξοπ

q) Ita scribendum vidit etiam Rigaltius, pro *bis tribus*.

r) *extimi* familiare Chalcidio vocabulum pro *extremi*.

s) *Disciplinæ* vocabulum in Meursii edit. exciderat, quod è Parisiensi revocavi.

datumque tractatui, quid sit hoc quod *com-*
petens t) adpellatur, ἀναλογία verò à Græ-
cis, explicabo. Geminum est competens,
unum continuum, alterum distans. Con-
tinuum competens u) est, quod communi
medio fine conjungit extima: Distans, quod
duobus mediis finibus separat extima. Ratio
86 verò est duûm finium juxta semetipsos ha-
bitus, & quasi quædam conventio. Itaque
competens ex complurium rationum com-
paratione subsistit x): & continuum quidem
competens in tribus, ut parum, y) finibus
invenitur: sicut primus juxta secundum, sic
secundus juxta tertium; hoc est, ut octo
juxta quatuor, sic quatuor juxta duo. Quo-
rum quidem finium is, qui est medius, in
se replicatus, z) æqualis est ei, qui de mul-
tiplicatione nascitur extimorum, quadrato.
Bis octoni siquidem sedecim, & quaterni qua-
ter totidem. Distans autem competens in
quatuor minimum limitibus reperitur; si-
cut primus juxta secundum, sic tertius juxta
quartum a): id est, ut octo juxta quatuor,
ita sex juxta tria. Non enim possumus re-
petentes dicere, b) sic quatuor juxta sex. In
quibus æquè, ut in continui competentis fi-
nibus, is qui consit ab extimis, æqualis ei,
qui nascitur ex supputatione mediorum.
Ter enim octo vigintiquatuor summam fa-
ciunt: æque sexies quatuor eandem sum-
mam creant.

XVII. Utitur ergo nunc ratione, ac re-
medio c) continui competentis, propte-
rea quod natura ejus conjugabilis est, & ad-
unatrix distantium limitum, similis ejus ra-
tionis quâ Deus mundi sensilis fabricator
87 usus est, cum extimis mundi limitibus, ig-
ni atque terræ, d) aëris & aquæ insereret
medietatem.

XVIII. *Descriptio parallelepipedorum duûm distantium, quæ parallelepipeda continuantur ad unam soliditatem, insertis duobus juxta rationem continui competentis, quod à Græcis appellatur ἀναλογία συνεχής.* (*Vide* FIGUR. 4.)

Quatenus ergo hæc descriptio demon-
strat solida duo corpora quæ παραλλη-
λεπίπεδα Geometrici vocant, insertis aliis
similibus solidis duobus continuari juxta ra-
tionem continui competentis, tam ex coag-
mentatione e) quàm ex dissolutione, fiet
palam. Describitur parallelogrammum,
id est quadratura, quàm limitant Græcæ li-
teræ quatuor hæ αβγδ, & huic quadratu-
ræ superimponitur aliud quadratum, quod
continetur literis εζηθ. Et connectun-
tur εα literæ. Item ζβ. Item θδ. Item
ηγ. & hoc facto completur unum solidum
sive παραλληλεπίπεδον. Huic aliud simile
describitur hoc modo per εθ lineam, eiici-
tur θλ, & item per δθ eiicitur linea θξ,
& per ηθ eiicitur linea θκ, & ex notâ κ
extenditur linea κμ. Item ex notâ μ dedu-
citur linea μλ: ex notâ item ξ eiicitur li- 88
nea ξο, & ex hisdem ξ item ο notis agun-
tur in directum duæ lineæ, una ξν altera
οπ, & sunt æquales, εθ quidem lineæ θλ
linea, δθ f) verò lineæ θξ linea, ηθ li-
neæ θκ linea. Item æqualia parallelogram-
ma κθλμ, νξοπ: g) & connectuntur
νκπμ, ολξθ. Eritque hoc pacto solidum
natum aliud ex hac descriptione. Dico igi-
tur inter hæc duo similia solida duo alia si-
milia solida juxta rationem continui com-
petentis inveniri, deduco enim per νξ li-
neam, ξυ lineam: per lineam πο, οφ li-
neam: per μλ verò lineam, λτ lineam:
per αδ, h) item, δς lineam: per βγ line-
am, γϱ lineam, & sint æquales νξ linea, ξυ
lineæ:

t) Macrobio *competentia* dicitur in Somnium Scip. lib. 2. cap. 2. *Cognovit nullam esse posse sine his numeris jugabilem competentiam.* Gellius sive ut Meursio placet Agellius lib. 1. cap. 1. *Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei mensura conveniret, secundum naturalem omnium membrorum inter se competentiam.* Hæc Meursius.

u) ἀναλογία συνεχής infra p. 87. cui opponitur ἀναλογία διῃρημένη· Porro ἀναλογία Cicerone auctore in interpretatione Timæi Platonici, *Latine, audendum est enim, quoniam hæc primum à nobis novantur, comparatio proportiove dici potest.* Idem alio loco *contentionem* appellavit. De ratione autem quæ Græcis λόγος, λογισμὸς, σχέσις, & de proportionis genere triplici, Arithmetica, Geometrica, & Musica, multis præter Proclum ad Platonem Theo Smyrnæus atque ad Nicomachi Geraseni Arithmeticam Iamblichus.

x) Iamblichus libro laudato p. 79. ἀναλογία, σύστημα λόγων. Confer, si lubet, Sam. Tennulii notas ad Jamblichum p. 125.

y) *Ut parum* hoc loco idem est quod infra dicit *minimum.*

z) *In se replicatum* numerum intellige in se ductum sive multiplicatum, ut quatuor in se replicata dant sedecim.

a) *Juxta* in superioribus editt. exciderat.

b) Hoc loco interpungendum, non post *sic*, ut in antea editis.

c) Videri possit legendum *medio.* Sed *remedium* dixit Chalcidius eodem sensu.

d) Ita recte edit. Paris. non ut Meurs. *ignis atque terra.*

e) Al. *coaugmentatione.*

f) Male λθ in Meursii edit.

g) In edit Paris. & Meurs. exciderat prima ex postremis quatuor litteris.

h) Ita recte edit. Paris. pro αλ.

lineæ: πο linea, οφ lineæ: μλ linea, λτ lineæ: αδ linea, δς lineæ: ϐγ linea, γϱ lineæ. Parallelogramma item sunt æqualia, quæ in iisdem sunt quadraturis i), & connectuntur υη, ςλ, φτ, τϱ, k) & si qua alia latera, l) eruntque expresse connexa quatuor solida.

XIX. Quatenus hoc probatur? Ut enim est εϑ latus, juxta ϑλ latus, ita in longum erit εζϑη parallelogrammum juxta θητλ m) parallelogrammum. Erit ergo etiam δγεζϑηβα solidum juxta ϑητλξυφο solidum. At enim latera supra comprehen-
89 sa habent adversum se competentem modum, utpote quæ sub iisdem quadraturis sunt. Quadraturæ item sibi competunt, quia sunt sub eadem altitudine n) & solida: ergo supradicta habebunt adversum se competentem parilitatem. Rursum ut est δϑ latus juxta ϑξ latus in altitudine, ita erit ϑδγη parallelogrammum juxta ϑξυη parallelogrammum. Erit ergo etiam δγεζϑηβα o) solidum juxta ϑητλξυφο solidum. Atenim latera supra comprehensa habent adversum se competentem modum, utpote quæ sub iisdem quadraturis sunt. Quadraturæ quoque sibi competunt, quia sunt sub eadem altitudine: & solida ergo supradicta habebunt adversum se competentem parilitatem. Rursum ut est ηϑ latus juxta θκ latus in altitudine, ita erit ϑηγδ p) parallelogrammum juxta κϑλμ parallelogrammum. Erit ergo etiam ϑητλξυφο q) solidum juxta κϑλμνξοπ r) solidum. Atenim latera supra comprehensa habent inter se analogiam, utpote quæ sub iisdem quadraturis sunt. Quadraturæ quoque sibi competunt, quia sunt sub eadem altitudine: & solida ergo supradicta
90 habebunt adversum se competentem parilitatem. s) Ut ergo αβγδεζηϑ solidum, juxta δγϱςϑητλ, sic hoc ipsum solidum juxta ϑητλξνφο t) solidum: & item hoc ipsum juxta κϑλμυξοπ solidum, Quo pacto ostensum est duûm solidorum parallelepipedorum similium duo media solida parallelepipeda juxta rationem continui competentis inveniri: quod oportebat ostendi.

XX. Dicet aliquis, duo quidem solida corpora intervallo longiore distantia conjungi duabus interjectis medietatibus juxta rationem continui competentis sufficienter probari sibi: sed inter ignem terramque, quæ sunt solida corpora, nullam adparere similitudinem, quando juxta ipsum Platonem u) ignis quidem forma & figura πυϱαμοειδὴς esse dicatur, id est, in modum pyramidis excrescat: terra verò cubus sit. Hæ porro formæ nullam ex se similitudinem mutuentur, quia non sint æqualibus angulis, quippe cubus omnis x) rectis est angulis. Ergo quia terra in cubica est figura, rectos angulos habeat necesse est. At verò pyramidis anguli productiores sunt in cacumine. y) Ubi autem non sunt æquales anguli, ne latera quidem erunt pro competenti, propterea que similia sui non 91
erunt. Quæ distantia corpora si alia duo solida interjecta continuabunt, impedietur hoc pacto continuatio. Siquidem inter duo non quælibet, sed quæ similia sunt, invicem sibi solida corpora inseri debent.

XXI. Cui respondebitur, hactenus memores nos esse debere eorum, quibus Plato hanc ipsam difficultatem multo ante prævidens, eos qui ita sensuri sunt, ab errore revocaverit. Dixit enim, Si meminimus, similitudinem, non solum in formis & figuris, sed etiam in potentiis & qualitatibus quæri oportere, cum ita dixit:

i) Confer Euclidem lib. I. proposit. 6.

k) Ita recte edit. Paris. pro ψϱ.

l) Male in editis erat *altera*.

m) Male in Meursii edit. γλ. & mox: αβγδεζηϑ *solidum juxta* δγϱςϑητλ *solidum*. Etiam in Ascensiana perperam erat δγεσϑητλ pro δγεζδηβα.

n) Vide Euclid. lib. X. proposit. 32.

o) Male superiores editt. δγεςϑητλ.

p) Mala edit. Ascensiana, ϑηγλ.

q) Ita recte edit. Paris. pro ϑητλςνφο quod habet Meurs.

r) Perperam superiores editt. κϑλμηξοπ.

s) Analogiam sive competentiam inter se. *Rigaltius*.

t) Ita recte Ascensiana editio, non ut Meursius ϑητλξνφο. Deinde utraque perperam κϑλμηξοπ.

u) Plato in Timæô, illa parte quam nec Procli nec Chalcidii expositio attingit, loco decantatissimo, formam cubicam terræ tribuit, icosaëdron aquæ, octaëdron aëri, pyramidalem igni: γῇ μὲν τὸ κυβικὸν εἶδος δῶμεν, ἀκινητοτάτη γὰρ τῶν τεττάρων γενῶν γῆ -- ὕδατι δ' αὖ τὸ δυσκινητότατον εἶδος, τὸ δ' εὐκινητότατον πυρί, τὸ δὲ μέσον ἀέρι -- ἔςω δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, καὶ κατὰ τὸν εἰκότα τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα. Confer Plutarchum quæst. Platon. p. 609. seq. Jamblichi theologumena Arithmeticæ p. 20. Theonem Smyrnæum p. 152. &c.

x) Vitruvius præf. libri V. *Cubus est corpus ex sex lateribus æquali latitudine planitierum quadratum, is cum est jactus, quam in partem incubuit, dum est intactus immotam habet stabilitatem, uti sunt etiam tesseræ quas in alveo ludentes jaciunt.*

y) Al. *acumine*. Productiores, intellige acutiores.

Ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν, εἴτε ὄγκων, εἴτε δυνάμεων ὡντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅ, τι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτὸ, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον.

Cum in tribus sive numeris, seu molibus, seu potentiis, perinde erit medietas imo, quemadmodum summitas medio.

Quare si inter ignem & terram nulla est in specie & velut in vultu similitudo, quærenda erit in naturis ac qualitatibus ipsorum elementorum, juxta quas faciunt aliquid ac patiuntur, & in his proprietatibus ex quibus utriusque elementi vis & germanitas z) adprime designatur. Sunt igitur tam ignis quàm terræ multæ quidem & aliæ proprietates, sed quæ vel maximè vim earum proprietatum declarant, nimi-
92 rum hæ. Ignis quidem acumen, quod est acutus & penetrans, deinde quod est tener & delicata quadam subtilitate, tum quod est mobilis & semper in motu. Terræ verò, quod est retusa, a) quod corpulenta, quod semper immobilis. Hæ verò naturæ licet sint contrariæ, habent tamen aliquam ex ipsa contrarietate parilitatem. Tam enim similia similibus, quam dissimilia dissimilibus comparantur: & hæc est analogia, idest ratio, continui competentis. Quod enim est acumen adversum obtusitatem, hoc subtilitas juxta corpulentiam: & quod subtilitas juxta corpulentiam, hoc mobilitas adversus immobilitatem. Et, si verteris ut id quod medium est, extimum fiat, quæ verò sunt extima, singulatim in medio locentur, servabitur analogiæ norma.

XXII. Quatenus igitur inter hæc duo solida corpora, quorum est talis similitudo, qualem demonstravimus, alia duo solida interjecta facient continuationem juxta rationem continui competentis, docet arithmetica disciplina. Si enim vicinum igni elementum quod sit, & ex quibus conflatum voluerimus inquirere, sumemus ignis quidem de proximo duas virtutes, subtilitatem & mobilitatem: unam verò terræ, id
93 est obtusitatem: & invenietur genitura secundi elementi, quod est subter ignem, id est aëris. Est enim aër obtusus, subtilis, mobilis. Rursumque si ejus elementi quod est vicinum terræ, id est aquæ genituram consideremus, sumemus duas quidem terræ virtutes, idest obtusitatem, & corpulentiam: unam verò ignis, id est motum, & exorietur aquæ substantia, quæ est corpus obtusum, corpulentum, mobile. Atque ita inter ignem & terram, aër & aqua de extimorum concretione nascentur, ex quibus constat mundi continuatio. Conservatur autem hoc pacto analogia quoque geometrica juxta rationem continui competentis. Ut enim ignis adversus aëra, sic aër adversum aquam, & demum aqua juxta terram: retrorsumque, ut terra adversus aquam, sic aqua adversus aëra: & aër adversus ignem.

XXIII. Hactenus de constitutione mundani corporis, & de materiarum ex quibus constat, germanitate differitur. Quem cum factum esse, quia sit corporeus, affirmet, & eundem indissolubilem, b) cum quæque fiunt quæque nascuntur, facta dissolvantur, nata occidant: ut huic quod est præter opinionem hominum medeatur,
dicit à quo factus sit, ex quibus constet, ad 94
quod exemplum constitutus, quâ de causa, quatenus æternitati propagatus. Omnia enim quæ sunt, vel Dei opera sunt, vel naturæ, vel naturam imitantis hominis artificis. Operum naturalium origo & initium semina sunt, quæ facta, c) comprehenduntur vel terræ visceribus ad frugis arboreæ cerealisve proventum: vel genitalium membrorum fœcunditate conceptum animalium germen adolentium d): quorum omnium ortus in tempore, par enim & æquævum natale naturæ ac temporis. Ita naturæ opera, quia ortum habent ex eo quo esse cœperunt tempore, finem quoque & occasum intra seriem continuationemque ejus sortita sunt. At verò Dei operum origo & initium incomprehensibile. Nulla enim certa nota, nullum indicium temporis

z) Germanitatem eleganter dixit pro cognatione & analogia, rationeque competenti, quâ utraque inter se conveniunt. Sic infra p. 93. *hactenus de constitutione mundani corporis, & materiarum ex quibus constat germanitate differitur.*

a) Al. *retunsa.*

b) Verba Platonis sunt: ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν· φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων ὥστ' εἰς ταυτὸν αὑτῷ ξυνελθὸν ἄλυτον ὑπὸ τῶν ἄλλων, πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος, γενέσθαι· Confer Proclum lib. 3. in Timæum p. 155.

c) Ita interpungendum. Nam in superioribus editionibus στιγμὴ post verbum *comprehenduntur* posita, sensum turbabat.

d) i. e. augentium. Nam *adolere* proprie augere est, ut notat Servius ad I. Æneid. 709. Usitatumque antiquis *olescere* pro crescere & augeri, unde *suboles* & *adolescere* atque *adolescentia.* Vide Festum, Noniumque.

ris ex quo esse cœperunt. Sola si forte causa, e) & hæc ipsa vix intelligitur, cur eorum quid, quamve ob causam existat. certum est siquidem nihil à Deo factum esse sine causa. Ut igitur illis quæ lege naturæ procreantur, fundamenta sunt semina, ita eorum quæ Deus instituit, fundamenta sunt causæ, quæ sunt perspicuæ divinæ provi-
95 dentiæ f). Deus autem ante institutionem temporis, & per ævum, g) simulachrum est enim tempus ævi. Causæ igitur operum omnium Dei, tempore antiquiores: & sicut Deus per ævum, sic etiam causæ per ævum. Quod sequitur, ut quicquid à Deo fit, temporarium non sit: quod temporarium non sit, nulla temporis lege teneatur. Et tempus immutationem ætatis, morbos, senectutem, occasum h) invehit. His ergo omnibus quod à Deo instituitur, immune est, origoque ejus causativa i) est, non temporaria. Et Mundus sensilis k) est opus Dei: Origo igitur ejus causativa, non temporaria. Sic mundus, sensilis licet & corporeus, à Deo tamen factus atque institutus, æternus est.

XXIV. Constat porro ex materiis inlibatis atque integris:

Ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς, ὕδατέστε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστὰς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων.	*Ex omni*, inquit, *igni & ex universo spiritu, & ex ceteris, sine ullius partis imminutione. Ita fit ut nulla ne minima quidem pars cujuslibet corporis extra ambitum mundi relicta sit.*

Quæ quia omnia corpora, partim frigida, partim calida sunt, nulla importuna frigoris calorisve extrinsecus accessione moveant ægritudinem mundo. Igitur extra necessitudinem incommodi positus, æternus est. Sed natura corporis fluida est,
& Mundus constat ex corpore: sed & de- 96
trimentum & interitus partium non in fluxu est, l) sed in effluendo, id est extra fluendo. Amittitur quippe id quod ex universitate defecerit. Intra mundum verò regestis omnibus, nihil certe extra mundi ambitum est. Ita quod secundum naturam corporis fluit, quo effluat non habet. Influit ergo, non effluit: & ad summam universitatis jactura demum recurrens m) fatigatarum diuturnitate partium recreatio est.

XXV. Quid, quod institutus est ad exemplum alterius intelligibilis & immutabilis perennitatis? Jam illud nemo dubitat, quæ ad similitudinem instituuntur exempli sempiterni, habere similitudinem perpetuitatis, & perpetuitas in ævo est. Quare exemplum est intelligibilis mundus per ævum: id verò quod ad exemplum institutum est, sensilis scilicet mundus per tempora. Et temporis quidem proprium, progredi: ævi propria mansio, n) semperque in idem perseveratio. Temporis item partes, dies, menses, noctes, & anni: ævi partes nullæ. Temporis item species, præteritum, præsens, futurum. Ævi substantia uniformis in solo perpetuoque præsenti.
Mundus igitur intelligibilis semper est. 97
Hic o) simulachrum ejus, semper fuit, est, & erit.

XXVI. Hinc p) ad animæ mundi tractatum pergens Plato, prius illud curat, q) quod præpostere de corporis ejus constitutione, antequam de inspiratione animæ disputatum sit: cum animam corpore omni constet antiquiorem. Nec recedit ab instituto, ut quia mundum à Deo factum adseruit, animam quoque ejus factam esse à Deo dicat. Quod in hoc solo libro facere

Cccc anim-

e) De causa illa loquitur quam finalem solemus appellare.

f) Deo perspicuæ ac manifestæ. Nam dandi casu hoc loco ponuntur verba: *Divinæ providentiæ.*

g) Extitit ab omni sempiternitate.

h) Male superiores editiones: *morbo senectutem occasu.*

i) Causas æternas habens, Sapientiæ Divinæ cognitas & cum sempiternis ejus congruentes ideis.

k) Ita semper editio vetus pro *sensibilis.*

l) Etiamsi in mundo πάντα ῥεῖ ποταμοῦ δίκην, ut docebat Heraclitus, ac perpetuo fluxu moventur & alterantur, tamen propterea non pereunt, quia non effluunt hoc est non vertuntur in nihilum neque habent quo extra mundi universitatem ferantur.

m) Jacturam vocat corruptionem, quæ deinde *recurrens* hoc est per novam generationem reparata iterum recreat omnia atque in integrum restituit.

n) Ita recte edit. Paris. pro *aut propria mansio* quod est in Leidensi.

o) Hic, mundus puta sensilis, mundi νοητοῦ simulacrum.

p) Hoc loco incipit caput secundum commentarii Chalcidii, *de ortu animæ.*

q) Verba Platonis, ad quæ respicit, hæc sunt: Τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ Θεὸς νεωτέραν· οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου συνέρξας εἴασεν. Confer Proclum lib. 3. Timæum p. 175.

animadvertitur, æternarum rerum genituras r) comminisci: credo propterea, ne si audiant homines esse quædam quæ fuerint ex origine nata nunquam, s) principatui summi Dei derogari putent, si pari atque eadem sint qua Deus, antiquitatis præstantia, nescientes longe aliter dici originem rerum æternarum, & item caducarum. Siquidem mortalium auctoritas & origo illa est quæ præcedit ortum ceterorum, ut origo est pater filii, & populorum atque urbium, conditores earum. At vero divinorum generum æternarumque gentium origo & arx, t) non in anticipatione temporis, sed dignitatis eminentia consideratur. Vel quod effecti operis
98 pontificium u) & auctoritatem, manibus magis quam dispositioni mentis soleamus adscribere: vel quod x) plerique ex mortali naturâ suâ divinam naturam æstimantes, nasci omnia, neque esse quicquam, quod non natum sit, existiment. Quorum animis sic institutis difficile persuadeatur mundi esse auctorem Deum, nisi eum tanquam opifex aliquis, manibus, ceterarumque artium molitione construxerit. Certè propositum scriptoris considerandum puto: Nam si id ageret in hoc libro principaliter, ut immortalem esse animam probaret, non conveniret animæ genituram comminisci, propterea quod cuncta, quæ gignuntur, intereunt: At verò cum de mundi, hoc est universæ rei, constitutione tractetur, ad præsens è re fuit, nascentem, & velut in lucem proditam, inducere animam ejus, quo audientes imaginarentur animæ formam aliquam, perinde ut eorum omnium, quæ nascuntur, vident.

- - Ἰδέῳ δὲ τρόπῳ τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γινομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταυτοῦ φύσεως αὖ καὶ τῆς θατέρου.

XXVII. *Itaq; Deus,* inquit, *tertium genus animæ excogitavit*, y) *hoc pacto. Ex individuâ, sempèrque in suo statu perseverante substantiâ, itemque aliâ,* 99
quæ, inseparabilis corporum comes, per eadem corpora scindere se putatur, tertium genus substantiæ mixtum locavit, medium inter utramque substamtiam, z) & cætera.

Quid est quod ait? docet nos substantiam, sive, ut Cicero a) dicit, essentiam duplicem esse: Unam individuam, alteram per corpora dividuam. Et individuam quidem esse eam, cujus generis sunt omnia æterna, & sine corpore, quæ intelligibilia dicuntur: dividuam vero, quæ corporibus exsistendi causa est, unumquodque enim corpus, est certè: quod vero est, habet essentiam. Et corpora multa sunt, una vero dividua essentia, quæ in cunctis corporibus invenitur. Quæ igitur una in multis invenitur, rectè scindere se putatur, rectèque dividua. Igitur ex his duabus ait, opificem Deum tertium essentiæ genus miscuisse, idq; medium locasse inter utramque essentiam. b) Similiter docet naturam quoque non esse simplicem, sed bimembrem: & his duobus c) facit opificis jussu tertium naturæ genus extitisse, quod æque medium positum esset inter utramque essentiam, individuam videlicet atque dividuam.

XXVIII. Quatenus d) ergo bimembris 100
est natura? Omnia inquit, naturalia, vel eadem sibi, e) vel diversa sunt: Eadem genere, diversa specie, ut puta homo, & item equus idem sunt. Nam & hoc & illud animal est. At vero specie diversa sunt. Alterum enim eorum rationabile ani-

r) Mundum licet æternum, tamen factum à DEo ipsiusque pariter animum.

s) Hanc interpunctionem, qua locum dificilem feliciter sanavit, debes Viro doctissimo Nic. Rigaltio, qui in ora codicis sui illam annotaverat. In prioribus editionibus erat: *Ne si audiant homines esse quædam quæ fuerint ex origine nata, nunquam principatui summi DEI derogari putent.*

t) Ita idem Rigaltius pro *ars*, quod erat in prioribus editt.

u) Ut *Pontifices* dicti sunt qui *possunt* sacra *facere*, ita *pontificium* pro protestate non infrequens scriptoribus quorum loca adduxit Franciscus Juretus ad Symmachi VII. 27.

x) In Leidensi edit. *vel* exciderat.

y) Verbis, *itaque DEus tertium genus animæ excogitavit*, nulla quæ respondeant apud Platonem reperio.

z) Confer ad hæc Plutarchum libro περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας; Proclum 3. in Timæum Platonis pag. 185. seq. Et de media animæ natura, duplicique facultate prædita nostrum infra p. 104. 230. & 402.

a) Seneca Epist. 58. *Cupio, si fieri potest propitiis auribus tuis, essentiam dicere: sin minus, dicam & iratis. Ciceronem auctorem hujus verbi habeo, puto locupletem.* Sidonius Epistolâ quæ Epithalamio Polemii subjicitur: *Lecturus es hic novum verbum essentiam, sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem.*

b) Verba Platonis sunt: Καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῆς καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ.

c) Rigalt. *duabus.*

d) Sic supra p. 88. *quatenus hoc probatur?*

e) Τῆς ταὐτοῦ φύσεως & τῆς θατέρου.

animal eſt, altetum inrationabile & mutum: & alterum bipes, alterum quadrupes.

Καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν· Τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς αὐτὸ ξυναρμόττων βίᾳ, μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἕν· πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας εἰς ἃς f) προσῆκε διένειμεν· ἑκάστην δὲ τούτων ἔκ τε ταυτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένων.

Hæc igitur omnia exſiſtentia, idem & eſſentiam, & diverſum, *in unam*, inquit, Deus *ſpeciem commiscuit, & effecit ex tribus unum*, idem, diverſum, dividuum. *Diverſa illa natura difficile ſe commodante concretioni atque adunationi generum. Rurſumque unum illud ex tribus concretum, diviſit in partes, ita ut ſingulæ partes tres illas potentias obtinerent.*

Hoc eſt, ut idem non ſolum idem eſſet, ſed etiam ſubſtantia, & haberet aliquid ex diverſitate: eſſentia quoque & eſſentia eſſet, & idem, & diverſum. Diverſum quoque, & diverſum eſſet, & eſſentia, & haberet aliquid ex eo quod idem vocatur.

XXIX. Diſceptatum eſt tamen à veteribus, quæ ſit quæ à Platone dicitur individua, quæ item dividua ſubſtantia, ex quibus
101 mundi ſenſilis fabricator Deus tertium ſubſtantiæ genus, quam ve ob cauſam conflaverit. Num ſpeciem intelligibilis mundi, g) ad cujus ſimilitudinem formas mente conceptas ad corpora transferebat, individuam ſubſtantiam nuncupaverit? Dividuam vero, ſiluam h) quæ velut exordium & fons eſt corporum, ita ut tertium illud mixtum ſubſtantiæ genus, formam eſſe intelligendum ſit, qua informata ſint tam mundi quam cetera quæ mundus complectitur, corpora? an potius individuam Plato ſubſtantiam cenſeat, eminentiorem animam, qnæ nulli ſit corporationi obnoxia, cujuſque veneranda puritas nulla corporis contagione violetur? Dividuam vero ſubſtantiam, illam animam dicat, quæ non ſolum cunctis animalibus, ſed etiam ſtirpibus & arboribus dat vigorem vitalem? Ut ſit ex duabus conflatum tertium animæ genus rationabile, idcircó, ne omnia muta eſſent, & ratione carerent, quæ vitam ſortirentur corpora, videlicet animalia, ſed eſſet præterea genus animantium hujusmodi, quod rationis diſciplinæque & intellectus capax, divini operis admirandam rationem diſpoſitionemque intelligens, ve- 102
neraretur mundani operis auctorem.

XXX. Quod itaque ii qui ſpeciem intelligibilis mundi, quod ſemper eadem ſit, nec immutetur unquam, putabant à Platone individuam ſubſtantiam dici; dividuam porrò ſilvam: negabant habere rationem, cum mundi eſſet inſtituta generatio, animantique quaſi mox futuro quæreretur competens ànima, illam animam, quæ tam mutis animalibus, quam ſtirpibus, & arboribus, vitam daret, eſſe uſpiam dici à Platone, nondum natis animalibus, nec vero arboribus, & ceteris, quibus datura vitas foret. Propthereaque individuam quidem ſubſtantiam, mundi intelligibilis ſpeciem, ad cujus ſimilitudinem formatus ſit ſenſilis mundus, Platonem cognominaſſe dicebant: dividuam porrò, ſiluam.

XXXI. At verò ii, qui individuâ k) ſubſtantia, id eſt immuni ab incorporatione anima, l) item aliâ inſeparabili corporum comite, id eſt ſtirpeâ conflatum tertiæ animæ genus, id eſt rationabile adſerebant, ſic adſiſtebant ſententiæ propriæ. Primo omnium præpoſterum eſſe, cum de conſtitutione mundani corporis in ſuperioribus tractatum eſſet, finitoque eo tractatu per- 103
ventum foret ad animæ genituram, quæ vivificaret ſenſilem mundum: rurſum ad priorem tractatum retrorſum iri, ut de ſilva, & corporibus mundi, formaque eorum, tractatus de integro fieret, & à genitura animæ recederet: Deinde fruſtra dici animam ſtirpeam mundi eſſe poſſe, m) nondum eſſe poſſe propterea, quia quæ vivificatura erat animalia, nondum eſſent. Fuiſſe enim ſemper tam animæ, quam corporis, vim; nec Deum ex his, quæ non erant, feciſſe mundum, ſed ea, quæ erant, ſine ordine, ac modo, ordinaſſe. Itaque potius ea, quæ exiſiſtebant, exornaſſe, n) quam generaſſe ea quæ non erant. Inordinatos quippe animi errores, & agitationem fluctibus ſimilem, intellectu adſignato

Cccc 2

f) Ita Codices Plutarchi pro ἴσας apud Platon.

g) Τὸ τοῦ νοητοῦ κόσμου εἶδος ἀρχέτυπον.

h) Τὴν ὕλην, materiam.

i) Male edit. Leidenſis *idcircone*, unica voce, velut interrogantis.

k) Perperam ſuperiores editt. *dividua*.

l) Ita recte Nobiliſſ. Doblerus pro: *incorporatione anima*. Supra p. 101. *an potius individuam Plato ſubſtantiam cenſet eminentiorem animam, quæ nulli ſit corporationi obnoxia*. Sic p. 104. &c.

m) Contrariæ ſententiæ patroni non negabant animam ſtirpeam ſive vegetativam & animativam dari, atque adeo *eſſe poſſe*, ſed tantum *nondum eſſe poſſe*, hoc eſt non poſſe intelligi à Platone illo in loco, ubi ſtirpes & animantes nondum natas ponit. vide p. 102.

n) Rigaltius hic quoque iterum legit, *ordinaſſe*.

to ex inordinatâ jactatione ad ordinem redegisse. Corporis etiam motum instabilem salubri moderataque agitatione frænasse, & eidem formam & figuram congruam & convenientem ornatum dedisse, ut ipse in superioribus dixit, *meliorem ordinatorum formam* o) *inordinatis* ratus. Quare cum sensili mundo conveniens anima in-
104 stituatur, ortum ejus ex individua una, quæ mens intellectusque est, & alia quæ per universa corpora dividitur & scinditur, provenire: Eamque inter individuam & dividuam, mediam animam p) locatam, scilicet ut immunis quidem ab incorporatione in mundo esset intelligibili semper, stirpea mutis & item nihil sentientibus opitularetur. Hæc vero media, quia necesse erat in mundo fore genus animalium quod ratione uteretur: huic eidem generi vitam & spiritum ministraret, interque duas posita naturas eandem diversamque modo ejusdem naturæ contemplaretur divinitatem, adtollens aciem ad sublimia, modo ad ima, sedemque diversæ naturæ vergens: hæc etiam juxta opificis scita dispensaret, terrenisque impertiret providentiam.

XXXII. Deinde progrediens ultra Plato demonstrat ipsam partitionem.

Μίαν ἀπεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν· μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης· τὴν δ' αὖ τρίτην, ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης. Τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν· πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης. τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν. ἑβδόμην δὲ, ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης.

Unam, inquit, *sumpsit ex universo primitus portionem: Post quam duplicem ejus quam sumpserat: tertiam vero sescuplam quidem secundæ, triplam vero primitus sumptæ: at vero quartam sumpsit duplicem secundæ: quintam, triplam tertiæ: sexta fuit adsumptio partibus * octo* 105
quam prima propensior: septima septem & viginti partibus quam prima major.

In hac formâ virium animæ tanquam q) è speculo simulacrum resultat. Partitio quippe consideratio est virium, ordinationeque veluti membrorum, actuum ejus, officiorumque, & omnium munerum designat congruentiam, tribus hoc adserentibus præcipuis disciplinis, geometria, arithmetica, harmonica: ex quibus Geometria vicem obtinet fundamentorum, ceteræ vero substructionis. r) Etenim quod nullas partes habet, propterea que sub nullos sensus venit, est tamen, & animo cernitur, geometræ notam s) appellant: lineam vero, sine latitudine prolixitatem, quæ in notas suas desinit: t) porro eam, in qua est latitudo aliqua, superficiem vocant; ut sit superficies, nacta latitudinem longitudo. u) Quod vero ex tribus constat, id est longitudine, latitudine, profunditate, solidum corpus x) cognominant.

XXXIII. Ista ergo descriptio, quæ partium, ex quibus anima dicitur constare, genituram seu coagmentationem y) delineat, ostendit rationem animæ, corporisque, conjungi. Quippe corpus animalium, quod inspiratur z) animæ vigore, habet
certè superficem, habet etiam soliditatem. 106
Quæ igitur cum vitali vigore penetratura erat tam superficiem quam soliditatem, similes soliditatis, similes etiam superficiei vires habere debuit. Siquidem paria paribus a) congregantur. *Unam igitur primitus sumpsit*, inquit, *ex universo portionem*. Quo uni-

o) Male in superioribus editt. *fortunam*. Verba Platonis sunt: Κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐξ ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον, quæ postrema Chalcidius ita vertit p. 24. *sciens ordinatorum formam confusis inordinatisque præstare.*

p) Edit. Paris. *animas*. Pulchre autem ad hunc locum annotavit præstantissimus Doblerus, quæ de media natura animæ rationabilis à Platone disputantur, illa ex Timæi Locri sententia non minus de anima Mundi intelligenda esse quam de anima hominis. Verba Timæi sunt p. 586. Τὰν μὲν ὦν ἀνθρωπίναν ψυχὰν ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων καὶ δυναμίων συγκεράσάμενος καὶ μερίξας διένειμε.

q) Vocabulum *tanquam* in Meursii edit. exciderat, quod è MS. & editione Paris. revocavi.

*] Editi male *septem*, & mox *sex & viginti*.

r) Sensus idem, ac si esset *superstructionis*.

s) *Punctum*, Græcis σημεῖον. Euclidis I. element, σημεῖόν ἐστιν οὗ μέρος οὐθέν· γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές. t) Γραμμῆς πέρατα σημεῖα. ib.

u) Ἐπιφάνειά ἐστιν, ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει. id.

x) Euclid. XI. element. στερεόν ἐστι τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος ἔχον.

y) Edit. Paris. *coaugmentationem*. *) Rigaltius legit: *animæ corporisque conjugii*. Sed nihil puto esse mutandum.

z) Animatur, spirat, vivitque. **) Infra p. 365. *Penetratam eam usque quaque divina mens format plene, ut natura atque anima, solida corpora permeantes, universa vivificant.*

a) Infra p. 131.

universo? Quod ex tribus in unam speciem redactum, sicut supra b) demonstravit, *essentia*, videlicet & *eodem* & *diverso* dividebat. *Portionis* quoque elocutio notanda est. Non enim, *partem* c) quippe simplicis & incorporeæ rei, sed *portionem*, id est partis instar, dixit esse sublatam, quod est geometricæ illius notæ d) simile. *Postea duplicem ejus sumpsit quam sumpserat*, hoc est duo, quæ subter unum posita sunt in læva parte formulæ. e) *Tertio sesquplam quidem secunda, triplam vero primitus sumpta.* Merito. Tria enim adversum duo, sescupli ratione præcellunt. Constant enim tria ex duobus, & item uno, quod duum dimidia pars est. *Quarto duplicem secunda*, ideo quia bis duo quatuor. *Quinto triplam tertia*, id est novem. Ter enim tria novem sunt. *Sexta fuit sumptio partibus septem quam prima propen-
107 sior*, id est in numero octonario, qui est ultimus in eo latere, quod ex paribus numeris est ordinatum. *Septima sex & viginti partibus quam prima major*, hoc est, vigintiseptem, qui numerus tantundem valet quantum octonarius, [†] ut docebo. Apex ergo numerorum, singularitas [††] sine ullis partibus, ut geometrica nota: cujus duplum, linea, sine latitudine longitudo: Lineæ duplum, superficies, quæ est prolixitas cum latitudine, cujus duplum cubus, corpus per longum, f) latum, profundumque divisum, bis duo bis, quod est octo. Eodemque modo juxta rationem tripli in altero latere, numerorum germanitas reperitur. Cubusque, qui est in summa vigintiseptem, primus est imparis numeri cubus. Ter enim tria ter, conficiunt summam supradictam. Igitur secundum rationem continui competentis, quæ est ratio geometrica, quod valent octo adversum quatuor, hoc quatuor adversum duo, & duo adversum unum. Rursum quod valet viginti septem numerus adversum novem, hoc novem adversum tria, & tria adversum unum. g)

XXXIV. Quæritur hoc loco, primo quidem cur intantum produxerit divisionem, h) ut septem constitueret limites: terna autem in utrisque lateribus intervalla
tam in eo quod ex duplicibus & paribus 101
numeris est ordinatum; quam in eo, quod ex triplicibus, & imparibus. Deinde quos oporteat numeros imponere partibus. Si enim partem primam singularitatem i) semper posuerimus, & deinceps cætera, secundum descriptionem: inter hos numeros duos alios, qui compleant universam intervallorum continuationem, sicut jubet fieri, minimè inveniemus. Tertio, qualis debeat esse forma descriptionis.

XXXV. Quod igitur ex tribus principe loco diximus quæri solere, hoc primum demonstrandum erit; rationabiliter septem limites esse digestos, quibus intervalla sex continentur. Erit autem probatio auctoritatibus nixa. Etenim septem numerus laudatur à Pythagoreis, k) ut optimus, & naturalissimus, & sufficientissimus. Nam perfectus quidem numerus est decem l): ideo quod à singularitate orsi usque ad decem numerum numeramus: residua verò numeratio non tam numeratio est, quam eorundem numerorum, quibus antè usi sumus, in numerando replicatio m). Un-

 decim

b) p. 100. Est nempe ex Platonis sententia in anima
1. Τὸ ἡγεμονικὸν, quod est τῆς ταὐτῦ φύσεως, Chalcidio *idem.*
2. Τὸ λογικὸν, quod est τῆς κοινῆς φύσεως, *essentia.*
3. Τὸ ψυχικὸν, quod est τῆς θατέρε φύσεως, *diversum.*

c) Non μέρος sed μοῖραν. Timæus Locrus: μίαν ἀφαιρέων τᾶν πρώταν μονάδων.

d) Puncti Mathematici, ut infra p. 242.

e) En formulam septem limitibus digestam:
punctus 1. *punctus.*
linea. 2. 3. *linea.*
superficies 4. 9. *superfices.*
cubus 8. 27. *cubus.*

†] Numerus 27. perinde cubus est è ternario ut numerus 8. est è binario.

††] Ἡ μονὰς, unarius. Sic sæpius infra.

f) In edit. Leidensi à vocabulo *corpus* male incipit nova periodus.

g) Tota hæc periodus à vocabulo *Rursum* exciderat in eadem edit.

h) De eo cur septem limites & terna intervalla constituta sint, disputat cap. XXXV - - XXXVII. De numeris interponendis cap. XXXVIII. & de forma descriptionis cap. XXXIX.

i) Τὴν μονάδα, unitatem.

k) Edit. Meursii, *septenarius numerus.* Sed in Msc. *septem numerus.* Sic infra p. 110. *quatuor numerus, quinque numerus, sex numerus.* De laudibus quibus septenarium extulere Pythagorei, videndus Nicomachus & Jamblichus ad Nicomachum, atque in Theologumenis Arithmeticæ, & è recentioribus Joh. Meursius in denario Pythagorico.

l) Sextus Empiricus contra Arithmeticos sect. 3.

m) Δευτερωδέμενοι καὶ ἐπ' ἄπειρον παλινῳδέμενοι κατὰ μετοχὴν αὐτῆς. Theologomena Arithm. p. 23.

decim enim, & duodecim, & cæteri tales, nascuntur ex præcedentium replicatione.

109 Quem quidem decumanum numerum Pythagorici adpellant primam quadraturam n), propterea quod ex primis quatuor numeris confit, uno, duobus, tribus, quatuor. Symphoniæ quoque ratio o) ex eorundem numerorum, qui decumanum numerum complent, quasi quodam fonte demanat. Siquidem ex his epitriti, & sescuplares, p) & duplices, & triplices, & quadruplices numeri, sonique nascuntur. Epitriti quidem, ut quatuor adversum tres: habent enim totum numerum ternarium, & ejus tertiam partem, id est unum. Sescuplares vero, ut tres adversum duos: habent enim tres totum numerum dualem, & ejus partem dimidiam, id est unum. Duplices vero, ut sunt duo adversus unum. Triplices vero, ut sunt tres adversus unum. Et quadruplices, ut sunt quatuor ad unum. Epitritus autem in calculando idem est qui διὰ τεσσάρων dicitur in canendo. Sescuplaris vero idem est qui διὰ πέντε dicitur in canendo. Duplex verò, qui διὰ πασῶν q). Quadruplex, qui δὶς διὰ πασῶν.

XXXVI. Deinde alia quoque septenarii
110 numeri proprietas consideratur, quam cæteri numeri non habent. Siquidem cum alii, qui finibus decumani numeri r) continentur, partim alios ipsi pariant, partim ab aliis pariantur, partim & pariant alios, & pariantur ab aliis; solus septenarius numerus, s) neque gignat ex se alium numerum infra decumanum limitem, neque à quoquam ipse nascatur: etenim *duo* duplicati pariunt quatuor numerum. *Tria* nullo duplicato nascuntur: ipsa duplicata, pariunt senarium numerum. *Quatuor* numerus, & paritur, & parit. Paritur quidem à bis duobus, parit autem duplicatus octonarium numerum. Rursum *quinque* numerus à nullo nascitur bis supputato: ipse autem bis supputatus parit decem. Et item *sex* numerus, nascitur quidem ex duplicato ternario t), parit autem infra decumanum limitem neminem. *Octavus* nascitur ex bis supputatis quatuor, ipse neminem parit. *Nonus* nascitur ex ter tribus, ipse autem neminem parit. *Decimus* nascitur ex duplicato numero quinque, ipse porro neminem parit. Itaque omnibus partim nascentibus, partim parientibus, partim & nascentibus & parientibus, solus septenarius numerus, neque ex duplicatione nascitur alterius alicujus, nec infra decumanum limitem parit quenquam. 111
Propterea que Minerva u) est à veteribus cognominatus. Item ut illa, sine matre, perpetuoque virgo.

XXXVII. Naturalis verò atque optimus habetur, idcirco, quia multa eorum, quæ naturæ lege proveniunt, juxta hunc numerum x) fieri notantur. Principio septimani partus y) ante cæteros legitimi sunt in generis humani fœtibus. Deinde quod post partum septimo mense dentes aguntur, septimo deinceps anno mutantur. Idem quoque secunda hebdomada pubertatem

n) Vide Meursii Denarium capite XII. Quemadmodum vero denarius, prima quadratura est, ita secunda quadratura est numerus XXXVI. ex primis quatuor imparibus numeris I. III. V. & VII. & totidem paribus II. IV. VI. VIII. Tertia quadratura numerus LIV. constans ex numeris trianguli pag. 107. traditi. Confer infra p. 113. seq.

o) Theologumena Arithmeticæ p. 25. Theo Smyrnæus p. 146. cum quaternione primorum numerorum denarium constitui dixisset, ἐν δὲ τούτοις, inquit, τοῖς ἀριθμοῖς ἐστιν ἥ τε διὰ τεσσάρων συμφωνία ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ, καὶ ἡ διὰ πέντε ἐν ἡμιολίῳ, καὶ διὰ πασῶν ἐν διπλασίῳ, καὶ δὶς διὰ πασῶν ἐν τετραπλασίῳ.

p) Ἡμιόλιοι, Vitruvio III. 1. *sesquialteri*, qui pro numero epitrito etiam *adtertiarium* dixit, Cicero & Censorinus *sesquitertium*. Idem Cicero nec *sesquialtera* nec *sesquioctava* intervalla dicere renuit, nec *partem sesquimajorem*: quanquam Gellius XVIII. 14. negat ab istis numerorum figuris vocabula in lingua Latina haberi. Dicuntur autem *sescuplares* numeri quasi *sesquiplares*, quemadmodum etiam legitur in Codicibus Vegetii II. 7. *Duplares duas, sesquiplares, unam semis consequebantur annonam*. Ciceroni etiam *sesquiplices*, Censorino *sescupli*, quo vocabulo etiam noster utitur p. 106. &c.

q) Suppleri hoc loco debet, quod vel à librariis omissum, vel ab ipso Chalcidio memoriæ lapsu neglectum est: *Triplex, qui* διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε. Vide infra, p. 125.

r) Vocabulum *numeri* ex ed. Par. restitui. Decumanus idem quod decimus, ut mox: *infra decumanum limitem*. Et paullo ante: *Decumanum numerum Pythagorici adpellant primam quadraturam*. Sic decimæ impetus undæ Ovidio & aliis *fluctus decimanus*, qui posterior nono est, undecimoque prior.

s) De hac aliisquam septenarii prærogativis Philo lib. de septenario.

t) Al. *triente*.

u) Idem Hierocli & aliis traditum. Confer Meursii denarium Pythagor. cap. IX. & notas ad hunc locum.

x) Faciunt huc versus Solonis quos referunt Philo περὶ κοσμοποιΐας p. 18. & Clemens Alex. VI. Strom. p 685. seq. His addendi Gellius III. 10. ex hebdomadibus Varronis, Theo Smyrnæus p. 161. seq. Censorinus c. 14. & Macrobius lib. I. in somnium Scipionis cap. 6. Eulogius ad idem Somnium, Marcianus Capella libro VII. &c.

y) Vide Hippocratis librum de septimestri partu.

tatem adfert utrique sexui gignendi & pariendi maturitatem. Tertia verò hebdomada ostendit se flos & lanugo circa genas. Quarta verò hebdomada definiuntur incrementa staturæ. Quinta plenam juvenilis ætatis adfert perfectionem. In ægritudinibus quoque z) juxta eundem numerum motus fieri, usus experientiaque docuit: & Hippocrates cum sæpe alias in plerisque libris suis, tum etiam in his evidenter quos de Hebdomadibus instituit. a) Dinumerantur quoque sensuum omnium qui sunt in capite, septem meatus, oculorum, aurium, narium, atque oris. Vitalia quo-
112 que paris numeri, lingua, pulmo, cor, lien, hepar, duo renes. Vocalium quoque literarum numerus idem b), ex quibus consonantium confragositas c) lævigatur. Lunæ quoque d) crescentis & senescentis multiformis illa transfiguratio in eodem numero ponitur. Siquidem de obscurâ e), crescente lumine, fit bicornis f), dehinc sectilis g) deinde dimidiatâ major, h) dehinc plena i): retrorsumque, major dimidiatâ, sectilis, bicornis. Quid? quod in mundo septem sunt planetæ, distantes à se musico modulamine, sicut ipse testatur, cum dicit; Deum l) *sexies scidisse* diversæ naturæ circulum, *septemque orbes impares* esse fabricatum, qui contrariis motibus agitationibusque vertantur, juxta *dupli & tripli spatia*, in quibus solem, & lunam, & ceteros erraticos ignes conlocat.

XXXVIII. Et limitum quidem septem sic ratio præstatur. Intervallorum verò ternorum hanc dicunt esse rationem. Rursus enim tria numerus alio quodam genere habetur optimus. Primus enim, & ante omnes perfectus est, m) habens initium, finem, medietatem, quibus crescunt corpora, & juxta quæ corporea incremen-
ta progrediuntur. Quippe cum interval- 113
lum unum lineam faciat, duo superficiem, tria corpus divisum, atque dividuum, n) quo nihil est perfectius. Tria enim hæc intervalla corpus absolvunt, longitudo, latitudo, soliditas. Certè tria, primitus dicta sunt *omnia* o), quod de duobus dici non potest: *Utrumque* enim dicitur de duobus.

 Hæc

z) Idem Censorinus: *In morbis dies septimi suspecti sunt, ac* κρίσιμοι *apparent.* Et c. 11. *Hippocrates quoque, aliique Medici in corporum valetudinibus non aliud ostendunt, namque septimum quemque diem* κρίσιμον *observant.*

a) Post hæc verba ponenda στιγμή. Atque deinde legendum *Dinumerant* vel *Dinumerantur*, pro *dinumerat.* Libri Hippocratis περὶ ἑβδομάδων intereiderunt, quorum mentio etiam apud Favonium Eulogium in Somnium Scipionis, p. 441. edit. Grævii, ut Meursio quoque annotatum: *Hippocrates Cous, naturæ scrutator egregius, hunc numerum in libris quos* περὶ ἑβδομάδων *appellat, ait creandis inesse corporibus.*

b) Rigaltius in libri sui ora adscripserat, nescio an ex Msc. Codice: *apud Græcos est.* Demetrius Phalereus cap. 71. de locutione: ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς Θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ Φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἠχοῦντες αὐτά. Ex quo loco Ægyptios septem vocalibus usos ut Græcos colligebat præstantissimus Galeus, cujus notas si placet vide p. 235. Vetus oraculum apud Eusebium XI. 16. præparat.

Ἑπτά με Φωνήεντα Θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
Γράμματα τὸν πάντων ἀκάματον πατέρα.
Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἡ τὰ λυρῴδη
Ἡρμοσάμην δίνης οὐρανίοιο μέλη.

c) Vetus edit. *confragrositas.*

d) Hæc observatio Seleuci Mathematici est, ut docet Clemens Alex. VI. Strom. p. 685.

e) Novilunium, Luna ἀφώτιστος, Senecæ cap. 18. consolat. ad Marciam, *occulta*, Ammiano XXI. 9. *Senescens*, *Silens* Plinio XVI. 39. Hocce *interlunium*, quando ἁρπαγιμαία atque συνοδικὴ sive *in coitu* est Luna, à Chalcidio non computatur, qui tantum septem Φάσεις illius numerat.

f) Luna μηνοειδής, *summo corniculo.* Ammian. *curvata in cornua.* Plin.

g) Διχότομος, *medio corniculo.* Ammian. Plin. *æqua portione divisa.*

h) Ἀμφίκυρτος, *gibbosa*, sive *sinuata in orbem* ut Plin. II. 9.

i) Πανσέληνος, sive πληροσέληνος, *toto ore terris imminens Luna*, ut Senecæ verbis utar. Dicitur & διχόμηνος quoniam circa dimidiatum mensem fit plenilunium.

k) H. e. intervallis, ad musicæ harmoniæ rationes exactis, de quo plura infra p. 187. seq.

l) Verba Platonis: Τὴν δ' ἐντὸς σχίσας ἑξαχῇ, ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν.

m) Eusebius Orat. de laudibus Constantini p. 618. Πρώτη δὲ τριὰς δικαιοσύνην ἀνέδειξεν, ἰσότητος καθηγησαμένη, ὡς ἂν ἀρχὴν καὶ μεσότητα καὶ τελευτὴν ἴσην ἀπολαβοῦσα. Confer Meursii Denarium Pythagor. cap. V.

n) Supra, p. 107.


o) Sensus est: numerum multitudinis de quo possim dicere *omnia*, primitus, hoc est ad minimum esse *tria*. Nam unum non est *omnia*, sed unum. De duobus non dico *omnia*, sed *utrumque*.

Hæc igitur terna intervalla in utroque latere descriptionis p) sita, sex intervalla conficiunt: & senarius numerus plenus, & perfectus, q) merito habetur: quippe qui sit æqualis his partibus, ex quibus ipse constet. Habet enim dimidietatem in tribus, habet tertiam portionem in duobus, habet sextam in uno, quæ, simul atque in unum collecta, complent eundem. Denique qui ab eo quadratus nascitur r), id est triginta & sex numerus, secunda dicitur quadratura s), constans ex quatuor quidem imparibus numeris, hoc est uno, tribus, quinque, septem: & ex aliis paribus numeris quatuor æquè, id est duobus, quatuor, sex, octo. Rursum quinquaginta quatuor numerus, qui nascitur ex triangu-
114 lo supra descripto, tertia quadratura cognominatur, quia continet quatuor quidem limites in duplici latere, hoc est, unum, duo, quatuor, octo: quatuor verò alios in eo latere, quod ex triplicibus compositum est, uno, tribus, novem, viginti septem, communi videlicet acceptâ singularitate, quæ est utriusque lateris caput. Ideoque singularitas par atque impar habetur. Jure igitur septem quidem limites constituuntur. Terna vero per utrumque latus intervalla cernuntur. Nam singularitas initium est numerorum paris & imparis, propterea quod t) par & impar habetur, & omnes in se formas numerorum creditur continere, epipedam, triangularem, cubum. Quæ singula prosequi longum est. Sufficiat ergo demonstrasse rationem nascentis animæ u), quæ incorporationi erat destinata, quod orsa à singularitate individuâ, atque incorporeâ re, gradatim per lineam & superficiem increverit usque ad perfectum corpus, prolixitatis, latitudinis, profunditatisque intervallis: proptereaque tam subtilia quam solida penetret mundi sensilis corpora.

XXXIX. Nunc præstanda est ratio for- 115
mæ istius triangularis, in qua sunt limites septem, & sex intervalla duplicis & triplicis quantitatis. Nullam dico esse aptiorem figuram, quam est hæc, in quâ singularitas cacumini superimposita, summitatem atque arcem obtinere consideratur, ut per eam, velut emissaculum x) quoddam, tanquam è sinu fontis perennis, providæ intelligentiæ quasi quidam largus amnis efflueret: ipsaque singularitas y), mens, sive intelligentia, vel ipse Deus opifex intelligatur esse. Cum enim sit origo numerorum, omnibusque ex se substantiam subministret, rationesque eorum tam simplices quam multiplicatas ipsa contineat, cæteris numeris, incrementis, imminutionibusque mutatis, z) atque ex propriâ naturâ recedentibus, sola inconcusso jure est, atque in statu suo perseverat; semper eadem, semper immutabilis, & singularitas semper, quemadmodum divina omnia, quæ nullâ temporis progressione mutantur, suntque semper impatibili a) felicitate.

XL.

p) Descriptio fuit p. 101. ubi habes utrinque tria intervalla.



q) Perfectorum numerorum hæc est generatio:

pariter pares, sive ab unitate dupli.	1	2	4	8	16	32	64	128	256
		/	/	/	/	/	/	/	/
Impares ex coacervatione producti.	1	3	7	15	31	63	127	255	511
Perfecti ex multiplicatione.	1	6	28		496		8128		130816

Vide Petrum Bungum de mysteriis numerorum p. 471. 472.

r) Sex in se ducti reddunt sex & triginta, qui est numerus ab senario natus quadratus. Si senarius iterum multiplicetur per ipsius quadratum, prodibit cubus, 216.

s) Prima quadratura, sive primus tetractys nostro supra p. 109. numerus denarius, ex primis quatuor numeris compositus.

t) Rigalt. *prætereaque*. Theologumena Arithmeticæ sub initium, statimu bi de monade: *αὕτη γὰρ καὶ εἰ μήπω ἐνεργείᾳ ἀλλ' οὖν σπερματικῶς πάντας τοὺς ἐν πᾶσιν ἀριθμοῖς, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν δυάδι λόγους ἔχει, ἄρτια τε ὄντα καὶ περιττὴ, καὶ ἀρτιοπέριττος, καὶ γραμμὴ, καὶ ἐπίπεδος καὶ στερεά, κυβική τε καὶ σφαιρικὴ, καὶ ἀπὸ τετραγώνου μέχρις ἀπειρογώνου ἐν πυραμίδων εἴδεσι.* Ita legendum.

u) Supra p. 104.

x) *Emissarium* dixit Cicero, XVI. 18. Epist. ad Tullium Tironem.

y) Ἡ *μονάς*, unitas.

z) Clarius esset si dixisset: *Cæteris numeris per incrementa vel imminutiones mutatis*, sola unitas quotiescunque repetita eadem semper est manetque.

a) Edit. Paris. *impetibili*.

XL. *] Deinde prosequitur Plato:

Μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπλήρωσε τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀπο-
116 τέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην.

Quibus ita divisis consequenter complebat intervalla duplicis & triplicis quantitatis, ex universitate partes secans etiam nunc: & ex his intervallorum spacia complens, quo singula intervalla binis medietatibus b) *fulcirentur. Medietatum porrò altera, quotâ parte limitis extimi praecellebat unum extimum limitem, tota praecellebatur ab alio extimo limite. Altera pari summâ & aequali, ad numerum modò praecellebat, & praecellebatur ab extimis.*

Ut harmonici modulantes organa, inter duos extimarum fidium limites gravissimæ ὑπάτης & acutissimæ νήτης alias internectunt medias c) dispari strepitu tinnituque chordas, quæ mediæ sunt acutiores quidem primo limite, graviores autem ultimo, atque ita per accentum d) ad acuminis postremi sonum pervenitur, qua pererrant digitorum & pectinis e) pulsus: sic Deus animam mundi modulans, inducitur sex illa intervalla duplicis & triplicis quantitatis f), singula binis medietatibus stipans, ita ut una ex duabus medietas potior sit minore limite tertiâ parte ejus, majore autem limite inferior eadem tertia parte majoris limitis. Describenda est itaque figura similis ejus quæ paulo superius g) exscripta est, solis ab eâ numeris distans, ita ut majores numeri contineantur: quorum inter- 117
valla binam medietatum capiant interjectionem.

XLI. Quia sex numerus facit unum limitem, & item duodecim secundum efficit limitem, juxta rationem duplicis quantitatis, & à se distant, interponuntur duæ medietates h), una octonarii numeri, altera novenarii. Ergo octo numerus adversum sex limitem comparatus, præcedit eum tertiâ ejusdem senarii limitis portione, id est duobus: Ipse autem præceditur tertiâ portione duodecim limitis, id est quatuor. Sic una medietas octo numeri quota parte præcedit senarium limitem, tota præceditur à duodecim limite. Rursum novem medietas altera præcedit sex limitem tribus

 nume-

*] Hoc loco incipit caput III. de modulatione sive harmonia.

b) Cicero: *Quas intervallis ita locabat, ut in singulis essent bina media (vix enim audeo dicere* medietates, *quas Graeci μεσότητας appellant: sed quasi ita dixerim, intelligatur: erit enim planius.)* Vocabulum *fulcirentur* male in edit. Leidensi Chalcidii exciderat.

c) In hunc ferme modum:

Hypate	A
Partypate	B
Lichanos	c
Mese	d
Paramese	e
Paranete	f
Nete	g

Vide Musicos veteres a Marco Meibomio & Joanne Wallisio editos.

d) *Accentus* est sonus acutior, ut *succentus* gravior. infra p. 121.

e) Pecten Chalcidio plectrum est, perinde ut Maroni VI. Æneid. 647.
Jamque eadem digitis jam pectine pulsat eburno.

f) En tibi sex illa inter septem numeros intervalla:

VI.	
XII	XVIII
XXIV	LIV
XLVIII	CLXII
Dupl.	*Tripl.*

g) Supra p. 107.

h) En schema descriptionis superioris, amplificatæ binarum medietatum interjectione:

VI	
8	9
9	12
XII	XVIII
16	27
18	36
XXIV	LIV
32	81
36	108
XLVIII	CLXII.
Dupl.	*Tripl.*

numeris, & præceditur à duodecim limite iisdem æque tribus: nec immerito. Octo enim adversus sex comparata, epitrito potiora sunt. Epitritum i) autem dicunt, intervallum, quoties numero ad numerum comparato, major minorem totum in se continet, & ejus tertiam portionem. Atque duodecim limes adversus novem, unam ex medietatibus, comparatus, epi-
118 tritus ejus esse invenitur, continet enim totum novem, & ejus tertiam portionem. Rursumque duarum medietatum intervallum epogdoum est. Novenarius enim numerus totum octonarium in se continet, & ejus octavam portionem, id est, unum. Sic duæ medietates præcellunt limites, & à limitibus præcelluntur duplici diversaque ratione, altera partibus, altera numeris, sicut ostensum est.

XLII. Hæc eadem ratio etiam in triplicibus numeris invenitur. Sex enim limes unus distans à decem & octo altero limite, intervallum quod interiacet, triplum esse demonstrat in altero formulæ latere. Sunt hic quoque duæ medietates, una in novem, altera in duodecim, numeris. Novenaria medietas, adversum sex limitem comparata, sescuplo superat. Habet enim totum sex, & ejus dimidiam portionem, id est, tria. Eadem adversum decem & octo limitem comparata, duplo præceditur. Bis enim novem, decem & octo sunt. Rursum alia medietas k), id est duodecim, si adversus sex limitem comparetur, duplo præcellit: sin verò adversum alium, qui major
119 est, id est octodecim, sex numeris minor invenitur, qui sex numeris æque potior erat senario limite. Hæc eadem ratio invenitur inter alios quoque duos limites, dupli ratione distantes, id est, duodecim, & vigintiquatuor: nam & hic medietas sedecim, duodecim limitem epitriti ratione præcedit: Vigintiquatuor quoque limes octodecim medietatem epitriti ratione præcellit. Et rursum vigintiquatuor limes adversum quadragintaocto dupli ratione distat: & medietates habet, unam trigintaduo, alteram trigintasex. Trigintaduo medietas, adversum vigintiquatuor limitem comparata, facit intervallum epitritæ quantitatis. Habet enim totum vigintiquatuor, & ejus tertiam portionem, id est, octo: quadraginta octo verò limes trigintasex numeri, quæ medietas est altera, epitritus est. Continet enim in se totum trigintasex numerum, & ejus tertiam portionem, id est, duodecim. Trigintasex enim, & duodecim, complent numerum quadragintaocto.

XLII. Hæc eadem ratio invenitur etiam in eo latere, quod ex triplicibus numeris 120
est ordinatum. Quia igitur novem, & octo epogdoum faciunt spatium, & ex his duo limites dupli ratione distantes, id est sex & duodecim complentur, rectè dixit, *epogdoi spatio epitritorum omnium intervalla compleri.* l) Rursum enim decem & octo numerus adversum decem & sex numerum, epogdoi rationem obtinet: ex quibus duabus medietatibus epogdoum spatium habentibus duodecim limitis, & vigintiquatuor æquè limitis intervallum completur. Rursum vigintiquatuor limitis & quadragintaocto spatium complent duæ medietates epogdoæ, id est triginta sex & trigintaduo. m) Evidenter itaque *epogdoi spacio epitritorum intervalla complentur.*

XLIII. Deinde prosequitur:

Λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον. Τῆς δὲ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης, ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια.

Ita ut ad perfectam cumulatamque perfectionem deesset aliquid epitrito, tantum scilicet quantum deest habitâ comparatione ducentis quadraginta tribus adversum ducentos quinquagintasex.

Quid est quod vult intelligi? dicam: sed quæ ante dicenda sunt, prius explicabo. Etenim quemadmodum articulatæ vocis principales sunt & maximæ partes, nomina & verba: horum autem syllabæ, sylla- 121
barum litteræ, quæ sunt primæ voces individuæ atque elementariæ: ex his enim totius orationis constituitur continentia, & ad postremas easdem literas dissolutio pervenit orationis: ita etiam canoræ vocis, quæ à Græcis ἐμμελὴς dicitur, & est modis numerisque composita, principales quidem partes sunt hæ, quæ à musicis adpellantur *συστήματα*. Hæc autem ipsa constant ex certo tractu pronunciationis, quæ dicuntur *διαστήματα*. n) Diastematum porrò ipsorum partes *φθόγγοι* sunt, qui à nobis vocantur soni: hi autem soni, prima sunt fundamenta cantus. Est autem in sonis differentia, juxta chordarum intensionem. Siquidem acuti soni vehementius, & citius percusso aëre excitantur: graviores autem, quoties leniores, & tardiores, pulsus

i) Supra, p. 109. k) i e. medietas altera.

l) Platonis verba: *τῷ δὲ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο.*

m) Ita recte edit. Paris. nam in Leidensi *triginta sex*, typographi oscitantia exciderunt.

n) Vitruvio V. 3. *sonitus distantes.* Conferendus Euclides in isagoge Harmonica, ex quo ad verbum noster quæ de *φθόγγῳ, διαστήματι, συστήματι* & variis generibus *συμφωνιῶν* differit.

ſus erunt. Et accentus o) quidem exſiſtunt ex nimio incitatoque pulſu: ſuccentus vero, leni & tardiore. Ex accentibus porro, & ſuccentibus, variatâ ratione muſicæ cantilenâ, συμφωνία dicitur. Prima igitur ſymphonia quæ in quatuor primis modulis invenitur, quæ διὰ τεσσάρων dicitur: ſecunda vero, quæ ex quinque primis modulis conſtat, διὰ πέντε cognominata eſt.
122 Quibus compoſitis in ordinem, naſcitur ea cantilena, quæ ἐπόγδοος & διὰ πασῶν p) vocatur. Propterea epogdous, quia veteres muſici octo ſolis chordis q) utebantur: quarum princeps erat ὑπάτη, edens graviſſimum ſonum: ultima verò νήτη, edens acutum. Qui duo diverſi ſoni habent inter ſe miro quodam genere concentum, & conſonantiam. Poſt verò aucta muſica eſt, adſumptis in utramque partem pluribus fidibus: priores tamen ſymphoniæ perſeverant in ſuo nomine, & ex his hæ, quæ addebantur, componebantur; ut διὰ πασῶν adjunctâ ſibi eâ quæ διὰ τεσσάρων dicitur, adjuncta quoque aliâ διὰ πέντε, accepit duplicem perfectionem, proptereaque δὶς διὰ πασῶν r) vocatur.

XLIV. Hos igitur concinentes ſibi invicem ſonos, primus dicitur Pythagoras s) notaſſe, & intellexiſſe, habere aliquam cum numeris germanitatem. Itaque διὰ τεσσάρων cantilenam dixit eandem habere rationem, quam habet epitritus in numeris. t) Rurſum διὰ πέντε ſymphoniam habere rationem ſimilem ejus quantitatis, quæ eſt ſeſcuplaris in numeris: διὰ πασῶν verò, vim obtinere duplicis quantitatis. Itaque comparationem fecit hujuſmodi, ut diapaſon,
123 & diateſſaron ſymphonias tantam habere differentiam diceret, quantam habent inter ſe octo & tria. Octo enim & duplex eſt, & bis epitritus trium numeri. Rurſum diapaſon, & diapente, rationem dixit habere u) tripli; at verò diſdiapaſon, quadrupli: tonon verò, epogdoi. Hemitonium quod dicitur, à veteribus autem δίεσις adpellabatur, λεῖμμα cognominavit. Limma verò eſt, cum aliquid deeſt x) integritati. Hoc ipſum quod deeſt, id eſt, ἡμιτόνιον, ſive λεῖμμα, dixit hanc habere rationem, quam habent inter ſe numeri, y) id eſt, ducentorum quinquaginta ſex ſumma, adverſus ſummam ducentorum quadraginta trium: experiendo ad diſciplinam harum rerum atque intellectum vocatus. Suſpendit enim, opinor, momenta ponderum certa chordis, æqualibus tam in prolixitate, quam in craſſitudine z): & invenit eum qui τόνος dicitur, in octo eſſe momentis.

XLV. *] Ita ſymphonia muſicæ, ſymphoniæ numerorum concinere invenitur.
Quia igitur diapaſon ex duabus primigenis 124
cantilenis, diateſſaron & diapente conſtat: ratio autem diapaſon quidem in duplici quantitate poſita invenitur, diateſſaron vero in epitrito, diapente autem in ſeſcuplo: etiam is numerus, quem in duplici quantitate diximus inveniri, conſtet neceſſe eſt ex epitrito, & ſeſcuplo. Etenim octo numerus ſex numeri epitritus eſt, octo verò numeri, duodecim numerus ſeſcuplaris. a) Duodecim igitur numerus, ſex numeri duplex; qui dividitur in epitritam rationem, ſcilicet duodecim adverſum novem: & aliam ſeſcuplarem, ſcilicet novem adverſus ſex. Rurſum diapente ad-

o) *Accentus.* vocat acutos ſonos, ut ſupra p. 116. Viciſſim *ſuccentus*, ſonos graviores.

p) Ita recte edit. Pariſ. Nam cum inter διὰ τεσσάρων ſive quartam & διὰ πέντε ſive quintam, intervallum ſit ἐπόγδοον, utraque autem octavam ſive διὰ πασῶν conſtituat, auferendo ſit ἐπόγδοος, addendo ſit διὰ πασῶν. In edit. Leid. male omiſſum erat ὡς. De epogdoi ratione infra p. 124.

q) Octava chorda προσλαμβανομένη addita dicitur à Pythagora: antiquior autem Orphei lyra tantum ſeptem chordarum fuiſſe. Vide Nicephorum ad Syneſium de inſomniis p. 364.

r) Sic iterum recte edit. Pariſ. licet δὶς in Leid. deſideratur.

s) Rem accurate narrat Nicomachus Geraſenus in enchiridio Harmonices p. 10. ſeq. & ex eo Jamblichus de vita Pythagoræ cap. 26.

t) Verba *in numeris* ex edit. Pariſ. reſtitui.

u) Rigalt. *obtinere dixit*.

x) Dicitur enim λεῖμμα à λείπειν quod eſt deficere.

y) Rigalt. addit: *comparati*.

z) Chordas ὁμοῦλυς καὶ ἰσοκώλυς ἰσοπαχεῖς τε καὶ ἰσοςρόφυς vocat Jamblichus è Nicomacho.

*] Hoc loco incipit caput IV. de Numeris

a) Male in edit. Leid *ſexcuplaris*. Viciſſim ſupra, *ars* ediderant pro *arx*. Atque in veteribus etiam MSS. nihil frequentius quam hujuſmodi error librariorum, litteras *s* & *x* inter ſe permutantium, cujus exemplis allatis à Reineſio ad Manilium p. 20. & in Epiſtolis ad Hoſmannum p 403. & in Variis Lect. p. 630. atque à Danſquejo in Orthographia p. 28. ſeq in promtu eſt addere quod apud Vitruvium lib. 2. cap. 10. legas contignationibus crebris *coaxata* pro *coaſſata* & lib. 4 c. 7. ἀπόφυξις pro ἀπόφυσις. Viciſſim in prima editione Julii Firmici de erroribus profanarum Religionum *uſor jovis* pro uxor. In veteri quodam epitaphio apud Mabillonium T. 1. muſei Ital p. 223 *unſit* pro *unxit*. Ita *Maxilienſis* pro *Maſſilienſis* id. p. 208. *Luſis* pro *luxis*, hoc eſt luxatis, in MS. hortulo Strabi Galli, apud Tho. Bartholinum de Medicis Poëtis p. 119. In fabula 4. Avieni pro *laſſa*, MS. laxa. In Evangelio pſeudo Nicodemi, *rex* pro *res*. In antiquis Tertulliani editionibus *duxe* pro *duſe*, ſive Joſue, &c.

versum diatessaron symphoniam præcellit uno tono. Quippe diapente constat ex tribus tonis, & hemitonio: diatessaron vero ex duobus tonis & hemitonio. b) Ex quo adparet, tonon in epogdoâ ratione inveniri: & sescuplum modum epitrito modo potiorem esse ratione epogdoâ. Siquidem ex sescuplo, utputa novem adversum sex, sublato epitrito octo adversum sex, superest epogdous modus, id est novem adversum octo. Item quia diapason symphonia in duplici modo posita invenitur, diatessaron autem in epitritâ, quod ex his confit,
125 in eâ ratione positum dinoscitur, in quâ est octo numerus adversum tria numerum: etenim trium epitrita sunt quatuor, horum duplicia octo. Diapason autem, & diapente, in ratione tripla. Sescuplaris enim, & duplex, simul compositi, efficiunt hunc eundem, id est, decem & octo, quippe novem adversum sex comparatus, sescuplaris invenitur; cujus decem & octo numerus, duplex est: triplex verò, adversum sex comparatus. Similiter etiam ea symphonia quæ disdiapason appellatur, rationem obtinet quadrupli c). Additus enim triplex numerus epitrito numero, complet quadruplam quantitatem: & diapente symphonia, addita diapason symphoniæ, triplam efficit quantitatem. Diatessaron verò symphonia, epitrita ratio est d), ut sæpe jam diximus. Ex his autem, disdiapason constat symphonia. Etenim decem & octo numerus, sex numerum triplo anteit. Hunc ipsum autem decem & octo numerum epitritâ ratione præcellit vigintiquatuor numerus. Viginti quatuor autem numerus, adversum sex comparatus, quater tantus est. Rur-
126 sumque sex numeri epitritus est octonarius numerus: hujus autem ipsius triplus est is, qui in viginti quatuor momentis invenitur. Idem autem vigintiquatuor numerus, sex numeri quadruplus invenitur.

XLVI. His ergo hunc in modum peragratis, ad ordinationis ipsius considerationem revertamur.

Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο.

Natis itaque limitibus sescuplorum, & item eorum, quibus accedit pars sui tertia, quod genus à Græcis ἐπίτριτον dicitur; & item eorum, quibus accedit pars sui octava, qui numerus ἐπόγδοος ab eisdem vocatur, ex his nexibus illa prima spatia, id est epogdoi, spatiis epitritorum omnium intervalla complebat. e)

Quæ igitur sunt illa prima spacia? Illa scilicet, quæ continentur in primitus descripta formâ f), quæ ex duplicibus numeris est ordinata; in quâ nascuntur sescuplares, & epitriti. In hac verò quæ secundo loco descripta est, g) inveniuntur nasci epogdoi numeri, qui toni sunt. Deinde ait, *epogdoi spatiis epitrita omnia compleri*; hoc est, illa etiam epitrita, quæ sunt in sescuplaribus numeris. Nam & in his epitrita ratio continetur, propterea quod epogdoâ supputatione major est sescuplaris 117
numerus epitrito numero, id est, uno tono h). Eadem epitrita ratio etiam in duplici, & triplici quantitate contineatur necesse est; nec immerito. Prima enim symphonia est hæc ipsa, quæ adpellatur diatessaron, in epitrito modo posita; & quia epitritus non solum ex duobus epogdois constat, sed etiam ex alio quoque, aliquantulo i) scilicet, sicut diatessaron non ex solis duobus tonis constat, sed ex hemitonio, quod veteres k) λεῖμμα adpellabant. Hujus quoque rationis tractatum habens, dixit, singulorum epitritorum esse quandam portiunculam reliquam, l) hanc ipsam scilicet rationem hemitonii designans, quod ait tantum esse, quantum desit ducentis quadraginta tribus adversum ducentos quinquaginta sex, quo minus sit plenus epogdous numerus.

XLVII. Quare rursum tertia est facienda descriptio, quæ subest; ut non solum intelligendo, sed videndo etiam adsequamur, quid sit, & quantum, illud quod epitritis deest epogdoâ ratione dimensis. m) Sumuntur itaque majores numeri, ut totius vocis densitas n), & omnis quasi quædam con-

b) Verba: *diatessaron vero ex duobus tonis & hemitonio*, in Meursii edit male desiderantur.

c) Plutarchus de ει apud Delphos p. 301.

d) Ita edit. Paris. nam in Leidensi *ratio* exciderat.

e) *Complebat*, Deus nempe. Perperam editum erat *complebant*.

f) Supra p. 113 g) p. 117

h) Euclides harmonic. proposit. VIII. ἐὰν ἀπὸ ἡμιολίου διαστήματος ἐπίτριτον διάστημα ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν καταλείπεται ἐπόγδοον.

i) Hemitonio. k) Pythagoras, supra, p. 123.

l) Supra p. 120. m) Vocabulum *dimensis* ex edit. Paris. restitui.

n) Universum systema harmonicum continenti ordine descriptum.

128 constipatio, procedat, admittente id fieri majorum summarum capacitate.

Descriptio tertia, o) *quæ est harmonica, juxta epogdoam rationem modulans utramque symphoniam diatessaron & diapente.*

		intervalla	
Octava. 192.	CXCII		64. Epitritus s. Quarta.
	Tonus s. epogdous	XXIV	
	CCXVI		
	Tonus	XXVII	
	CCXLIII		
	Semiton. s. λεῖμμα	XIII	
	CCLVI		
	Tonus	XXXII	128. Hemiolios, s. Quinta.
	CCLXXXVIII		
	Tonus	XXXVI	
	CCCXXIV		
	Tonus	XL½	
	CCCLXIV½		
	Semiton. s. λεῖμμα p)	XIX½	
	CCCLXXXIV		

XLVIII. Quis igitur primæ portionis numerus conveniet institutæ ratiocinationi? Nimirum centum nonaginta duo, quem sic invenio. Sumo eum, qui ante omnes numeros ex tribus partibus constat, id est ternarium. q) Hunc octies sibi complico: nascetur vigintiquatuor numerus. Hunc ipsum vigintiquatuor numerum octies supputo. Invenitur is, qui quæritur, numerus centum nonaginta duo, r) cujus tertia pars est sexagintaquatuor, dimidia vero nonaginta sex. Sed quia epogdoi rationem discutere instituimus, adhibeo alium limitem, distantem ab eo, duplicem ejus qui est in summâ; trecentos octoginta quatuor. s) Dico numerum, ducentos quinquaginta sex, epitritum esse ejus numeri, quem constituimus summum limitem, id est, centum nonaginta duorum. Habet enim hunc ipsum numerum centum nonaginta duo, & tertiam partem ejus sexaginta quatuor, cujus limitis centum nonaginta duo t) epogdous numerus
129 est ducenti sexdecim. Habet enim in se totum limitem centum nonaginta duo, & ejus octavam partem viginti quatuor. Hujus ipsius ducentorum sexdecim numeri epogdous est is, qui est in summâ, ducenti quadraginta tres. Continet enim ducentos sexdecim, & eorum partem octavam, id est, viginti septem. At verò ducentorum quinquaginta sex, quem epitritum diximus esse centum nonaginta duum numeri, epogdous est is, *] qui summam complet ducentorum octoginta octo. Habet enim eundem, & octavam partem ejus, hoc est, triginta duo. Hujus ipsius numeri, qui est in ducentis octoginta octo, epogdous numerus est trecentorum vigintiquatuor, habens ipsum, & octavam partem ejus, hoc est, triginta sex. Rursus ipsius numeri trecentorum viginti quatuor epogdous numerus est is, qui habet summam trecentorum sexaginta quatuor semis. Habet enim ipsum, & ejus octavam portionem, quadraginta semis.

XLIX. Supersunt duæ summæ; una, quæ est in ducentis quadraginta tribus; alia, quæ est in ducentis quinquaginta sex. Non possumus dicere, ducentos quinquaginta sex ducentorum quadraginta trium epogdoum esse. Non enim numero ducentis quin- 130
quaginta sex, numerus ducenti quadraginta tres totus continetur, & ejus octava pars. Est etenim octava pars ducentorum quadraginta trium, triginta & prope semis. At inter ducentos quinquaginta sex, u) & item ducentos quadraginta tres soli intersunt tredecim numeri. Non igitur epogdoi ratio inter hos numeros conservari potest. Et quoniam epogdous in numeris idem est, qui est in musicâ tonus, perspicuum est quantum ad complendum tonum desit supradictis inter se numeris comparatis. Nec verò integrum hemitonium conservari potest, unde rectè addit, *Ita ut ad perfectam cumulatamque perfectionem deesset aliquid epitrito, tantum scilicet, quantum deest habitâ comparatione ducentis quadraginta tribus adversum ducentos quinquaginta sex.* x) Quæ ratio invenitur etiam in cæteris numeris, qui sunt in formulâ y). Certè conveniens oratio disputanti. Iste enim Timæus, qui in hoc libro tractat, ex Pythagoræ magisterio fuit,

 z) quem

o) Descriptionem hanc in Leid. editione male missam, exhibui ex edit. Paris.

p) Male in edit. Paris. XCIX. q) Rigalt. *trientem.* r) Male in Meursii edit. *nonaginta duo.*

s) Sic interpunctione hunc locum rectè sanavit præstantissimus Doblerus.

t) Rigaltius *duûm.* Quanquam veterum usu passim *duo* etiam in casibus obliquis velut indeclinabile positum reperies. Cæterum in editione Parisiensi numerorum notis signatos, non vocabulis expressos numeros video, atque similiter in Codicibus MSS.

*] Ita rectè Rigaltius pro *si.*

u) Ita legendum, non *sexaginta sex*, ex descriptione patet.

x) Græca habes p. 120. In Leidensi male erat *ducentorum quadraginta trium.*

y) Hoc est in descriptione exposita p. 128. Nam ut 243 ad 256, ita etiam 364½ ad 384.

z) quem rationabiliter inducit Plato domesticis, & familiaribus sibi, probationibus utentem, docere animæ naturam congru-
131 ere numeris, concinere etiam modulationibus a) musicæ.

L. Nunc quoniam ex quibus constet anima mundi virtutibus, velut ex partibus membrisque coagmentata, iisdem b) virtutibus, & quemadmodum natura ejus numeris modisque conveniat, palam factum est: quod, illud propositum exequens, ad hoc tractatum descenderit Plato, manifestandum est, ut rationabili ductu ad destinatum operis effectum ratione, hac viâ pervenerimus. Vult igitur animam sensilis mundi, tanquam permissâ usurpandi licentiâ, nasci; cognitricem tamen rerum omnium, quæ sunt tam intelligibiles quam sensiles. Est porro Pythagoricum dogma, *Similia non nisi à similibus suis* c) *comprehendi.* d) Quod etiam Empedocles sequens, ait in suis versibus, e)

Terram terreno comprendimus, athera flammis,
Humorem liquido, nostro spirabile flatu,
Pacem tranquillo, litem quoque litigioso.

Hæc f) quippe constituebat elementa, & initia universitatis, ex quibus animæ quo-
132 que censebat constare substantiam. Propterea que penes eam omnium rerum esse plenam scientiam, simili suo similitudinem habentia comprehendentem.

LI. Atque ipse etiam Plato hoc ipsum asserens, animam ex omnibus initiis conflat, ut & ipsorum initiorum, & quæ initia sequuntur, & prorsus omnium rerum existentium scia esset, ac de omnibus judicaret. Denique, postquam commiscuit eam ex iis virtutibus, ex quibus componendam putavit, & compositam divisit in partes, juxta quasdam geometricas, & arithmeticas, & musicas rationes, hoc addidit;

Ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις, οἷον χ προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ κατ' ἀντικρὺ τῆς προσβολῆς. Καὶ τῇ κατὰ ταὐτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε, καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δὲ ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων.

Hanc ipsam, unamque ejus seriem secuit in longum, & ex una duas fecit, easque mediam media in speciem χ Græcæ literæ coarctavit, curvavitque in orbes, quoad coirent inter se capita: orbemque orbi sic inseruit, ut alter eorum adverso, alter obliquo circuitu rotarentur. g)

Ἅτε οὖν ἐκ ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας, τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνάλογον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἂν τι ταὐτὸν ᾖ, καὶ ὅτῳ ἂν ἕτερον πρὸς ὅ, τι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε συμβαίνει κατὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί.

Itaque ut ejusdem diversaque natura cum essentiâ mixtis coagmentata, indigete motu, & orbiculata circuitione, in seipsam revertens, cum aliquam vel dissipabilem substantiam offenderit, vel individuam, facilè recognoscit, quid sit ejusdem, individuaque, quid item diversæ, 133
dissolubilisque, naturæ: causasque omnium, quæ proveniunt, videt; & ex iis, quæ accidunt, quæ sint futura metitur.

LII. Ex quo perspicuum est, cum sint antiquissima initia rerum, essentia, sive substantia; & hæc duplex, altera individua, dividua altera, naturæque gemina diversitas longè vetustissima, conflatam animam ex

z) Timæum Pythagoricum ab Arithmeticæ & Musices peritia laudat etiam Jamblichus ad Nicomachum p. 168.

a) Rigalt. *modulaminibus.* b) Al. *hisdem.* Sic quoque alibi, ut infra p. 134.

c) Ita edit. Paris. licet *suis* deest in Leidensi. Verum sic infra quoque noster: *Simili suo similitudinem habentia comprehendentem.*

d) Τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια γινώσκεσθαι, atque τὸ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. Aristoteles VIII. 1. Ethicor. Sextus Empiricus contra Grammaticos sect. 303. Vide etiam Ismaëlem Bullialdum ad Claudium Ptolemæum περὶ κριτηρίου καὶ ἡγεμονικοῦ.

e) Græci versus Empedoclis à multis laudati:

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
Στοργὴν δὲ στοργῇ, νεῖκος δέ τε νείκει λυγρῷ.

Priores duos iterum affert à se latine redditos noster infra p. 305.

f) *Hæc*, jam enumerata nempe elementa quatuor, illorumque σύγκρισιν & διάκρισιν sive φιλίαν & νεῖκος pro principiis rerum omnium habita ab Empedocle, notissimum. Vide quæ viri docti ad Laertium Libro VIII.

g) Verba *hoc addidit*, hoc loco ex punxi, quæ ex superioribus male in editis repetebantur. Verba quæ sequuntur Platonis, recurrunt iterum p. 136.

ex utrâque substantiâ, eademque & item naturâ diversa, constare ex omnibus originibus. Ideoque naturam ejus numerorum naturæ maximè convenire, quos constet antiquiores esse etiam ipsis geometricæ formis *). Geometricæ formæ in aliquo numero inveniantur necesse est, ut trium, & quatuor, & item plurium laterum figuræ, rursum, quæ vocantur ἑξάεδρα, & ὀκτώεδρα initia: hæc quippe sine numeris esse non poterant: h) numeros verò sine his formis esse nihil impedit. Sic igitur antiquissima numerorum initia esse inveniuntur in omnibus rationibus. Ipsorum porrò numerorum initia & principia sunt singularitas, & item duitas. Siquidem has duas ceterorum numerorum origines esse constat.
134 Quâ ratione concluditur, animam ex duplici concretam substantiâ, geminaque naturâ numerorum potentiæ concinentem, vivificantemque cœlestia corpora, animaliaque, in quibus ratio sit, & disciplina, habere omnium rerum conscientiam, ex quarum potentiis ipsa constet.

LIII. Hæc est illa rationabilis anima Mundi, i) quæ geminâ juxta meliorem naturam veneratione tutelam præbet inferioribus, divinis dispositionibus obsequens, providentiam nativis impertiens, æternorum similitudine propter cognationem beata, dissolubilium rerum auxiliatrix, & patrona, cujus in consulendo, ratiocinandoque, virtutis in moribus hominis adparent insignia, qui cultor eximius Dei diligentiam mansuetis impertit animalibus. Iisdem quippe virtutibus animæ, quibus sensilis mundus, fovetur; quando ad ceteros vitales vigores, qui sunt communes hominibus, & bestiis, stirpibus etiam, id est, crescendi, movendi semet, appetendique, & imaginandi, accedens ratio propriam hominis animam perficit, ut non solum vitæ compos sit, sed etiam bene vivendi non desit optio. Atque ita naturalis & rationabilis item animæ contubernio 135
vita hominum temperatur.

LIV. Quod quidem verum esse testatur eminens quædam doctrina sectæ sanctioris, k) & in comprehensione divinæ rei prudentioris, quæ perhibet l) Deum absoluto illustratoque, sensili mundo, genus hominum instituentem, corpus quidem, ejus parte humi sumptâ, juxta hanc effigiem ædificasse, formasseque: vitam verò eidem ex convexis accersisse cœlestibus, post que m) intimis ejus inspirationem proprio flatu intimasse, inspirationem hanc Dei consilium, animæque consilium, significans. Et ratio Dei, n) Deus est, humanis rebus consulens, quæ causa est hominibus bene beateque vivendi, si non concessum sibi munus summo à Deo negligant. Ac de animâ quidem mundi, ex duabus essentiis, ejusdemque & item naturæ diversæ concretione conflatâ, deque divisione ejus juxta rationes, harmonicam, arithmeticam, geômetricam, factâ, quove modo natura ejus numeris sonisque conveniat, satis dictum est.

LV. †] Nunc quemadmodum animæ sectio sectioni cœlestium membrorum, inflexionique conveniat circulorum, quorum motibus concurrat animæ conversio, prosequemur. Artificialiter quippe satis agit, ut 136
ostendat animam pari, quâ cœlestia, ratione institutam, facile cognationem suam recognoscere: vel quia dogma ejus hujusmodi est, universi motus initium penes

id

*) Geometricæ disciplinæ figurarum, ut trianguli & quadranguli partes, rationes & magnitudines numeris metimur: itaque & Pythagorici docebant numeros omnibus illis antiquiores esse.

h) Edit. Paris. *possunt*. Paullo ante, *Rursum quæ* scripsi pro *Rursumque* & *hæc* pro *hæ* ἑξάεδρα & ὀκτώεδρα *initia*, elementa intellige terram & aquum, quibus illas figurus tribuit Plato.

i) Vocabulum *Mundi* hoc loco desideratur in edit. Meursii, sed exstat in Paris.

k) Hebræos à Chalcidio intelligi patet ex p. 305. & 400. quos *Sanctioris sectæ* titulo non appellaturus fuisset nisi Christianus.

l) Genes. II. 7. m) Ita Rigalt. pro *post quam.*

n) En tria hæc, *DEum*, ejusque λόγον seu *Rationem* & *inspirationem* sive Spiritum etiam apud Manilium libro II. 61.

Infusumque DEum *cælo, terrisque, fretoque*
Ingentem æquali moderantem fœdere molem,
Totumque alterno consensu vivere mundum,
Et Rationis *agi motu, cum* Spiritus *unus*
Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem
Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.

Et apud Senecam consolatione ad Helviam cap. VIII.. *Id actum est mihi crede ab illo, quisquis formator universi fuit, sive ille* DEus *est potens omnium, sive incorporalis* Ratio *ingentium operum artifex, sive divinus* Spiritus *per omnia maxima minima, æquali intentione diffusus, sive fatum & immutabilis causarum inter se cohærentium series.*

†] Hoc loco incipit caput V. de stellis ratis & errantibus.

id esse, quod ex seipso movetur; nec est quicquam, nisi anima, quod ex se movetur. o) Unde perspicuum est, eandem esse mundi quoque motus originem, & causam. Fertur porrò mundus in gyrum. Prius igitur p) animæ motus gyri circuit anfractibus, q) ut omne cœlestis convexi corporeum iisdem orbitis circumferatur. Quod autem ex seipsâ moveatur anima, declarat, cum differentiam faciens opinionum, & scientiæ, dicit hæc:

Ἅτε οὖν ἐκ ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως ἔκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν καὶ ἀνάλογον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὐτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς ὅτῳ τ' ἄν τι ταὐτὸν ᾖ καὶ ὅτῳ ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ, τι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε συμβαίνει κατὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα
137 ἀεί. Λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γενόμενος, περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται, καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς. Ὅταν δ' αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἐπιτελεῖται. Τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίγνεσθον, ἄν ποτέ τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχὴν εἴπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τ' ἀληθὲς ἐρεῖ.

Ut igitur ex ejusdem & diversi naturâ cum essentia mixtis coagmentata, indigete motu, & orbiculatâ circuitione, in seipsam revertens, cum aliquam vel dissipabilem substantiam offenderit, vel individuam, facile recognoscit r) *quid sit ejusdem individuaque, quid item diversæ dissolubilisque naturæ: causasque omnium, quæ proveniunt, videt, & ex iis, quæ accidunt, quæ sint futura metitur, motusque ejus rationabilis, sine voce, sine sono, cum quid sensile spectat: circulusque diversi generis sine errore fertur veridico sensu, & recta* s) *nunciante, cunctæ animæ rectæ opiniones, & dignæ credulitate, nascuntur. Porrò cum individuum genus, semperque idem, conspexerit ea quæ sunt, motu intimo fideliter nunciante, intellectus & scientia convalescunt. Quæ quidem omnia* t) *in animâ fieri, eidemq; insigniri,* u) *palam est.*

LVI. Hoc idem aliquanto apertius significat in Phædro, dicens ita: x) *Omnis anima immortalis: quia, quod semper movetur, semper in vita est. At verò quod aliud movet, aliunde sumpta virtute motus, pausam movendi patiens, pausam quoque vitæ patiatur necesse est. Solum ergo quod seipsum movet, ut quod nunquam motum suum deserat, nunquam movere se desinit: Quin ceteris etiam, quæ motum ex natura sua non habent, fons & initium motus sit. Initium porrò sine ortu, quando, quæ gignuntur, ex initio creantur, ipsum porrò ex nullo initio: Nam si ex aliquo, initium non erit initium, quando cuncta, quæ gignuntur, ex initio sint oportet: & quia caret generatione, caret etiam morte. Quippe, initio sepulto, neque ipsum ex aliquo reparabitur, nec quicquam ex eo.* 138

Nimi-

o) Animam αὐτοκίνητον & ἀεικίνητον, notum dogma Platonis, ut mox notissimis è Phædro verbis infra noster explicat. Pro *ex ipso*, in Leidensi erat *ex seipso*.

p) Ita recte Rigalt. pro *primus igitur*. Sententia enim Chalcidii est, quoniam mundus in gyrum vertitur, necesse esse ut anima mundi, utpote αὐτοκίνητος & illius gyrationis auctor, prius motu ejusmodi afficiatur. q) Edit. Paris. *gyris circuit anfractibus*.

r) Supra p. 132. seq. Confer si placet quæ ad hunc Platonis locum Proclus sub extremum libri tertii in Timæum

s) Ita recte Rigalt. pro *certa*. t) Male Leid. *omnium*. u) Al. *insignari*.

x) Græca Platonis, ut possint cum Chalcidii versione conferri, ita se habent p. 344. Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. Τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον. Τὸ δὲ ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. Μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Ἀρχὴ δὲ ἀγένητον· ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός· Εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. Ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι· ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης, οὔτε αὐτή ποτε ἔκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. Οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, τοῦτο δὲ οὔτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν. Ἢ πάντα τε οὐρανὸν, πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν στῆναι ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. Ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτο αὐτό τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. πᾶν γὰρ σῶμα ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον· ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ, ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς. Εἰ δ' ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν ἢ ψυχήν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητον καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη.

Nimirum enim ex initio cuncta, quae sunt in generatione, subsistunt. Sic ergo motus quidem initium, quod intimo & genuino motu movetur; hoc porrò neque nasci, neque emori, fas est. Aut omne cœlum omnemque genituram labefactatam consistere, nec ullum remedium fore, quo demum, quae moveri conservationis rerum exigat causa, recreentur. Quare ostentâ immortalitate ejus, quod ex se movetur, animae mentisque immortalitas revelata est. Etenim omne corpus, quod quidem habet intra se motuum vigorem, cum animâ est: quod verò extra, sine animâ: siquid in haec animae natura sit. Quod cum ita sit, adparet, animam solam esse, quae ex seipsâ moveatur, propterea que positam extra ortus, interit usque necessitatem.

LVII. Ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλοις οἷον Χ προσβαλὼν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλους ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς. Καὶ τῇ κατὰ ταυτὰ καὶ ἐν ταὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε, καὶ τὸν μὲν
139 ἔξω, τὸν δὲ ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων. Τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. Τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε· τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. Κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ, μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασεν. Τὴν δ' ἐκτὸς σχίσας ἑξαχῇ, ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν ἑκάστην οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, κατὰ τἀναντία μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους, τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως ἐν λόγῳ δὲ φερομένους.

Hanc igitur, inquit, *constitutionem* DEUS *tanquam seriem in longum scidit, & ex unâ duas fecit, easque mediam mediae, in speciem X literae Graecae, coarctavit, curvavitque in orbes, quoad coirent inter se capita: orbemque orbi sic inseruit, ut alter eorum adverso, alter obliquo circuitu rotarentur. Et exterioris quidem circuli motum* Eundem, *quod erat ejusdem naturae consanguineus,* y) *cognominavit; interioris autem,* Diversum. *Et exteriorem quidem circulum, quem* Eundem *cognominatum esse diximus, à regione dexterâ per sinistrum latus usque ad dexterum inflexit:* Diversum *verò, per diametrum in sinistrum latus* Eidem *&* simili z) *illi circumactioni virtute pontificioque* *] *rotatus dato. Unam quippe, ut erat, eam, & indivisam, reliquit. Interiorem verò scidit sexies* a), *septemque impares orbes fabricatus est, juxta dupli, & tripli, spacia: orbesque ipsos contrariâ ferri jussit agitatione. Ex quibus septem, tres quidem pari velocitate, quatuor verò & sibimetipsis & ad comparationem ceterorum dispari dissimilique, sed cum ratione, motis.* b)

LVIII. Rursum quo etiam expertibus c) astronomiae, adsecutio tradatur aliquatenus, ea quae ad praesentem tractatum pertinent, breviter, dilucideque, prout natura eorum est, explicabuntur. Ait Plato, mundi formam d) rotundam esse, & globosam; terram item globosam, in medietate mundi sitam, eamque puncti e) quidem instar obtinere, quod ad positionem pertinet: 140 quod verò ad exiguitatem, notae, f) cum universae rei magnitudine comparatam. Sed, opinor, dixisse hoc eum non sufficit, nisi hoc ita esse evidentibus ostendatur rationibus. Quatenus igitur mundi forma teres & globosa? Principio caelestium ignium g) ortus, velut emergentium ex imo, peragrationesque cum certis exaltationibus & deinceps descensionibus, usque ad occasuum submersionem, eorumque rursum ipsorum ortus ex eodem loco, & item occasus in occiduum mare, testantur ambire se h) diebus & noctibus cœli extimam superficiem. Dehinc quod ex qualibet regione terrae dimidia, & in summitate posita mundi pars videatur à nobis, inferior

Gggg verò

y) Vocabulum *consanguineus* hoc loco in edit. Leid. desideratur, exstat vero p. 31.

z) Etiam verba *& simili,* ex p. 33. Graecis consentientibus revocavi.

*] Pontificium solet noster vocare potestatem, ut p. 98. 192.

a) Male al. *septies.* Caeterum ad hunc Platonis locum conferendus Proclus lib. III. in Platonis Timaeum p. 217. seq.

b) Pro *motis*, supra p. 33. fuit, *motu feruntur.*

c) Ita recte Rigalt. pro *ex partibus.*

d) Cicero de Universo: *Circumque, Cœlum aequaliter distribuit, ut hunc varietate distinctum bene Graeci* κόσμον, *nos lucentem Mundum nominaremus.*

e) Centri. Sic infra p. 144. *Quae à puncto terrae plurimum distant.* Et p. 140. *circuli, cujus à puncto radii* &c.

f) *Nota*, Chalcidio ponitur pro σημείῳ & puncto, ut supra p. 105. Deinde *Universa res* pro Mundo, ut p. 72. 211. &c. cum cujus vastitate comparatus, velut ad mare guttula, orbis terrarum puncti vicem obtinet. Seneca natural. quaest. procemio: *Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur.* Plinius II. 68. Hist. *Hae tot portiones terrae, imo vero ut plures tradidere, mundi punctus, neque enim est aliud terra in universo.* Confer Cleomedem lib. I. cap. XI.

g) Ita stellas vocare nostro familiare, ut p. 148. &c. & alibi.

h) Ita recte edit. Paris. licet *se* in Leidensi exulabat. Porro argumenta pro mundi rotunditate plura videre licet apud Cleomedem lib. I. capite 8.

verò non videatur, nisi dierum & noctium vicibus, & successione, superior reddita, objectâ, & visui nostro obsistente, terrâ. Tum quod ex omni visu omnes lineæ undiqueversum porrectæ, usque ad extimos ambitus cœli æquales videantur, similiter ut circuli, cujus à puncto i) radii pervenientes usque ad extimam circumactionem, æquali mensura sunt. Præterea quod signifer circulus obliqua vertigine levans in
140 ortum k) signa, certa ex adverso consistentia, diametroque distantia, signa alia signis orientibus condat, & premat in occasum. Item ut in rotæ vertigine, cujus cum certa pars ascendat, descendit ejus adversa: quod in alia formâ, nisi in solâ rotunditate, non provenit.

LIX. Sphæræ autem similitudo in effigie terræ multimodè comprehenditur, vel quod non iisdem momentis temporum dies ubique inlucescit, noxque succedens umbras facit, sed tam ortus quam occasus in eois quidem citius fiunt, in occiduis verò regionibus tardius, ut perspicuum sit esse aliquam elatiorem eminentiam inter utramque cœli plagam, quæ objecta, priusquam sol fiat excelsior, teneat noctis umbras. Vel quod lunæ defectus, idem ubique eodemque momento accidens, diversis temporibus notatur, Orienti quidem vicinis regionibus tardius, ceteris verò l) pro locorum diversitate, propter anfractus, metasque, & naturales eminentias terræ, non iisdem ubique curriculis inlustrante sole terræ plagas: ideoque luci ejus è diverso terrenis umbris etiamnum obstantibus, & à lunæ inlustratione prohi-
141 bentibus, cum lunæ labor m) nocturnâ tempestate fiat. Quid, quod globositas terræ liquido adparet, item aquiloni, septemtrionique, & item austro meridieique, subjecta, n) cum ex utrâque regione huc atque illuc nocturnis itineribus commeantes incognitas sibi stellas spectant cum admiratione novitatis; cum sit evidens non regionum stellas esse proprias, sed homines impediri, quo minus omnes videant, sciantque, terræ molibus, atque exaggerationibus, visui objectis. Ex quo concluditur, terram sphæræ globo similem esse, cujus ex omnibus regionibus o) crescere in molem superficies comprehendatur.

LX. Idem hoc etiam naturaliter intelligi, & comprehendi, potest. Siquidem omnia quæ in aliquo sunt pondere, undique, & ex qualibet parte, directo tenore descendentia, ad unum punctum medietatis commeant, omnia descensus rigidi tractus p) faciunt, in modum & speciem linearum, à latiore exordio profectarum, & angustiore semper tramite usque ad puncti q) sedem pervenientium, eandem puncti sedem æqualibus undique circumsistentibus angulis, quæ est imago rotunditatis. Porrò quod omnia in qualicunque pondere 143
festinent ad medium, sic probatur, quod etiam vi extrinsecus adhibitâ sibi pleraque pondera, ubi primum vis recesserit, secundum naturam prona in terram ferantur: ut in jaculorum tormentis, quæ quam diu viget pulsus, suspensa volitare, *] & secare auram, videntur: ubi porrò vis illa, quæ impellebat, defecerit, converso mucrone descendunt, ad terram quæ medietas mundi est, festinantia.

LXI. Maris etiam, & totius aquæ, qvum est in tranquillitate stabili, forma, & species, adparet globosa. Quæ enim stantes in littore videmus ultra fretum, ut arborem turremve, aut etiam in eodem freto navem: hæc jacentes, exæquatâ facie, visuque, cum dorso & superficie maris, aut omnino non videmus, aut multo certè minora, quam prius videbantur: obsistente videlicet contemplantibus marinâ incurvitate. Atque etiam in navigando sæpenumero, cum de navi terra nondum videretur, ascensa arbore viderunt nautæ, scilicet ut prætexto oppositæ molis emenso, libero jam ex altiore despectu subjecta undique considerentur. Artificialiter quo- 144
que considerantes, invenimus aquæ placidæ, & quiescentis, globositatem. Siquidem natura tributum sit, ut ex superioribus

i) Ita recte Rigalt. pro *ejus*. Cicero de Universo: *Mundus globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.* Confer Ptolemæum lib. I. magnæ Syntaxeos.

k) Ita Rigalt. pro *in ortu*. Sic mox infra, *premat in occasum*.

l) Subintellige, *citius*. Hæc pro globositate terræ, quam ideo *orbem* appellare solemus, argumenta uberius exposita vide si lubet apud Joh. Baptistam Ricciolum lib. 2. Almagesti novi c. 1. Et de utilitate multiplici quam per figuram sphæricam terræ, Divina intendit Sapientia, Guil. Derhamum in Astrotheologia Anglice nuper edita pag. 133. seq.

m) Quando eclipsis lunæ de nocte accidit. Ita *solis labores* dixit Virgilius I. Æneid. 746. *statos siderum labores* Plinius II. 12. Histor. Natural.

n) Liquido apparere ait terram non minus globosam esse versus meridiem quam in partibus septentrionalibus.

o) Ex omnibus partibus à centro ad peripheriam. Plinius II. 64. Hist. *Mundus in centrum vergit: at terra exis à centro, immensum ejus globum in formam orbis assidua circa eam mundi volubilitate cogente.*

p) Per lineam rectam.

q) Centri, quod paullo ante dixit *punctum medietatis*.

*] Ita leg. pro *pulsus suspensus*.

bus locis humor in depressiora defluat. Sunt porrò celsiora quidem, ea quæ à puncto terræ plurimum distant: humiliora verò, quæ minimum. [*Vide FIGUR. V.*] Quare si ponamus aquæ superficiem planam, & in directa linea positam $\alpha\beta\gamma$, dehinc à puncto terræ, utpote κ, sursum versum ducatur linea $\kappa\beta$: conjungantur autem extimæ superficiei partes duabus lineis his $\kappa\alpha$,*] & $\kappa\gamma$, majores erunt utræque lineæ, $\kappa\beta$ lineæ comparatæ: quas s) si exæquare voluerimus, perveniet incrementum usque, ad $\beta\eta$, & erit vera susperficies in $\alpha\eta\gamma$. Itaque ex superioribus partibus tam α quam γ fluet aqua in humiliorem β, usque eo quoad t) completo vase à fundo κ contegatur incremento aquæ etiam β, & perveniatur usque ad η, quoad æquabiliter se per omnia membra fundat aqua cum ambitu curvali. u) Ex quo perspicuum est, marinam quoque, & totius aquæ, superficiem globosam esse, siquidem una eademque sit ratio universitatis & partium.

145 LXII. Quod x) si quis ad cacumina montium, prolixitatemque, & saxosam asperitatem dispiciens, similem y) dicet esse ad tornum lævigatæ pilæ, z) non rectè sentit. Non enim nos terram globum esse dicimus, a) sed globosam: nec pilam, sed similem pilæ. Certè totius terræ magnitudinem animo rationabiliter concipientes, veritatem non visu & sensibus investigamus, sed ad rationis, intelligentiæque remedia potius examinationem deducimus.

LXIII. Nunc jam, quo pacto mediam mundi sedem obtineat, considerabitur. Opinor, si media non est, atque à medietatis rigore deflexit, non ex omni, & ex qualibet sui parte, dimidietatem cœli supra se, dimidietatem verò alteram infra se habebit: nec lineas porrectas ex qualibet notâ b), & usque ad extremum ambitum mundi pervenientes, æquales invicem, & æqualia spacia linearum non esse, nullus docet. Minimè ergo à medietate deflectit. Quod verò, **] cum amplitudine universæ rei comparata, notæ obtineat modum, c) 116
declaratur acie verutorum, d) qui γνώμονες adpellantur à mechanicis, ad faciendam solariis umbram quâ declarantur horæ. Quippe mechanici horologia instituentes, per omnes provincias, omnesque etiam plagas habitabiles, sumunt sibi promiscuè, atque indifferenter, horum ipsorum gnomonum mucrones pro puncto, e) & medietate, solstitialis pilæ: nec errant. Ergo, si est una, vera & certa, f) medietas solstitialis pilæ, omnes autem notæ atque omnia puncta g), ex omni regione terrarum adsequuntur veram istam solis medietatem: perspicuum est, quod omnis terra puncti vicem habeat, adversum solis globum h) comparata. Sed de formâ quidem totius mundi, & etiam terræ, hoc amplius de ejusdem mediâ positione, comparatione quoque adversum universi corporis immensitatem, hactenus dictum.

LXIV. Sed enim cœlite sphærâ vertente semet circa fixos, & manentes semper, polos, continuantemque eosdem polos axem, cui adhæret medio media tellus, comitatur vertiginem cœlestis sphæræ stellarum omnium populus, & promiscuè signa cœlestia, gyris æquabiliter ex propriâ conversione

(r à centro terræ. *] Ita recte edit. Paris. pro $\kappa\eta$. s) Ita Rigalt. prò *quam*.

t) Ita edit. Paris. pro *quod*.

u) Ita scripsi pro voce nihili quæ erat in edit. Paris. & Leid. *cumali*. Neque enim placebat Rigaltii *cumuli*, vel Meursii *cucumali*.

x) Ita edit. Paris. non *quia*, ut Leid. y) *Terram* subintellige.

z) Hoc loco in editis sequebantur verba: *Hoc est, deformitatem asperorum montium*, quæ ut aliena à sensu ejeci. Videntur autem nihil esse aliud quam glossema verborum quæ paullo ante præcessere: *saxosam asperitatem*.

a) Plinius: *Neque enim absoluti orbis est forma, in tanta montium excelsitate, tanta camporum planitie.* Adde Achillem Tatium Isagoge ad Aratum c. 6. Ex recentiorum vero virorum acutissimorum observationibus figura terræ non tam exacte est similis pilæ, quam potius ellipticosphæroides, ita ut majorem diametrum describat ab una parte æquatoris ad alteram, quam ab axe septemtrionali ad australem.

b) Ex puncto quolibet. [** Male iterum edit. Leid. *Quia vero*.

c) Puncti ac σημείȣ λόγον. supra p. 140. Cicero l. Tusc. c. 17. *Persuadent Mathematici terram in medio mundi sitam ad universi cæli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant.* De puncti sive ϛιγμῆς ratione nemo dubitat. Sed medium locum nos tenere universi, non æque exploratum, neque evincunt Chalcidii rationes.

d) Cassiodorus lib. I. Variar. Epist. 45. *stylum & radium* appellat, quod Chalcidius verutum. *Stylus diei index per umbram exiguam horas consuevit ostendere. Radius itaque immobilis & parvus peragens quod tam miranda magnitudo solis discurrit.*

e) Centro. f) Ita Rigalt. pro *una & vera*.

g) Puncta quibuslibet horologiis solariis centri vice assumta ubique terrarum.

h) Magnum orbem, quem sol terram vel si mavis terra solem circumeundo absolvit.

y) itemque australis, apud quosdam majores, apud alios minores z) putantur: contra meditullium tamen terræ, ubi sub æquidialem a) circulum zona se porrigit, exusta ardore flammanti, propterea que inhabitabilis est: utrisque polis illic visibili-
150 bus & perspicuis, per quos limes it, b) partes mundi determinans.

LXVII. Etiam illud addendum, ceteros circulos, idipsum esse, c) circulos; juxta definitionem, d) quæ docet: Circulum esse planam figuram, quam una linea circunducta contineat. Itaque singulos singulis lineis circunductis contineri. Signiferum vero ex multis e) constare, in speciem circuli tympanorum, in cujus latitudine signorum adumbrantur figuræ. Secat porro latitudinem ejus circulus qui inter signa medius f) adpellatur, exsistens maximus, contingens utrunque tropicum, æquidialem bis secans. Reliqui extimi duo signiferæ latitudinis circuli hujus ipsius, qui inter signa medius vocatur, breviores *) sunt.

LXVIII. Igitur fixæ quidem stellæ, nec errantes, & item poli, cum maxima, cunctaque amplexu proprio continente, sphærâ, quæ *ἀπλανὴς* vocatur, **) circunferuntur una simplicique circa illam agitatione, adhærentes ei, quaque circumegerit circumactæ, unam & eandem semper positionem obtinentes, ordinemque immutabili tenore servantes, neque unquam in conformatione, vel in ortu, vel in quanti-
tate, vel etiam in colore admittentes ullam 151
mutationem. Sol vero, Luna, & ceteri quinque, qui vocantur planetes, †) una quidem majoris globi conversione rapiuntur ab oriente in occidentem per dies singulos, item ut illæ ratæ atque inerrabiles stellæ. Varias tamen alias agitationes facere videntur, cum vel in prætereuntis signi locum migrant, ††) tanquam universi globi motui contrarios g) motus agentes, vel cum ab aquilonianis h) ad australia, & contra, latiore deflexione oberrant, atque ab æstivo ad brumalem tropicum, & inde demum ad æstivum revertuntur. Cujus quidem causa esse signiferi orbis latitudo æstimatur. Atque etiam in ipsius zodiaci latitudinem obliquam i) modo ad aquilonem, modo ad austrum, revertentes, cum quidem aquiloni se applicant, elatiores; cum vero austro, humiles cognominantur: k) idque ipsum non omnes peræque, sed aliæ magis, quædam mi-

y) Edit. Paris. *aquilentana.* Aliis scriptoribus *aquilonia* vel *aquilonares*, Ciceroni *aquilonales.*

z) Cum Arcticus circulus includat sidera quæ semper apparent, Antarcticus vicissim illa quæ nunquam apparent: manifestum est pro diversa poli elevatione diversos etiam ponendos esse arcticum itemque antarcticum circulum. Vide Proclum libello de sphæra.

a) Ita scripsi pro *meridialem.* Nam sub meridialibus suis circulis sunt Zonæ omnes etiam frigidæ. Porro de Zona torrida inhabitali fabulam constat non omnibus probatam antiquis, sed jam olim explosam Polybio cujus singularem librum περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεως laudat Geminus Rhodius c.13.

b) Æquinoctialis circulus limes est inter partem orbis terrarum septentrionalem & australem.

c) Id ipsum, quod nempe vocantur, hoc est circulos, sola longitudine lineæ circumductæ, non etiam latitudine constantes, qualis Zodiaco tribuitur, quam decem vel plurium ad duodeviginti usque graduum ponunt Mathematici, ob planetarum ab Ecliptica utriuque evagationes.

d) Euclidi lib. I. Κύκλος ἐστὶ σχῆμα ἐπίπεδον ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον ἣ καλεῖται περιφέρεια.

e) Ex Achille Tatio c. 23. Isagoges in Aratum, & ex iis quæ subjungit ipse Chalcidius, constat veteres Zodiacum in sphæra descripsisse circulis tribus, quorum medius esset ecliptica, exterior & interior latitudinem utrinque definiret. Hinc apparet etiam quales fuerint illi tympanorum circuli, tres nimirum ordine tympanum ambientes.

f) Ecliptica, quam *lineam medietatis* vocat noster infra p. 177.

*) Utpote qui non ut ecliptica in duas æquales partes sphæram secant.

**) Hæc est gyratio primi nobilis, ἡ ταὐτοῦ κίνησις, quam octavæ sphæra fixarum tribuit Plato, ut non necesse sit cum Jo. Philopono lib. I. de creatione c. 7. τὴν ἐννάτην καὶ πάντων ἔξωθεν σφαῖραν ἄναστρον huc advocare, quamquam ille Hipparchum & Ptolemæum contendit à Moyse edoctos istam introduxisse.

†) ἡ θατέρου κίνησις. ††) Cum videntur fieri *retrogradi.* Vide Gassendum lib. 2. Institutionum Astronomicar. c. 11.

g) Verba *motui contrarios* restitui ex edit. Paris. Per *globum universum* intellige sphæram ἀπλανῆ, non majorem globum quem modo memoraverat planetarum.

h) Edit. Paris. iterum ut supra p. 149. *aquilentaniis.* Loquitur autem Chalcidius de mutatione declinationis planetarum, quæ contingit ex obliquitate Zodiaci ad æquinoctialem comparati.

i) Hanc constituit obliquitas orbitæ singulis planetis propriæ ad Eclipticam, ut præstantissimo Doblero probe observatum.

k) Cleomedes lib. I. cap. 4. de hoc planetarum motu: ὁπότε μὲν ἀπὸ τοῦ βορείου ὡς ἐπὶ τὸν διὰ μέσου φέροιντο, λέγονται ὕψος ταπεινοῦσθαι *alte deprimi.* ὁπότε δὲ τὸν διὰ μέσου διελθόντες τῷ νοτίῳ προσχωροῖεν, λέγονται ταπείνωμα ταπεινοῦσθαι *humiliter deprimi.* Ἀνατρέχοντες δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν διὰ μέσου, ταπείνωμα ὑψοῦσθαι *humiliter attolli* λέγονται. ἐπειδὰν δὲ ἀμείψαντες τὸν διὰ μέσου, τῷ βορείῳ προσπελάζουσιν, ὕψος ὑψοῦσθαι, *alte attolli.*

minus. Videtur etiam nonnulla intuentibus in quantitate diversitas. Siquidem è longinquo minores: l) de proximo, cum ad ima vergunt, majores videantur necesse est, proptereaque etiam in motu non æqua velocitas: quod æqua signorum dimensa non
152 æquis videantur conficere temporibus: sed citius quidem tunc, cum ex proximitate majores adparent: tardius vero, cum, longius à terrâ remoti, minores videntur.

LXIX. Evagatio tamen in latum, quæ fit in Zodiaco, non æqua est omnium. Quippe Solis minor, quam ceterorum ignium: tota enim evagatio sub unius portionis m) æstimationem venit. Lunæ vero, & Luciferi, juxta opinionem veterum virorum, longe major, ad duodecim fere portiones: Mercurii, fere ad octo portiones: n) Pyrois, & Phaetontis, o) ad quinque: Saturni, ad tres portiones. Obeunt porro signiferi orbis circulum in longum, id est, qua finis, exordiique confinium est; p) Luna quidem, dierum & noctium spaciis XXVII. & tertia parte nocturni diurnique dimensis. Sol item anno, id est CCCLXV. diebus, & propemodum quarta diurni & nocturni spacii. Lucifer, & Stilbon, q) imparibus quidem gressibus, iisdem tamen pene temporibus, quibus Sol, cursus conficiunt; modo incitato volatu comprehendentes eum, modo pigro tractu demum ab eodem comprehensi: Pyrois, pene biennio. Phaeton, prope annis
153 XII. Phænon, r) triginta annis modico minus. Propterea que Solis peragrationibus, effulsionibusque, & obscurationibus, quas ortus & occasus vocamus, minime concurrunt. Quippe Luna quidem, post conventum coitumque Solis, quia prior convenit ad destinatum, prior vesperi semper adparet: & exoriens matutina conditur in occasum. t) Contra Phænon, Phaëthon, & Pyrois, quia tardius, quam Sol, signorum spacia peragunt, tanquam ab eo comprehensi, & præteriti, semper vespere occidentes, u) exoriuntur matutinæ lucis auspicio. Lucifer porro, & Stilbon, concurrentes soli, juxtaque eum plerumque comitantes, comprehendentes etiam, & ab eo invicem comprehensi, x) si quidem vespere orientur, condentur in aliam vesperam: si matutino inlucescent, in aliud mane mergentur. Etenim ceteris erraticis stellis, à Sole longo intervallo recedentibus, ut plerumque diametro distent, Stilbon & Lucifer circa Solem semper videntur. Stilbon quidem XX. momentis non amplius, id est, duabus unius signi partibus vel ad aquilonem, vel nonnunquam ad austrum, y) propensior. Veneris vero prope L.
momentis x) ad orientem, occidentemque, 154
discedens.

LXX. Ortus autem varie dicitur. Proprie quidem, prima stellarum & Solis effulsio: & ultra finalem circulum elatio. a) Promiscue vero, primus splendor Solis invehentis diem. Hunc poëtæ jubar, b) & interdum auroram, cognominant. Tertia, quæ adpellatur acronychos c) quum Sole occidente, astrum diametro distans, in parte orientis videtur. Similiter occasus, proprie quidem * primus descensus infra circulum limitantem. Aliter tamen etiam prima stellæ alicujus obscuratio, Sole obumbrante. d) Ter-

l) In apogæo luna, inque apheliis ceteri planetæ constituti, minores apparent & tardiores: in perigæo & periheliis majores velocioresque. Gassendus Institution. Astronomicar. lib. 2. c. 10.

m) Nec illius integræ. Infra p. 177. *Quippe sol sub ipsam lineam medietatis signiferi omnis modico dicitur ferri deflexior, ad dimidium fere momentum declinans vel in austrum vel in aquilonem.*

n) ita scripsi pro *partes*. Notat autem Chalcidius evagationes planetarum maximas non ad alterum Eclipticæ latus sed ad utrumque computatas.

o) Πυρόεις Mars, Φαέθων Jupiter, supra p. 148.

p) Ut ad idem punctum orbis emensi, unde profecti sunt, revertantur.

q) Venus & Mercurius, quem etiam à quibusdam Apollinis esse nuncupatum sidus testatur Plinius II. 9. Hist.

r) Saturnus.

s) *Effulsiones* vocat φάσεις, quando Planetæ è solis radiis emergentes apparent: & *obscurationes* κρύψεις quando sub illis condunt se atque occultantur.

t) In occasum heliacum. Novissimis enim ante novilunium diebus mane ante solem oriens luna sub radios solis conditur.

u) Intellige de heliaco occasu exortuque.

x) *Comprehendentes solem*, id est inter solem & terram positi. *Et comprehensi à sole*, conspectum eorum nobis eripiente atque inter eos terramque constituto.

y) Duæ signi partes, sunt gradus sive momenta viginti, ita ut signum quodlibet partibus tribus constet, partes singulæ gradibus decem.

z) Quinquaginta gradibus. Confer Plinium II. 16. & 17. Hist. & ibi Harduin.

a) ὑπεροχὴ ἄστρου ὑπὲρ γῆς, quando stellæ vel sol in horizonte nostro conspici primum incipiunt. Alius est ortus qui vocatur Cosmicus, ἄστρου ἅμα ἡλίῳ ἀνατολή, quando cum sole oritur stella. Vide Stobæi Eclog. Physic. p. 55.

b) Vide Cerdam ad Æneid. IV. 130. *It portis jubare exorto delecta juventus*, ubi non Luciferum sed Phœbi jubar à Poëta intelligi, Chalcidii quoque judicio confirmatur.

c) Ita legendum pro *achronicos*, Meursius etiam annotavit. Est autem ortus acronychos quando stella oritur sole occidente. *) Male editi: *quippe equidem*. Per circulum limitantem, Horizontem intellige.

d) Tertia acronychos, quum Sole occidente diametro distans mergitur stella. Ortum vero, & occasuum, quorum Sol auctor est, hoc est, effulsionum & occultationum, quidam matutini, quidam verspertini sunt. Matutinus ortus dicitur, quoties Solis splendore prævento stella quæpiam ante ortum ejus adparet, ut canicula. Vespertinus, cum post occasum Solis primitus exoriens astrum videtur, ut Lunam novam dicimus exoriri. Similiter occasus matutinus quidem, quoties stella ea, quæ pridie ante Solem orta erat, proximante sibi Sole, splendore ejus obumbrata, obscuratur, & latet, ut Lu-
155 nam videmus. Vespertinus vero, cum in occasu positam stellam aliquam Sol consecutus primam eam corusco splendore condit.

LXXI. Positionem vero atque ordinem collocationis globorum, vel etiam orbium quibus collocati feruntur Planetes, quidam ex Pythagoreis e) hanc esse dixerunt. Citimum quidem terræ præcipue esse Lunæ globum, post quem Mercurii secundo loco, supra quos Luciferi, superque eum Solis, ultra quos globum Martium, ulterius Jovium, ultimum vero, & vicinum aplani, stellisque adhærentibus ei, Saturnium sidus. Scilicet ut inter planetas Sol medius locatus, cordis, immo vitalium omnium, præstantiam obtinere intelligatur. Consentit his Alexander Milesius, ita dicens:

Sortitos celsis replicant anfractibus orbes:
Vicinum terris circumvolat aurea Luna:
Quam super invebitur Cyllenius: alma supernè
Nectareum ridens latè splendet Cytherea.
Quadrijugis g) invectus equis Sol igneus ambit
Quartus & æthereas metas, quem deinde supernè
Despicit armipotens: sextus Phaëtontius ardor
Suspicit excelsum brumali frigore sidus, 156
Pectricanæ citharæ septem discriminibus quos
Adsimilans genitor concordi examine junxit.

LXXII. Pythagoreum dogma est, ratione harmonica constare mundum, h) cœlestiaque distantia congruis & consonis sibi invicem intervallis, impetu nimio & velocitate raptatus i) edere sonos musicos. Quem secutus Eratosthenes, k) motu quidem stellarum sonos musicos edi consentit; sed ordinem collocationis non eundem esse dicit. Statim quippe post Lunam secundam altitudinem à terrâ dat Soli; memorans fabulose, Mercurium commentâ recens à se lyra, cum cœlum ascenderet, primitus transeuntem per ea, quæ motu planetum ad organicum mo-

d) Occasum Heliacum vocant Astronomorum filii, quando radios solis subire incipit stella, uti ortus Heliacus est, quando illos exit.

e) Hos innuunt Plutarchus II. 15. de placitis Philosophorum & Stobæus Eclog. Phys. quando Mathematicos quosdam μέσον πάντων statuisse referunt τὸν ἥλιον. Eandem sententiam secuti deinde sunt complures, ut Plinius II. 8. Hist. Claudius Ptolemæus &c.

f) Versus Græcos Alexandri servavit nobis Theo Smyrnæus libro περὶ τῶν εἰς τὰ μαθηματικὰ χρησίμων parte illa quæ Astronomica persequitur, ac manu exarata superest Parisiis in Coisliniana & Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca:

Ὕψου δ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέρτατον ἔλλαχε κύκλον
Ἀγχοτάτη μὲν δῖα σεληναίη περὶ γαῖαν.
Δεύτερος αὖ στίλβων χελιζώου Ἑρμείαο.
Τῶν δ' ἔπι φωσφόρος ἐστὶ φαεινότατος Κυθερείης,
Τέτρατος αὐτὸς ὕπερθεν ἐπ' ἠέλιος φέρετ' ἵπποις,
Πέμπτος δ' αὖ πυρόεις φωστὴρ Θρήϊκος Ἄρηος,
Ἕκτος δ' αὖ φαέθων Διὸς ἀγλαὸς ἵσταται ἀστήρ,
Ἕβδομος αὖ φαίνων Κρόνου ἀγχόθι τέλλεται ἄστρον.
Πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδὸν
Ἁρμονίην στοιχοῦσι διαστάσει ἄλλος ἐπ' ἄλλην.

Duos postremos versus profert etiam Heraclitus Grammaticus in allegoriis Homericis p. 426. & postremum legit sic: ἁρμονίην προσέχουσι διαστὰς ἄλλος ἀπ' ἄλλου, ubi pro διαστὰς vel διαστάσει Is. Vossius malebat διαστάδον. Et in tertio versu χελυοσόου. Cæterum quem Alexandrum Milesium vocat Chalcidius, Cornelium Alexandrum Polyhistorem Syllanis clarum temporibus innuens, is Heraclito est Alexander Ephesius, Theoni Alexander Ætolus, quem μυστικώτατον ut ab eodem Theone vocatur, & eximium Poëtam fuisse atque inter alia Musas scripsisse constat, quem librum laudat Servuis in XI. Æneid. 532. Sed & Alexandrum Ephesium cognomento Lychnum refert trabo XIV. p. 642. scripsisse ἔπη ἐν οἷς καὶ τὰ οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποιήματα. Versus illos Alexandri cujuscunque Græcos Isaacus Vossius, communicavit cum Thoma Galeo, qui illos edidit notis ad Parthenii Erotica p. 149.

g) Ita leg. cum Is. Vossio pro *Quadrigis*

h) Confer si placet quæ notavi ad Sextum Empiricum contra Musicos sect. 30. & 37. & quæ viri docti ad Plinium lib. 2. cap. 22. Hist. & Censorinum c. 13.

i) Sic p. 168. *ab oriente in occidentem raptatu quotidiano.* Alibi dixit *rotatum* ut p. 139.

k) Tradiderat hæc Eratosthenes in libro cui titulus Ἑρμῆς sive *Mercurius*, cujus mentio apud Probum in 1. Georgic. & plurimos alios scriptores, ut dixi lib. 3. Bibliothecæ Græcæ cap. 18.

modum personabant; à se inventæ similem miratum, quod imago à se inventi operis in cœlo quoque reperiretur stellarum collocatione, quæ causa esset concinentiæ, recensere, primum se à terrâ transmisisse Lunæ globum, post quem superasse Solis, dehinc Mercurii Stilbontis, & ceterorum, cum aplani summâ, & excelsâ. Mathematici tamen neque hanc, neque unam omnes, l) ordinationem stellarum errantium
157 ponunt; sed Solem quidem post Lunam: ultra hunc autem, quidam Mercurium; m) quidam autem alium aliquem n) ex residuis collocant. Plato etiam, in hoc ipso Timæo, o) primam altitudinem à terrâ usque ad Lunarem circulum; secundam usque ad Solem liquido dimensus est: etiam in Politiâ, (p) non ordinationem modo commemorans planetum, sed singulorum magnitudines, velocitates, etiam colores, hoc est splendores, ac serenitates notans, axem cœlitem fuso, q) circulosque axem ambientes, tam extimos, & vicinos polis, quam medios tres, verticulis r) comparans.

LXXIII. Superest ut tractatui, qui est habitus de stellis errantibus, illud addatur; quasdam earum sequaces esse, quas adpellant ὑπολειπτικὰς s) mathematici, ut sol & luna sunt. Hi quippe ignes nunquam ad præcedentia signa transitum faciunt, sed ad ea semper, quæ sequntur; proptereaque nec subsistunt in motu, nec regradantur unquam. Alias vero stellas nonnunquam præire, t) nonnunquam deseri, ut ceteræ, quæ interdum stare, interdum redire, pro spisso motu videntur. Est quippe sequacitas u) visum imaginatioque stellæ, velut ad sequen-
158 tia signa pergentis, atque ad orientem transeuntis, ut à cancro ad leonem. Statio x) vero, visum, & imaginatio stellæ, diu manentis in eodem loco, juxta aliam fixam stellam, nec errantem. Porro regradatio, y) visum, & imaginatio stellæ post stationem, quasi ad contrarium iter prioris itineris provectio. Quæ omnia ita fieri nobis videntur, z) sed reapse non ita fiunt ut videntur. Causa vero erroris in contemplando ea est, quod cum per proprios orbes ferantur, seu globos, iidem planetes, infraque ἀπλανοῦς orbis excelsa, nobis è regione terræ videntibus, objectu aërii corporis impediente aspectum, Zodiacum exteriorem orbem peragrare videantur.

LXXIV. Faciendum ergo est, ut expositis, demonstratisque, errorum causis, falsa opinio conquiescat. Est igitur totius mundi talis constitutio, ex corporibus materiisque integris, providentiæ gubernaculis, ad motum æternitati convenientem directa: motuique proprio similem formam præferens globeam. a) Verum ad dinumerationem conversionesque temporum, immutationesque & diversitatem terrenorum, stellarum errantium varius motus necessarius omnibus, qui nunc accidunt, proventibus au- 159
ctoritatem dedit. Quippe simplex atque uniformis ἀπλανοῦς, utpote ejusdem naturæ, rata, atque eadem semper, conversio æqualis & ordinata: errantium vero orbiculata quidem & ipsa, sed neque æqualis, & inordinata, & varia, nec una, sed multiformis.

LXXI. At vero sub Luna usque ad nos, omne genus motuum, omne etiam mutationum, prorsus ut est in vetere versu Nævii, b)

Exuvia, rabies, c) furiarum examina mille.

Namque generatio, & item mors, in isto loco;

l) Quosdam Mathematicos cum Pythagoricis, alios cum Platone de ordine siderum errantium consensisse, Plutarchus II, 15. de placitis & Stobæus p. 55. Eclog. Phys. annotarunt.

m) ita Plato apud Plutarchum & Stobæum, Ægyptios veteres secutus.

n) *Venerem*, ut Chrysippus apud Stobæum p. 48. & Cicero 2. de natura Deor. c. 20. & apud Platonem Timæus.

o) Verba Platonis in Timæo sunt: Σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον, ἥλιον δ' εἰς τὸ δεύτερον ὑπὲρ γῆς. Ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον &c.

p) Locus est X. de Rep. non procul à fine, p. 471. cui addendus alter in Epinomide p. 640. edit. Græcæ Basil.

q) ἠλακάτῃ. r) σφονδύλοις.

s) Veluti relictas ac *desertas* à προηγουμένοις ζωδίοις. Eodem sensu apud Geminum cap. 10. ὑπόλειψις, quod Chalcidio infra *sequacitas*, & ὑπολείπεσθαι, quod Chalcidio mox *deseri*, & p. 173. *remanere* ac *relinqui*.

t) Προηγεῖσθαι εἰς τὰ ἑπόμενα ζωδίων. *Praitio*, infra p. 161; 172. & *processus* p. 160. *stare in progressu* p. 173. De illis προηγήσεσι quemadmodum & στηριγμοῖς planetarum accurate Ptolemæus libro XII. magnæ Syntax.

u) *Sequacitas*, ὑπόλειψις. *Visum*, φάσις.

x) *Statio* στηριγμός. Censorinus c. 8.

y) *Regradatio* ἀναποδισμὸς εἰς τὰ προηγούμενα ζωδίων.

z) Plato VII. de legibus, non longe à fine p. 582. Noster infra, p. 161. Mox ἀπλανοῦς scripsi pro *aplanos*, quod nec Græca lingua fert nec Latina.

a) Ut *globum* passim ponit noster pro circulo & orbita rotatus ac periodi quam planetæ obeunt, ita *globeam* formam motus hoc loco appellat, quam mox infra dicet *orbiculatam*, hoc est circularem.

b) Fortasse hic versus petitus ex Nævii Iliade, quam Hexametris versibus scripserat. Porro hic addendus fragmentis Nævii collectis ab utroque Stephano, & novissime à præclaro viro Theod. Jansonio ab Almelooveen.

c) In editis erat *Exuviis rabies*. Sed in alio codice *Eximia*, unde legendum conjicio *exuvia*, quæ sunt hostibus obtruncatis detracta spolia.

loco; incrementa quoque, & imminutiones: & omnifaria commutatio, transitioque ex locis ad loca. Quæ cunctæ passiones originem trahunt ex motu planetum. Quod tamen hactenus hac ratione dicitur, ne quis putet illa de æterna & beata generatorum & occiduorum causa, sic esse disposita, quin potius illa quidem habere congruum felicitatis suæ cursum: hæc vero ex accidenti quodam, & aliquatenus consentienti cum illis consortio, imitari, quoad possunt, divinam felicitatem. Ut enim universæ rei motus similis esset, semperque in orbem rotaretur, ipsa hæc agitatio, vita, actus, atque
160 operatio mundi existens, & vita divina: necesse fuit terram mediam manere, circa quam, quæ per medium ferrentur, irent. Terra porro manente, ignem diversam regionem capessere, levem, altivagam, quæ materiam sequebatur. Hisque late distantibus, ratio poscebat, ceteras quoque aëris, & item aquæ, materias inferi medias, continuandi totius corporis causa. His porro ad unam veluti seriem continuatis, demum erat necesse, fore aliquam ad aliud ex alio elemento transfusionem, cum eorum silva sit utrobique mutabilis, ipsarum autem materiarum vis, & natura, contraria.

LXXVI. Causa itaque mutationum ex vario motu planetum. d) Nam si una eademque esset, perinde ut fixarum stellarum, circumvectio; unum semper eundemque modum observantibus omnibus stellis, ne ista quidem ulla proveniret diversitas. At nūc conversiones,* & æquinoctia, processusque, & regradationes, per latitudinem, perque altum maxime quidem Solis, & Lunæ, tum ceterorum quoque siderum, vices temporum mutant, & omnem istam important commutationem, atque inconstantiam. Quæ
161 quidem inconstantia, non ita ut nobis videtur, provenit. Nulla enim in divinis actibus inconstantia, e) sed, ut ita videatur, fit ex eo, quod illis positis, & immobiliter adhærentibus propriis circulis, per quos feruntur, æquales semper ordinatoque gressu, noster visus ferri ea per altiora convexa signiferi orbis imaginetur, ex ordinatione rati & æquabilis motus nascente motu præpostero juxta visum hominum consequenter. Est enim æqualis f) quidem motus, qui æqualia spacia æqualibus curriculis temporum conficit, sine pigritia, vel incitatione. Ordinatus g) vero, in quo neque resistitur, nec retrorsum reditur, sed ad proxima quæque moderato incessu pervenitur. Videntur tamen nobis omnes quidem planetes non æquali motu, quidam tamen inordinata quoque agitatione ferri.

LXXVII. Quam igitur causam dicemus hujus erroris, & præitionis? h) Supra i) memoratam, à Pythagora intellectam, quod quum in globis suis consistentes ferantur, per zodiacum ferri, languente visus acie, putentur. Id adeo in aliquo ex errantibus, immo in eo, per quem videntur omnia, Sole consideretur. Sit enim Zodiacus circulus per $\alpha\beta\gamma\delta$ notas circumactus. (*Vide Figuram VII.*) 162
cujus, & universi mundi, in medietate posita, k) juxta quod stipatam manere dicimus terram, litera sit θ: per quam lineæ duæ dirigantur, bis secantes circulum in æqualia dimensa quatuor, hæ $\alpha\gamma$, $\beta\delta$. diametros utraque intelligatur, α in exordio arietis locatum, β in exordio cancri. Item γ in regione libræ, δ capricorni. Ergo Sol accedens ad α, facere videtur æquinoctium vernale: ad β autem, æstivam conversionem. Item ad γ, autumnale æquinoctium: ad δ, hiemalem conversionem. Æquales ergo partes mundi quatuor has $\alpha\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, $\delta\alpha$, iniquis l) & imparibus temporibus videtur circuire. Siquidem ex æquinoctio verno usque ad æstivam conversionem, spacium cœli, quod interia-

d) Pluribus hoc docent Astronomi Geminus c. 1. Cleomedes lib. 1. c. 6. &c.

* Solstitia in tropicis.

e) Scitum hoc Pythagoræ & Pythagoreorum. Geminus: οἱ Πυθαγόρειοι πρῶτοι προσελθόντες ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν -- τὴν τοιαύτην ἀταξίαν οὐ προσεδέξαντο πρὸς τὰ θεῖα καὶ αἰώνια, ὡς ποτὲ μὲν τάχιον κινεῖσθαι, ποτὲ δὲ βραδιον, ποτὲ δὲ ἑστηκέναι, ὡς δὴ καλοῦσι στηριγμοὺς ἐπὶ τῶν πλανητῶν ἀστέρων. Manilius l. 482. *Quid tam confusum specie? quid tam vice certum est?*

f) κίνησις ὁμαλή.   g) κίνησις τεταγμένη.

h) Rigalt. *prælamtionisque*. Sed *praitionis* vocabulo iterum utitur noster p. 172. & *praire* eodem sensu dixerat p. 157.   i) Supra, p. 158. seq.

k) Rigalt. *positam*, *juxtaque*. Sed ferri potest quod editum est. *Juxta quod*, subintellige punctum sive centrum.

l) *Iniquis* hoc est inæqualibus, ut p. 166 *iniquo & impari gressu*. Quo sensu *iniquitates* pro inæqualitatibus dixit p. 163. ita nempe ut à

♈	ad	♋	Sol perveniat in diebus	94 ½
♋	---	♎	————	92 ½
♎	---	♑	————	88 ⅛
♑	---	♈	————	90 ⅛
			Summa dierum	365 ¼

interiacet, fere nonaginta quatuor & semis diebus & noctibus conficit. Ex conversione vero æstiva usque ad autumale æquinoctium nonagintaduobus & semis diebus & noctibus pervenit. Ab autumnali porro æquinoctio pergens ad brumalem conversionem octoginta octo diebus pervenit, & octava parte unius diei. Residuum item
163 spacium, quod inter brumalem conversionem & vernum æquinoctium interiacet, nonaginta fere diebus, & parte octava diei, conficit. Propterea que omnem circuli meatum trecentis sexaginta quinque diebus, ac noctibus, & parte quarta diei, propemodum obire consensu omnium creditur. E regione geminorum tardissimus, è finibus sagittarii volucer. Medius in transitione tam virginis quam etiam piscium. Fieri tamen non potest, ut contra naturam suam, divinitate m) præditam, faciat aliquid, vel patiatur, n) inordinatum. Ex quo adparet, per suum circulum & solem & ceteras stellas meantes æquabiliter, & ordinate, nobis è regione terræ spectantibus videri per $\alpha\beta\gamma\delta$ circulum, qui est non solstitialis, o) sed Zodiacus, meare.

LXXVIII. Quia igitur non per Zodiacum hunc circulum sol, sed per alium solstitialem, qui est ejus proprius, incedit, siquidem utriusque circuli punctum unum & idem esset in ϑ : eadem ratione divisus solstitialis qua Zodiacus, in iisdem vitiis, & iniquitatibus, inveniretur, eodemque modo $\alpha\beta\gamma\delta$ circuli partes quatuor, pluribus has, paucioribus alias, obiret diebus. Sed
164 si hæc contra naturam siderum p) falso putare homines ratio monstraverit, certe perspicuum erit, illius globi, q) per quem Sol movetur, punctum in ϑ non esse. Ergo circulus r) vel intra se continebit ϑ, sed non ut punctum s) vel medietatem : vel per idem ϑ transiet, t) vel excludet omnino à gremio suo. At enim per ϑ, id est terram, ire solem impossibile est. Conflagrabunt enim terrena solis ardoribus, semperque solis globo superiore existente, dies erit perpetua : nec eidem succedet nox, nunquam scilicet mergente sole. Superest igitur ut ϑ vel intra ambitum solstitialis circuli sit, vel extra. Utrunque enim adsumptum rationem habere monstrabitur, id est, aut ϑ intra solstitialis circuli ambitum esse, aut extra, modo epicycli. Quæ quidem res inter mathematicos disceptationem creavit. Siquidem alii sphæris eccentris, id est quæ terram intra se contineant quidem, sed non ut punctum * suum, vehi planetas adserunt: alii epicyclis potius, hoc est, à terra separativis, nec imminentibus ei globis.

LXXIX. Sit igitur solstitialis eccentrus circulus $\epsilon\zeta\eta\kappa$, & habeat punctum sub $\epsilon\zeta$ ambitu immediate, scilicet ubi est μ. *(Vide Figuram VIII.)* Hoc igitur circulo in trecen-
tas sexaginta quinque partes cum quarta 165
parte unius portionis diviso, ad earundem partium exæquationem, $\epsilon\zeta$ quidem ambitus nonaginta quatuor semis portionibus continebitur. $\zeta\epsilon$ Vero nonaginta duum semis erit partium. Item $\eta\kappa$ octoginta & octo partes habebit, & unius partis octavam. Residuus ambitus $\kappa\epsilon$ ex nonaginta constabit partibus, & octava unius partis. Necesse ist itaque, ut cum Sol accedat ad eam partem, in qua est ϵ, nobis in puncto agentibus mundi totius θ, id est, terra, & inde, quoad possumus, intuentibus, super α tunc ferri videatur : cum illa regio non solstitialis circuli, sed Zodiaci, sit multo altioris summitas, u) ad quam visus non potest pervenire. Atque ita per $\epsilon\zeta$ x) ambitum means æquabiliter, qui ambitus tribus ceteris major est, pluribus, ut necesse est, diebus majorem ambitum conficiens, ubi ad ζ pervenerit, ad β pervenisse videbitur: & tanquam $\alpha\beta$ peragrato ambitu, æqualem quartam partem zodiaci circuli pluribus, quam ratio æquabilitatis exigit, diebus obisse creditur. Rursumque $\zeta\eta$ ambitu sui circuli
secundæ magnitudinis peragrato æquabili- 166
ter diebus nonaginta duobus semis (tot enim partium est idem ambitus) ubi ad η pervenerit, videtur nobis ad γ pervenisse: & $\beta\gamma$ ambitum, velut æqualem priori, paucioribus diebus emensus. Eodemque modo $\eta\kappa$ minimum ambitum lustrans, utpote qui sit in octoginta partibus, & octava; ubi totidem diebus obierit, perveneritque ad κ, è regione ϑ spectantibus, videbitur quidem ferri supra δ, putabitur autem $\gamma\delta$ ambitum æqualem ceteris, paucioribus diebus obisse. Similique erroris perseverantia $\kappa\epsilon$ ambitu emenso nonaginta diebus, & octava parte, juxta numerum portionum, repræsentatusque demum in ϵ, finito aniversario anfractu, $\delta\alpha$ ambitum putatur emensus, æqualem ceteris iniquo, & impari, gressu; nec in ϵ exordium sui circuli repræsentatus, sed in α alieni,

m) Supra p. 161. *nulla in divinis actibus inconstantia.* Notum est divinitatem & æternitatem soli ac sideribus tributam à Pythagoræ schola ac Platonis.
n) in editis erat: *faciant aliquid vel patiantur.* Sed de solo Sole hactenus sermo est.
o) Solstitialem circulum vocat Chalcidius, quem obit Sol, quemque adeo diversum centrum ostendit habere à Zodiaco.
p) Rigalt. *sideris.* q) Circuli sive absidis, ut vocem cum Plinio II. 15. seq. Hist. r) Rigalt. *Circulus Solis.* s) Centrum.
t) Infra p. 167. *cum aut Pisces aut Virginem transiet.* * Centrum ut paullo ante.
u) Ita recte edit. Paris. non *summitatis.* x) Ita leg. ex eadem Paris. pro $\theta\zeta$.

alieni, id est, Zodiaci circuli summitatem. Quod si y) duum circulorum, id est, majoris Zodiaci, & minoris solstitialis eccentri; duo puncta conjungantur, & fiat μϑ: deinde per hanc ducta perrexerit νξ linea, quia εζηκ circuli punctum & medietas est μ, æquales erunt lineæ νμ, μξ. Major igitur est
167 νμ linea, quam ξϑ. multo igitur major νθ z) quam ϑξ. Cum ergo Sol per ν feretur a) longius à terra remotus, id est à ϑ, minor nobis videbitur è longinquo, etiam tardior: quod fit juxta quintam semis fere partem geminorum. Cum vero per ξ feretur, proximus terræ, major putabitur, velociorque intuentibus: quod demum fit juxta quintam semis partem sagittarii. Mediæ vero, tam staturæ, quam velocitatis, cum aut pisces, aut virginem, transiet.

LXXX. Et quoniam solis motus intemperiem † falso putari, demonstravimus in eccentris circulis, nunc si, ut quidam putant, per epicyclos globos fertur, nihilominus moderatis eum gressibus, temperatisque, conficere annuos cursus, exposita epicyclorum forma, docebimus. Epicyclus dicitur globus, qui per aliquem circulum fertur. (*Vide Figuram IX.*) Sit igitur etiam nunc Zodiacus circulus, quem limitant notæ αβγδ: solstitialis vero, excludens Zodiaci circuli punctum, id est εζηκ, * habens ipse proprium punctum μ. & à puncto quidem ϑ, intervallo autem μ, describatur circulus μονξ: & εζηκ epicyclus intelligatur cum universi
168 mundi vertigine rapi, similiter ut ceteri ignes, ab oriente in occidentem, raptatu quotidiano, ferri tamen naturaliter adversum totius mundi volatum: b) solque rursus in eodem epicyclo constitutus, juxta totius mundi versionem c) moveri. Ergo εζηκ epicyclus per descriptum μονξ circulum naturali motu means, contra quam movetur totius mundi raptatio, moderate, & æquabiliter, anni spacio cursum istum conficiat. Solque item, in hoc eodem epicyclo constitutus, epicycli quidem sui motui contrarium motum moliatur, mundi vero totius comitatum sequatur. Ibit ergo εζηκ epicyclus per μονξ circulum gradiens: & cum pervenerit ad ο literam, quartam mundi partem obibit. Tunc Sol ab ε ad κ perget. Erit ergo Sol, ubi & ο litera. Nobis tamen à terra, id est ϑ, d) spectantibus directa visus acie, videbitur e) esse apud notam β. Ita, cum quartam confecerit mundi partem, minorem quartam confecisse videbitur. Ac rursus idem epicyclus, è regione ο literæ profectus, perveniat ad ν, & Sol a κ ad η perget, erit ubi est ν. Nobis tamen directo visu intuentibus, videbitur esse, ubi γ litera. Ita, cum æqualem quar- 169
tam mundi partem confecerit, a litera β usque ad γ literam, majorem quartam citius, & incitatius, videbitur peragrasse. Rursum idem epicyclus conficiat aliam mundi æqualem partem, id est νξ. Sol quoque item, ut in prioribus, ab η ad ζ pergat, erit ubi est ξ: nobis autem videbitur, ubi est δ litera. Ita, cum æqualem quartam mundi partem peragraverit, majorem peragrasse putabitur γδ Zodiaci circuli. Residuum demum quadrantem ξμ idem obeat epicyclus, &, cum pervenerit ad ε repræsentatus post annum loco suo, videbitur tunc esse sol ubi est α, & putabitur Zodiaci circuli obrepisse metam δα.

LXXXI. Qua ratione palam fit, etiam secundum epicycli motum, ea, quæ videntur nobis, aliter, quam re ab se fiant, videri. Tardior enim, & minor visu, videtur Sol, cum velut in geminis erit. Maximus vero, & incitatissimus, cum velut in sagittario. Nec immerito. Quippe εζηκ· f) epicyclo moto per μονξ circulum, Sol ab ε ad κ pergens, contra quam feratur epicyclus suus moram faciens, tardius ad ο deferetur, tardiusque μο 170
obibit ambitum, multoque tardius Zodiaci circuli g) αβ regionem existimatur obisse. Et rursum, epicyclo supradicto moto ad ον ambitum, sol demum ab κ ad η pergens, incurrere videbitur mundi circumactioni, h) &, adiutus ab ea, propere, & citius, obire Zodiaci quadrantem. Eodemque modo, epicyclo moto per νξ i) ambitum, Sol demum ab η ad ζ pergens, tanquam præcurrens epicycli sui motum, præcipitare cursum per Zodiacum videtur. Rursumque, eodem epicyclo moto per ξμ ambitum, Sol à ζ ad εκ pergens, contra quam fertur epicyclus suus moram faciens, tardius ad μ deferetur, tardiusque ξμ obibit quadrantem, multoque putatur tardius δα Zodiaci circuli quadrantem peragrasse. Sic & epicyclus anno vertente

y) Male in edit. Leidens. *Quia si.* z) ita leg. pro η θ.
a) in Leid. exciderat *per.* † Intemperiem ita p. 171. quoque vocat inordinatum & incertum motum.
*) Ita leg. pro εζκη. b) Ab occidente in orientem. c) ab oriente in occasum.
d) Rigalt. *idem* ο. Sed ferri potest edita lectio.
e) Ita Rigalt. pro *videtur.* Idem mox *à regione* pro *è regione*, quod perinde est.
f) Ita leg. pro οζηκ. & mox μονξ. pro μοηξ.
g) Ita recte Rigalt. pro *circulus.* h) Ab oriente versus occidentem.
i) Ita leg. pro η ξ. & mox *ab* η ad ζ pro ab η *ad* ε. k) male in edit. Leid. *à* ξ *ad* ε.

tente conficiet cursum suum, & Sol naturalem. Estque in solis circuitu maximum à θ ad ε l) id est, à terra ad summum limitem solstitialis epicycli, minimum vero ad ejusdem infimum limitem.

LXXXII. Eodem modo ceteri planetes, cum in globis suis consistentes ferantur, per Zodiacum ferri nobis, ob supra demonstratas causas, videntur: tarditatisque, & celeri-
171 tatis, idem intellectus, in omnibus erraticis, rationem adsequetur: licet diversis temporibus ceteri, nec in iisdem, quibus Sol, cursus suos peragant; usque adeo, ut quidam eorum, propter nimiam tarditatem, interdum consistere, interdum repedare videantur. Sol enim minorem, utpote anniversarium circulum lustrans, minores evagationes vel cum exaltatur m) vel cum humiliatur, n) vel cum à medietate o) ad diversas cœli plagas discedit, incurrere nobis videtur, eamque omnem intemperiem anni vertentis termino claudit. Ceteri planetes, quia singulatim uniuscujusque eorum, pro magnitudine circulorum, quos obeunt, & prolixitate temporum, quibus confecto cursu ad exordia revertuntur, fit reditus ad exordia, varias, & multiformes, motuum conditiones pati non immerito putantur. Quippe unus biennio, p) alter duodecim annis, tertius prope triginta, orbes suos obeunt. Ex quo fit, ut visus noster, motum stellarum notans, sine intellectu & recordatione alterius stellæ conpendii, q) ex brevitate circuli provenientis, aliarum item tarditatis, quæ provenit ex amplissi-
172 morum orbium peragrationibus, præire alios planetas, alios subsistere, alios regradare, r) id est, ferri retrorsum, imaginetur. Quod in circuitu Solis, Luciferique, & Stilbontis, s) minime adparet, propter brevitatem circulorum, angustiasque temporis, intra quod conficiunt cursus suos: multoque etiam magis in Lunæ motibus. Quippe in horum motibus, vel statio, vel regradatio nulla cernitur, sed in illis solis, quorum majores ambitus, competenti temporis prolixitate, peragrantur.

LXXXIII. Aristoteles tamen, contra opinionem omnium, t) neque quiescente corpore æthereo ferri stellas, veluti soluto ac libero motu, nec secundum universæ rei motum, vel contra, moveri docet; quin potius omnes eas trahi una, & eadem, naturali mundi circumactione. Idemque & eccentrorum, & epicyclorum, tollit opinionem; propterea quod circulis, hoc est, lineis, picturatis, & carentibus corpore, vehi stellarum vera & solida, corpora non posse dicat. Quatenus enim corpus incorporeæ rei nexu vinciri possit? Sed sphæras esse quasdam quinti illius corporis naturæ congruentes, easdemque u) per omne cœlum ferri, 173
vario diversoque motu; earum alias esse maximas, alias minimas; quasdam vero ex alto* moveri, quasdam ad ima esse depressas. Jamque alias cassas, x) solidasue, alias y) stellarum corpora continentes, easdemque omnes, perinde ut ceteras stellas, minime errantes, infixas esse cœlo: atque ex diversis regionibus, depressisque & elatioribus locis, ad occidentem meare: eamque esse causam, cur circulorum effigies depingatur, quia concursus ad unum locum ex diversis cœli plagis tanquam vestigia variorum delineet tramitum, ut si naves ex omnibus maris regionibus ad unum eundemque portum variis temporibus deferantur. Ac de stellarum quidem errantium inconstanti discursione dictum satis.

LXXXIV. Sequitur ut quoniam videntur quædam nobis earum modo stare z) in progressu, modo regradari, a) & interdum præcurrere b) certa signa Zodiaci circuli, interdum remanere, ac relinqui; c) quæ causa sit hujus imaginis, consideretur. Sit ergo Zodiacus αβγδ, d) cujus punctum in medietate θ, epicyclus autem erraticæ cujuslibet stellæ εζη, cujus item punctum in 174
medie-

l) ita leg. pro α ϑ ad ε.

m) In apogæo, n) In perigæo.

o) à Circulo æquinoctiali ad austrum vel septentrionem.

p) Biennio Mars, duodecim annis Jupiter, Saturnus triginta. Plin. II. 8. Hist.

q) Brevioris periodi. r) Supra p. 157. seq. s) *Veneris* ac Mercurii, in quibus & ipsi στηριγμὸν & retrogradationem, licet minorem ad brevius tempus notant Astrologi. *Vide* Plinium II. 16. Hist. Sol & Luna quare nunquam stationarii vel retrogradi appareant, facilius expediet quærentibus Copernici quam Ptolemæi systema Cosmicum.

t) Vocabulum *omnium* ex edit. Paris. revocavi. Locus Aristotelis quem respicit Chalcidius, est lib. 2. de Cœlo cap. 8.

u) Ita leg. pro *congruentis eademque*. *) Male edit. Leid. *ex alio*.

x) Ita recte Meursius in notis, pro *casas* vel ut Rigalt. *causas*. Vocat autem *cassas sphæras* in inquibus nullæ stellæ, iisque mox alias stellarum corpora continentes opponit. y) Rigalt. *item alias*.

z) στηριγμὸς sive statio Plinio II. 16. Hist.

a) ἀναποδισμός. Vide p. 157. seq.

b) Ita recte Rigaltius pro *percurere*. Sic p. 184. *Sæpe etiam præcurrere signa, sæpe remanere, sæpe subsistere putantur, sæpe repedare.* Et p. 175. *& præcedentia signa existimatur præcurrisse*, προηγεῖσθαι εἰς τὰ ἑπόμενα ζωδίων.

c) ἀπολείπεσθαι. d) Male in edit. Leid. αγγδ & mox ε pro θ.

174 medietate sit litera μ, per quam medietatem, velut axem proprium, feratur idem epicyclus, cum stella in semet locata, Zodiaci circuli pari motu, hoc est, ab oriente in occidentem. Agantur etiam è regione θ obliquæ duæ lineæ, stringentes utrinque extremos ambitus epicycli $\theta\zeta\beta$, $\theta\eta\delta$: perque epicycli punctum μ ducatur in altum linea $\theta\mu\alpha$. Ergo stella, cum erit in ζ, nobis è terra directo visu spectantibus videbitur consistere in regione Zodiaci, in qua est β, & cum $\zeta\epsilon$ e) lustraverit ambitum, putabitur Zodiaci $\beta\alpha$ ambitum obiisse, & ad præcedentia signa versum progressa esse. Similiter $\epsilon\eta$ ambitu lustrato, videbitur $\alpha\delta$ Zodiaci ambitum obiisse, & ad præcedentia signa versum etiam nunc festinasse. Rursum $\eta\zeta$ f) regione peragrata, videbitur nobis per $\alpha\delta$ ad β demum repedasse, obvia facta signis sequacibus, proptereaque esse regradata. Cumque non multum spacii ab ζ g) recedet, etiam nunc, tanquam in β, diu in eodem loco morari putabitur. At vero, cum recesserit longius, transitoque ϵ limite ad η pervenerit, rursum consistere in δ, &
175 præcedentia signa existimatur præcurrisse: h) recedensque ab η longius, per $\eta\zeta$ ad β repedasse. (*Vide Figur X.*)

LXXXV. Mathematicorum tamen non eadem est opinio, quæ philosophorum; i) qui non ad ea, quæ videntur, sed ad naturalem stellarum motum animaduertunt. Nullam quippe stellam diverso contrariove motu moveri contra universæ rei motum, circumactionemque, asserunt; sed omnes uniformiter ferri, secundum naturam suam. Faciam ergo, ut etiam juxta Mathematicos $\epsilon\zeta\eta$ k) epicyclus contra totius mundi motum feratur. Ergo stella, cum erit in η, videbitur esse penes δ; & cum $\eta\epsilon$ lustraverit ambitum $\delta\alpha$, Zodiaci orbis ambitum obiisse credetur, juxta signorum sequentium ordinem pergens. $\epsilon\zeta$ autem ambitu lustrato, similiter etiam nunc ad sequentia signa putabitur progredi. $\zeta\eta$ porro ambitum emensa, rursum consistere putabitur in δ, per $\beta\alpha$ ambitum ad δ retrorsum reversa, proptereaque regradata. Atque ita tam physicorum, quam mathematicorum, rationibus, stationum, præcessionumque, & regradationum, visa patefiant.

LXXXVI. Longum est demonstrando persequi quæ sit, & quatenus accidat, maxima stellarum errantium altitudo, quæ media, l) 176
quæ minima: seu per eccentros ferantur, seu per epicyclos circulos. Itaque veniemus ad demonstrationem cœtuum, m) quos etiam alio nomine concursus solemus vocare: item obstaculorum, n) effulsionumque, o) & repentinarum obscurationum, p) Erit porro dissertationis initium tale: Quia naturaliter visus noster in directum porrigitur, est porro longe excelsa, & eminens, sphæra, quæ ἀπλανὴς dicitur, subter quam sunt positæ sphæræ planetum, ita, ut supra demonstravimus, ordinatæ: perspicuum est, lunæ globum, qui est infimus, proximusque terræ, cæteris, ultra se locatis, obstare sideribus; omniaque, tam rata, quam errantia, cum inter visum nostrum, & aliquod ex sideribus, ad directam lineam se objecerit, obumbrare. Sol autem, cui luna nonnunquam obstat, alias stellas superiores diversa ratione condit, vel cum, proximus factus, lucis suæ claritudine cæterorum luces tegit: vel cum objectu suo visui nostro resultat. Stilbon vero, & lucifer, & superiores à visu nostro stellas interpositi removent, & plerunque sibi invicem obsistunt, propter mensuras non æquas, obliquatio- 177
nesque orbium, & positionum diversitates, superiores invicem humilioresque facti. Mera prehensio r) difficilis est in ipsis, propter inseparabilem prope occursum, comitatumque. Solus quoque Mercurius, minimo corpore, exiguoque igne, Soli magis proximus, adhærensque, ejusdem inflammatione obumbratur. Mars duos supra se planetes plerumque condit. Phænon quoque summus ab obsistente sibi occultatur Phaëtonte: s) & omnes planetes, imminentes sibi ad directam lineam ratas stel-

e) Male $\xi\epsilon$ in edit. Leid. f) Ita legendum pro $\eta\xi$. g) Iterum male in Leid. ξ.

h) Sic iterum cum Rigaltio lego pro *percurrisse*, ut p. 173. & 184. Et mox pro $\eta\xi$ rursus scripsi $\eta\zeta$ ut recte in edit. Paris.

i) Aristotelis. k) male in Leid. $\epsilon\xi\eta$.

l) Verba *quæ media* restitui ex edit. Paris. nam in Leidensi exciderant. Altitudinem stellæ appellant Astrologi spatium quo ab horizonte vel terræ centro distat. Vide Plinium II. 16. Hist.

m) Per cœtus ac concursus, Συνόδους, Συζυγίας, conjunctiones platicas stellarum intelligit, ubi latitudo quædam intercedit, ut ambæ possint videri.

n) Obstacula sunt conjunctiones partiles vel nulla latitudine distantes, sic ut stella alia ab altera tegatur & visui nostro subducatur. Infra p. 217.

o) Φάσεων, emersionum è radiis solaribus.

p) Κρύψεων, sub radiis solaribus demersorum planetarum.

q) Supra p. 155. seq. r) Difficile est, vel tandummodo ipsos deprehendere in cœlo oculis & observare.

s) Saturnus à Jove.

las t) obumbrant. Luna item, diametro à Sole distans, & incurrens umbram terræ, obscuratur; nec tamen omnibus mensibus, sicut ne omni quidem coitu, hoc est, omni nova Luna, Solis obscuratio intervenit, aut omni plena perfectaque luna lunæ labor fit, atque obscuratio, propterea quod circuli eorum nimia obliquitate à se invicem differant.

LXXXVII. Quippe Sol, sub ipsam libram medietatis signiferi omnis, u) modico dicatur ferri deflexior, ad dimidium fere momentum x) declinans, vel in austrum, vel in aquilonem. At vero luna, ut adseverat
178 Hipparchus, y) decem utrinque momentis devia reperitur. Igitur, si utrosque orbes epipedos, id est planos, & sine ulla soliditate, tam Solis, quam Lunæ, consideremus animo, positos adversum se ita directa positione, ut una, per medios orbes ducta, linea spinam z) duobus planis orbibus insigniat: erit diametros amborum eadem linea. Et ejus summa pars, scindens proximum circulum, κατα-βιβάζον, hoc est, subdividens, adpellatur. Ima vero secans æque sursumversum majorem orbem, ἀναβιβάζον, id est, supradividens. Quare, si cœtus a) Solis, & Lunæ, fiet directus, & velut ad perpendiculi destinationem, utpote proximis sibi factis ex concursu corporibus, objiciet se ante visum nostrum, & obstabit, angustum videndi obsidens tramitem Luna, b) lucemque Solis à nobis arcet minor licet multo majorem objectans, c) ob directum, propIereaque angustum, nostrorum oculorum tramitem. Si vero non ad perpendiculum cœtus eorum factus erit, sed prolixitas quidē intervalli erit, d) latera porro a rigore *) declinabunt Aliquatenus, ita ut alter ignium ad aquilonem, alter vero ad Austrum vergat, obscuratio nulla fiet.

LXXXVIII. Lunæ vero labor, sive defe- 179
ctio sic demonstratur: Quod quidem, cum incurrerit umbram terræ, deficere videatur, constat apud omnes: sed cur non semper, aut omnibus mensibus, hoc dicendum. Ignium lucem præbentium radii directi feruntur, umbras objectorum corporum formantes in varias figuras. Ergo cum ignis, lucem præbens, æqualis erit corpori, ex quo emicant umbræ; si tam ignis, quam corporis, globosa erit forma, umbræ nascentur in modum cylindri: ut, puta, sit lucem adferens; & luminans, $\alpha\beta$: quod vero inluminatur, $\gamma\delta$. Hæc vero æqualia sint, & globosa utraque. (*Vide Figuram XI.*) Perspicuum est, radios, unum $\alpha\gamma$, alterum $\beta\delta$, in directum exaltatos, juxta se esse dispositos æquali distantia. Merito: quia circuli $\alpha\beta$ diametrus, circuli $\gamma\delta$ diametro æqualis est. Iidem radii crescant in altum; erit $\alpha\gamma\varepsilon$ radius, radio $\beta\delta\zeta$ distans æquali rigore, hoc est, sine inclinatione. Et $\gamma\varepsilon$ ergo adversum $\delta\zeta$ radium sine inclinatione distabit, & uterque radius, in immensum licet auctus, æquali crescet rigore: nec eorum cacumina conjungentur unquam, vel contingent se invicem. Quod cum ita sit, dubium non est, $\gamma\delta$ sphæræ umbram in effigiem cylindri formari, crescentem per im- 180
mensum licet.

LXXXIX. Si tamen, quod inluminat, brevius erit, ut $\eta\vartheta$; quod vero inluminatur, majus, ut $\kappa\lambda$: manifestum est, umbram orbis $\kappa\lambda$, quæ est $\kappa\mu$, $\lambda\nu$, in forma quidem effigiari calathi, nec tamen hanc speciem mutari, etiam si crescat umbra in immensum. (*Vide Figuram XII.* Nam cum sit major $\kappa\lambda$ diametros, $\eta\vartheta$ f) diametro: profecto tam $\eta\kappa\mu$ radius, quam $\vartheta\lambda\nu$ in immensum porrecti, latiorem, quo plus crescent

t) Stellas fixas, supra positas. Sic p. 180. *ut multa stella qua supra nos imminebant per noctem non videantur à nobis.*

u) *Sub libram medietatis* i. e. ab mensura accurate medium describente *signiferi omnis* i. e. totius Zodiaci in latitudine sua considerati, utpote per quem medium ecliptica transit. Non opus igitur assentiri iis que *linea* pro *libra*, vel *orbis* pro *omnis* legunt. Frontinus lib 1. de aquæductibus Urbis Romæ similiter dixit *aquas omnes diversa in Urbem libra pervenire*, i. e. diversa mensura, sive ut Turnebus lib. V. Adversar. c. 5. diversa altitudine.

x) Hinc p. 152. Chalcidius ait Solis evagationem sub unius portionis æstimationem venire.

y) Hipparchus libro de secessibus & intervallis Solis & Lunæ. infra p. 180.

z) Rigaltius legit *spiram*, quod vocabulum occurrit infra p. 207. Manilius I. 573. de æquatore Circulo: *ingenti spira totum præcingit Olympum.*

a) *Coitus* p. 177. & Plinio Hist. 9. & 13. 15. 17. &c. Sed *coetus* etiam Gellio XIV, 1.

b) Ita recte Rigalt. & Doblerus pro *luna*.

c) Idem Rigalt. *obcæcans*. Ab. *obtectans*. Sed puto legendum *objectu*. Ut p. 176. Plin. II. 9. Hist. *Manifestum est, Solem interventu Luna occultari, Lunamque terra objectu.*

d) *erit* in edit. Paris. diserte altera vice repetitur, licet in Leid. est omissum.

*) *Rigorem* vocat accuratam rectitudinem perpendiculi. Sic infra p. 181. & 179. *distans aquali rigore, hoc est sine inclinatione.* Et: *uterque radius aquali crescit rigore.* Non igitur assentior iis qui *vigore* legunt.

e) Male in edit. Leid. $\alpha\gamma\delta$. Et mox $\gamma\delta$ pro $\gamma\varepsilon$. Pro *Iidem radii*, Rigalt. *Item radii*, &c.

f) Male in Leid. $\kappa\vartheta$. pro $\eta\vartheta$. sæpiusque α pro λ. Et mox *perfecto* pro *profecto*.

cent, effigiant opacitatem. Ergo sive umbra κυλινδροειδής, sive καλαθοειδής erit, contingat necesse est, ut multæ stellæ, g) quæ supra nos imminebunt, per noctem non videantur à nobis, hac aut illa umbris objectis, & obstantibus: sed hoc rationem non habet: oportet igitur, semper majorem esse inlustrantem globum iis, quæ inlustrantur. h) Itaque si lucem advehens præstabit magnitudine, ut ξο; i) minus vero erit, quod inlustratur, ut πρ: utraque autem globosa: πρ circuli umbra, quæ est πρσ, nascitur, in modum coni desinens in acumen, ibidemque finita ξπ, & ορ radiis por-
181 rectis in altum, & contingentibus se invicem apud notam σ. Quod fit ex eodem, quia πρ diametros minor est diametro ξο, propterea que umbræ species conoides k) erit. *(Vide Figuram XIII.)*

LXXXX. Quia igitur Hipparchus in eo opere, quod scribitur *De secessibus atque intervallis Solis & Lunæ*, *) docet; magnitudinem Solis mille octingentis octoginta partibus potiorem esse quam terram, terram vero demum viginti septem partibus potiorem esse quam Lunam, multoque Solem altiorem esse quam Luna sit: adparet, umbram terræ coni similem effici. Quippe radii solis ξπ, & item ορ angustant se juxta diametrum terræ πρ, & dextra, lævaque, omnia inluminant. Terra vero, objecta lumini Solis, circumfluente se lumine, l) umbram terræ efficit, à diametri sui latitudine in angustiam provectam, & usque ad finem ultimum angustiarum adtenuatam. m) Quam cum inciderit nocturna Luna diametro à terra, & Sole, distans; ut quæ propria luce indigeat, atque à Sole semper mutuetur, & sit minor quam terra, obsistente sibi ea, in tenebras conditur. Porro, cum non ad directum rigorem Solis, terræque, & Lunæ, positio conveniet; ut per puncta medietatum n) transeat diametra linea: sed Sol in aquilonem, Luna in austrum vergat, vel 182
contra: evasa terrena umbrâ, nullam patitur obscurationem, Ac de his quidem hactenus. Nunc vero, jam peragratis omnibus, veniamus ad orationem. o)

XCI. *Et jam fere omne commixtum illud genus essentiæ consumptum erat hujusmodi sectionibus partium. Tunc hanc ipsam seriem in longum secuit: & ex una serie duas fecit, easque mediam mediæ, in speciem χ Græcæ literæ coarctavit; curvavitque in orbes, quoad coirent inter se capita.*

Καὶ δὴ τὸ μιχθὲν ἐξ ὧ ταῦτα κατέτεμνεν, ὕτως ἤδη πᾶν ἀπηναλώκει. Ταύτην ὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον χ προσβαλὼν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε κὴ ἀλλήλαις ἐν τῷ κατ' ἄντικρυ τῆς προσβολῆς.

Ex tribus his, essentia scilicet, & eodem, & diverso, miscuerat animam, & eam secuerat in numeros, partim duplices, p) usq; ad cubum, qui primus ex duplicibꝰ nascitur: partim triplices, usq; ad cubum, qui primũ q) ex triplicibus nascitur. Horum numerorum intervalla numeris aliis contexi volebat, ut esset in animæ textu corporis similitudo. Itaque limitibus constitutis, uno sex, altero duodecim, qui est duplex, duabus medietatibus octo & novem, sex & duodecim limitum intervallum continuavit, epitrita item sescuplari potentia: perindeque, ut inter ignis limitem, & terræ alterum limitem, insertis aëris & aquæ materiis, mundi corpus 183
continuatum est, ita numerorum potentiis insertis, ut tanquam elementis, materiisque membra animæ intelligibilia connecterentur, essetque aliqua r) inter animam, & corpus, similitudo. Hanc igitur *seriem*, non materiam, neque corpus, *secuit*, inquit, *Deus*: ut si quis αβ rectam lineam in longum findat, & de segminibus duobus χ faciat γδ,

g) Si de stellis fixis ipsi sermo est, fallitur Chalcidius, cum illæ sua luce radient, non Solis lumine illustrentur.
h) Rigalt. *illuminantur*.
i) Male in Leid. ζο pro ξο & mox τρ pro πρ.
k) Κωνοειδής. Plinius II. 10. Hist. dixit *figuram umbræ similem ac metæ turbini inverso*. Confer Aristarchum Samium de magnitudinibus & distantiis Solis & Lunæ, propositione VIII.
*) Hipparchi πρῶτον περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων laudat Theo sive Pappus in librum quintum syntaxeos Ptolemæi p. 256. ubi Ptolemæus ait in δείξει τῦ ἡλιακῦ ἀποστήματος Hipparchum se sequi. Cæterum in definienda Solis & Lunæ mole ab Hipparchi sententia differunt Aristarchus, aliique Astronomi veteres qui minorem, & recentes qui majorem magnitudinem Solis definiunt, licet maximum illum esse & multis vicibus vastiorem terra, Lunam autem terra minorem, omnes conveniant. Fide Mich. Fayum ad Lucretii V. 565. Dioptram cujus ope diametros Planetarum observavit Hipparchus, memorat Proclus p. 41. Hypotypos. Astronom.
l) Ita edit. Paris. licet in Leid. *se* omissum.
m) Male al. *provecta & adtenuata*.
n) i. e. centra. Ita recte pro *medietatem* legunt Rigaltius & Doblerus.
o) Verba Platonis, quæ jam interpretari cœpit à p. 138.
p) Supra p. 100. seq. q) Rigalt. *primus*.
r) Vocabulum *aliqua* revocavi ex edit. Paris.

γδ, εζ: id ipsum incurvet demum, & duos innexos sibi invicem circulos faciat: ηθκλ & ηνκμ s) hosque ipsos exteriore alio οπρ σ circulo t) cujus motus, conversioque, idem semper & uniformis sit, circumliget, id est aplani. (*Vide Figuram XIV.*) Hujus quippe orbiculata est agitatio semper eadem, semper æquali velocitate, ne locum quidem ullum desiderans extra consueti ambitus semitam. Et exterior quidem circulus, u) quem dicit *Eundem*, is est, qui in aplani globo summus est, quem Meridialem nos, Græci μεσημβρινὸν adpellant, utrunque complectentem polum: cumque iisdem x) vertilabundum aplanis effigiem globi delineare. y) Interior vero circulus z) intelligi debet-is, in quo signorum circumfertur ordo, sub-
184 ter quem planetes ferentur. *Ideoque exteriorem motum, Eundem cognominavit,* a) quia idem semper, minimeque differens, est aplanûs volatus: *interiorem vero, Diversum:* b) cuncti enim, qui subter Zodiacum oberrant, planetes, licet in orbem referantur singuli, diversas tamen, variis de causis, & compugnanter accidentibus casibus, faciunt agitationes, vel facere potius videntur, dum exaltantur, & humiliantur, tardius tamen, c) & interdum incitatius, pergunt. Propterea que rapiuntur ab universæ rei motu; & tamen, ut possunt, renituntur, interdum etiam latius evagantur: sæpe etiam præcurrere signa, sæpe remanere, sæpe subsistere putantur, sæpe repedare.

XCII. Quod autem d) de nullis aliis, sed de his ipsis sentiat, ac loquatur, ipse manifestat, cum ita dicit,

Exteriorem quidem circulum, quem Eundem cognominatum esse diximus, à regione dextera per sinistrum latus usq; ad dextrum inflexit: Diversum porro per diametrum, & in sinistrum latus.

τὴν μὲν δὴ ταυτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ᾽ ἀριστερά.

Eadem quippe semper, & constans sibi, circumvectio, id est aplanes, per quam meridialis circulus voluitur, dextera mundi parte movetur. Dextera porro mundi pars, ori-
ens esse docebitur. *Diversum porro*, inquit, 185
per diametrum, id est, interiorem motum, quo subter obliquitatem orbis signiferi planetes moventur. Latera vero, cum sit mundi corpus sphæræ simile, & globosum; & undiqueversum e) simile, nec differens: itemque dexteræ lævæque partes mundi non recte dici videntur sphæram cogitantibus, & ad solam ejus speciem respicientibus: quia tamen idem mundus animal est, & animal intelligens, dexteras partes habebit profecto eas, in quibus est initium motus, f) & ex qua parte, perinde ut cætera animalia, moventur primitus. Hæc porro mundi pars in eois est, proptereaque Homerum puto lapsum alitis augurantem dixisse: g).

Dexter ad eoum volitans solemque diemque.

Nec vero summum quid aut erit imum in effigie pilæ; sed in vivente, atque animali pila vere dici hæc nihil impedit. Demus enim corpori nostro quædam extrinsecus ex luto cerave additamenta, usque ad tumorem globi; certe mutata forma erit. Ac
undiqueversum membris omnibus simili- 186
bus effectis, & ad indeclivem rotunditatem redactis, nullum dextrum, nullum sinistrum videtur latus, nec imi pedes, nec summum caput, cum sint membra condita involucris, Vitalis vero substantiæ ratio imas, summas,

s) Has notas literarum è figura recte addit Rigalt.

t) En Platonis verba: καὶ τῇ κατὰ ταυτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε, καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ᾽ ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων.

u) ὁ ἔξω κύκλος.

x) Polis intellige. y) Edit. Paris. *deliniare*. Al. *declinare*, male.

z) ὁ ἐντὸς κύκλος.

a) Verba Platonis: τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταυτοῦ φύσεως.

b) τὴν δ᾽ ἐντὸς τῆς θατέρου.

c) Rigalt. *tardius interdum, interdum incitatius.*

d) Male edit. Leid. *Quia autem.*

e) Ita scribendum unico vocabulo ut infra p.166. & sursumversum p. 178. *undiqueversum* p.186. Mox *dextera lævaque.*

f) Dexteras mundi partes in Oriente similiter ponunt Pythagoras, Plato, Aristoteles, Ptolemæus & alii Græci. Vide Plutarchum II. 10. de placitis Philos. Proclum p. 220. in Timæum, Simplicium in 2. de cœlo p. 95. b. Achillem Tatium p. 152. Isagoges, & è recentioribus Adrianum Junium III. 3. animadvers. & Jo. Baptistam Bellum de partibus templi auguralis c. 3. Sic & Orpheus hymno in Solem; Δεξιὲ μὲν γενέτωρ ἠοῦς, εὐώνυμε νυκτός. Latinis vicissim, Varroni, Plinio aliisque dextra Mundi pars est occidens. Hinc Cicero 2. de Divinat. *nobis sinistra, Graiis & Barbaris dextera meliora.* Vide Harduinum ad Plinii II. 8. & 44. Hist. & Ramiresium p. 299. seq. cap. 39. Pentecontarchi. Recte alioqui Arnobius lib. 4. p. 129. *jam primum ipse Mundus per se sibi neque dextras habet neque lævas &c.*

g) Iliad. μ. 239. Hector ad Polydamantem ait se minime morari auspicia,

Εἴτ᾽ ἐπὶ δέξι᾽ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ᾽ ἠέλιόν τε
Εἴτ᾽ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

mas, dextrasque, & finistras, partes scit intus latere. Sic mundi partium diversa interficies, h) quanuis indifferenti membrorum similitudine occultatur in superficie, motu tamen, & spirabili proditur convegetatione, ut corpus, animalque, formatum.

XCIII. Deinde prosequitur:

Et simili illi circumactioni virtute pontificioque rotatus dato. Unam quippe, ut erat, eam, & indivisam reliquit.

Κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ, μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασεν.

Merito. Nam sphæra una, quæ aplanes dicitur, multas, & innumerabiles, stellas circumagit, cum planetas singulos multæ sphæræ circumferant. Potest tamen & alio genere virtus ejus, quam obtinet adversum motum omnium planetum, intelligi, quod eadem semper, atque indifferens; ejus conversio tam ipsos planetas, quam ceteras stellas, cohærentes sibi, curriculo noctis dieique circumagat ab oriente in occidentem. Ex
187 quo aiunt, planetas mutabilis illius naturæ, quæ *diversa* cognominatur, esse participes, utpote qui, rapti vertigine universæ rei ab eois ad occidua, referantur demum ab occiduis ad eoa: ut in navigando, cum ad destinatam venti pulsu navi volante è regione proræ quidam ex navigantibus ad puppim recurrunt.

XCIV. Deinde ait: *Interiorem vero scidit sexies.* i) Interiorem, id est, diversum circulum, *Septemque impares orbes fabricatus est juxta dupli, & tripli, spacia.* k) Tenemus memoria primam l) psychogoniæ descriptionem sic esse formatam, m) ut unum quidem latus ex duplicibus, alterum vero ex triplicibus numeris sit ordinatum, septemque utrinque limites factos, quorum per singula latera sint intervalla terna. Huic ergo adumbrationi, qua depinxit animam, imaginem similitudinis æmulæ, speciemque mundi, delineat. Septemque circulos instituit planetum, eosdemque adversum se distare facit intervallis musicis, ut juxta Pythagoram n) motu harmonico stellæ rotatæ musicos in vertigine modos edant: similiter ut in Politiâ, o) sirenas singulis insistere circulis, quas rotatas cum circulis 188
unam ciere mellifluam cantilenam, atque ex imparibus octo sonis unum concordem concentum excitari. Erit ergo animæ aplanes, ratio: planetes, ut iracundia, & cupiditas, ceterique hujusmodi motus. Quorum concentu fit totius vita mundi modificata.

XCV. Sectioni quoque partium, ex quibus animam constituit, p) positio planetum conveniens videtur; cum unam ab universo facit sumptam primitus portionem & minimam, à terra ad Lunam, cujus duplicem secundam, id est, quæ interiacet inter Lunam Solemque, cujus triplam tertiam, scilicet Veneris; quartam duplicem secundæ, id est, quadruplam primæ, Mercurii: octuplam vero Martis, quæ quinta sectio est: hinc triplam tertiam posuit, id est, regionem, seu circulum, Jovis. Septem porro & viginti partium, Saturni novissimam sectionem.

XCVI. Quod vero dicit, Deum *septem illos circulos* q) *contraria ferri agitatione jussisse*, plerique r) sic intelligunt, ut omnes contra mundi totius moveantur agitationem, quoniam quidem s) semper ejusdem motus conversio à dextro latere t) incipiat moveri, ut hæ septem conversiones uni rapien-

L111 ti u)

b) Rigalt. *interstitiei.* Sed videtur Chalcidius dixisse *interficiem* eodem modo ut *superficiem* dicimus.

i) Platonis verba in Timæo: τὴν δ' ἐντὸς σχίσας ἑξαχῇ.

k) ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν.

l) Vocabulum *primam* ex edit. Paris. revocavi.

m) Supra p. 112. seq. n) Supra p. 156.

o) Plato X. de Rep. p. 472. edit. Græcæ Basil. ἐπὶ δὲ τῶν ἐντὸς ἑπτὰ κύκλων ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα συμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἱεῖσαν ἀνὰ τόνον· ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν.

p) Minima Timæo est partium 384. qualium 1000. emetiuntur Solis à terra distantiam mediam, hinc

I	à terra ad ☽	prima sectio	I	384
II	à ☽ ad ☉	primæ duplum	II	768
III	à ☉ ad ♀	primæ triplum	III	1152
IV	à ♀ ad ☿	secundæ duplum	IV	1536
V	à ☿ ad ♂	quartæ duplum	VIII	3072
VI	à ♂ ad ♃	tertiæ triplum	IX	3456
VII	à ♃ ad ♄	sextæ triplum	XXVII.	10368

Confer Hygini poëticon Astronom. IV. 14. Plinium II. 22. Hist. Censorinum c. 13. Præcipue vero Joannis Kepleri præclarum opus de Harmonia Mundi.

q) Vocabulum *circulos* ex edit. Paris. revocavi. Verba Græca Platonis sunt: κατὰ τἀναντία μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους.

r) Id est aliqui, ut p. 76. & recte quidem illi. s) Rigalt. *quandoquidem.*

t) Ab Oriente. Supra p. 185.

189 ti u) semet, intelligantur occurrere. Alii non ita, sed ut ipsorum planetum sit diversa contrariaque conversio, iidemque invicem sibi occursus obuios faciant, propterea quod in anfractibus eorum varia, & multiformis, inveniatur diversitas. Siquidem Solis, & Lunæ, conversiones, comites universitatis motus x) eccentri sui, vel etiam epicycli, quatenus possunt, ab instituto, naturalique, cursu remorentur progressionem. Aliorum vero quinque, naturalis motus is esse comprehendatur, qui totius mundi conversioni resistat, licet eum y) præpotens illa vertigo corripiat. Ex quo fit, ut subsistere, nonnunquam etiam repedare, videantur. Hoc amplius, quod quædam è stellis errantibus z) vesperi semper occidunt, interdiu sub claritudine Solis latentes, & exacta demum nocte, ante Solis ortum adparescentes, ut Saturni stella, & Martis, & Jovis. Contra autem, cum vespera Luna anre omnes stellas adpareat, mane conditur in occasum: Lucifer, & Stilbon, utroque genere & oriuntur, & occidunt. Quid, quod ceteri planetes longius à Sole discedunt, usque adeo, ut certis tem-
190 poribus diametro distent? Stilbon porro, & Lucifer, nunquam diametro distant à Solis orbitis, ex utraque regione mundi eois, aut occidentalibus a) satis proximi facti; sed Soli semper proximi cursus suos peragunt, propterea que dixisse eos Plato,

tres quidem pari atque eadem velocitate, illos vero alios quatuor & sibimet invicem, & his tribus, dissimiliter incedere.

τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως.

Quos tamen omnes diversos motus, contrariasque agitationes, planetum, *ratione subnixos* b) esse dicit, ea videlicet, quam jugi tractatu manifestare curavit.

XCVII. Is deinde prosequitur. c)

Igitur cum pro voluntate Patris cuncta rationabilis anima substantia nasceretur, aliquanto post, omne corporeum intra conseptum ejus effinxit: mediumque adplicans mediæ, modulamine apto jugabat. Ast illa complectens cœli ultima, circunfusaque eidem exteriore complexu, operiensque ambitu suo, ipsaque convertens in semet, divinam originem auspicata est indefessæ, sapientisque, & sine intermissione, vitæ.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς σύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν, προσήρμοττεν· ἡ δ' ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πάντῃ διαπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτὴ τε ἐν αὐτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον.

Cœlum diverse & dicitur & acc[illegible]tur. Partim mundi superficies, quam οὐρανὸν Græci adpellant: velut visus nostri limitem, ultra quem porrigi nequeat, quasi ὁρανὸν: d) par- 191
tim sphæra, e) quæ aplanes vocatur. Proprie vero omne, quod à lunari globo surgit; communiter autem, quicquid supra nos est, in qua regione nubila concrescunt, & aliquanto superius, ubi astra sunt. Nam & pluvias ex cœlo dicimus demanare, & stellas in cœlo adparere, quæ adpellantur cometæ; f) & cætera, quæ adparent infra Lunæ globum. Cælum quoque usurpantes mundum omnem vocamus. g)

XCVIII. Animam ergo mundi dicit *orsam ex medietate usque ad extremitatem mundani corporis, & inde usque ad aliam extremitatem circunfusam omni globo corporis operuisse universum ejus ambitum.* h) Ex quo adparet, à vitalibus mundi per extimas partes complexum esse circundatum; hoc est ut intra, atque

u) Τῷ ἀπλανεῖ. x) Al. *comite universitatis motu.* Sed præplacet edita lectio.

y) Ita lege cum Rigaltio, pro *eam.* Refertur enim ad motum Planetarum, quem licet tendentem in adversa, tamen rapit secum ac circumagit mundus, velut hominem a navi videmus ferri ad littus, quamlibet in navi aversus à littore contrariam viam ambulet.

z) Supra p. 153. a) Ita edit. Paris. pro *eos* & *occidentalis.*

b) Ἐν λόγῳ δὲ φερομένους.

c) Ab hoc loco incipit Caput VI. Commentarii Chalcidii, quod est de Cœlo, Confer Proclum 3. in Timæum p. 221. seq.

d) ab ὅρος, terminus, unde ὁρίζων. Aristoteles libri de Mundo cap. 6. οὐρανὸν ἐτύμως καλοῦμεν ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω. Atque limites quibus agri invicem discernerentur dictos οὔρους, ex Heraclide notat auctor magni Etymologici. Cæterum Basilius 3. in Hexaëm. p. 40. atque eum secutus Ambrosius II. 4. οὐρανὸν dictum malunt παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι. Plato Cratylo: ἡ δὲ εἰς τὸ ἄνω ὄψις καλῶς ἔχει τοῦτο τὸ ὄνομα καλεῖσθαι οὐρανία, ὁρῶσα τὰ ἄνω. Ipsum ὁρᾶν ab Hebr. אור Chald. אורא.

e) Ita recte edit. Paris. pro *partem sphara.* De diversis illis cœli significationibus Aristoteles lib. 1. de Cœlo cap. 9. quem Chalcidius hoc loco est secutus.

f) Error & hic Aristotelis, Cometas Lunæ globo inferiores existimantis.

g) Aristoteles loco laudato: τὸ γὰρ ὅλον καὶ τὸ πᾶν λέγομεν οὐρανόν.

h) Platonis verba in Timæo: ἡ δὲ ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον πάντῃ διαπλακεῖσα κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα.

que extra, vitali vigore foveatur. Neque enim universum corpus i) alterius corporis, quod nullum supererat, auxilio complexuque indigebat, sed incorporeæ naturæ viribus totus k) vitali complebatur substantia.

XCIX. Illud vero, quod à meditullio
192 porrecta anima esse dicitur, quidam dici sic putant: ut non tanquam à medietate totius corporis facta dimensione porrecta sit, sed ex ea parte membrorum vitalium, in quibus pontificium l) vivendi situm est, ideoque Vitalia nuncupantur. Non ergo à medietate corporis, quæ terra est, sed à regione vitalium, id est à Sole, m) animæ vigorem infusum esse mundano corpori potius intelligendum pronunciant. Siquidem terra immobilis, Sol vero semper in motu. Itemque uteri medietas immobilis, cordis semper in motu, quando etiam recens extinctorum animalium corda superstites etiam tunc motus agant. Ideoque Solem cordis n) obtinere rationem, & vitalia mundi totius in hoc igni posita esse dicunt.

C. *Ipsam vero animam in semet convertere*, o) non utique corporali conversione facta intelligendum, sed cogitationis recordationisque gyris, & anfractibus, parente sibi corpore, sicut quoque nostræ animæ motibus corpus obsequitur. Idque mundo fuisse initium, *inde auspicium indefessæ, ac sine intermissione, vitæ.* p) Præclare, quandoquidem indefessa, & sine intermissione,
193 vita tempori, curriculisque ejus, propagata sit. Ævi tamen alia quædam est, & in sublimiore majestate, perseverantia. Temporis enim partes, anni, menses, dies, horæ: at vero ævi neque initiũ neq; finis ullus, propterea interminatum, & perpetuũ. Cum ergo mundum generatum intro, daret, q) consequenter temporis quoque generationem, mundo æquævam, commentus est.

CI. Atque hæc quidem mox ipse latius r) explicabit. Nunc tantum s) animam docet esse incorpoream, cum dicit:

Et corpus quidem cœli, sive mundi, visibile factum: ipsa vero invisibilis, rationis tamen, & item modulaminis, compos.

Καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν. αὐτὴ δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχή.

Cum enim dicit *invisibilem*, sensui minime subjacere pronunciat. Et quod nec visu nec ceteris percipitur sensibus, hoc corpus esse minime potest; *rationis* tamen *compos*: ut declaret naturam rationabilem carentem corpore, quæ quidem est animæ rationabilis propria, & conveniens, adumbratio. Porro quod t) eandem *modulatam* esse adserit, originem ejus, & quasi quædam elementa, ex quibus eandem inter initia constituit, recordatur & repetit, ut ex ternis u) originibus id est individuæ dividuæque substantiæ, itemque eadem diversaque na- 194
turis coagmentata, similitudinemque & dissimilitudinem rerum, bonitatisque & malitiæ diversitatem, optandæque & execrandæ naturæ disparilitatem, facile ipsis in rebus recognoscat: utpote quæ divisa sit x) numeris, composita analogiis, stipata medietatibus, ordinata rationibus musicis, scissaque adeo sexies, y) & rursum devincta immortalibus vinculis, convenientibus diverso varioque totius mundani corporis motui, omnia sciat, & omnia juxta naturam propriam adsequatur.

 De-

i) *Universum Corpus*, ut passim alibi *universa res* vel *universitas* Chalcidio est Mundus.

k) Mundus nempe, cujus mentio paullo superius præcessit. Itaque non est necesse legere *totum*, ut ad *corpus universum* referatur.

l) *Pontificium* sæpius ponit Chalcidius pro virtute, vi & facultate ut p. 98. 186. &c.

m) Imo de Sole Julianus Oratione in Solem p. 141. βασιλεὺς ἥλιος τῶν νοερῶν θεῶν μέσος ἐν μέσοις τεταγμένος κατὰ παντοίαν μεσότητα & p. 146. ἀπεκληρώσατο μὲν οἷον οἰκειοτέραν ἕδραν τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα πανταχόθεν ἴσα διανέμῃ τὰ ἀγαθά &c.

n) Eleganti comparatione Solem cordis vice esse scribit Chalcidius, ut Proclus quoque hymno in Solem vocat eum ταμιεῖον φάους, μεσσατίην αἰθέρος ἕδρην, κόσμου καρδιαῖον. Sed nimium ipsi tribuunt, dum totius Mundi vitalia in uno hoc sole posita, & totius Mundi cor esse Solem opinantur.

o) Verba Platonis, Timæo: αὐτή τε ἐν αὐτῇ στρεφομένη.

p) θείαν ἀρχὴν ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον.

q) Ita legendum, duabus vocibus *intro daret*, non *introdaret*, respicit enim ad id quod modo dixerat de anima in se conversa atque mundi vitæ præbente auspicium.

r) Infra p. 196. seq. Confer etiam si placet quæ jam dixit p. 96.

s) Meursius hoc vocabulum, *tantum*, omisit. In Paris. est *tamen*.

t) Ita recte leg. Doblerus pro *quidem*.

u) Ita optime iterum idem præstantiss. Doblerus pro *externis*. Est autem triplex animæ origo ex *Eodem*, *Essentia* & *Diverso*, ut dictum p. 100. Mox Rigaltium secutus scripsi: *id est individua dividuaque substantia*, cum esset editum *idem individuaque* substantiæ.

x) Ita Rigalt. pro *diversa sit*.

y) Supra p. 112. 187.

CII. Denique addit,

Ut ergo ex ejusdem & diversi natura cum essentia mixtis coagmentata indigete motu, & orbiculata circuitione in seipsam revertens, cum aliquam vel dissipabilem substantiam offenderit, vel individuam, facile recognoscit, quid sit ejusdem, individuaque, quid item diversæ, dissolubilisque naturæ; causasque omnium, quæ proveniunt, videt: & ex iis, quæ accidunt, quæ sint futura metitur.

ἅτε οὖν ἐκ ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας, τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνάλογον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμέριστον λέγει κινουμένη διὰ πάσης αὑτῆς ὅτῳ τ᾽ ἄν τι ταυτὸν ᾖ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ, τι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε ξυμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε, πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταυτὰ ἔχοντα ἀεί.

In his enim clare manifestat, nihil esse, quod animam lateat, ejusdemque intelligentiam manifeste revelat, cum dicit:

motum ejus rationabilem, sine voce, sine sono, cum quid sensile spectat, circulusque diversi generis sine errore
195 *fertur, veridico sensu, & certa nunciante, cunctæ animæ rectæ opiniones, & dignæ credulitate, nascuntur. Porro cum individuum genus, semperque idem, conspexerit, ea quæ sunt motu intimo fideliter nunciante, intellectus & scientia convalescunt.*

λόγος δὲ ὁ κατὰ ταυτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος περί τε θάτερον ἂν καὶ περὶ τὸ ταυτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ᾽ αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται, καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς. Ὅταν δ᾽ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ ταυτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται.

CIII. *Sine voce, ac sono, motus* ratio est, in intimis mentis penetralibus residens. Hæc autem differt ab oratione. z) Est enim oratio interpres animo conceptæ rationis. Quæ ratio, cum se exerit in iis, quæ nascuntur, & occidunt, vel manu fiunt; & prorsus omnibus, quæ sentiuntur, & recte tamen movetur idem hic motus intimæ mentis, nascuntur veræ opiniones, & credulitate dignæ. Nec tamen satis certa provenit, & firma, cognitio; siquidem inter scientiam, & opinionem, sit ampla distantia. Cum autem constituerit se spectatricem rerum immutablium, quæ sunt eadem semper, intelligibilemque naturam suspexerit, & in iisdem spectaculis perspicacem mentis contemplationem convegetaverit: tunc motus, similis ejus globi motui, qui aplanes vocatur, sine errore circumactus, veram menti cognitionem a) divini generis creat.

CIV. Nunc venit ad ævi, temporisque, discretionem; & docet, quia mundus intel- 196
ligibilis exemplum est mundi sensilis, utpote principatum obtinens animal inter ceteras intelligibilis b) divinitatis animantes, per omne ævum manet inconcussa stabilitate. Imago quoque ejus hic sensilis, simulacro ævi facto, atque instituto, jungetur. Imago enim demum ævi tempus est, manentis in suo statu. Porro tempus minime manens, immo progrediens semper, & replicabile. Imago itaque ut intelligibilis mundus per ævum, sic sensilis per omne tempus. Alia quippe exemplorum, c) alia imaginum vita: recteque uno eodemque momento mundus exædificabatur sensilis, & dierum noctiumque instituebantur vices, elementa seriesque temporis, ex quibus menses, & anni, partes ejus ratione, ac supputatione, dividuæ.

CV. *Nosque hæc cum ævo adsignamus,* inquit, *id est, solitaria natura, non recte partes individuæ rei fingimus. Dicimus enim, Fuit, Est, Erit. Ast illi esse solum competit.*

Τὰ χρόνου εἴδη φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε καὶ ἔσται. Τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει.

Propter eos qui addubitant, num tempus, quod dicitur esse, nullum sit, hæc processit adsertio. Dicunt enim, præterita quidem omnia jam esse desiisse. d) Si quid porro

z) Λόγος ἐνδιάθετος à προφορικῷ.

a) Ἐπιστήμην, scientiam certam non tantum, δόξαν, opinionem.

b) Doblerus mavult *intelligibiles.* Timæus Locus: ὅτι καὶ τὸ παράδειγμα τῆνο αὐτῶ, περιέχον πάντα τὰ νοατὰ ζῶα ἐν αὐτῷ. Sed *intelligibilis divinitatis* intelligo quæ habent τὴν νοητὴν θεότητα.

c) Exemplum, παράδειγμα, Idea, exemplar, à quo sunt quæ petuntur, εἰκόνες & imagines.

d) Vocabulum *desisse* ex edit. Paris. revocavi.

197 porro immineat, hoc nondum eſſe: præſentia vero neque plane eſſe, neque omnino non eſſe, propter inſtabile, atque infrænabile, momentorum agmen. Fluere enim, * & tranſire, omnia oſtendit. Ergo præteritam quidem temporis partem ſic dicit eſſe, ut intelligatur fuiſſe, non ut ad præſens exiſtere; ut, cum Homerum eſſe dicimus divinum poëtam. Futurum vero ſic eſſe dicit, ut non jam exiſtat, atque ad præſens habeatur; ut cum dicimus, ad annum proximum, luſtri eſſe e) concluſionem, vel certamen Olympicum. Porro quod ad præſens fiat, ita eſſe, non ut per aliquam diuturnitatem manſurum eſſe videatur, ſed ut tanquam fluat, atque prætereat: ut cum dicimus, Compitalia f) eſſe hodie, ullam ve aliam publicam, privatamque, celebritatem: quippe cum ejusdem diei quædam jam exacta momenta ſint, aliquanta vero adhuc maneant. Eodemque modo menſem nunc eſſe Januarium, vel alium quenquam, vel ſacrum certamen g) agi, cum puerorum certamine exacto adoleſcentes citantur, & poſt eos deinceps perfectæ ætatis juvenes manus conſerunt.

CVI. Quid, quod etiam illa, quæ non ſunt, eſſe dicimus, cum eadem non eſſe
198 volumus oſtendere; ut, cum dicimus, quadrati latus eſſe diſpar lateribus ceteris, vel diametrum lateribus eſſe majorem: ita enim dicentes, probamus minime eſſe æqualem lateribus, proptereaque abſonam. Vel, cum idem Plato ſilvam eſſe dicit in nulla ſubſtantia, h) propterea quod nulla ſilveſtria i) habeant perfectionem: dum enim ſunt adhuc ſilveſtria, informia ſunt, ac ſine ordine, ac ſpecie, ut ſaxa: quorum tamen eſt naturalis poſſibilitas, ut accedente artificio ſimulacrum fiat, vel quid aliud ejusmodi. Quod vero in ſola poſſibilitate, k) & ſine effectu, videtur eſſe, minime eſt, utpote carens perfectione. Verum hæc diſputatio, quia nihil pertinet ad naturalem tractatum, cum ſit rationalis, l) differetur.

CVII. Genituram vero temporis neceſſario dicit eſſe inſtitutam, ut tam eadem tempora ſub dimenſionem venirent, m) quam dierum, menſiumque, & annorum, dinumerari ſpacia poſſent. Proptereaque Solis Lunæq; inluſtrationes & occaſus neceſſarios fuiſſe, ceteraſque erraticas ſtellas *ſuperimpoſitas eſſe gyris circulorum*, n) juſſasque agere motum ſeptemplicem, diverſis, & diſ- 199
ſimilibus, mæandris; o) in ea regione, quæ ſub Zodiaci orbis circumflexum p) jacet:

Luna quidem, juxta terram in prima circumactione: Solis vero, in ſecunda, diametro à Luna diſtantis. Tunc Luciferi, & Mercurii, conlocat ignes, in eo, inquit, *motu, qui concurrit quidem ſolſtitiali circuitioni, contraria tamen ab eo circumfertur agitatione. Quare fit, ut comprehendant ſe invicem, & à ſe rurſum comprehendantur hæ ſtellæ.*

Σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον, ἥλιον δὲ εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς· ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν ἑρμοῦ λεγόμενον εἰς τοὺς τάχει μὲν ἰσόδρομον ἡλίῳ κύκλον ἰόντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν· ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται κατὰ ταυτὰ ὑπ' ἀλλήλων ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ὁ Ἑωσφόρος.

Cur has ſtellas pari eſſe dicat velocitate, manifeſtat ipſe, cum adſerit, anni verten-

* Πάντα ῥεῖ ποταμοῦ δίκην, ex noto Heracliti dicto.

e) ita Rigalt. pro *fore*. Luſtri concluſio eſt quando poſt exactum quinquennium vectigalia & tributa per cenſores perſolvebantur.

f) Compitales ludi feſtaque menſe Januario quotannis olim celebrata Romæ per omnia compita in honorem Larium paucis poſt Saturnalia diebus, conferentibus liba ſingulis domibus & pro familiarum ſoſpitate ſacra facientibus. De quibus Harduinus ad Plin. lib. 3. emendat. 46. p. 396. & lib. 36 c. ult.

g) Sacrum dicitur, ut notat Feſtus, quod inſtituto Pontificum, ſtato die aut certo loco fiebat. Certamini Romanorum ſacro ſimilis quodammodo mos Laconum, triplici choro ſenes, viros & pueros ſolemni pompa producentium, è quibus Senes quidem quantum olim viribus valuiſſent celebrabant, ἄμμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι. Viri præſens ſuum jactabant robur: ἄμμες δέγ' ἐσμέν, αἰκ' ἐν λῇς, αὐγάσδεο. Pueri futuram virtutem pollicebantur: ἄμμες δέγ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες.

h) Materia ſecundum Platonem in Timæo & Sophiſta, γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε. Et in Politico: τὸ κατὰ ταυτὰ ὡσαύτως ἔχειν ἀεὶ καὶ ταυτὸν εἶναι τοῖς πάντων θειοτάτοις προσήκει μόνοις. Σώματος δὲ φύσις οὐ ταύτης τῆς τάξεως. Confer Euſebium IX. 9. præparat. Cyrillum p. 23. contra Julian. Proclum lib 2 in Timæum p. 77. Seneca Epiſtola 58 *Omnia iſta quæ ſenſibus ſerviunt, quæ nos accendunt & irritant, negat Plato ex iis eſſe quæ vere ſunt.*

i) Ὑλικὰ, quæ materiæ informis ſunt.

k) Potentiâ ſola, non actu. *In ſola* ſcripſi cum Rigalt. pro *ſola*.

l) Ad dialecticam pertinens.

m) Εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου, ἵνα εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα. Plato Timæo, conſentiens ſacro ſcriptori Moyſi Geneſ. I. 14. Confer, ſi placet quæ notavi ad Sextum Empiricum 1. contra Phyſ. ſect. 54.

n) Verba Platonis: Σώματα δ' αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ Θεὸς ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς ἃς ἡ θατέρου περίοδος ᾔει ἑπτὰ οὔσας, ὄντα ἑπτά.

o) Mæandros vocare mos ſpiras orbitasque flexuoſas quales ſunt quibus Planetæ in cœlo volvuntur. Vide Caſp. Barthii Adverſaria lib XLI. c. 27.

p) Ita edit. Pariſ. pro *circumflexu*.

tis spacio cursus ab omnibus peragi, sed ita, ut modo tardius, modo incitatius, euntes comprehendant subinde Solem, & subinde à Sole comprehendantur.

CVIII. Ait tamen, hos ignes contrariam quoque habere vim; quam rem alii aliter accipiunt. Quidam enim contrarietatem hanc nasci putant ex eo, quod Sol quidem, cum naturaliier ab eois ad occidua semper feratur, perinde ut omnis mundus movetur, epicyclum tamen suum q) peragat anni spacio, cujus epicycli contraria est conversio mundi conversioni; Lucifer vero, & Mercurius, contrarios semper motus exerant
200 mundi circumactioni. Quidam vero putant, contrariam vim esse in his stellis, propterea quod comprehendant Solis incessum Mercurius & Lucifer: & interdum remorantes eos Sol comprehendat, cum ortus, & item occasus, effulsionesque, & adumbrationes, r) interdum mane, interdum vesperascente, s) patiantur; præcedentes modo, modo relicti: sic enim fere semper juxta Solem comitari videntur. Quod iis usu accidit ex eo, quod una medietas, atque unum punctum, t) est tam solstitialis circuli, quam cujuslibet alterius stellarum harum.

CIX. Denique Heraclides Ponticus, cum circulum Luciferi describeret, item Solis, & unum punctum, atque unam medietatem, duobus daret circulis, demonstravit, ut interdum Lucifer superior, interdum inferior, Sole fiat. u) Ait enim, & Solem, & Lunam, & Luciferum, & omnes planetas, ubi eorum quisque sit, una linea à puncto terræ per punctum stellæ exeunte demonstrari. Erit ergo una linea directa ex terræ medietate Solem demonstrans: duæ vero aliæ dextra lævaque nihilominus directæ lineæ, à Sole quidem distantes quinqua-
201 ginta momentis, à se autem invicem, centum: quarum altera linea orienti proxima demonstrat Luciferum, cum Lucifer plurimum à Sole distabit, factus vicinus orientalibus plagis. Proptereaque idem Hesperi x) nomen accipiens, quod in eois vespere, postque occasum Solis, appareat. Altera vero occidenti proxima, cum plurimum distabit idem Lucifer à Sole, factus vicinus occiduis: propterea que Lucifer nominatur. Et enim perspicuum est, hesperum quidem dici tunc, cum in partibus orientis videtur, sequens Solis occasum; Luciferum vero, cum ante Solem mergitur: & rursus, exacta propemodum nocte, oritur ante Solem. (*Vide Figuram XV.*)

CX. Sit igitur punctum terræ, cœlique, ubi est litera χ; Zodiacus vero circulus, super quem sunt $\alpha\beta\gamma$, notæ: & sit $\alpha\beta$ ambitus momentorum quinquaginta, item $\beta\gamma$ ambitus totidem momentorum, & per $\chi\beta$ lineam punctum sit Solis in litera κ. Erit ergo Linea $\chi\kappa\beta$, quæ demonstrat Solem, id est, literam β: tantum autem moveatur hæc y) eadem linea, quantum Sol movetur prope quotidiana momenta singula. Similiter ceteræ lineæ $\chi\alpha$ & $\chi\gamma$, dividantur z) 202
in quinquaginta momenta. Sit porro $\chi\alpha$ linea, a) in parte orientis; $\chi\gamma$ vero linea, in parte occidentis. Hæc quidem, id est $\chi\gamma$ linea b) prior occidens, & prior oriens, quam Sol. Illa vero alia $\chi\alpha$, posterius occidens, & posterius exoriens. Necesse est igitur, ut hæc quidem, id est, $\chi\alpha$, & $\chi\gamma$ linea demonstret luciferum, litera α hesperum; c) eo videlicet tempore, quo eadem stella longius à Sole discesserit. Illa vero alia linea, id est $\chi\gamma$, eandem stellam demonstret esse luciferum temporibus matutinis in signo literæ γ. Hoc autem fiet apertius, si per $\chi\kappa\beta$ lineam circunducatur circulus, qui contingat duas à se distantes lineas, id est $\chi\alpha$, & $\chi\gamma$, quod demonstrant modum discessionis à Sole, Luciferi.

CXI. At vero Plato, quique hujus indaginis diligentius examen habuere, adfirmant, aliquanto quam Solis esse elatiorem d) Luciferi globum, qui limitatur notis $\delta\epsilon\zeta\eta$, contingens $\kappa\alpha$ quidem lineam per ϵ literam, $\kappa\gamma$ vero per η. (*Vide Figuram XVI.*) Quare, cum Lucifer lustrans circulum proprium, perveniet ad ϵ, videbitur in α locatus, à Sole plurimum, utpote momentis quinquaginta omnibus, separatus; & ad ori- 203
entem, ac diem, vergens. Quippe Sol non, nisi ubi est β litera, indifferenter videtur. Por-

q) Vide supra *figuram IX.* ad p. 167. r) Obscurationes.

s) *Vesperascente die* intelliges ut sæpe Tacitus, sive *Vesperascente cælo*, ut Nepos. Quemadmodum autem *vesperascente*, sic *mane* etiam ablativus casus est, unde *claro mane*, vel *summo mane* aliquid gestum dicimus. t) Centrum.

u) Præclare ista Heraclides Ponticus, Platonis discipulus in opere περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ, cujus meminit Laërtius V. 87.

x) Eundem esse Planetam (Venerem) qui Luciferi & qui Hesperi nomine venit, ante Heraclidem primus Græcorum observaverat Pythagoras. Vide Menagium ad Laërtii VIII. 14.

y) Ita lege cum Doblero pro *huc.*

z) Idem Doblerus *moveantur* scribendum monet pro *dividantur.*

a) Male in Leid. *$\xi\alpha$ linea.* Atque ita deinde sæpius ξ pro χ.

b) $\chi\gamma$ exciderat in edit. Leid. quod è Paris. revocavi.

c) Etiam α in Leid. male erat omissum.

d) Ita omnino legendum pro *clariorem*, atque ita diserte habet edit. Paris.

Porro, cum in η erit Lucifer, videbitur in excelſitate γ conſiſtere, eiſdem quinquaginta demum momentis ad Solem, & ad occidua, remotior. Cum vel penes δ vel penes ζ conſiſtet, e) dubium non eſt, proximum Soli factum viſum iri, concurſumque feciſſe unum excelſiorem procul à regione terræ penes δ: alterum citimum, terræque proximum, in ζ. Jam illud obſervatione diligentiore perceptum, f) ſtellam ipſam, in maxima ſeceſſione, ſive orientalis, ſive occidua erit illa ſeceſſio, diebus fere quingentis octogintaquatuor, ad id, in quo pridem fuerat, vel ε, vel η, remeare; ut ſit perſpicuum, totum obire circulum ſuum, qui eſt δεζη, memoratam ſtellam memorato numero dierum, ita ut majorem quidem diſceſſionis ambitum, qui eſt ab eois ad occidua, hoc eſt ηδε, quadringentis quadragintaocto peragret diebus: minorem vero, depreſſioremque, id eſt εζη, g) reliquis centum & triginta ſex. Maximæ ſiquidem diſceſſionis ab occiduis ad eoa prolapſio, hoc
104 dierum numero revocatur, ut frequens veterum virorum h) obſervatio palam fecit.

CXII. Rurſum ſubtexit hæc:

Igitur ſingulis, univerſique apto & decenti ſibi motu locatis, videlicet iis, quæ conſequens erat tempore provenire nexibus vitalibus, ubi conſtricta corpora facta ſunt animalia, imperatumque didicerunt:

Ἐπειδὴ δ᾽ οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν, τῶν ὅσα ἔδει ξυναπεργάζεσθαι χρόνον, δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα ζῶα ἐγενήθη, τό, τε προσταχθὲν ἔμαθε.

Cœleſtia corpora conſtricta vitalibus nexibus, id eſt, ſtellas animalia facta i) eſſe adſerit, & cognoviſſe quæ à Deo jubebantur, ſcilicet ut planetes quique in globos proprios redacti, non ſolum anima vitaque fruerentur, ſed cum iiſdem omnibus etiam mundus & anima uteretur, & rationis particeps eſſet. Quatenus enim carens quid ratione, poterit intelligere quæ jubentur?

CXIII. *Ea quæ diverſæ naturæ motus obliquus per directum ejuſdem naturæ motum vertens ſemet, utpote conſtrictus circunferebat, partim majore, partim minore circulo rotabantur; citius quidem dimenſum ſpacium peragentia, quæ minore, tardius vero, quæ majore, utpote ambitu circumacta prolixiore.*

Κατὰ δὴ τὴν θατέρου φορὰν πλαγίαν οὖσαν διὰ τῆς ταὐτοῦ φύσεως ἰοῦσαν τε καὶ κρατουμένην, τὸ μὲν μείζονα αὐτῶν τὸ δὲ ἐλάττω κύκλον ἰόν· θᾶττον μὲν τὰ τὸν ἐλάττω, τὰ δὲ τὸν μείζονα βραδύτερον περιιόντα.

Diverſa natura quæ ſit, ſæpe jam oſtenſum eſt k) in ſuperioribus, quodque l) motus ejus ab occidente ad orientem feratur. Hæc ergo, cum ſit interior, contineatur 105
neceſſe eſt ab exteriore orbe, qui ἀπλανὴς dicitur: tardaque ipſo m) in progrediendo ab aplanis velociore rapitur ad contrarium motum, & comprehenſa ſequi ſequentem, comprehendere etiam comprehendentem videtur. Planetum vero quidam citius, alii tardius, curſus ſuos peragunt. Merito; circulorum enim minorum compendia, adverſum majorum anfractus comparata, modicis temporum impendiis circulorum ſpacia complent: ut Luna, quæ juxta cubicum numerum n) viginti ſeptem diebus circulum ſuum luſtrat, cum Saturnium ſidus triginta prope annis redeat ad priſtinum exordium.

CXIV. *Quæ de cauſa fiebat*, inquit, *ut ex uniformi, ejuſdemque naturæ, converſione, quæ citius circuibant, ab iis, quæ tardius circumferebantur, comprehendentia comprehendi viderentur.*

Τῇ δὲ ταὐτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιιόντα ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων ἐφαίνετο καταλαμβάνοντα καταλαμβάνεσθαι.

Uniformis ejuſdem naturæ converſio rapit ſtellas, motu nitentes contrario, ad volatum ſuum quotidianis diebus. Illæ autem naturaliter incedunt per ſuos circulos, quorum motus, atque agitatio, diſſentit rapientis ſe motui. Itaque quoniam planetes partim minores, partim majores circulos obe- 106
unt, qui minores circulos obeunt in illa diei noctiſque vertigine, conſequuntur eos, qui pigrius progrediuntur, quia per prolixiores orbes feruntur, proptereaque comprehendentes, & tranſeuntes, comprehendi ab iis,

e) Iterum ξ male erat in Leid. pro ζ & mox α pro δ.
f) Hæc vera lectio in margine edit. Pariſienſis annotata, pro *perpendendam.*
g) Male in Leid. ξεη.
h) Mathematicorum, ex Pythagoræ inprimis Schola,
i) *Animal, anima corpore utens* infra p. 228. k) p. 182. 184. &c.
l) Sic. edit. Paris. pro *quoque.* m) al. ipſa.
n) XXVII. eſt cubus numeri primi imparis III. cujus quadratus IX, ter enim tria ſunt *novem*, & ter novem dant *ſeptem ac viginti.* Supra p. 181.

iis, quos prætererint, putantur. Comitata enim, verbi gratia, juxta primum momentum arietis Luna cum Sole diebus viginti & novem totū o) circulum transit, octavoq; & vigesimo momento signi ejusdem Solē comprehendens, quia transit eum, atque progreditur, velut fugere eum, & comprehendi ab eo, videtur. Eadem ista ratio etiam in cæteris astris, quorum dispar cursus est, invenitur.

CXV. Deinde prosequitur:

Omnes quippe circulos eorum uniformis, & inerrabilis, illa conversio vertens in spiram, & velut sinuosum acanthi p) *volumen.*

Πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἑλίκη.

Cum fixo cardine circini, casu, vel etiam voluntate nostra, oppresso, aut relaxato circino, describuntur circuli tales, ut postremitas circunductæ lineæ non solum non perveniat ad exordium, sed deflectens à competen-
207 ti rigore infra, vel supra, circunducta linea sæpius arctiores, laxioresve, circulos faciat, hoc genus circulorum spiram solemus vocare, vel acanthi volumen. Igitur quia planetas sic aplanes rapit quotidiana vertigine, ut non patiatur eos in eundem locum, & velut sedem, ex qua progressi fuerant, repræsentari, sed vel transire cogat, vel leniore progressione minime occurrere ad destinata, recte dixit, errantes stellas in spiram, & velut sinuosum acanthi volumen, rotari, ob inconstantem, atque inæquabilem, circunvectionem. Ut, si stella forte Veneris sit in arietis signo, deinde rapiat eam mundi conversio, ut eam longius à pridiana progressione protrahat, certe tunc aliqua fiet ab ariete discessio. Quantoque plures conversiones fient, tanto longius ab ariete ad præcedentia signa discedet, & ad postremum ad pisces, atque inde ad aquarium, provehetur. Contra, si remissior erit rotatio, ab ariete ad taurum versus recedet, & ad geminos, atque cancrum, iniquis * semper gyris, & deflectentibus ab exordiis, atque aberrantibus a convenienti rigore. Quos
quidem gyros Græci ἕλικας appellant; quo- 208
rum incrementa ab imminutionibus, imminutiones porro ab incrementis notantur, suntque similes ejus formulæ quæ subter adscripta est. q) (*Vide Figuram XVII.*)

CXVI. Deinde ait:

Atque ut rationabilis, & consulta hac motuum varietas, & moderatio, visu quoque notaretur, omniumque octo motuum perspicua esset chorea, ignivit lucem clarissimam Deus rerum conditor è regione secundi à terra globi; quam lucem Solem vocamus.

ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδύτητι καὶ τάχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ Θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον.

Cum propter ceteras ineffabiles utilitates, quas universo mundo Sol invehit; cum etiam propterea ignis ejusmodi dicit extitisse genituram, ut tanta rerum designatio nulla tegeretur obscuritate.

Ut cum idem rebus colorem daret, cum etiam numeri, quo temporis spatia notantur, commoditas, proveniret; atque ut dierum, & noctium, vicissitudo succederet. Mensis vero designavit esse genituram, *cum Luna, peragrato circulo suo, Solem convenit. Anni quoque, cum Sol ad idem signum, ex quo progressus erat, revertitur,*

ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν, μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῶα ὅσοις ἦν προσῆκον μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. Νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω, καὶ διὰ ταῦτα ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος. Μεὶς δὲ ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιον ἐπικαταλάβοι. Ἐνιαυτὸς δὲ, ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθοι κύκλον.

numero dierum trecentorum sexaginta quinque, & parte quarta. Quare factum, ut à pru-

o) Post XXIX. dies Soli iterum jungitur Luna revolutione Synodica, licet post dies XXVII. jam revolutione periodica redit ad primum à quo discesserat gradum arietis.

p) *Acanthum* appellat quod flectitur & circumvolvitur, instar acanthi sativæ, de qua vide si placet Io. Bodæum à Stapel ad Theophrasti historiam plantar. p. 307 seq. * Inæqualibus.

q) Verba: *suntque similes ejus formula, qua subter adscripta est*, in Leid. male omissa, ex edit. Paris. revocavi. Sed in eadem Paris. paullo ante perperam ἡλιακὰς pro ἕλικας. Ut autem luculento aliquo exemplo appareat quales helices à planetis describantur, si secundum Systema Ptolemaicum periodi eorum considerentur, en tibi ex summi viri Io. Kepleri opere de motibus stellæ Martis (quod ex observationibus incomparabilis Astronomi Tychonis Brahe concinnatum lucem vidit Lentii A. 1609. fol.) helicem sive spiram Martis, cujus maxime inobservabilem esse cursum pridem notavit Plinius II. 17. Hist. (*Vide Figuram XVIII.*)

409 prudentiſſimis viris, r) & juxta cœleſtium rerum obſervationem exercitatiſſimis, quarta illa portio, quarto poſt anno in unum collecta, & adcorporata, ſpacium diei, ac noctis, compleret.

CXVII. *Eſt tamen intellectu facile, quod perfectus temporis numerus perfectum annum compleat tunc demum, cum omnium octo circumactionum curſus peracti velut ad originem, atque exordium, circumactionis alterius revertuntur, quam ſemper idem, atque uniformis, motus dimetietur.*

Ἔςι δ᾽ ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν, ὡς ὅγε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταυτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ.

Perfectum temporis numerum, qui perfectum compleat annum, adpellat eum, quo tam ſeptem planetes, quam ceteræ ſtellæ, quæ dicuntur ratæ, repræſentatæ originalibus ſedibus, quæ fuit initio rerum, principioque mundi, eandem s) conſtitutionis efficiunt deſignationem; ita ut & prolixitas prolixitati, & intervallorum priſtinorũ latitudini latitudo, & profunditati profunditas quadret. Hoc autem tempus continet annorum innumerabilem ſeriem, t) quippe cum ſtellarum errantium circuitus impares ſint; neceſſarioque diverſis temporibus curſus ſuos compleant; præterea latius aliæ
110 à medietate mundi evagentur, anguſtius vero aliæ ad auſtri ſeptentrionisve convexa, celſiores aliæ à terrâ ſint, aliæ non adeo longo altitudinis intervallo diſtent à regione terræ, diverſos quoque inter ſe motus agant, ut citæ tardioribus, ultra progredientes retrorſum recedentibus, humilibus excelſæ, dexteræ ſiniſtris, ſiniſteriores dexterioribus occurrant in unum. Nihilque omnino ſit, quod in deſignatione differat à ceterorum aſtrorum habitu, u) ſpecie, figuris. Atque ut omnes omnibus, æquis diametris diſtent, x) unumque nutum, atque unam efficiant ſtellarum omnium conformationem, cum ſit neceſſe, ſi unus aliquis ex ignibus repræſentatus fuerit in antiquæ conſtellationis ſtatum juxta rationem forte altitudinis, latitudini tamen non ſit repræſentatus antiquæ; vel ſi perfecte per omnia momenta unus revocatus ad antiquum ſtatum fuerit, ceterorum tamen, quorum eſt diverſa conditio, perfecta repræſentatio minime pervenerit, neceſſe ſit etiam ejus ſtellæ, quæ in repræſentatione perfecta invenietur, rurſum fieri aliam mutationem, quoad opportunitas illa proveniat, quæ unam faciem, atque eandem, repræſentet, 111
quæ fuit ab initio mundi. Quem quidem motum, & quam deſignationem, non eſt putandum, labem diſſolutionemque adferre mundo, quin potius recreationem, & quaſi novellam viriditatem, poſitam in auſpicio motus novi: y) haud ſciam, an in quibusdam regionibus terræ proventura ſit ulla ex innovatione jactura. Hactenus de mundi ſenſibilis conſtitutione tractavit.

CXVIII. Mundi totius perfectionem, z) ab opifice abſolutam Deo, præteriti operis textu ſecrevimus, a) Platonicis dogmatibus, quoad mediocritas ingenii paſſa eſt, inhærentes, juxta naturæ contemplationem generationis, artificioſasque rationes. Deinde ante omnes res primam pertractat cœleſtium orbium, b) qui ſunt infixi tergo ratæ atque inerrabilis c) converſionis, generationem, eorum etiam, quæ mundus complectitur,

quo ſit plena, perfectaque, univerſa res, animalque ſenſilis mundi proxi-

ἵνα τό δ᾽ ὡς ὁμοιότατον ᾖ τῷ τελεωτάτῳ καὶ νοητῷ πρὸς τὴν τῆς

r) *a* omiſſum in Leid. Prudentiſſimi illi viri ſunt Ægyptii, à quibus id mutuatus Julius Cæſar, edoctus à Soſigene Aſtrologo auctor Romanis fuit anni qui ab ipſo appellatur Iulianus. Vide quæ viri docti ad Svetonium in Cæſare c. 40.

s) Vocabulum *eandem* ex edit. Pariſ. revocavi.

t) Confer Jac. Thomaſii τοῦ μακαρίτου diſſertationem de anno magno; quæ in ejus Exercitationibus de Stoica Mundi exuſtione occurit, atque varias veterum ac recentium de magno anno Platonico ſententias perſequitur. Cæterum accurate definire quanta ſit periodus revolutionis ſtellarum fixarum, & quot millibus annorum illa abſolvatur, (24. alii, alii 40.) vix humani eſſe ingenii agnovit Tycho Brahe.

u) Al. *abitu*, minus bene.

x) Hoc eſt ut eodem plane ſitu locatæ & invicem diſtantes conſpiciantur ſtellæ, quo fuerunt ſub initium magni illius Platonici anni.

y) Hæc ex ſententia Platonis, Mundi durationem æternam, nec uno anno magno abſolvendam ſtatuentis.

z) Hoc loco incipit pars ſecunda Timæi, caput Chalcidii ſeptimum de quatuor generibus animalium, hoc eſt cœleſtium, præpetum, nantium, terrenorum. Per cœleſtia autem animalia ſtellas à Chalcidio ex Platonis mente intelligi, uti per præpeta aves, jam notavi ad p. 76. Confer Platonem Epinomide p. 701.

a) Hoc eſt per partem primam hactenus tractavimus.

b) Ita legendum pro *omnium*. In vet edit, erat *eim*.

c) Ἀπλανοῦς.

CXXI. Quod vero consequens videretur
mortalium quoque, & obnoxiorum passi-
onibus, animalium demonstrari genitu-
ram, hæc sunt porro terrena: jure merito-
que prius, quæ de terra ipsa dicenda existi-
mabat, exponit. Dicit autem, quod *hanc
quoque Deus constrictam limitibus per omnia va-
dentis, & cuncta continentis, poli, constituerit
noctis dieique custodem.* s) Sed *polum* nuncupat
axem eum, qui omne mundi corpus perva-
dit. *Constrictam* vero dupliciter intelligen-
dum, vel juxta Pythagoram t) vertentem
se circum axem, placet quippe Pythago-
reis ignem, utpote materiarum omnium
principem, medietatem mundi obtinere,
quem *Jovis custodem* u) appellant: per hunc
porro moveri circumactas in gyrum, tan-
quam stellas, terram, & ἀντίχθονα x) quæ-
re vel sic intelligendum, vel aliquanto veri-
similius, medietati mundi adhærentem
quiescere terram, propterea que & à Plato-
ne, y) & à multis aliis, Vestam cognomi-
215 nari. Denique in Phædro z) idem ait: *Ma-
net enim Vesta in divino domicilio sola.*

CXXII. *Custodem* vero, *& opificem diei &
noctis* propterea dicit esse, quia per eandem,
id est, terram vectus Sol partes ejus subje-
ctas sibimet illustrans diem facit. Cum
vero objecerit se ex aliqua parte Solis anfra-
ctibus terra ipsa, obumbratur: itaque ex
umbris crassa noctis caligo succedit. a)
Simul quia immobilis terra est, significan-
ter eam *custodem noctis & diei* cognominavit.
Neque enim pereunte die nox nascitur, vel
noctis amissione dies oritur, sed utrâque
salva succedit alterâ. Quia vero hoc fit
per eam, indefesse ipsa manente semper in
sua sede; spectatrix est, opinor, eorum, quæ
velut ante conspectum suum geruntur, me-
ritoque custos. Antiquissimam vero deo-
rum b) dici opinor; vel, quia locus est a-
nimalium capax, regio porro, & locus, præ-
cogitetur iis, quæ in loco sunt, necesse est:
vel quia puncti c) rationem obtinet. Hoc
porro antiquius esse omni magnitudine, at-
que omnibus quantitatibus, naturali qua-
dam mentis conceptione prænoscitur, velut
ait Hesiodus, d) 216

*Prima hæc est caligo, dehinc post terra creata est
Spirantum sedes firmissima pectore vasto.*

Post Chaos enim, quam Græci ὕλην, nos
silvam e) vocamus, substitisse terram docet
in medietate mundani ambitus, ut funda-
menta, fixam, & immobilem. Nobis au-
tem natura tributum est, id quod stat, iis, quæ
moventur, mente præire. f) Omnis quip-
pe motus post stationem sumit exordium.

CXXIII. Stellarum vero errantium ope-
ra, quæ propter modulatam & consonam
celebrantur agitationem, quam iidem ap-
pellant χορείαν, g) in progressibus, & an-
fractibus, earundem stellarum perspicue vi-

 den-

s) Verba Platonis: γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο.

t) Ex Pythagoræ sententia terram ait non quiescere sed circa axem mundi verti, ut circa Solem ferri terram sensit Copernicus, Huic Pythagoricæ de terra sententiæ assensum esse etiam ætate jam provectum Platonem testatur Plutarchus in Numa p. 67.

u) Διὸς φυλακήν. Vide Aristotelem II. 13. de Cœlo & Simplicium eum in locum p. 124. (ubi laudat Aristotelem ἐν τοῖς Πυθαγορείοις) Stobæum eclog. Phys. p. 51.

x) Ἀντίχθων Pythagoreorum non est Luna, à qua diserte apud Simplicium & alios distinguitur, sed hemisphærium alterum terræ, aversum à nobis, antipodum sedes. Vide Isaacum Vossium ad Melam, p. 2.

y) Habuit Plato à Timæo Locro, cujus hæc sunt verba in libro de anima Mundi: Γῆ δὲ ἐν μέσῳ ἱδρυμένα ἑστία θεῶν. Locus Platonis lib. XII. de legibus p. 691. γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν. vertit Cicero II. 18. de Legibus: *Terra igitur ut focus domiciliorum, sacra Deorum omnium est.* Adde Proclum VI. 21. Theol. Platon. Notum & illud Nasonis VI. fastor. 298. *Stat vi terra sua vi, stando Vesta vocatur.* Suidas: γῆς ἄγαλμα γυναῖκα πλάττουσι τὴν ἑστίαν εἰονεὶ τὴν γῆν τύμπανον βαστάζουσαν. Confer Ezechiel. Spanhemium de Vesta & prytanibus Græcor. p. 687. seq. T. V. thesauri Antiqv. Græv. Quando autem infra p 269. Chalcidius Vestam interpretatur *animam corporis universi*, propius accedere possit videri ad Pythagoræ sententiam & Philolai, cui medius Sol, & πῦρ ἑστία τοῦ παντὸς, καὶ Διὸς οἶκος καὶ μήτηρ θεῶν. Sed terram quoque habere intra se ignem jam monuit Servius ad 2. Æneid. 296.

z) p. 269. μένει γὰρ ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη.

a) Hoc loco ponenda στιγμή, quia hactenus ostendit quomodo δημιουργὸς & opifex, deinceps docebit quomodo φύλαξ sive custos diei noctisque sit terra.

b) An *corporum* legendum? Certe hoc suadent verba Platonis: πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. c) Centri.

d) Decantatissimi versus, in Theogonia, 116.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖα, εὐρύστερνος ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων - -

Vide Petitum lib. 1. Miscell. observationum capite 18.

e) Materiam.

f) i. e. priorem cogitari quietem motu. Mox voculam *quippe*, revocavi ex edit. Paris.

g) Platonis verba: χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς

dentur, ut cum apparent nimio quodam incitatoque motu progressæ longius, vel cum diu stare in uno atque eodem loco, & item cum retrorsum ferri putantur: tum in cœtibus quoque, & effulsionibus, & absconsionibus, vel in eois, vel in occiduis, conversionibus quoque, & æquinoctiis, omnibusque transfigurationibus: hoc amplius, in defectionibus, & reparatis illustrationibus, deque cæteris hujusmodi si quis dedita opera
217 disputet, hunc frustra dicit terere supervacuum laborem: propterea que excusat, ratus tractatum istum ad astronomiam potius, quam physiologiam, pertinere. *Parabolas* h) enim quasdam appellat, quæ comitatus, sunt siderum, ut juxta Solem individui semper Mercurius & Lucifer. *Reciprocos circuitus*, i) quos Astrologi regradationes vocant: *progressus* item, k) ad præcedentia profectionem: etiam *conjugationem*. l) Duplex vero est conjugatio. Altera per cathetum, altera per diametrum. Atque ea, quæ per cathetum fit, m) significat cujusmodi stellæ qualibus coeant, quæve sit earum cœtus significatio. Per diametrum vero, n) contradistantium à se stellarum positionem vult intelligi, cum ex medietate stellæ ad alterius contrapositæ stellæ medietatem directa linea connectit, & continuat, utramque.

CXXIV. Quos vero defectus o) Mathematici vocant, Plato *obstacula* p) appellat 218
proprie magis, & aliquanto significantius: non quo sibi invicem obsistant, sed quo nobis contra spectantibus inferioris objectu visus arcetur stellæ superioris: propterea que deficere, ac laborare, propter objectum inferioris superior existimatur. Item inquit, * *quæ longo intervallo rursus apparent, metus & quædam portenta significant, vel mox futura, vel serius. Significationem vero pertinere ad eos, qui de iis rebus ratiocinari possunt*, putat. Ex quo intelligi datur, non stellas facere, q) quæ proveniunt, sed futura prænunciare. Quam rationem secutus vates etiam Homerus, r) ortum caniculæ, canem Orionis appellat. Cum hanc eandem stellam ἄστρον κυνὸς s) quidam, Ægyptii vero Σῶθιν t) vocent, Cujus completur annus, qui

πρὸς ἑαυτὰς ἐπανακυκλήσεις καὶ προσχωρήσεις, (leg. προχωρήσεις) ἔν τε ταῖς ζυνάψεσιν ὁποῖοι τῶν Θεῶν κατ' ἀλλήλους γιγνόμενοι, καὶ ὅσοι κατάντικρυ μεθ' οὓς τινάς τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕς τινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται, καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι φόβους καὶ σημεῖα τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τοῖς δυναμένοις λογίζεσθαι πέμπουσιν, τὸ λέγειν ἄνευ διόψεως τούτων αὖ τῶν μιμημάτων (Doblerus legit μαθημάτων) μάταιος ἂν εἴη.

h) παραβολάς. i) ἐπανακυκλήσεις. k) προχωρήσεις. l) ζύναψιν.

m) κατ' ἀλλήλους Platoni: hæc est quæ propie conjunctio appellatur.

n) Κατ' ἄντικρυ: hanc oppositionem appellant Astrologorum filii.

o) ἐκλείψεις. p) ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις. * Græce habes in nota g.

q) Non una Astrologorum hac in re fuit sententia. Nam alii sidera existimant esse causas ipsas rerum quæ efficiuntur & ὅπλα εἱμαρμένης ut ab Hermete Trismegisto volunt illa nuncupata esse, *diversos hominum variantia casus*. Atque hi iterum in duas diversas opiniones abeunt, Alii enim dicunt omnia ab astris determinari certo, ita ut repugnari iis non possit, quemadmodum statuit Philosophus quem oppugnat S. Gregorius Nyssenus Epistola de fato T. 2. Opp. p. 64. seq. Alii putant ab astris tantum moveri nos quodammodo & inclinari, cogi vero neutiquam, quemadmodum Claudio Ptolemæo judice δύναται ὁ ἐπιστήμων πολλὰς ἀποτρέψασθαι ἐνεργείας τῶν ἀστέρων. Alii vicissim non effici illa ab astris, quæ fieri videmus, sed tantum significari docent, cum quibus facit noster Chalcidius. Sed & horum duplicem opinionem reperio. Fuerunt enim qui sidera putarunt *conscia fati* quod prænunciant, ut Manilio persvasum. Alii prænunciari hæc ab ipsis omnium illorum quæ significant ignaris. Ita Plotinus *in libro qui inscribitur*: Si faciunt astra, (est is Enneadis 2. liber 3.) *pronunciat nihil vi vel potestate eorum hominibus evenire, sed ea quæ decreti necessitas in singulos sancit, ita per horum septem transitum, stationem recessumve monstrari, ut aves seu prætervolando, seu stando, futura pennis vel voce significant nescientes.* Macrob. lib. 1. in somnium Scip. cap. 20. Adde Lipsium II. 14. physiologiæ Stoicæ & Vossium de Idololatria lib. 2. c. 48. Ambiguus hæret Seneca Epist. 88. *Effectus rerum omnium aut movent aut notant*. Si de tempestatibus sermo, non notant tantum, sed etiam movent: si de aliis rebus, nec movent certo, nec clare notant.

r) Locus est Iliad χ 29. ὅν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι.

s) In editis erat ἀστρόκυνον, pro quo Henricus Lindebrogius ad Censorin. p. 135. ἀστρόκυνα. Aliis κύναστρον, κυνὸς ἀστὴρ, κύων ἀστρῷος, vel ἀστροκύων denique. Vide Philippi Cæsii Cœlum Astronomicum p. 259. seq.

t) Edit. Paris. Σολεχὺν Leid. Σολεχὴν. Sed Σῶθιν esse legendum, facile persuadent hæc testimonia: Horapollo c. 3. Hieroglyph. ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς (Αἰγυπτίοις) οὗτος ἀστὴρ Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ ἀστροκύων. Porphyrius de antro Nymphar. p. 265. Πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ Σῶθις ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασιν. Plutarchus de sollertia animalium p. 974. τὸ ἄστρον ὃ Σῶθιν αὐτοὶ, κύνα δὲ καὶ Σείριον ἡμεῖς καλοῦμεν. Damascius apud Photium

qui *κυνικὸς* vocatur, annis mille quadringentis sexaginta. u) Dicit autem Homerus de hoc sidere hactenus: x)

Iste quidem clarus, sed tristia fata minatur.

Tunc, opinor, cum fuerit intervallo temporis visus, videtur porro interposito quadriennio, sed non in iisdem locis. Quater porro trecentis sexagintaquinque annis sive 365. quadrienniis y) completur Cynicus annus.

CXXV. Ægyptiorum quoque prophetæ z) stellam quandam aliquot annis non visam verentur, quam vocant Ahc. a) Porro sidus exoriens, b) morbos populorum, multorumque optimatum mortes, denunciat. Homerus denique, qui idem fuerit
419 Ægyptius, siquidem Thebanus c) fertur, quæ civitas est apud Ægyptum nobilissima, idipsum latenter exequitur in Iliadis exordio, cum dicit; propter iram Achillis, cujus Pater Peleus, mater vero maritima fuerit dea, d) morbum atque interitum non modo clarorum virorum, sed aliorum quoque animalium, & pecorum bello necessariorum, extitisse: quo quidem sumpto exordio cætera poëtica licentia finxit. Est quoque alia sanctior, e) & venerabilior, historia; quæ perhibet, ortu stellæ cujusdam, non morbos mortesque denunciatas, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conservationis, rerumque mortalium, gratiam. Quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldæorum f) profecto sapientes viri, & consideratione rerum cœlestium satis exercitati, quæsisse dicuntur recentem ortum Dei: repertaque illa

Oooo majе-

tium Cod. 242. p. 554. Ὅτι τὴν Σῶθιν Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν εἶναι θεολογοῦσιν, οἱ δὲ Ἕλληνες εἰς τὸν Σείριον ἀνάγουσι τοῦτο τὸ ἄστρον. Καὶ ὡς κύνα τὸν Σείριον, ὀπαδὸν τοῦ Ὠρίωνος ὄντα κυνηγετοῦντος οὕτω διαζωγραφοῦσι. Confer. Jo. Marshami Canonem Chron. p. 8. & Athanasii Kircheri Oedipum T. 2. part. 2. p. 249. seq.

u) Ut ex Gemino, Censorino, Syncello (p. 312.) aliisque notarunt Scaliger lib. 3. de emendat. temporum & Petavius V. 3. seq. adeo Uranolog. Ægyptiorum anni singuli erant dierum 365. nulla ratione habita sex quæ supersunt horarum, neque post quadriennia singula (ut fit in Julianis annis) diei intercalaris. Anni vero primi initium cœptum à tempore quo Sol cum fulgidissima Canis majoris stella ortus fuit, Nilusque cœpit exundare sub æstivum solstitium. At post exactos 365. annos, intermissa scilicet interim 365. sexhoriorum, sive quod idem est 91. dierum intercalatione, Sol cum cane majore oriri deprehensus est tempore æquinoctii verni: post 730. sive alios annos 365. circa hybernum solstitium: post 1095. sive alios iterum 365. tempore æquinoctii autumnalis. Denique post annos 1460. sive 365. quartum computatos demum Sol iterum ortus est cum cane eodem solstitii æstivi tempore, atque ita integra magni anni Cynici periodus absoluta. Rationem vero quare Ægyptii annum ab ortu caniculæ inceperint, tradit Theophilus Astrologus MS. laudatus à Gaulmino ad Eustathium de Ismeniæ & Ismenes amoribus p. 22. τὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀρχὴν οἱ παλαιότατοι τῶν Αἰγυπτίων καὶ σοφώτατοι ἀστροσκόποι ἐκ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς ὥρισαν εἶναι, ἐπειδὴ παρ' ἐκείνοις ἡ τοῦ Νείλου ἀνάβασις κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πελαγίζει τὴν Αἴγυπτον, διὰ ταύτας τοίνυν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐχρήσαντο.

x) Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δέ τι σῆμα τέτυκται. Iliad. χ' 30.

y) Ita legendum pro *quater 365. quadrienniis*, ut ex iis quæ de Cynico Ægyptiorum anno jam dicta sunt, perspicue apparet.

z) Ægyptiorum Prophetæ iidem sapientiæ consulti & sacerdotes. Vide Porphyrium de abstinentia ab animatis lib. 4. p. 371. edit. Lugd. Clementem Alex. VI. Strom. p 634. & Valesium ad Eusebii Hist. Eccles. IV. 8. p. 63. seq.

a) Hieronymus ad Esaiæ XIX. 7. notat *Achi* Ægyptiis significare *omne quod in palude virens nascitur.* Igitur recens nata stella fortasse illo nomine ab illis appellata. Pro *Ahc* quod habet editio Chalcidii Parisiensis & Leidensis, & quod adeo retinui, Rigaltius in suo Codice notavit *ihc.* In Gaffarelli curiositatibus inauditis p. 206. sed typographi ni fallor, errore. *ahe.* De Vocabulo Ægyptio ἀχεῖ plura Humfredus Hody in opere erudito, de Bibliorum textibus orginalibus p. 118.

b) Cometa, vel alia stella prius haud visa. Nam ex longe plurium opinione

Sævi bella canunt ignes, subitosque tumultus
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.

Sed non inficiandis argumentis illam persuasionem vanam ac superstiosam esse docuit, ne alios jam memorem elegantissimus Grævius Oratione IV.

c) Sic præter multos alios Allatio c. 4. de patria Homeri & Lælio Bisciolæ V, 6. Horar. subcesivar. laudatos Constantius Ermoniacus in MS. Codice Græcobarbaro de Patria & scriptis Homeri, qui exstat in Bibl. Coisliniana p. 429.

d) Thetis Iliad. α. 357. seq. 413. Initium ipsum Iliadis omnibus notissimum adscribere supersedeo: Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος &c.

e) Hoc loco satis perspicue Christianum se prodit Chalcidius. De eadem stella alius Christianus scriptor ineditus in Dialogo Hermippo de Astrologia, distributo in duos libros lib. 1. cap. 8. Καὶ μὲν ὁ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου γενέσεως ἀστὴρ τοῖς Μάγοις ἡγούμενος (καὶ μὴ μεμφέσθω τις τοιούτοις παραδείγμασι χρωμένοις, ἀλλ' εἴ τις συνετὸς, φιλοκρινάτω τοῖς λεγομένοις, βέβηλοι δὲ θύρας ἐπίθεσθε) ἐκεῖνος τοίνυν οὐχ ὅτι γε ἐφάνη καὶ τοὺς Μάγους συνεφειλκύσατο, τὴν γένεσιν ἀπετέλεσεν, ἀλλὰ τοὐναντίον πλημμύρην ἐσήμανεν, οἷον εἴ τις κῆρυξ καὶ προαγγελεὺς τοῦ τοσοῦδε καλοῦ γεγονώς.

f) Cum sacer scriptor Matthæus II. 1. tantum testetur sapientes illos viros venisse *ab oriente*, ἀπὸ ἀνατολῶν,

Persas

majestate puerili veneratos esse, & vota, Deo tanto convenientia, nuncupasse, quæ tibi g) multo melius sunt comperta, quam cæteris.

CXXVI. At vero naturæ dæmonum præstare rationem, majus esse opus dicit, quam inferre valeat hominis ingenium; h) non
220 quod disputatio hæc à philosophis aliena sit, quibus enim aliis magis competat? sed quod inquisitio rei istius primariæ supervectæque contemplationis sit, quæ appellatur epoptica, i) altior aliquanto quam Physica. Propterea que nobis, qui de rerum natura nunc disputamus, nequaquam conveniens esse videtur. Idem k) tamen breviter, & strictim, de iis potestatibus, quæ dii putantur, locutus; propterea, credo, ne mundi constitutio imperfecta relinqueretur ex quotacunque parte, si sileret de hujusmodi rebus: credule magis, l) quam persuadenter, & probabiliter, ostendit oportere credulitatem omnes doctrinas præcedere, maxime cum non quorumlibet, sed magnorum, & prope divinorum, virorum sit adsertio. Denique non frustra de Pythagora dictum, *Ipsum dicere*, m) propterea que ultra quæri non oportere. *Ergo*, inquit, *neque probationes semper adhibendæ*, *nec persuadens adsertio iis, quæ dicuntur à priscis, divina quadam sapientia præditis.* n) Simul exponit ea, quæ Orpheus, & Linus, & Musæus, de divinis potestatibus vaticinati sunt; non quo delectaretur, aut crederet: o) sed quod tanta esset auctoritas vaticinantium, ut iis adseverantibus parcius credi non o- 221
porteret.

CXXVII. At vero in eo libro, qui *Philosophus* p) inscribitur, summa diligentia, præcipuaque cura, omnes exequitur hujusmodi quæstiones; priscorum hominun, genus omnia, quæ ad usum q) hominum vitæque

Persas fuisse putant plerique, secuti Juvencum, Prudentium & Chrysostomum quibus & ipsum *Magorum* nomen suffragatur. Alii cum Justino Martyre & Epiphanio volunt venisse ex *Arabia*. Magos *Æthiopia* appellat S. Eleutherius Tornacensis, T. VIII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1131. Jeremias Felbingerus pugnat pro *Sinensibus*. Cæterum *Chaldæos* vocat etiam Hieronymus in Danielis II. 2. *Consuetudo & sermo communis Magos pro maleficis accipit, qui aliter habentur apud gentem suam, eo quod sint Philosophi Chaldæorum, & ad artis hujus scientiam Reges quoque & Principes ejusdem gentis omnia faciunt, unde & in Nativitate Domini Salvatoris ipsi primi ortum ejus intellexerunt.*

g) Osium Episcopum alloquitur, ut p. 73. 226. &c.

h) Verba Platonis: περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς.

i) Ita lego cum Rigaltio pro ἐπεσπτεία. Porro notum est tres fuisse gradus obeundos iis qui ad Mysteria volebant admitti, primus erat κάθαρσις sive purgatio & defæcatio animi & corporis, secundus μύησις sive initiatio, tertius tandem isque summus ἐποπτεία & ad ipsius sacrarii adyta ac penetralia deductio. Vide Bullialdum ad Theonem Smyrnæum p. 220. seq. Similiter hoc loco itaque ut καθάρσεως locum sustinent disciplinæ humaniores & Mathematicæ, ita μύησιν Physica, ἐποπτείαν præbet Theologia, cujus tractatum elatiorem & *ultra natura contemplationem* vocat p. 212. & p. 369. disputationi naturali sive Physicæ opponit epopticam, *quæ ex sincerissimo rerum scientia fonte manat.*

k) Ita legendum ex edit. Paris. pro *item*.

l) Magis ut postulet dicenti sibi credi, quam ut solidis dicta sua stabiliat rationibus.

m) Αὐτὸς ἔφα. Hierocles p. 225. addit tantum honoris auctoritati Pythagoræ à suis discipulis habitum, ut non modo contenti essent ad fidem faciendam solemni illo, *ipse dixit*, sed etiam jurare per eum non dubitaverint. Μὴ μόνον τὸ αὐτὸς ἔφα μὲν περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν νὴ τὸν αὐτόν. Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν. Fallitur Laërtius qui illud αὐτὸς ἔφα à Pythagora non Samio sed nescio quo Zacynthio repetit. Idem de Pythagora Philosopho passim commemorant veteres, ut Cicero 2. Tusc. 1. & de natura Deor. Clemens 2. Strom. Origenes 1. contra Celsum, Theodoritus serm. 1. therapeut: Hermias irrisione Græcor. Suidas, Eustathius ad Iliad. α. p. 28. Apostolius Centur. 4. proverb. 96. ut alios jam omittam.

n) Verba Platonis: πιστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν Θεῶν οὖσιν ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὐτῶν προγόνους εἰδόσιν· ἀδύνατον οὖν Θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Deinde ex Orphei, Lini & Musæi Theogoniis repetit quæ scribit: Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην· ἐκ τούτων δὲ Φόρκυς τε καὶ Κρόνος καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας Ζεύς, Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τούς ἄλλων ἐκγόνους. Orphei vestigiis insistere Platonem ac deinde Hesiodi notavit Proclus lib. V. in Timæum hæc verba interpretans p. 291.

o) Puto legendum: *non quod delectaretur ut crederet*, veluti pronus ad credulitatem, fidemque temere ac sine examine habendam.

p) Platonis Epinomis alio titulo etiam Φιλόσοφος inscribitur, ut notavi lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 1. n. 35. In illo leguntur ad quæ Chalcidius hoc loco respicit.

q) Ita Rigalt. pro *adversum*.

tæquæ agendæ r) facultatem divino consilio providentiaque demanant, auxiliantibus atque operantibus tam potentiis, quam rationibus, hæc ipsa quæ auxiliantur, deos existimasse, s) propterea quod rudibus animis nondum insedisset veri Dei scitatio. Erant enim pastores, & sylvicædi, cæterique hujusmodi, sine studiis humanitatis, quos cladi publicæ superstites fecerat opportuna habitatio ex tempestatum, atque illuvionis, incommodo. Quæ poëtæ postea blandientes humanis passionibus, propter cupiditatem lucri, versibus suis firmata, membratimque effigiata, amplis & reconditis nominibus exornavere, usqueadeo, ut etiam vitiosas hominum illecebras, t) turpissimosque actus, Deos cognominarent, obnoxios passioni. Itaque factum, ut pro gratia, quæ ab hominibus debetur divinæ providentiæ, origo & ortus, sacrilegio panderetur.
222 Cujus erroris opinio crevit inconsultorum hominum vanitate.

CXXVIII. Hæc ad præsens Plato quidem de dæmonum genere disseruit. Nos tamen u) oportet, etsi non usquequaque veram, eorum breviter rationem x) explicare, quæ est hujusmodi. Quinque regiones, vel locos, idem Plato esse dicit in mundo, capaces animalium, habentes aliquantam inter se differentiam positionum, ob differentiam corporum, quæ inhabitent eosdem locos. Summum enim esse locum ait ignis sereni, huic proximum æthereum, cujus corpus esse ignem æque, sed aliquanto crassiorem, quam est altior ille cœlestis; dehinc aëris: post humectæ substantiæ, quam Græci ὑγρὰν ὐσίαν * appellant, quæ humecta substantia aëre est crassior, ut sit aër iste, quem homines spirant: imus vero, atque ultimus, locus terræ. Quæ porro in locis differentia est, eadem & in magnitudinibus invenitur; cœlestis maximus, quippe qui omnia intra complexum suum redigat: brevissimus terræ, quia cæteris omnibus corporibus ambitur, juxtaque ** rationem continui competentis. Cæteri medii.

CXXIX. Cum igitur extimi limites, id 223
est, summus atque imus, celebrentur convenientibus animalibus naturæ suæ, scilicet ratione utentibus; cœlestis quidem stellis, terrestris autem hominibus: consequens est, etiam cæteros locos, regionesque interjectas, plenas esse rationabilibus animalibus existimari, ne quis mundi locus desertus relinquatur. Etenim est absurdum, homines quidem, unam mundi regionem inhabitantes, fragili corpore, animo cum amentia, & sine sinceritate, pleno pœnitudinis, ob inconstantiam commotionum suarum, alias y) aliis atque aliis placentibus, rationabiles animantes putari; stellas vero, prudentis naturæ z) ob æternam actuum suorum constantiam, nulli pœnitudini obnoxias, puro minimeque dissolubili corpore, utpote quæ extimas ignis cuncta ambientis a) regiones incolant, sine anima fore, carere etiam vita putare. Cui quidem rei Hebræorum b) quoque sententia concinit, qui perhibent exornatorem mundi Deum, mandasse provinciam, *Soli quidem, ut diem regeret; Lunæ vero, ut noctem tueretur:* c) cæteras quoque stellas d) disposuisse, tanquam temporum limi-

r) Ita præstantissimus Doblerus pro *agendam.*

s) Supra p. 220. *de iis potestatibus quæ Dii putantur,*

t) Ut Impudentiæ & Contumeliæ, Cupidinis, Voluptatis & Lubentinæ Veneris, vide Ciceronem 2. de Natura Deor. cap. 42. Vossium de Idololatria IX. 37.

u) Ita edit. Paris. licet *Nos* in Leid. excidit.

x) Ex Platonis nempe sententia, in Epinomide p. 700. seq. πέντε ὖν ὄντων τῶν σωμάτων πῦρ χρὴ φάναι καὶ ὕδωρ εἶναι καὶ τρίτον ἀέρα, τέταρτον δὲ γῆν, πέμπτον δὲ αἰθέρα· τύτων δ' ἐν ἡγεμονίαις ἑκάςων, ζῶον πολὺ καὶ παντοδαπὸν ἀποτελεῖσθαι &c.

* Rigalt. ὑγρὰν ὐσίαν. ** Id. *juxta quam.*

y) Alio tempore placent quæ alio displicent, ita ut *si quis Deus, en ego, dicat jam faciam quod vultis, quid statis? nolint.* Horat. lib. I Sat. I.

z) Plato laudato in Epinomide loco: Τὸ δὲ ἐν τάξει τε καὶ ὐρανῷ πόρον ἔχον μέγα τεκμήριον χρὴ ποιεῖσθαι τῦ φρόνιμον εἶναι. Κατὰ ταυτὰ γὰρ ἂν καὶ ὡσάυτως πορευόμενον ἀεὶ καὶ ποιῦν καὶ πάσχον, τεκμήριον ἱκανὸν τῦ φρονίμως ζῆν εἴη παρεχόμενον. Sed hoc argumento etiam horologium aliquis prudentius esse homine & vita præditum probaverit.

a) Rigalt. *ambientes.*

b) Ad Hebræorum sacram Philosophiam sæpe provocat Chalcidius utpote Christianus, ut p. 135. 225. 245. 305. 351. 372. 400.

c) Εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός. Gen. I. 16. seq. Aquila: εἰς ἐξυσίαν, Symmachus εἰς τὸ ἡγεῖσθαι τῆς ἡμέρας, εἰς ἡγεμονίαν τῆς νυκτός. Hinc Manassæ in Annalibus Sol ἀςὴρ ἡμεροκράτωρ. Apulejo *Sol diei opifex, lunaque solis æmula noctis decus.* Alcinoo Sol & Luna δημιυργοὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μηνῶντε καὶ ἐνιαυτῶν. p. 470. & 490.

d) Congruenter sacro Geneseos scriptori Aratus de Deo: αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν ὐρανῷ ἐςήριξε Ovidius in Phænomenis apud Lactantium II. 5.

Tot numero talique Deus simulacra figura
Imposuit cælo, perque atras sparsa tenebras
Clara pruinosa jussit dare sidera nocti.

224 limites, annorumque signa, indicia quoque futurorum proventuum. e) Quæ cuncta certe tam moderate, tam prudenter, tam jugiter continueque agi, sine rationabili, quin potius sine sapientissimo, rectore f) non possent.

CXXX. Quare cum sit divinum quidem, & immortale, genus animalium cœleste, sidereum; temporarium vero, & occiduum, passionique obnoxium, terrenum: necesse est, esse inter duo hæc medietatem aliquam, connectentem extimos limites, sicut in harmonia videmus, & in ipso mundo. Ut enim sunt in ipsis materiis medietates, quæ interpositæ totius mundi corpus continuant jugiter, suntque inter ignem, & terram, duæ medietates, aëris, & aquæ: g) quæ mediæ tangunt, connectuntque, extimos limites: sic cum sit immortale animal, & impatibile, idemque rationabile, quod cœleste dicitur; existente item alio mortali, passionibusque obnoxio, genere nostro: necesse est, aliquod genus medium fore, quod tam cœlestis, quam terrenæ, naturæ sit particeps; idque & immortale esse, & obnoxium passioni. Talis porro natura dæmonum est, opinor, habens cum divinitate consortium propter immortalita-
225 tem; h) habens etiam cum occiduis cognationem, quia est patibile, nec immune à passionibus, cujus affectus i) nobis quoque consulit.

CXXXI. Hujus porro generis est illud æthereum, quod in secundo loco commemoravimus * positum, quos Hebræi vocant sanctos Angelos, k) stareque eos dicunt ante dei contemplationem venerabilis, summa atque acri intelligentia, mira etiam memoriæ tenacitate, rebus quidem divinis obsequium navantes summa sapientia, humanis vero prudenter opitulantes, iidemque speculatores, & executores, dæmones, opinor, tanquam δαήμονες l) dicti. δαήμονας porro Græci scios rerum omnium nuncupant. Quos quidem præfectos sensili mundo primo quidem vicem imitari aliquam putandum. Ut enim Deus juxta angelum, sic angelus juxta hominem. Dehinc quod usui nobis sint interpretantes, & nunciantes Deo nostras preces, m) & item hominibus Dei voluntatem intimantes; n) illi nostram indigentiam, porro ad nos divinam opem deferentes. Quam ob causam appellati sunt angeli, ob assiduum officium nunciandi. Testis est hujus beneficii cuncta Græcia, omne Latium, omnisque 226
Barbaria, o) gratulationesque populorum libris conditis ad memoriam perpetuitatis. Indiget quippe natura generis humani, p) nimium imbecilla, suffragio melioris, præstantiorisque, naturæ. Quam ob causam creator omnium & conservator Deus, volens esse hominum genus, præfecit his, per quos recte regerentur, angelos, sive dæmonas.

CXXXII.

e) Hoc de suo addidit noster, nam de divinitatione ex astris apud Moysen nequ.

f) Hoc rectissime Chalcidius, firmiusque longe colligit qui viso horologio concludit illud sine sapienti auctore constare tamque statos motus tenere non posse, quam si quis horologium ipsum animatum esse inde contendat.

g) Supra, p. 92. seq.

h) Plato Convivio: πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι Θεοῦ τε καὶ θνητοῦ.

i) Plato Epinomide ait probos homines à Dæmonibus amari, malos haberi odio, μετέχοντα δὲ φρονήσεως θαυμαστῆς ἅτε γένους ὄντα εὐμαθοῦς τε καὶ μνήμονος, γινώσκειν μὲν ξύμπασαν τὴν ἡμετέραν αὐτὰ διάνοιαν, καὶ τόντε καλὸν ἡμῶν καὶ ἀγαθὸν ἅμα θαυμαστῶς ἀσπάζεσθαι, καὶ τὸν σφόδρα κακὸν μισεῖν ἅτε λύπης μετέχοντα ἤδη. Hinc bonos libenter custodiunt, à Deo ad hoc constituti ut celebravit etiam Hesiodus ἔργ. 121.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται - -

* Supra p. 222.

k) מלאכים Daniel. VII. 10. Psal. CIV. 4. confer Petavii dogm. Theologic. de Angelis II. 5.

l) Est hæc Platonis Etymologia in Cratylo, duciturque δαήμων à δάω disco, ut monet scriptor magni Etymologici. Certe magis placet hæc mihi notatio nominis, quam quod Eugubinus deducit ab nomine DEI *El Sadai*, vel Grotius ab Arabico דאם *durare*, ut דמין sint immortales.

m) Vide Tobiæ XII. 10. Grotium ad Apocalyps. VIII. 3. Origenem de Oratione p. 33. seq. & 36. 37. S. Hilarium in Psal. *CXXIX.* &c.

n) Plato Convivio: τὸ δαιμόνιον ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον Θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ Θεῶν. Vide Eugubinum VIII. 22. de perenni Philosophia.

o) Apud Platonem & alios scriptores passim (etiam sacros Novi Test.) omne genus hominum in Græcos & Barbaros dividitur, quibus jam Latium sive Romanos addit Chalcidius qui nec Græci essent nec Barbari.

p) Plutarchus de Orac. defectu p. 415. ait. πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας pluribus difficultatibus maximisque occurrisse eos οἳ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων καὶ τρόπον τινὰ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταυτὸ καὶ συνάπτον qui Dæmones medios inter Deum hominesque dari observarunt.

CXXXII. Nec nos terreat nomen, promiscue bonis, & improbis, positum; quoniam nec angelorum quidem terret, cum angeli partim Dei sint ministri, & qui ita sunt, Sancti vocantur: partim adversæ potestatis satellites, ut optime nosti. q) Igitur juxta usurpatam penes Græcos loquendi consuetudinem, tam sancti sunt dæmones, quam polluti, & infecti; de quibus mox erit aptior disputandi locus. Nunc de eo genere sit sermo, quod ait Plato, r) admirabili quadam esse prudentia, memoriaque & docilitate felici; quod omnia sciat, cogitationesque hominum introspiciat: & bonis quidem eximie delectetur, improbos oderit, contingente se tristitia, quæ nascitur ex odio displicentis: solus quippe Deus, utpote ple-
217 næ perfectæque divinitatis, neque tristitia, neque voluptate, contingitur.

CXXXIII. Cunctis ergo cœli regionibus sortitis dæmonas inquilinos, agi mutuos commeatus: s) mediam mundi sedem incolentibus potestatibus obsequium cœlo præbentibus, etiam terrena curantibus: quæ potestates æetherei aëreique sunt dæmones, remoti à visu nostro, & cæteris sensibus, quia corpora eorum neque tantum ignis habent, ut sint perspicua; neque tantum terræ, ut soliditas eorum tactui t) renitatur, totaque eorum compago ex ætheris serenitate, & aëris liquore, connexa, indissolubilem coagmentavit u) superficiem. Ex quo nonnulli regionem hanc nostram x) ᾅδην merito, quod sit ἀιδὴς, hoc est, obscura, cognominatam putant. Multos porro esse dæmonas etiam Hesiodo g) placet. Ait enim ter esse h) eorum decem milia, eosque esse tam in obsequio Dei, quam in tutelam mortalium; non certam summam conficiens numeri eorum, sed juxta vim pleni numeri trium, multiplicans decem milia.

CXXXIV. Erit ergo definitio dæmonis talis: i) *Dæmon est animal rationabile, immortale, patibile, æthereum, diligentiam hominibus impertiens. Animal* quidem, quia est anima cor- 218
pore utens; *rationabile* vero, quia prudens: *immortale* porro, quia non mutat corpus aliud ex alio, sed eodem semper utitur: *patibile* vero, propterea quia consulit: neque enim dilectus k) haberi potest sine affectus perpessione: *æthereum* item ex loco, vel ex qualitate corporis, cognominatum: *diligentiam* vero *hominibus inpartiens*, propter Dei voluntatem, qui custodes dedit. Eadem hæc erit definitio aërei quoque dæmonis: nisi quod hic in aëre mansitat, & quanto est terræ propinquior, eo passioni affectus accommodatior. Reliqui dæmones neque ita probabiles, neque ita commodi, nec invisibiles semper; sed interdum contemplabiles, cum in diversas convertuntur figuras: exanguium quoque simulacrorum umbraticas formas induuntur, obesi corporis illuviem trahentes, sæpe etiam scelerum & impietatis ultores, l) juxta justitiæ divinæ sanctionem: ultro etiam plerumque lædunt. Tanguntur enim ex vicinia terræ terrena libidine, habentque nimiam cum

 silva

q) Sic legendum ex edit Paris. pro *nostri*, alloquitur enim Osium ut p. 73. 219. Ex hoc autem loco clarissime opinor patere Christianum esse Chalcidium qui hæc scribit, nam & Christianam de Angelis bonis malisque ἀγγέλοις Σατᾶν 2. Cor. XII. 7 doctrinam dilucide proponit, & eam distinguit à Græcorum, Ethnicorum nempe consuetudine, quibus dæmones non semper (ut scriptoribus sacris N. T. atque Christianis plerisque) malos spiritus denotant, sed æque late patet hoc nomen ut nostris nomen angelorum, imo latius quoque, ita ut Deum ipsum includat. Pollux lib. 1. ὅτω Ὁμήρῳ δοκεῖ δαίμονας καλεῖν τοὺς Θεοὺς, καὶ Πλάτων δὲ τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην, μέγιστον δαίμονα ὠνόμασεν.

r) In laudato paullo ante Epinomidis loco.

s) Hic ponendam στιγμὴν, & quæ deinceps sequuntur connectenda esse, aliter ac fit in edit. Leid. bene vidit nobilissimus Doblerus.

t) Male in editis erat *tractui*. Infra p 290. de nostris corporibus: *Est quiddam contiguum in iis quod tactui resistit.*

u) edit. Paris. *coaugmentavit*.

x) De qua Chalcidio nunc sermo, nobis vicinam, mediamque inter terram & tartarum, qui ut ait Homerus Iliad. θ. 16. Τόσσον ἔνερθ᾽ ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐς᾽ ἀπὸ γαίης. Vide Io. Vindetum de vita functorum statu de ᾅδη ex veterum Philosophorum mente erudite disputantem. Etiam dæmonas κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου appellat Apostolus Ephes. VI. 12.

g) Hesiodi versus decantatissimi ἔργ. 250.

Τρὶς γὰρ μυρίοι εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

h) Ita Rigalt. pro *item esse*. Eundem secutus mox scripsi *in tutelam* pro *in tutela mortalium*.

i) Ætherei puta. Nam de aëreo & generibus inferioribus deinde dicet.

k) Ita edit. Paris. pro *delectus*. Puto autem dilectum positum pro dilectione à Chaldio, respicique ab eo quod de amore bonorum dæmonum in probos homines scripsit Plato in Epinomide p. 702. τόν τε καλὸν ἡμῶν καὶ ἀγαθὸν ἅμα θαυμαστῶς ἀσπάζεσθαι.

l) Τιμωροὶ δαίμονες οἷς οἱ Θεοὶ δημίοις χρῶνται κολασταῖς ἐπὶ τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους ἀνθρώπους, ut ait Chrysippus apud Plutarch. qui alibi vocat ὑπερηφάνων καὶ μεγάλων τιμωροὺς ἀδικιῶν p. 417. de oraculor. defectu.

silva communionem, quam malignam animam m) veteres vocabant, Hos quidam,
119 & hujusmodi dæmonas, proprie vocant desertores angelos, n) quibus nulla quæstio referenda est super nomine.

CXXXV. Plerique tamen ex Platonis magisterio, dæmonas putant, animas o) corporeo munere liberatas: laudabilium quoque virorum æthereos dæmonas, improborum vero nocentes, easdemque animas anno demum millesimo p) terrenum corpus resumere: Empedoclesque q) non aliter longævos dæmonas fieri has animas putat. Pythagoras etiam in suis aureis versibus, r)

Corpore deposito cum liber ad æthera perges,
Evades hominem factus Deus ætheris almi.

Quibus Plato consentire minime videtur, cum in Politia s) tyranni animam facit excruciari post mortem ab ultoribus, ex quo apparet aliam esse animam, alium dæmonem: siquidem quod cruciatur, & item quod cruciat, diversa esse necesse sit. Quodque opifex Deus antè dæmonas t) instituit, quam nostras animas creavit; quodque has indigere auxilio dæmonum, his voluerit illos præbere tutelam. Quasdam tamen animas, quæ vitam eximie per trinam incorporationem u) egerint, virtutis merito aëreis, vel etiam æthereis, plagis consecrari putat, à necessitate incorporationis immunes. 120

CXXXVI. Hactenus de natura dæmonum; deinde de mortalium genere disserit. x) Ac primo de hominibus, eorumque ipsorum sexu virili, rationabilem y) partem duplici virtute præditam docens; alteram, quæ contemplatur, eandem semper, immutabilemque naturam, ex qua intensione z) mentis convalescit *sapientia*: alteram item quæ mutabilium, generatorumque, opinatrix est, cui *prudentia* vocabulum congruit. Utranque porro hanc animæ potentiam à summo, & intelligibili, Deo dicit universi corporis mundi, sensilis videlicet, animæ datam: cæteras ratione carentes, & occiduas, animæ portiones, id est, appetitum sensuum, locularem motum, quo quæque corpora nutriuntur, totumque corpus, jussu
&

m) Materiam malorum caussam. infra p. 264. Ut vim omnem maleficam Hylæ sive materiæ assignabant etiam Manichæi. Vide Augustinum libro XXI. contra Faustum Manichæum.

n) Christianam vocem nota ex Epist. Judæ v. 6. & 2. Petr. II. 4.

o) Vide Sextum Empiricum lib. 1. contra Phys. sect. 73. & quæ Viri docti ad Apulejum de Deo Socratis.

p) post χιλιετῆ πορείαν, cujus mentio apud Platonem 10. de Rep. in fine. Idem in Timæo: χιλιοστῷ δ' ἔτει ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου.

q) Versus Empedoclis servavit Plutarchus lib. de exilio p. 619. & Simplicius in VIII. Physicor.

Ἔστι δ' ἀνάγκης χρῆμα θεῶν ψήφισμα παλαιὸν
Ἀΐδιον πλατέεσσι κατεσφραγισμένον ὅρκοις.
Εὖτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ
Δαίμονας οἵτε μακραίωνος λελόγχασι βίοιο
Τρὶς μὶν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι
Τῶν καὶ ἐγὼ νῦν εἰμὶ φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης
Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος - -

r) Noti etiam pueris versiculi quos ad Pythagoræ discipulos alii referunt, Chalcidius Pythagoræ ipsi tribuit:

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

His addamus illa Apollonii Tyanensis quæ refert Philostratus VIII. 31.

Ἀθάνατος ψυχή, κ' οὐ χρῆμα σὸν, ἀλλὰ προνοίης
Ἡ μετὰ σῶμα μαρανθὲν, ἅτ' ἐκ δεσμῶν θοὸς ἵππος
Ῥηϊδίως προθοροῦσα, κεράννυται ἠέρι κούφῳ
Δειλὴν καὶ πολύτλητον ἀποστέρξασα λατρείην.

s) Plato 10. de Rep. sub extrem.

t) Angelos fuisse conditos ante hominem, communis est sententia etiam Christianorum, quos hoc loco Chalcidius sequi videtur, licet in eo non omnes conveniant, quod plerique cum cœlo vel luce, alii ut Basilius & Ambrosius ante omnia visibila, πρὸ τῶν ὁρωμένων conditos à DEo angelos statuerunt. Vide Philoponum in Hexaemeron lib. 1. c. 8. seq.

u) Ita ut ter corpus subierint: primo bruti animantis, deinde mulieris, tertio viri, in eoque bene se gesserint, hinc *victricibus vitiorum animis reditum ad cælestem sedem perpetuamque immunitatem* Plato constituit. infra p. 285. Vicissim quæ in virili corpore projicit se ad vitia, illam animam ait cogi in ortu secundo mulierem iterum fieri, in tertio brutum. Plato in Timæo: σφαλεὶς δὲ τούτων, εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλει - - ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται. Confer Joannem Baptistam Crispum de Philosophis caute legendis, distributione tertia.

x) In eodem Timæo, paullo ante verba jam allegata.

y) Adde p. 99. & 402.

z) Al. *intentione*.

& ordinatione architecti Dei; à generatis ab ipso potestatibus assignata esse mortalibus: propterea, ne si hæc etiam ab opifice, & intelligibili, Deo forent, unius essent fortunæ a) omnia; immortalibusque existentibus cunctis, nullo existente mortali
231 semine, claudicaret universitatis perfectio, cum in exemplari, hoc est, intelligibili mundo inferioris naturæ semina intelligibiliter extent.

CXXXVII. Videamus nunc sermonis textum. *Dii deorum, quorum idem opifex, paterque, ego.* b) Dramatica est Dialogi, quod ad dispositionem pertinet, adumbratio: sermo vero speciei augustioris. c) Decet denique hoc in genere orationis arcanorum interpretatio fabulosa. Nihil ergo inconvenienter facit auctor, quod opificem Deum inducit concionantem, sancientemque à se genitis, quæ observari vellet, multis rationibus. Primo recreationis legentium causa, quippe res difficilis, lepido sermone condita, facilius ad intima mentis admittitur: deinde inopinatæ locutionis varietas, mixta religioni, raptis animis ad imaginem concionantis, præsentem laborem sentire d) non finit. Tum immutatio magisterii, novo instituto operis exordio, novas vires excitat audientis: siquidem & deficit omnis auditor adversus molestiam uniformis eloquii; porro attentior fit, cum no-
232 væ spes dispositionis ostenditur. Hoc in loco dogmata etiam sua studiose adserit, ut non tam à se inventa, quam à Deo prædicta, videantur. Prædicta autem, non illo sermone, qui est positus in sono vocis, ad declarandos motus intimos, propter humanæ mentis involucra: Deus enim nullo obstaculo prohiberi potest ab intellectu scientiaque omnium rerum lege divina, quam Plato inevitabilem e) appellat promulgationem.

CXXXVIII. Quid ergo dicit Deus? *Dii deorum, quorum idem opifex, paterque, ego.* Præclare, facit enim regem f) optimatibus sancientem, ut lex illis data g) etiam ad cæteras potestates, atque animas, commearet; opificem se, & parentem, eorum esse commemorans. Opificem quidem, utpote à quo facti sunt: patrem vero, ut qui consulat provide, quatenus æterni, ac beati, sint. *Opera siquidem vos mea,* h) quia pater est, & opifex, non substantiæ sed generationis. Illi enim optimates, id est, stellæ non sunt intelligibiles, sed sensiles. At vero fabricator eorum intelligibilis apprime. Deinde docet eos cujus naturæ sint, quodque ex compositione subsistant. Porro quæ ex compositione subsistunt, dis- 233
solubila sunt hisdem rationibus quibus subsisterent, ipsi tamen indissolubiles. i) Merito, non enim sunt ex ullo ortu temporario, sed ex voluntate summi Dei, emensa omnem temporum antiquitatem. k) Qui vero indissolubiles eos esse confitetur, sine ullo quoque ortu concedat necesse est. Quod vero initium non habet, sine fine certe est: & quod finem non habet, sine ortu est. *Divinum* autem, l) & *immortale*, cognomentum vocat *rationis potentiam*, m) id est, rationem. Mortalia porro, & associata, immo, ut ipse ait, *attexta*; n) quæ sunt, opinor, in vitiis; iram videlicet, & voluptatem.

CXXXIX. Deinde genituram humanarum prosequitur animarum, ut natura ejus liquido comprehendatur: & perseverat in fabula, quam interposuit, propterea ut, quæ dicuntur, manifesta sint. Rursus enim cratera o) proponit, & mixturam, concretionemque, earum potentiarum, ex quibus mundi anima p) concreverat, exque reliquiis earum nostras machinatur, videlicet ex illa duplici natura *Ejusdem* q) item *Diversi, dividuaque* substantiæ: quæ non, ut antea, since-

a) Doblerus legit *forma.*

b) Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε. Adde Proclum p. 300. seq. Origenem VI. contra Celsum p. 281. Eusebium XI. 32. præparat. &c.

c) Al. *angustioris*, perperam. d) Rigalt. *sentiri.*

e) Νόμους εἱμαρμένους quod Chalcidius alibi vertit *leges immutabilis decreti.*

f) Rex Deus, Optimates angeli, sive ut mox Chalcidius interpretatur, stellæ.

g) Vocabulum *data* & mox *esse* ex edit. Paris revocavi.

h) ἔργων ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος.

i) Τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν – – οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε. Arnobius lib. 2. p. 68. *Plato ille divinus multa de Deo digna nec communia sentiens multitudini, in eo sermone ac libro cui nomen Timæus inscribitur, Deos dicit & mundum corruptibiles esse natura, neque esse omnino dissolutionis expertes, sed voluntate DEi regis ac principis, vinctione in perpetua contineri.*

k) Rigalt. *omni temporum antiquitate.*

l) Καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς, τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες ἀπεργάζεσθε ζῶα.

m) Τὸ ἡγεμονοῦν. n) respicit ad verbum Platonis προσυφαίνοντες.

o) Ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων.

p) Supra p. 99. seq.

q) Τῆς ταὐτοῦ & τῆς θατέρου & μεριστοῦ φύσεως.

234 sinceræ puritatis erant. Neque enim anima, quæ ex sincerissimis excuderetur, in tanta silvæ vitia posset incidere, nec congruere cum mortalis corporis fragilitate.

Miscebat autem, inquit, *eodem propemodum genere*, r) *nec tamen eadem exoriebatur puritas, serenitasque, proventuum.*

Μίσγων τρόπον μὲν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ' ὐκέτι κατὰ ταυτὰ ὡσαύτως.

Merito, quoniam in his animis, quæ vivificant morti obnoxia genera animalium, non pura ratio, intellectusve sincerus, sed aliquantum tam iracundiæ, quam libidinis, invenitur. Mixta igitur, inquit, anima ipsa etiam in longum secatur, ejusque una pars integra relinquitur, juxta naturæ, quæ vocatur, *eadem* s) circumactionem eandem. Ex quo intelligunt divina omnia, sapientesque fiunt, qui intelligunt. *Diversa* vero naturæ partem secat sexies, t) juxta motum u) rationabilem planetum, harmonicis, & arithmeticis, & geometricis medietatibus, ut supra demonstratum est. Hæc est animæ virtus, quæ *opinio* x) dicitur, qua duce, quæ nascuntur, & occidunt, noscimus. Quæ constitutio animæ facta est propterea, ut esset, opinor, eadem anima scia tam intelligibilium quam substantiæ sensilis, y) utpote quæ rationes utriusque habeat in
235 semet ipsa naturæ. Hæc est animæ rationabilis institutio, a venerabili Deo facta, in hominis innexa vultum, cum occasiones vitiorum percipit æternæ legis provida moderatione.

CXL. Deinde ait; *Delegisse animas stellarum numero pares, singulasque singulis comparasse, easdemque, vehiculis competentibus superimpositas, universa rei naturam spectare jussisse.*

Διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε.

Antequam sementem faceret animarum, superimposuit stellis singulas animas, quo, iisdem z) vehiculis usæ, in circuitu stellarum cunctam mundi naturam considerarent: illud docens, quod sine divinitatis adminiculo ipsa per se anima nihil valeat spectare, atque intelligere, divinum.

CXLI. *Legesque immutabilis decreti docuit.* Νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς.

Hic jam magnam, & difficilem, rationem commovet; de qua multa disceptatio habita inter veteres, perseverat etiam nunc. Persunctorium ergo tractatum haberi non convenit, juxta Platonicum dogma. Longum est enim persequi cæterorum, quorum plerique a) nihil fato fieri putant; alii omnia, b) nec quicquam arbitrio, ac voluntate: quidam alia esse, quæ fato, c) nihiloque minus alia esse, quæ voluntate fiant.

CXLII. Juxta igitur Platonem præcedit 236
providentia, sequitur fatum. Ait enim, *Deum post mundi constitutionem* d) *divisisse animas stellarum numero pares, singulasque singulis comparasse, universique mundi monstrasse naturam, atque universam fatorum seriem revelasse.* Horum enim

r) Ut supra p. 183. s) τὴν ταὐτοῦ φύσιν, qua duce ὁ λόγος ὁ περὶ τὸ λογιστικὸν ὢν, νοῦς ἐπιστήμη τε ἀποτελεῖται. Supra p. 195. Vocabulum *eadem* quod in Leid. exciderat, ex edit. Paris. revocavi.

t) supra p. 187. u) Ita recte Rigalt. pro *modum*. mox *rationabilem* scripsi pro *irrationabilem*.

x) δόξαι καὶ πίστεις. y) νοητῶν καὶ αἰσθητῶν. z) Al. *hisdem*.

a) *Plerique* Chalcidio non sunt *plurimi* sed *aliqui*. Paucissimi vero illi fuerunt vel nemo plane est opinor inventus qui nihil fato fieri statueret, si fatum DEo subjicias & à DEo suspensum cogites. Sed si fatum fingas DEo ipso superius, quale commenti sunt aliqui ex Ethnicis, tunc non modo nihil fato fieri persuasi sunt Christiani, ac Judæi, sed etiam sapientiores ex Ethnicis, nec dubito Platonem ipsum his accensere, & Anaxagoram, qui Alexandro Aphrodisiensi lib. de fato, teste docuit μηδὲν τῶν γινομένων γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, ἀλλὰ εἶναι κενὸν τοῦτο τοὔνομα. Sed & è Judæis Sadducæos, τὴν εἱμαρμένην οὐδὲν εἶναι ἀξιοῦντας, ut narrat Josephus XIII. 9. eodem loco testatus Essæos omnia, Pharisæos quædam fato subjecisse. Cæterum eruditam hanc περὶ τῆς εἱμαρμένης & prolixam Chalcidii diatribam, quæ ad p. 280. usque deducitur, Hugo Grotius integram inseruit collectis à se veterum Philosophorum de fato sententiis, quæ post mortem summi Viri lucem viderunt Parisiis & Amstelodami.

b) Qui omnia fato subjecerunt, non unius sunt generis, ut accurate præ cæteris docuere præclari viri Radulphus Cudvvorthus in opere de Systemate intellectuali universi Anglice edito p. 3. seq. & Vossius II. 45. de idololatria. Nam alii fatum ab ὑλικῇ ἀνάγκῃ suspenderunt, Deo penitus excluso, ut Democritus & Leucippus; alii fatum Διὸς νοῦς & lex divina, qua sint omnia sic determinata, ut nihil non necessarium sit, & ille ipse omnium conditor ac rector scripserit fata quæ ipse sequatur, semperque pareat qui semel jussit, ut ex Stoicorum sententia Seneca, & Lucanus II. 9. de rerum parente:

Fixit in æternum causas qua cuncta coërcet,
Se quoque lege tenens, & sæcula jussa ferentem
Fatorum immoto divisit limite mundum.

c) Sic Plato Phædro, Plutarchus lib. de fato. &c.

d) ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους &c. vide Græca paullo ante adscripta.

enim, quæ prima sunt, providentiam indicant; secunda, leges fatales: proptereaque juxta Platonem prænoscitur providentia. Ideoque fatum quidem dicimus ex providentia fore, non tamen providentiam ex fato. c) Fatum ergo juxta Platonem, dupliciter intelligitur, & dicitur: Unum, cum substantiam ejus animo intuemur: alterum, d) cum ex his, quæ agit, & esse id, & cujusmodi vim habeat, recognoscimus. Idem fatum in Phædro quidem *scitum inevitabile*, e) in Timæo *leges*, quas Deus *de universæ rei naturâ* f) dixerit coelestibus animis: porro in Politia, *Lacheseos* appellat *orationem*, g) non tragice, h) sed more theologorum.

CXLII. Possumus ergo *inevitabile* quidem *scitum* interpretari, legem minime mutabilem ex inevitabili causâ: i) *leges* vero,
237 quas *de universa natura* dixit animis Deus, legem, quæ mundi naturam sequitur, & quâ reguntur mundana omnia. k) *Lacheseos* vero, hoc est necessitatis *orationem*, divinam legem, quâ præteritis, & item præsentibus, connectuntur futura. At vero in substantiâ positum fatum, mundi anima est, tripartita l) in ἀπλανῆ sphæram; inque eam, quæ putatur erratica, & in sublunarem tertiam. Quarum elatam quidem ad superna, dici Atropon, mediam Clotho, imam Lachesin. Atropon, quod aplanes in nulla sit deflexione; Clotho, propter varie perplexam tortuosamque vertiginem; qua proveniunt ea, quæ diversæ naturæ devius motus importat: Lachesin vero, quasi sortitam id munus, ut omnia prædictarum opera, effectusque, suscipiat. Itaque nonnulli putant præsumi differentiam providentiæ, fatique, cum res una m) sit; quippe providentiam, Dei esse voluntatem, voluntatem porro ejus seriem esse causarum; & ex eo quidem, quia voluntas, *providentia*; porro quia eadem series causarum est, *fatum* cognominatum. Ex quo fieri, ut quæ secundum fatum sunt, etiam ex providen- 238
tia sint. Eodemque modo quæ secundum providentiam, ex fato, ut putat Chrysippus.

c) Plutarchus lib. de fato. ἡ μὲν εἱμαρμένη πάντως κατὰ πρόνοιαν, ἡ δὲ πρόνοια οὐδαμῶς καθ' εἱμαρμένην. Sextus Pythagoreus in sententiis: *Gratia Dei fato non subjacet.* Boëthius de Consolat. Philos. lib. 4. prosa 6. *Providentia cuncta pariter quamvis diversa, quamvis infinita complectitur: fatum vero singula digerit in motum, locis, formis ac temporibus distributa: ut hæc temporalis ordinis explicatio in divinæ mentis adunata prospectu providentia sit, eadem vero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum vocetur. Quæ licet diversa sint, alterum tamen pendet ex altero. Ordo namque fatalis ex Providentiæ simplicitate procedit.* Adde quæ idem Boëthius 3. in περὶ ἑρμηνείας edit. secundæ.

d) De hoc dicere incipit Chalcidius p. 240. ad 246. Plutarchus lib. de fato, quem ad verbum hoc loco reddit Chalcidius: πρῶτον τοίνυν ἴσθι ὅτι εἱμαρμένη διχῶς καὶ λέγεται καὶ νοεῖται. ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἐνέργεια, ἡ δὲ οὐσία. Πρῶτον μὲν οὖν ἐνέργειαν τύπῳ ὑπέγραψεν ὁ Πλάτων ἔν τε τῷ Φαίδρῳ, λέγων· θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε ἥτις ἂν Θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη. Ἐν δὲ τῷ Τιμαίῳ νόμους οὓς ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς φύσει ὁ Θεὸς εἶπε ταῖς ἀθανάτοις ψυχαῖς. ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγον φησὶν εἶναι τὴν εἱμαρμένην, οὐ τραγικῶς ἀλλὰ θεολογικῶς τὸ ἀρέσκον αὐτῷ ἀποφαινόμενος.

e) θεσμὸν ἀδραστείας Plato in Phædro p. 345.

f) τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς. id. Timæo, supra p. 235.

g) ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγον lib. X. de Rep.

h) Porphyrius apud Stobæum eclog. Phys. p. 142. καὶ οὐκ ἔτι ταῦτα μῦθος, οὐδὲ ποίησις, ἀλλὰ ἀλήθεια καὶ φυσικός τε λόγος:

i) Apud Plutarchum loco citato quem presso pede noster sequitur: λόγος θεῖος ἀπαράβατος διὰ αἰτίαν ἀνεμπόδιστον.

k) Νόμος ἀκόλουθος τῇ τοῦ παντὸς φύσει, καθ' ὃν διεξάγεται τὰ γινόμενα. l. l.

l) Idem Plutarchus: ἤδη μὲν οὖν ἡ κατ' ἐνέργειαν εἱμαρμένη τῇ κατ' οὐσίαν ἔοικεν εἶναι σύμπασα ἡ τοῦ κόσμου ψυχὴ τριχῇ διανεμηθεῖσα, εἴς τε τὴν ἀπλανῆ μοῖραν, καὶ εἰς τὴν πλανᾶσθαι νομιζομένην, καὶ τρίτην εἰς τὴν ὑπουράνιον τὴν περὶ γῆν ὑπάρχουσαν, ὧν ἡ μὲν ἀνωτάτω Κλωθὼ προσαγορεύεται, ἡ δὲ μετ' αὐτὴν Ἄτροπος, ἡ κατωτάτω δὲ Λάχεσις δεχομένη μὲν τὰς οὐρανίας τῶν ἀδελφῶν ἐνεργείας, συμπλέκουσα δὲ καὶ διδοῦσα ταύτας εἰς τὰ ὑπ' αὐτῆς τεταγμένα τὰ ἐπίγεια. Vides Chalcidio supremam esse Atropon, cum Plutarcho suprema sit Clotho, media Atropos. Sed magis hac in parte ad Platonis mentem Chalcidius quam Plutarchus, ut constabit conferenti librum X. de Rep. sub extremum. Nolo alia hîc de Parcis veterum cogitata congerere quæ evolvat qui velit apud Aristotelem lib. de Mundo sub extrem. Stobæum eclog. Phys. p. 12. seq. Plotinum Ennead. 2. lib. 3. p. 145. Sextum Empiricum lib. 1. contra Logicos sect. 146. seq. atque è recentioribus Vossium de idololatria lib. 2. c. 44. & Taffinum de ludis secularibus Romanorum c. 10. T. VIII. Thesauri Græv. p. 519. seq.

m) Rigalt. *cum ab re ipsa una sit*, & mox *fore* pro *esse*, ut infra p. 238. *neque omnia ex Providentia fore.*

pus. n) Alii vero, quæ quidem ex providentiæ auctoritate, fataliter quoque provenire: nec tamen, quæ fataliter, ex providentia, ut Cleanthes.

CXLIII. Sed Platoni placet, neque o) omnia ex providentia fore, neque enim o) uniformem naturam esse rerum, quæ dispensantur: ita quædam ex providentia tantum, quædam ex decreto, nonnulla ex voluntate nostra, nonnulla etiam ex varietate fortunæ, pleraque * casu, quæ, ut libet, accidunt. Et divina quidem, atque intelligibilia, quæque iis proxima sunt, secundum providentiam solam; naturalia vero, & corporea, juxta fatum: ea porro, quæ nostri arbitrii, nostrique juris sunt, sponte nostra. Porro quæ extra nos posita, sine ratione, atque inopinate, accidunt; si quidem ex nostro dispositio p) cœpta erunt,
239 fortuita: si sine nostra institutione, casu provenire dicuntur.

CXLIV. Quæ cuncta manifestius in Timæo digerit, ita dicens,

Quibus ita ordinatis, cum in proposito rerum Creator maneret.

καὶ ὁ μὲν δὴ ταῦτα πάντα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει.

Quænam ordinaverat? scilicet, quod universæ rei animam, corpusque omne, modulamine apto jugaverat.

Intelligētes, inquit, *jussionem patris filii, juxta mandatam informationem immortali sumpto initio mortalis animantis, ex mundi materiis, igni, terraque, & aqua, cum spiritu, fœnus elementarium mutuati, quod redderetur cum opus foret; ea, quæ acceperant, conglutinabant, non indissolubilibus illis nexibus, ex quibus ipsi cohæserant.*

Μενόντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργὸν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός γε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια, ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν εἰς ταὐτὸ λαμβανόμενα ξυνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δεσμοῖς.

Etenim jussum Dei, cui parent Dii secundi, ratio est, opinor, continens ordinationem perpetuam, quæ fatum vocatur, idque trahit originem ex providentiâ.

CXLV. Quid cum dicit?

Coagmentataque q) mox universæ rei machina, delegit animas, stellarum numero pares, singulasque singulis comparavit, easdemque, vehiculis competentibus superimpositas; universæ rei naturam spectare jussit, legesque immutabilis decreti docuit.

Ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς.

Mundi quippe machinam absolvere, deligere animas, stellarum numero pares, vehiculis aptis superimponere, universæ rei monstrare naturam, leges immutabilis decreti docere, cuncta hæc officia providentiæ sunt. Ipsæ vero leges, quæ dictæ sunt fatum, r) idque divina lex est, mundi animæ insinuata, salubre rerum omnium regimen.
Sic fatum quidem ex providentiâ est, nec ta- 240
men ex fato providentia.

CXLVI. Nunc jam de fato, quod in munere, atque actu, s) positum est, loquemur. Quippe de hoc plurimæ disceptationes habentur morales, naturales, logicæ. Nam cum omnia, quæ fiunt, infinita sint, & ex infinito per immensum tempus, infinitumque, proveniant, cuncta undique complectens fatum, tamen ipsum finitum, t) ac determinatum. Neque enim lex, neque ratio, neque quid omnino divinitate præditum, indeterminatum. Idque ipsum manifestatur ex statu, ac conformatione, cœli, sub id tempus, quod perfectum annum u) vocant. De quo Plato x) sicait,

Est tamen intellectu facile, quod perfectus temporis numerus perfectum annum compleat, tunc demum, cum omnium octo circumactionum cursus peracti velut ad originem, & caput, circumactionis alterius rever-

ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὅ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ

n) Chrysippus libro περὶ εἱμαρμένης è quo leguntur nonnulla etiam apud Ciceronem lib. de fato, Gellium VI. 2. & Stobæum Eclog. Phys. p. 12. Idem Chrysippus in ὅροις apud Plutarchum lib. 1. de placitis Philosophor. cap. 28. εἱμαρμένη ἐστὶν ὁ τοῦ κόσμου λόγος ἢ νόμος τῶν ὄντων ἐν κόσμῳ προνοίᾳ διοικουμένων.

o) Ita Rigalt. pro *neque omnia*.

* *Pleraque* Chalcidio sunt aliqua.

p) Ita idem Rigalt. pro *manifestius disposito*.

q) Edit. Paris. *coaugmentata*, perperam.

r) Rigalt. *Ipsa vero lege quæ dicta sunt, fatum est.*

s) Postquam de οὐσίᾳ fati dixit à p. 236. jam de ἐνεργείᾳ ejusdem incipit differere.

t) Rigalt. *ipsum tamen finitum est.*

u) De illo supra p. 209. seq.

x) Ita conjeceram legendum, pro *Denique Plato*, cum video idem etiam annotatum à Rigaltio.

revertentur: quam semper idem, atque uniformis, motus dimetietur.	ταυτὸ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ.

Hoc quippe omni tempore finito, ut cujus determinatio certi circuitus spatio consideretur, omnia, quæ vel in cœlo, vel in terris, proveniunt, rursum de integro ad præteritas conditiones redeant necesse est: utputa qui nunc est habitus constellationis post
241 prolixam temporis seriem instaurabitur. Eodemque modo qui sequitur, deinceps est hoc semper. y)

CXLVII. Ex quo apparet, in actu positum fatum infinita varietate accidentium, & ex infinito in infinitum tempus quæ accidunt, ipsum tamen esse determinatum, & immutabili, semperque eadem proprietate. Ut enim circularis motus, & item, quod dimetitur z) eum, tempus, utraque sint circuli; sic ea omnia, quæ in gyros circunferuntur, circuli sint necesse est. Ergo *scitum inevitabile* vocat ille fatum, inevitabilem vim, potentiamque, intelligens principalem causam omnium, quæ in mundo consequenter, continueque, fiunt. Hoc a) porro anima est tripertita mundi, quod in substantia positum fatum in superioribus b) diximus. *Scitum* porro, Dei lex est, quam inexcusabilem esse asseruimus ob inevitabilem causam.

CXLVIII. Hæc porro c) lex & oratio est, & sanctio, quam sanxit Deus animæ mundi ad perpetuam rerum omnium gubernationem. Neque enim ut esset mun-
242 dus modo, sed ut æternus, & indissolubilis, esset, curaverat. Quæ sanctio cuncta intra se contineat; alia *ex* aliqua *præcessione*, quædam *secundum præcessionem*: scilicet, ut in geometrica, d) initia ex præcessione sunt, theoremata vero secundum præcessionem. Concessis quippe initiis: ut notæ, e) & item lineæ, cæterorumque hujusmodi velut originibus, elementisque, theoremata secundum præcessionem aperiuntur: quasi quæ habeant consequentiam concessæ præcessionis. Sic etiam sanctio, ordinatio existens, & lex, omnia complexa, f) causas præcedentes ex meritis nostris habet ut initia quædam. Quæ porro necessitatibus constricta proveniunt, juxta præcessionem, necessitatemque ejus, g) consequenter eveniunt.

CXLIX. Ergo initium divinæ legis, id est fati, providentia. Fatum vero, quod & parendi sibi obsequium, & non parendi contumaciam, velut edicto complectitur. Animadversiones porro, vel præmia, exoriuntur secundum collati meriti h) præcessionem. Collati autem in alterutram partem meriti præcessio animarum nostrarum motus est; judiciumque, & consensus eo- 243
rum, & appetitus, vel declinatio, quæ sunt in nobis posita, i) quoniam tam horum, quam eorum, quæ his contraria sunt, optio penes nos est. Igitur in hac rerum ordinatione, atque rerum lege, antiquissima quæque *ex præcessione* dicuntur fore, & sunt nostræ potestatis. Quæ vero post illa sunt, *secundum præcessionem*, & necessitatem constricta: atque, ut aliud lex; aliud, quod legem sequitur, id est, legitimum: sic aliud *fatum*, & alia, quæ fatum sequuntur ex inevitabili necessitate, *fatalia*.

CL. Est igitur universæ rei anima, fatum in substantia positum. Est item data huic informatio rem omnem recte gerendi, Lex, quæ in munere, atque actu, posita fatum continet, & habet textum & consequentiam talem. Si hoc erit, sequetur illud: ergo, quod ex his præcedit, in nobis est; quod sequitur, secundum fatum. Quod alio nomine fatale dicitur, à fato plurimum differens, ut sint tria; k) quod in nobis positum est, & ipsum fatum, & quod secundum fati legem pro meritis imminet. Deinde ipsius

y) Post interjecta nimirum revolutionis & ἀποκαταστάσεως intervalla.

z) Edit. Paris. *demetietur*. * θεσμὸν ἀδραστείας. p. 236.

a) Rigalt. *Hac*. b) Supra p. 237. c) Ita scrib. pro *Huic porro*.

d) In Geometrica disciplina præmittuntur ac ponuntur certa principia, ex quibus deinde theoremata demonstrantur. Pro *secundum concessionem* cum Rigaltio utraque vice scripsi *secundum præcessionem*, h. e. secund. in principia quæ præcessere.

e) Ita recte edit. Paris. pro *nota*. Solet autem *notam* Chalcidius vocare, quod nos communiter punctum. Vide supra p. 105.

f) Paullo ante dixerat à sanctione hac *cuncta intra se contineri*.

g) Legis nimirum ac sanctionis.

h) Chrysippus apud Gellium VI. 2. *Sicut lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque derupta jacias, causam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps volvitur, non quia tu id jam facis, sed quoniam ita sese modus eis & forma volubilitas habet: sic ordo & ratio & necessitas fati genera ipsa & principia causarum movet, impetus vero consiliorum mentiumque nostrarum actionesque ipsas, voluntas cujusque propria & animorum ingenia moderantur.* Pythagoricum: οἱ δ' ὥς κυλίνδροις ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες. Pro *Collati* al. *collocati*, minus bene.

i) Nota sunt quæ Epictetus in limine Enchiridii: ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὁρμὴ, ὑπόληψις, ὄρεξις, ἔκκλισις.

k) 1) Præcedens τὸ ἐφ' ἡμῖν. 2) μοῖρα, fati lex. 3) τὸ μόρσιμον, fatalis pœna vel præmium.

legis verba ponit: *quæ se* l) *comitem Deo fe-*
344 *cerit Anima, eorumque aliquid viderit, quæ vere sunt, usque ad alterius circuitus tempus erit incolumis. Ac si semper hoc faciet, semper incolumis manebit.* Est igitur totum hoc lex, & edictum, quod fatum proprie vocatur. Secutum vero Socratem legis edictum Deo se comitem præbuisse, proprium Socratis opus. Porro quod, cum ita viveret Socrates, anima ejus usque ad alterius circuitus tempus incolumis perseverat, juxta decretum fatale provenit. Ac si semper hoc faciat, quod est in Socrate, semper incolumis erit juxta fatum.

CLI. Hac ratione Laio prædictum est ab Apolline: m)

Cave vetitos n) *liberum sulcos feras.*
Generatus ille te mactabit impie,
Et omnis aula respergetur sanguine.

His quippe oraculis ostendit, penes Laium fuisse, ne sereret, quæ præcessio est. Quod porro insecutum est, jam non in potestate Laii, sed potius in necessitate fatali, juxta meritum præcessionis. Quod si necesse esset Laio sortem incurrere, aut jamdudum immineret clades illa ex inevitabili
345 necessitate, vacaret o) sciscitatio, vacaret etiam prædictio. Sed ille quidem,* utpote præscius quæ sequerentur, sementem juxta fatum fieri vetabat: sciens in potestate ejus positum, si abstinere vellet. Laius vero, ut homo nescius futurorum, ab eo qui sciret, quid agendum sibi esset, sciscitabatur. Sevit autem, non fato eliciente, sed victus intemperantia.

CLII. Eodemque modo Thetis prædixerat filio, p) si bellaret apud Trojam, amicâ sibi paraturâ necem, q) maturum exitium cum ingenti fama futurum: si rediret ad patriam, longa vitæ spatia portendi sine gloria. Bellavit tamen, nulla fati cogente violentiâ; nulla quippe in optione ancipiti, sed tanquam bilis violentiâ: sed propenso juxta gloriam favore. Quibus concinit etiam illud Platonis: r) *Causa penes optantem. Deus extra culpam.* Item: s) *Liberam esse virtutem, nec ulli obnoxiam necessitati.* Vel cum ait animis Lachesis, t) *Nullam earum sortito sub ditionem dæmonibus esse venturam: sed ipsas sponte lecturas sibi dæmonem, quem quæque putaverit deligendum.* Juxtaque Moysea Deus u) vitæ primigenis interdixit, ne edulibus arborum, x) ex quibus notitia 346
boni, malique, animis eorum obreperet, vescerentur: quia, cum & abstinendi, & non abstinendi, potestas penes eos esset, qui consultum his vellet Deus, quid cavendum esset, ostendit: non prohibiturus frustra, si id fieri esset necesse.

CLIII. Nunc jam de his agemus, quæ in hominis potestate sunt. Omnia, quæ sunt, in tres partes à veteribus divisa sunt: *possibile, necessarium, ambiguum.* Possibile, ut genus; necessarium, & dubium, ut species: ergo omne possibile, vel dubium, vel necessarium est. Necessarium porro dicitur, quod necessitate constrictum est. Et quia possibilium pleraque y) obstari, quo minus proveniant, non possunt; quædam prohibentur, declinanturque consiliis, definitionibus adumbrantur hujusmodi: *Necessarium est possibile, cujus contrarium est impossibile:* ut est, omnia orta occidere, & aucta senescere. Necesse est enim omne, quod sit natum, emori: &, quod usque ad senectutem provectum, senescere. Nec est contrarietati locus,

l) Ita leg. pro *quæ se.* Et mox, *eorumque*, pro, *eorum quæ.* Est autem locus Platonis in Phædro p. 345. Θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε· ἥτις ἂν ψυχὴ Θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν, μέχρι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα· κἂν ἀεὶ τοῦτο δύνηται ποιεῖν, ἀεὶ ἀβλαβῆ εἶναι.

m) Apud Euripidem in Phœnissis v. 18.

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.
Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φὺς
Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

Meminit & Cicero ac Plutarchus de fato, Dio Chrysost. diss. X. p. 149. Alcinous p. 511. Zenobius II. 68. proverb. Origenes 2. contra Cels. p. 73. &c.

n) Ita edit. Paris. pro *Cave ne vetitos.* Rigalt. *Cave vetatos.*

o) Inutile esset sciscitari, & inutile prædicere, si mutari nullo modo liceret.

* Apollo.

p) Achilli. Vide Scholia ad Iliad. π'. & Meursium ad Lycophronem p. 171. Eadem Thetis prædixit quoque, Hectorem si occideret Achilles, eundem vita privatum iri. ὁ δὲ τοῦτο ἀκούσας τοῦ μὲν θανάτου καὶ κινδύνου ὠλιγώρησε. Plato in Apologia Socratis p. 11.

q) Sequitur hoc loco Chalcidius eos qui à Penthesilea occisum Achillem tradunt, ut Ptolemæus Hephæstio apud Photium Cod. 190. Vide Caroli Drelincurtii Achillem cap. 255. Adeoque non opus est cum Meursio legere *arma sibi paritura necem*, pro *amica.*

r) Plato X. de Rep. αἰτία ἑλομένου, Θεὸς ἀναίτιος.

s) ἀρετὴ ἀδέσποτον.

t) οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται· ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε.

u) Etiam hoc loco Christianum se non obscure prodit Chalcidius. Locus quem respicit est Genes. II. 17.

x) Grotius *edulis.* Notandum autem, *arbores* in multitudinis numero à Chalcidio memorati, cum de una arbore Moysem plerique intelligant.

y) *Pleraque* Chalcidio sunt aliqua, *obstari*, impediri.

cus, scilicet quod ortum sit, non occidere.
147 Dubiorum vero definitio talis est: *Dubium est possibile, cujus etiam contrarium possibile*: ut, hodie post occasum Solis pluviam futuram. Hoc enim possibile; æque etiam contrarium ejus possibile, ut post occasum solis omnino non pluat.

CLIV. Jam vero dubiorum proventuum plures differentiæ. Quædam enim frequentia sunt; quædam peræque frequentia: ut barbire, z) atque scire literas, vel agere causas. Adversantur porro frequentibus, quæ quidem rari exempli sunt: his porro, quæ peræque proveniunt, quæ non sunt peræque. Erit ergo eorum, quæ peræque dubia sunt, optio penes hominem: qui, utpote rationabile animal, cuncta revocat ad rationem, atque consilium. Ratio porro, & consilium, motus est intimus ejus, quod est in anima principale; hoc vero ex se movetur: motusque ejus assensus est, vel appetitus. a) Igitur assensus, & appetitus, ex se moventur: nec tamen sine imaginatione, quam φαντασίαν Græci vocant: Ex quo fit, ut persæpe, fallente imagine, motus ille principalis animæ potestatis, b) vel consensus,
148 depravetur, & eligat vitiosa pro optimis. Cujus rei multiplex causa est: vel agrestis in consultando inelegantia, vel ignoratio, vel nimium dedita mens importuno favori, vel falsæ opinionis anticipatio, vel consuetudo prava, vel certe alicujus vitii tyrannica quædam dominatio: propterea que vi, aut violentis delinimentis, potius quam voluntate, peccare dicimur.

CLV. Quæ cum ita sint, salva est, opinor divinatio; ne præsagio derogetur auctoritas. Potest quippe præscius, tali facta informatione fati, consilium dare aggrediendi, vel non aggrediendi. Recteque, & rationabiliter, mathematicus c) originem captabit instituendi actus ex prosperitate siderum, atque signorum: ut si hoc factum erit, proveniat illud. Hæc porro, & hujusmodi, remedia sunt dubiorum proventuum; d) in quibus consilii salubritas medicina est, habent etiam disciplinæ locum, maximeque legum latio. Quid est enim lex, nisi jussum sciscens honesta, prohibens contraria? Idcirco, quia horum electio in nostrâ potestate est, laudisque honor, & vituperationis nota, præmiique gratia, & suppliciorum animadversio, cætera item exhortamenta 249
virtutis, malitiæque retinacula, vitæ e) prospecta sunt.

CLVI. Nunc quoniam quid rerum sit providentia, f) quidve fatum, in substantia positum; & item, quid in munere atque actu inveniatur, quidve in potestate hominis sit; quid item, quod juxta fati decretum provenit, prosecuti sumus; de fortuna, deque iis, quæ casu proveniunt, differemus. *Fortuna* potestatem omnem in rebus hominum dicit esse; *Casus* g) aliam quandam jurisdictionem. Quæ enim vel rebus vita carentibus, vel sine ratione viventibus animalibus accidunt, non ex natura, vel arte, hæc omnia *casu* facta dicuntur: quæ vero hominibus accidunt, vel faventia negotiis eorum, vel adversantia, fortuita, & ex *fortunæ* arbitrio putantur. Causarum vero altera principalis est, altera accidens. Principalis causa est intineris faciendi, vel negociatio, vel ruris inspectatio, vel aliqua generis hujus. Accidens, ut cum iter ingressos Sol atque æstus adurunt; quæ sequitur infectio vultus, & coloratio: quippe non infectionis causa iter fuerat institutum. Communiter ergo tam fortunam, quam casum, principali causæ 250
accidentes causas esse dicemus: ut sit causa quidem principalis in fato, in fortuna vero, & casibus, causa accidens. Et quia, quæ fiunt, partim ex necessitate habent auctoritatem; partim usitati, & frequentis, exempli sunt, partim ex raro * accidunt: & fortuna, & casus, in iis inveniuntur, quæ raro accidunt. Et fortunæ quidem irrationabilis & cum ad-

z) *Barbire* est tonsorem barbæ agere, unde *barbiresium* de quo Cangius in glossar. Mox *atque* scripsi cum Rigaltio pro *atque scire literas.*

a) Συγκατάθεσις *assensus* ad ea quæ pro veris habemus: & ὁρμὴ *appetitus* eorum quæ bona nobis videntur.

b) Τὸ ἡγεμονικὸν, mens & ratio. c) Astrologus.

d) Ubi nec arti nec rationi locus. Epictetus Enchirid c. 39. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ᾽ ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει, καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον.

e) Al. *jure prospecta sunt.*

f) De Providentia dixit à p. 235. De fato in substantia posito à p. 237. De fato in actu posito à p. 240. De eo quod in potestate hominis à p. 243. & de eo quod juxta fati decretum provenit, à p. 246.

g) Differt à *fortuna, casus* sive ταὐτόματον ita, ut fortuna opponatur iis quæ consilio hominum intenduntur: casus iis quæ natura fieri consueverunt. Confer Plutarchum lib. 1. de placitis Philos. c, 29. Stobæum p 15. Eclog. Phys. Ammonium ad Aristotelem περὶ ἑρμηνείας p. 62. Interdum tamen fortuna & casus inter se confunduntur & pro uno eodemque ponuntur à scriptoribus. Vide Joh. Pricæum ad Apuleji librum XI. Milesiar. p. 678. * infra, p. 263.

admiratione proventus inopinus ex hominum proposito sumit originem. Casus vero citra propositum hominis fit. Siquidem, quod casu accidit, vel in rebus vita carentibus, vel in mutis animalibus, invenitur.

CLVII. Breviter ergo, cum duæ causæ, initium habentes ex proposito nostro, ita concurrunt, ut non, quod propositum est, at longe secus, h) præterque opinionem, accidat, fortunæ ludus est : i) ut, si quis occulte thesaurum terræ mandet, dehinc agricola, propositum habens vitem, aliamve quam libet stirpem, propagare, thesaurum illum, dum scrobem molitur, inveniat: certe neque qui condidit, ut alius inveniret; sed ut ipse, cum prolato opus esset, reportaret: nec agricola, ut thesaurum inveniret, sed ut scrobem faceret, laboraverat : &
251 tamen uterque usus fortuna est inopina. Quare sic etiam fortuna recte definiri potest: *Fortuna est concursus simul cadentium causarum duum*, k) *originem ex proposito trahentium; ex quo concursu provenit aliquid præter spem cum admiratione.* Ut si creditor, ob diu frustra repetitum debitum, procedat ad forum, instruendorum gratia patronorum: eodem etiam debitor, mercandi causa : dehinc conventus debitor, arbitris patronis, diu tractum debitum repræsentet. Diversa quippe causa utrisque procedendi fuit: & est illud potius actum, quod propositum non erat, quam quod jam pene agebatur. Erit ergo etiam *Casus, concursus simul atque una accidentium sine ratione causarum in vita carentibus, vel mutis, animalibus:* ut cum clausæ feræ, stabulis evasis, rursum ad eadem stabula revertuntur ultro: cumque ultro dicimus saxum concidisse. Ac de fato quidem, deque iis, quæ in hominis potestate sunt, Fortuna quoque, & Casibus, satis dictum.

CLVIII. Sed quia sunt aliqua l) quæ contra hæc è diverso dicuntur, proponenda sunt, & diluenda. Tunc demum enim firmis
erit fundamentis locata Platonis sententia. 252
Ajunt ergo, si Deus cuncta ex initio scit, m) antequam fiant; nec sola cœlestia, quæ felici necessitate perpetuæ beatitudinis, quasi quodam fato, tenentur, sed illas etiam nostras cogitationes, & voluntates, scit: scit quoque dubiam illam naturam, tenetque & præterita, præsentia, & futura, & hoc ex initio: nec potest falli Deus: omnia certe ex initio disposita atque decreta sunt, tam ea, quæ in nostra potestate posita esse dicuntur, quam fortuita : nec non subjecta casibus. Porro cum hæc omnia jamdudum decreta sint, cuncta, quæ proveniunt, ex fato provenire concludunt. Leges etiam, & exhortationes, & obiurgationes, & disciplinas, quæque hujusmodi sunt, omnia teneri fatalibus conditionibus. Quando si cui quid accidere decretum est, una etiam decretum sit, n) cujus ope, vel beneficio, debeat provenire : ut si cui salus proventura erit in navigando, proveniat ei non alio o) quoquam, sed illo gubernatore, navim regente, vel si cui civitati proventurum erit, ut bonis utatur institutis, & moribus, ut Spartæ,
Lycurgi legibus hoc debeat provenire. Item 253
si quis erit justus futurus, ut Aristides, huic educatio parentum adjumento sit, in justitiæ, atque æquitatis, obtentu.

CLIX. Artes quoque sub fati cadere decretum, manifestum esse ajunt; nam & hinc jamdudum esse ordinatum, quis æger, quo medente, revalescat : denique fieri frequenter, ut non à medico, sed ab imperito, curetur æger; cum talis erit conditio decreti. Similis ratio est laudum, vituperationum, animadversionum, præmiorum. Fit enim frequenter; ut, adversante fato, quæ rectè gesta sunt, non modo nullam laudem, sed contra reprehensionem, suppliciaque, afferant. At vero divinationem dicunt clare demonstrare, proventus jamdudum esse decretos. Neque enim, nisi decretum præcederet, ad rationem ejus accedere potuisse præsagos. Animorum vero nostrorum

h) Ita lego cum Rigalt. pro *& longe secus.*

i) Non tamen sine Divina Providentia, & θεία τύχη ut Apollonius Tyanensis pulchre docuit Phraotem regem cum judex ipse sederet inter emtorem & venditorem agri, in quo dehiscens terra capsam plenam auro patefecerat, apud Philostratum II. 39. Ac si verum volumus, fortuna & casus nihil omnino sunt in rerum natura sed dicuntur modo in relatione ad nos, quod illa neque proposueramus nobis, neque prævideramus, cum alioqui causas suas utique habuissent, providentiæ Divinæ & naturæ rerum consentaneas.

k) Rigalt. *duarum.*

l) Idem legit *aliquanta*, ut p. 263.

m) Hanc objectionem à præcognitione DEI petitam diluit noster infra p. 253. cui jungendus Ammonius in librum Aristotelis περὶ ἑρμηνείας p. 57. Proclus libro de fato ad Theodorum Mechanicum &c. Boëthius de Consolatione Philosophiæ lib. V. prosa 4. seq. Quod autem certa DEi præscientia consistere possit cum libertate voluntatis, &, quæ contingit fieri, per illam præcognitionem neutiquam fieri cogantur, clarissime patet exemplo stantis in alta turri, & quæ infra aguntur certissime videntis, nec tamen ideo vel tantillum impedientis agentium libertatem.

n) Hujusmodi res, *confatalia*, συνειμαρμένα Stoicis appellabantur. Confer Ciceronem ac Plutarchum libris de fato. Rigaltius legit; *una etiam illud decretum sit*, nescio an ex MS. Codice.

o) Idem, *non ex alio.*

rum motus nihil aliud esse, quam ministeria decretorum fatalium. Siquidem necesse sit, agi per nos, agente fato. Ita homines vicem obtinere eorum, quæ dicuntur, sine quibus agi non potest p) : sicut sine loco esse non potest motus, aut statio.

CLX. Adversum quæ tam pugnaciter, &
154 ipso fato violentius instituta, quid respondebimus? Quod Deus sciat quidem omnia, sed unumquodque pro natura suâ ipsorum sciat: necessitati quidem subjugatum, ut necessitati obnoxium: anceps vero, ut quod ea sit naturâ præditum, cui consilium viam pandat. Neque enim ita scit ambigui naturam Deus, ut quod certum, q) & necessitate constrictum: sic enim falletur, r) & nesciet: sed ita, ut pro natura sua vere, dubium sciat. Quid ergo dicimus? Deum scire omnia, scientiamque ejus ex æternitate solidari. Porro, quæ, sciuntur, s) partim divina esse, & immortalia: partim occidua, & ad tempus. Immortalium rerum substantiam fixam, & stabilem, fore: mortalium mutabilem, & dubiam, aliasque aliter se habentem, ob naturæ inconstantiam. Ergo etjam scientia Dei, de divinis quidem, quorum est certa, & necessitate perpetua munita, felicitas, certa, & necessaria, scientia est: tam propter ipsius scientiæ certam comprehensionem, quam pro eorum, quæ sciuntur, substantia. At vero incertorum necessaria quidem scientia, quod incerta sint: & in eventu ambiguo posita. Nec enim possunt aliter esse, quam
155 est natura eorum: ipsa tamen in utranque partem possibilia sunt, potius quam necessitatibus subjugata.

CLXI. Non ergo etiam dubia ex initio rigide disposita, atque decreta, sunt: nisi forte t) idipsum, quod incerta esse, & ex ancipiti eventu pendere, debeant. Quare quod animæ quoque hominis natura talis sit, ut interdum ad virtutem se applicet; interdum ad malitiam præponderet, perinde ut corpus, modo sospitati, modo ægritudini proximum: fixum plane est, & decretum ex origine. Quis porro malus sit futurus, aut bonus, neque decretum, neque imperatum. Propterea que leges, magisteria, deliberationes, exhortationes, revocationes, institutiones, nutrimentorum certa observatio, laus, vituperatio, quæque his similantur: quia rectè vivendi optio penes nos est.

CLXII. Si igitur, eorum quæ sunt, pleraque juris nostri sunt; u) alia extra nostram potestatem: nostra quidem appetitus, judicium, voluntas, consensus, præparatio, electio, declinatio; aliena vero, divitiæ, gloria, species, fortitudo, cæteraque, quæ potius optare possumus, quam vindicare: recte dicitur, si quis forte velit, quæ 156
non sunt in potestate nostra, nostri juris esse præsumere, nihil sapere. x) Consequenter ergo etiam is qui, quæ nostra propria sunt, præsumit aliena, nihil, opinor, sapit. Denique nullus laudatur ob adeptionem secundorum, quæ in hominis potestate non sunt, nisi forte putatur beatus: y) prosperitas enim non est in ejus arbitrio. At vero in justitiæ contractibus, temperantiæque negotiis, in cæterarum virtutum observantia; jure laudamur, siquidem virtus libera: contraque agentes reprehendimur, quod dare operam, ut peccemus, existimemur.

CLXIII. Dicunt porro, non spontanea esse delicta; ideo quod omnis anima, particeps divinitatis, naturali appetitu bonum quidem semper expetit: errat tamen aliquando in judicio bonorum, & malorum. Namque alii nostrum summum bonum voluptatem putant, divitias alii, plerique z) gloriam, & omnia magis, quam ipsum verum bonum. Est erroris causa multiplex. Prima quam Stoici duplicem perversionem a) vocant. Hæc autem nascitur tam ex rebus ipsis, quam ex divulgatione famæ. b) Quippe mox natis, exque materno viscere 157
decidentibus, provenit ortus cum aliquanto do-

p) Ut homo sit causa sine qua non, vel instrumentum fati, materiæ rerum quæ aguntur per quas aguntur, quod refellitur infra cap. CLXIX.

q) Male in editis erat *incertum*.

r) Falletur rem dubiam & ambiguam pro certa habendo.

s) Ita recte edit. Paris. pro *sequuntur*. t) Al. *ni forte*.

u) *Pleraque* ut jam sæpe monui, Chalcidio sunt *aliqua*. Idem autem hoc loco dicit quod è Stoicorum schola Epictetus in limine Enchiridii: τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ἔργα. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

x) Idem Epictetus c. 19. ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ἐπὶ σοὶ, θέλεις ἐπὶ σοὶ εἶναι.

y) εὐδαιμονίζεται, μακαρίζεται, beatus celebratur & felix cui bona præ cæteris contigerunt. Sed laudatur qui, cum posset in vitium deflectere, in virtutis tramite perstitit. Prudentius Hamartigenia;

Quæ laus porro hominis vel quod meritum sine certo
Inter utramque viam discrimine vivere juste &c.

z) Aliqui.

a) In ὀρέξει & ἐκκλίσει, desiderio suavium & aversatione injucundorum.

b) Divulgationem famæ vocat τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα & falsas de rebus opiniones, quas nobis à teneris persuadent, quicunque nobiscum versantur, infra cap. CLXV.

dolore, propterea quod ex calida atque humida ſede ad frigus, & ſiccitatem aëris circumfuſi, migrent. Adverſum quem dolorem, frigusque c) puerorum, oppoſita eſt medicinæ loco artificioſa obſtetricum proviſio: ut aqua calida confoveantur recens nati, adhibeaturque vices & ſimilitudo materni gremii ex calefactione, atque fotu quo laxatum corpus tenerum delectatur, & quieſcit. Ergo ex utroque ſenſu tam doloris quam delectationis, opinio quædam naturalis exoritur; omne ſuave, ac delectabile, bonum: contraque, quod dolorem afferat, malum eſſe, atque vitandum.

CLXIV. Par atque eadem habetur ſententia de indigentia quoque, ex exaturatione, blanditiis, & objurgationibus, cum ætatis fuerint auctioris: propterea que confirmata eadem ætate in anticipata ſententia permanent: omne blandum, bonum, etiam ſi ſit inutile, g)omne etiam laborioſum, etiam ſi commoditatem afferat, malum exiſtimantes. Conſequenter divitias, quod præſentiſſimum ſit in his inſtrumentum
158 voluptatis, eximie diligunt: gloriamque pro honore e)amplexantur. Natura quippe omnis homo laudis, atque honoris, eſt appetens. Eſt enim honor virtutis teſtimonium. Sed prudentes quidem, verſatique in ſciſcitatione ſapientiæ, viri ſciunt quam, & cujusmodi, debeant excolere virtutem. Vulgus vero imperitum, propter ignorationem rerum, pro honore gloriam, popularemque exiſtimationem, colunt; pro virtute vero vitam conſectantur voluptatibus delibutam; poteſtatem faciendi, quæ velint, regiam quandam eſſe eminentiam exiſtimantes. Natura ſiquidem regium eſt animal homo, f) &, quia regnum ſemper comitatur poteſtas, poteſtati quoque regnum obſequi ſuſpicatur: cum regnum juſta ſit tutela parentum. Simul, quia beatum neceſſe eſt libenter vivere, g) putant etiam, qui cum voluptate vivant, beatos fore. Talis error eſt, opinor, qui ex rebus ortus, hominum animos poſſidet.

CLXV. Ex divulgatione h) autem ſuccedit errori ſupradicto ex matrum, & nutricum votis de divitiis, gloriaque, & cæteris, falſo putatis bonis, inſuſurratio; terriculis etiam, quibus tenera ætas vehementius 159
commovetur, nec non inſolitis i) & omnibus hujusmodi, perturbatio. Quin etiam corroboratarum mentium delinitrix poëtica k) & cætera ſcriptorum, & auctorum, opera magnifica, quantam animis rudibus invehunt juxta voluptatem, laboremque, inclinationem favoris? Quid pictores quoque, l) & fictores? nonne rapiunt animos ad ſuavitatem ab induſtria? Maxima vero vitiorum excitatio eſt in corporis, atque humorum animi, concretione: quorum abundantia, vel indigentia, propenſiores ad libidinem, aut iracundiam, ſumus. m) His accedunt vitæ ipſius agendæ, fortisque diſcrimina, ægritudo, ſervitium, inopia rerum neceſſariarum. Quibus occupati à ſtudiis honeſtis ad conſentanea vitæ inſtituta officia deducimur, atque à cognitione veri boni revocamur. Opus ergo futuris ſapientibus tam educatione liberali, præceptisque ad honeſtatem ducentibus, quam eruditione à vulgo ſeparata: jubendaque eis, n) & ſpectan-

c) Ita Doblerus, pro *fotuſque*.

d) Verba: *omne blandum, bonum, etiamſi ſit inutile*, ex edit. Pariſ. revocavi.

e) δόξαν ἀντὶ τιμῆς, falſam gloriæ opinionem pro vero honore quem *præmium virtutis* vocat Cicero Bruto c. 81. noſter mox *virtutis teſtimonium*. Præclare Claudianus in Conſulatum Manlii Theodori:

Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque late
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus ullis
Erigitur plauſuve petit clareſcere vulgi:
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis:
Divitiis animoſa ſuis, immotaque cunctis
Caſibus ex alta mortalia deſpicit arce,
Attamen in vitam blande veſtigat, & ultro
Ambit honor - -

f) Ariſtoteles lib. 1. Politic. c. 2. & lib. 3. c. 4. ſcripſit hominem eſſe φύσει πολιτικὸν ζῶον, quod Seneca lib. 2. de Clementia c. 4. ita expreſſit: *homo ſociale animal, communi bono genitus.* Idem lib. 4. de beneficiis c. 18. ex hoc ipſo notat rerum potiri hominem: *Societas illi dominium omnium animalium dedit: ſocietas terris genitum in alienæ naturæ tranſmiſit imperium & dominari etiam in mari juſſit.* Chalcidius autem *regium animal* vocat hominem ideo, quod etiam hominibus aliis regnare homo quilibet longe malit quam obſequi.

g) Libenter vivere eſt ex animi ſententia vivere laute ac delicate. Vide quæ viri docti ad illud Comici Eunucho V. 9. 44. *cum illa libenter vivis.*

h) Ex divulgatione famæ. Alteram hanc erroris hominum cauſam aſſignaverat cap. CLXIII.

i) Ita Grotius uno vocabulo, pro *in ſolitis*. Rigaltius *in ſolatiis*.

k) Hinc eſt quod Poëtas è Rep ſua excelle voluit Plato.

l) Confer ſi placet Franciſcum Junium de pictura veterum p. 29. ſeq. edit. ſecundæ.

m) Etiam his tamen perſpectum, ne quis per ea coactum ſe ad ſcelera cauſari poſſit. Vide infra cap. CLXXIX.

n) Rigalt. *videndaque eis*: & mox, *quæ protelent ad ſapientiam.*

ſpectanda, ſunt lecta omnia, quæ pertinent ad ſapientiam.

260 CLXVI. Ante omnia divino præſidio opus eſt ad perceptionem o) bonorum maximorum. Quæ cum ſint propria divinitatis, cum hominibus tamen communicantur. Corporis quoque obſequium ſufficiens animæ viribus eſſe debet ad tolerandum exercitii laborem. p) Oportet autem ſufficere præceptores bonos, propoſitumque id, quod ſortiti ſumus ſinguli, numen. q) Quippe Socrati dicitur à pueris comes dæmon, r) rerum agendarum præceptor, fuiſſe; non ut hortaretur eum ad aliquem actum, ſed ut prohiberet, s) quæ fieri non expediret. Propterea quoque, quæ in hominis poteſtate ſunt, ſi per imprudentiam agantur, cum agi ea ſit inutile, cladem afferant: t) quod à Socrate arcebat benivolum numen. Divinatio vero neceſſitati quidem ſubjectarum rerum, ambiguarum etiam, ſed quarum jam ſtatilis u) completus ſit exitus, vera eſt, & complexibilis: x) ſi modo divinatio y) dicenda eſt. Quippe quæ ſemel acciderunt, infecta eſſe non poſſunt.

CLXVII. Ambiguarum vero, quarum exitus adhuc pendent, nondum præcedentibus meritis, z) ambigua eſt, & obliqua: a) ut eſt illa Apollinis,

Perdet Crœſus, Halyn transgreſſus, maxima regna. b) 261

Iſtic enim tria erant, niſi fallor, ambigua: Unum, utrum Cyri, & Perſarum, regnum eſſet periturum; alterum, an ipſius Crœſi potius, & Lydium: tertium, utrum conditionibus juſtis bellum deponeretur. Hoc quippe fieri poterat; & depoſitorum bellorum aliquot exempla præceſſerant: ſed quia voluntas utriusque adverſabatur armorum depoſitioni, cum & Cyrus fera quadam eſſet natura, & glorioſa; Crœſus vero confidens, potentiæque præcupidus: decretum, quod ſequebatur, ratum erat, factum ex utriusque propoſito, pacem inter eos minime futuram. Supererat igitur ex reliquis alterutrum, idque erat dubium; cujusnam regnum extingueretur: propertereaque dubia ſors, dubiique intellectus proceſſit oraculum; ut quodcunque accidiſſet, id prædictum ab Apolline videretur.

CLXVIII. Sunt aliæ prædictiones conſiliorum examini ſimiles. Quia cum ſit in 262 noſtra poteſtate deligere ex incertis alterum, ne in delectu peccetur ex ignoratione, ſuadet hominibus, quid ſit optandum, propitia Divinitas: ut Argivis, per oraculum

 quæ

o) Ita recte Rigalt. & Doblerus pro *praceptionem*. Similis error jam notatus à viris doctis in codicibus quibusdam Apuleji de Philoſophia Morali ſub init.

p) Hinc Plato ſuadet animum ad virtutes confirmari & corpus ad ſanitatem διὰ πόνων καὶ γυμνασίων καὶ διαίτας καθαρωτάτης. In hoc ipſo Timæo. Confer Galenum πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστι τὸ ὑγιεινόν.

q) Hinc ille εὐδαίμων cui *bona mens*, nam ut Xenocrates Platonis diſcipulus apud Ariſtotelem 2. Topic. cap. 2. δαίμων ἑκάστου ψυχή. *Dæmon ſua cuique anima.* Euripides Socratis amicus apud Theonem p. 60. progymnaſmatum, τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου ἔφησεν εἶναι Θεόν. *Suam mentem cuique pro numine dixit eſſe.*

r) Cicero 1. de divinat. cap. 54. *Hoc nimirum eſt illud quod à Socrate accepimus, quodque ab ipſo in libris Socraticorum* (ut apud Platonem in Apologia, in Phædro, in Theage &c. Xenophontem 1. ἀπομνημονευμ.) *ſæpe dicitur, eſſe divinum quiddam quod dæmonium appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſæpe revocanti.* Confer Plutarchum & Apulejum ſingularibus libris: atque deſideratiſſimum Godtridum Olearium noſtrum in erudita de Socratis dæmonio diatriba, Lipſiæ A. 1702. edita.

s) Socrates apud Platon. in Apologia: ἀεὶ ἀποτρέπει με τούτου ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει δὲ οὔποτε, φωνή τις γιγνομένη.

t) Ita edit. Pariſ. pro *afferunt*. Eſt autem *afferant* in modo potentiali poſitum, pro, poſſint vel ſolent afferre.

u) Rigalt. *fatalis*.

x) Divinationis genus quod intelligere & complecti mente poſſis, quia certo futura, certo prænunciat. Si hoc non placet, eſt qui ſuſpicatur legendum *completibilis*, quam neceſſe eſt compleri.

y) Quoniam μαντικὴ ſive divinatio, futurorum eſt, & harum rerum jam completus exitus ponitur.

z) Merita appellat conditiones ex parte hominis præcedentes, à quibus futurus exitus pendet, ut a Crœſo bellum adverſus Perſas ſuſceptum.

a) Ita ſcripſi ex edit Pariſ. nam in Leid. legebatur: *eſt & obliqua ut eſt ambigua.*

b) Græca oraculi verba apud Herodotum lib. 1. c. 53.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει

quæ ita Latine reddit Cicero 2. de divinat. cap. 56.

Crœſus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.

Tangunt Ariſtoteles III. 5. Rhetor. Dio Chryſoſt. X. p. 149. Euſebius V. 20. 21. præparat. Evangel Theodoritus X. de curat. Græcar. affect. Nonnus hiſt. 94. in Nazianzeni ſtelitœticas, Suidas in κροῖσος & λοξίας, aliique innumeri. Apollonius Tyanenſis Epiſt 56. ad Sardianos: κροῖσος ἀπέβαλε τὴν Λυδῶν ἀρχὴν Ἅλυν διαβὰς, ἐλήφθη ζῶν, ἐδέθη πέδαις, ἐπὶ πῦρ ἀνεβιβάσθη, τὸ πῦρ εἶδεν ἡμμένον, αἰρόμενον εἰς ὕψος, ἔζησεν, ἐδόκει γὰρ τῷ Θεῷ τετιμημένος.

quærentibus, an adversum Persas bellum suscipi conveniret, responsum est: c)

Vicinis offensa Deo charissima plebes,
Armorum cohibe munimina, corporis omne
Discrimen sola capitis tutabitur umbra.

Sciebat enim, quid esset eligendum, quodque optio penes hominem; id vero, quod sequitur optionem, penes fatum.

CLXIX. Hebræis quoque consilium datum est à Deo d) cum prædictione rerum futurarum, in istum modum: *Si præceptis meis parebitis, bona terrarum omnia penes vos erunt. Lac itaque, & melliflui fluctus,* e) *non deerunt. Si contemseritis, pœnarum imminentium seriem divina vox prosecuta est.* Quippe quod esset dubium id, quod erat positum in hominis potestate, parere, vel contemnere jussa cœlestia. Quod si optionem
263 eorum præcederet decretum inevitabile, necessarioque contemnendum esset; abundaret prædictio, abundarent etiam promissa, & minæ. Est igitur aliquid in hominis potestate, nec sunt homines, ita ut à contrasentientibus asserebatur, f) materiæ rerum earum, quæ aguntur, per quas aguntur: sed causa præcedens, quam sequitur, id quod ex fato est.

CLXX. Sed præter spem aiunt aliquanta provenire. Scimus; & horum omnium duplex genus. Unum eorum, quæ perraro accidunt; g) quæ vel forte proveniunt, vel casu aliquo importantur: ut ex hominibus portenta nasci. Alterum, quod frequentius quidem provenit, sed originem sumit ex humani judicii depravatione: cum vel à potentibus iratis, vel ab inimicis, res judicantur, ut accidit Socrati: ejusque h) populi judicio cum vir justissimus condemnatus est Aristides, i) vel cum prophetæ k) à consceleratis unus membratim sectus, alter obrutus saxis. Num quid etiam horum causa est penes fatum? nec intelligunt diversas se contrariasque potentias, id est vir- 264
tutem, & item vitia simul, quod fieri non potest, assignare decreto: cum hujusmodi crimina fati propria esse dicunt. Constituant denique, quid esse fatum velint. Virtutem ne divinam? sed non esset causa malorum. An vero animam malignam? l) Sed demum à malitia nihil boni fieri potest; & fato dicuntur etiam bona provenire. Dicent fortasse mixtam quandam esse substantiam. At qui fieri potest, ut unum & idem quid malitia simul & bonitate sit præditum, intemperantiamque & castitatem creet, cæteramque virtutum vitiorumque importet contrarietatem.?

CLXXI. Quæ porro erit de fato existimatio? quod velit certe omnia esse bona, nec tamen possit. Erit igitur imbecillum quiddam, & sine viribus. An potest quidem, nec tamen vult? Hæc vero jam fera est quædam, & immanis, invidia. An vero neque vult; neque potest? At hoc dicere, de fato præsertim, flagitiosum. An & potest, & vult? Erit ergo causa bonorum omnium, nec malorum auctoritas pertinebit ad fatum.

CLXXII. Unde ergo mala? Motu stellarum causarum. Sed ipse motus unde? & 265
utrum volentibus stellis motus ipse talis sit, m) ut ex eodem motu & mala proveniant, & bona: an invitis? Si volentibus; animalia

c) Apud Herodotum lib. VII, cap. 148. & Eusebium VI. 7. præparat. Evangel.

Ἔχθρε περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων πεφυλαγμένος ἧσο,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο. κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

d) Etiam hoc loco Christianum se prodit Chalcidius. Videtur autem respicere locum Esaiæ I. 19. καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. τὸ γὰρ στόμα Κυρίου (*Divina Vox* Chalcidio) ἐλάλησε ταῦτα.

e) Quæ de lactis & mellis abundantia interserit Chalcidius, non leguntur in laudato Esaiæ loco, sed Deut. VI. 3. XI. 9. &c.

f) Supra, p. 253. g) Supra, p. 250.

h) Rigalt. *ejusdemque.*

i) Vide Plutarchum in Themistocle p. 114. & in Aristide p. 322. seq. Notum porro à Themistoclis æmuli factione conflatam Aristidi invidiam, ut ostracismo afficeretur & in decennale exiliũ mitteretur. Ac lepidum est inprimis quod narrat Plutarchus unum è civibus Atheniensibus qui suffragium contra Aristidem ferebat, rogatum quid denique mali fecisset Aristides, respondisse, *nihil, ne novi quidem hominem,* ἀλλ' ἐνοχλοῦμαι πανταχοῦ τὸν δίκαιον ἀκούων, *sed indignor quod justum passim vocari audio.*

k) Puto ex hoc quoque loco haud obscure constare Chalcidium fuisse Christianum. Respicit autem ad dictum Apostoli Hebr. XI. 37. ubi de iisdem Prophetis: ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν. Membratim sectum intelligit Esaiam, Jeremiam obrutum saxis.

l) Materiam, supra p. 228.

m) Ita leg. pro *fit*, cum Rigaltio.

malia sunt stellæ, n) & juxta propositum moventur. Si invitis, nullus est earum actus. Certe autem omnes stellæ divinæ sunt, & bonæ, nec quicquam faciunt mali: aut quædam maleficæ. Sed maleficas esse in illo sancto, & pleno bonitatis, loco quatenus convenit? Cumque omnia sidera plena sint cœlestis sapientiæ, malitiam porro sciamus ex dementia nasci, quatenus convenit maleficas esse stellas dicere? Nisi forte, id quod fas non est, interdum easdem bonas, interdum malignas esse, existimandum: proptereaque promiscue o) beneficia, & maleficia, præbere. Sed hoc absurdum est putare, cœlestem substantiam, una eademque natura præditam, non in omnibus stellis eandem esse: sed plerasque p) tanquam à propria degenerare natura. Sed nimirum hoc invitæ stellæ patiuntur. Et quænam erit illa tanta necessitas, quæ invitas cogat delinquere? & hæc ipsa utrum divina erit anima, an maligna?

CLXXIII. An vero ratio quædam est, ut
166 ajunt, quà omnia fiunt, quæ ad præsens aguntur, quæque futura erunt, provenient? Sed nimirum monstri est simile dicere, ratione fieri, mala, quæ multo verius dicentur nulla ratione. Iniquus est etiam, vel libidinosus. q) Series vero illa causarum inevitabilis unde accipiet exordium, nisi prius merita nostra in quamcunque partem locentur. Illud vero quis ferre possit, quod præter cætera, quæ irreligiose dicuntur, atque existimantur, providentia quoque Dei tollitur hac eorum assertione: simulque omnis divinitas exterminatur? Quid enim faciet Deus, si omnia secundum hanc versutorum hominum affirmationem fient, atque impulsu rapido ferentur pro Necessitatis instinctu? Facit tamen hæc vana præsumptio faciliorem causam nocentibus, quibus licebit, non animi sui perversitatem condemnare, sed de fatali violentia conqueri: facit bonorum vota juxta laudabilem vitam, & impetus prudentiæ, pigriores s) Quare missum faciendum est genus hominum, ex versutia, & vanitate, concretum; qui ut ipsi putant, adverso fato nati sunt: quibus hæc, & talia, opinari fato provenerit.

CLXXIV. Nos vero divinam legem t) 167
sequentes, repetemus ab exordio, digesto ordine, quæ de fato Plato, veritatis ipsius (ut mihi quidem videtur) instinctu, locutus est. Principio cuncta, quæ sunt, & ipsum mundum contineri, regique, principaliter quidem à summo Deo, qui est summum bonum, ultra omnem substantiam, omnemque naturam, existimatione intellectuque melior; quem cuncta expetunt, cum ipse sit plenæ perfectionis, & nullius societatis indigus: de quo plura dici nunc, exorbitare est. Deinde à Providentià, quæ est post illum summum secundæ eminentiæ, quam νοῦν Græci vocant. Est autem intelligibilis essentia æmulæ bonitatis propter indefessam ad summum Deum conversionem. Estque ei ex illo bonitatis haustus, quo tam ipsa ornatur, quam cætera, quæ ipso auctore honestantur. Hanc igitur Dei voluntatem, tamque sapientem tutelam rerum omnium, *Providentiam* homines vocant; non, ut plerique existimant, ideo dictam, quia præcurrit in videndo, atque intelligendo, proventus futuros: sed quia proprium est divinæ mentis, intelligere; 168
qui est proprius mentis actus, & est Mens Dei æterna. Est igitur mens Dei de intelligendo æternus actus. u)

CLXXV. Sequitur hanc providentiam *Fatum*; lex divina promulgata intelligentiæ sapienti modulamine ad rerum omnium gubernationem. Obsequitur huic ea, quæ secunda mens x) dicitur, id est, anima mundi tripertita, ut supra y) comprehensum est: ut si quis periti legum latoris animam legem vocet. Juxta hanc legem, id est, fatum omnia reguntur, secundum propriam quæque naturam: beatâ quidem necessitate, incommutabilique constantia, cun-

n) Hoc consentaneum Timæi doctrinæ, qui & planetas & stellas fixas habet pro animalibus. Nam de illis loquens, ζῶα ἐγενήθη. Et de his: ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων, ζῶα θεῖα ὄντα. Vide supra p. 204. 211. &c.

o) Edit. Paris. *promisce.* p) Aliquas.

q) Motus puta stellarum, si homines ad mala rapit inique agit vel ex mera ἀλόγῳ libidine.

r) Ita edit. Paris. pro *distinctu.* Paulo ante Rigalt. *fiant* & *ferantur* pro *fient* & *ferentur.*

s) Ita edit. Paris. pro *pigriora.*

t) Etiam hoc loco Christianum se Chalcidius profitetur, refutatoque fato Astrologico, Divinam præfert Legem, hoc est Sacræ Scripturæ de Providentia Divina res humanas moderante certissimam doctrinam, cui etiam Platonem putat suffragari, cujus placita deinceps exponit.

u) Actus æternus intelligens, sive actus æternus intelligendi.

x) Platonis menti accommodate Pœmandri auctor: ὁ δὲ νοῦς ὁ Θεὸς ἀῤῥενόθηλυς ὢν ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων ἀπεκύησε λόγῳ ἕτερον νοῦν δημιουργόν, ὃς Θεὸς τοῦ πυρὸς καὶ πνεύματος ὢν ἐδημιούργησε διοικητάς τινας ἑπτὰ ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον, καὶ ἡ διοίκησις αὐτῶν εἱμαρμένη καλεῖται. Confer. quæ noster p. 267. & infra p. 277.

y) Supra p. 237.

cuncta cœlestia, quippe quæ sint providentiæ vicina, atque contigua. Frequenter vero accidentia naturalia; propterea quia oriuntur, & occidunt, omnia, quæ naturæ lege proveniunt. Simul, quia imitantur naturam ars & disciplina; etiam hæc, quæ artibus efficiuntur, sunt frequentia, proventusque crebri: quæ vero reguntur hac lege, ratione, ordine, ac sine vi reguntur: nihil enim, ratione, & ordine, carens, non violentum; quod vero tale est, non diu perseverat, utpote quod contra naturam suam distrahatur.

269 CLXXVI. Sequuntur ergo Deum propriùm singula; &, ut ait Plato, z) *regem imperatoremque cæli, principem agminis, & ducem sublimem volucri curru, dispensantem omnia, & moderantem, legiones cœlestium angelicarum potestatum, in undecim partes distributa. Solam* siquidem *Vestam manere* ait *in sua sede*; Vestam a) scilicet, animam corporis universi, mentemque animæ ejus, moderantem cœli stellantis habenas, juxta legem à providentià sanctam. b) Quam legem sæpe diximus esse fatum, serie quadam consequentiarum, atque ordinum, sancientem. Volucris vero currus imperatoris Dei, aplanes intelligenda est: quia & prima est ordine, & agilior cæteris omnibus motibus, sicut ostensum est. Undecim vero partes exercitus dinumerat hactenus. Primam, aplanem; deinde, septem planetum; nonam, ætheris sedem; quam incolunt ætherei dæmones; decimam, aëream; undecimam, humectæ substantiæ; duodecimam, terram, quæ immobilis ex conversione mundi manet. Verum hoc fortassis extra propositum, quamvis instituto sermoni concinat: quod fatum
270 sine vi, ac sine ulla necessitate inextricabili, modo salubri, atque ordine, administretur.

CLXXVII. Ex harum ordine rerum demanant illa, quæ rari exempli sunt; quorum partim *fortuna* c) potestatem habet: partim improvisa, & sua sponte, proveniunt, quibus omnibus *casus* dicitur imperare: quæ fatalia quidem sunt, continentur enim edictis fatalibus, nec tamen sunt necessitate violenta. Perinde ut quæ à nobis fiunt, continentur quippe legibus nostris; nec tamen secundum leges proveniunt, quibus utimur. Utputa, jubet lex interfici patriæ proditorem. Quid ergo? Quia proditorem vocat eum, cui pœnam statuit, necesse est ut lex faciat proditorem? Non opinor. Nam proditor quidem sua mala mente, quin potius amentia, prorumpit ad facinus: punitur vero juxta legem. Rursumque lex est: ut qui fortiter bellaverit, d) præmio afficiatur. Hæc lex jubet; non tamen victorem, aut victoriam, lex facit: & tamen lex præmium dat. Propterea que lex generaliter jubet omnibus quæ facienda sint, prohibetque omnes ab inconvenientibus. Sed non omnes obtemperant; nec omnes faciunt, quæ jubentur. Quæ res o- 271
stendit, optionem quidem esse in hominibus, nec eandem in omnibus. Ea vero, quæ sequuntur, id est, legitima, id est, animadversiones, vel præmia, ex lege sancta.

CLXXVIII. Talis est, opinor, etiam lex illa cœlestis, quæ fatum vocatur, sciscens hominibus honesta, prohibens contraria. Sequi porro nostrum est, & à fati jugo liberū: laudari e) vero agentem bene, tam juxta legem, quam juxta commune judicium. Similiter ergo etiam contraria, mentiri quidem, & pessime agere vitam, continetur edicto: & est in hominis arbitrio, ut præcedens. Male porro vitam disponere, proprium est hominis, propterea que puniri plane est ex necessitate fatali; utpote quod legem sequatur. Hæc porro omnia sedem habent in animis hominum; quæ anima libera est, & agit ex arbitrio suo. Optima porro pars animæ ea est, quam descripsit Plato, duplicem habere virtutem: unam, in comprehensione divinarum rerum, quæ *sapientia* est: alteram, in disputatione f) mortalium rerum, quæ *prudentia* nominatur.

CLXXIX. Quod si quis ad humores corporis, naturalemque illam concretionem, g) respiciens, plerosque h) intemperantes, 272
alios porro moderatos homines esse non sine fato putat: & intemperantes quidem, ex humorum

z) Plato in Phædro p. 344. ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος. Τῷ δὲ ἕπεται στρατιὰ Θεῶν τε καὶ Δαιμόνων κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη (apud Origenem VIII. contra Celsum p. 382: κατὰ ἕνδεκα μοίρας τεταγμένη.) Μένει γὰρ ἑστία ἐν Θεῶν οἴκῳ μόνη. Τῶν δ' ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι Θεοὶ ἄρχοντες ἡγοῦνται κατὰ τάξιν ἣν ἕκαστος ἐτάχθη.

a) Confer quæ de Vesta supra p. 215.

b) Al. *sancitam*. Sic infra p. 271. *præmium ex lege sancta* pro *sancita*. & p. 280. *legem quâ sanctum est*.

c) Supra p. 238. d) Al. *pugnaverit*. e) Sic Rigalt. pro *laudare*.

f) Al. *dispositione*. Porro de differentia inter σοφίαν & φρόνησιν, Vide Ciceronem 1. de officiis c. 43 Marinum in vita Procli c. 22. Chalcidium supra p. 230.

g) Supra p. 259. h) Aliquos.

humorum intemperie laborare; moderatos autem, ex felicitate concretionis levari i): eaque omnia decreto fieri: Vera sentit quidem, Est enim natura tributum, ut imbecilla hominum natio, vel laboret improspera concretione, vel adjuvetur moderata, in proventu k) honestatis. Ideoque adversum hujusmodi vitia, rationis consiliique salubritas opposita est providentiæ lege. Siquidem avaritia, libido, crudelitas, cæteræque hujusmodi pestes, nihil in pueritia grande designent; sed sint confirmata jam ætate, noxia: tunc, opinor, cum etiam salubritas consilii confirmatur. Cui auxiliatur decus studiorum honestiorum, prodest benivolorum reprehensio, medetur animadversio. Contraque adversis rebus l) obtunditur pravitas mentis, atque insolescit.

CLXXX. Ideoque ob consortium corporis est inter homines, bestiasque, & cætera vita carentia, societas, communioque, corporeorum proventuum. m) Siquidem nasci, nutriri, crescere, commune est homi-
173 nibus cum cæteris; sentire vero, & appetere, commune demum hominibus, & mutis tantum, ac ratione carentibus animalibus. Cupiditas porro n) atque iracundia, vel agrestium, vel mansuetorum, appetitus irrationabilis o) est. Hominis vero, cujus est proprium, rationi mentem applicare, rationabilis. p) Ratiocinandi enim, atque intelligendi, sciendique verum, appetitus proprius est hominis, qui à cupiditate, atque iracundia, plurimum distat. Illa quippe etiam in mutis animalibus, & multo quidem acriora * cernuntur. Rationis autem perfectio, & intellectus, propria Dei, & hominis tantum.

CLXXXI. Atque inter ipsos homines non peræque. Compugnant quippe in hominum commotionibus q) invicem cupiditas, iracundiaque, & item ratio, obtinetque adversum se vicissim. Ratio, ut apud Homerum, cum Laërtius juvenis r)

Pectore pulsato mentem castigat acerbe,
Quin toleras mea mens? etenim graviora tulisti.

Quippe in illius animo ratio tunc iracundiam subjugabat. Apud Euripidem contra in Medeæ mente sæva iracundia rationis lu- 174
men extinxerat. Ait enim: s)

Nec me latet nunc quam cruenta cogitem,
Sed vincit ira sanitatem pectoris.

Usque adeo salubri consilio viam clauserat immoderatus calor t) pellicatus.

i) Edit. Paris *fieri putat*. k) Al. *portenta* male.

l) Per adversas res ne calamitates intelligas hoc loco, quibus insolescere pravitas mentis non potest: sed vitia bono consilio salubrique admonitioni contraria, illis enim pravitas mentis obtunditur, hoc est stultior & insolentior redditur.

m) *Corporeos proventus* vocat ea quæ corporibus accidunt, & quæ mox ipse enumerat. Sic paullo ante dixerat *proventum honestatis*.

n) Ita Rigalt. pro *vero*.

o) ὁρμὴ ἄλογος, ἐπιθυμία, ὀργή.

p) λογικὴ ὄρεξις Rationabilis appetitus homini proprius Male in Leid. exciderat hoc loco vocabulum *rationabilis*, quod ex edit. Paris. revocavi. Mox *enim* scribere jussit sententia & nexus orationis pro *tamen*, quæ duo compendiis librariorum non raro inter se permutantur.

* Notum illud: *Nos aper auditu præcurrit, aranea tactu, lynx visu* &c.

q) Rigalt. *Compugnant quippe in hominum se commotionibus invicem.*

r) Ulysses apud Homerum Odyssea υ. versu 17.

Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ.
Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Laudant hanc τοῦ λογιστικοῦ πρὸς τὸ θυμικὸν παραίνεσιν Plato Phædone, Isidorus Pelusiota lib. IV. Epist. 25. aliique multi quos vide in Gnomologia Jacobi Duporti.

s) Ita legendum pro *id enim*, & versus expressi ex notissimis illis Euripidis Medea, vers. 1078.

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακά
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Geminas aliorum veterum descriptiones hominis qui transversum se affectuum impetu adversus rationem trahi patitur, collegerunt Tho. Gatakerus p. 114. Adversar. & Grotius ad Matthæi XIV. 9. qui Medeæ verba apud Tragicum ita μεταφράζει·

Et ipsa video, moliar quantum mali,
Sed mihi subegit ira vim prudentiæ.

S. Maria apud Gregorium Naz. in CHristo patiente p. 264.

Καὶ προβλέπω μὲν ταῦθ' ὅπως ἔσται τάχα,
Λύπη δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν ἐλπισμάτων.

Homo excelsi ingenii, cujus conatibus obstat res angusta domi apud Lucian.

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω καλά,
Πενία δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

t) Rigalt. *dolor*. Sed *caloris* vocabulum iterum extat pro fervido iræ indignantis impetu infra p. 285.

CLXXXII. Ergo in animo continentis viri semper plus consilium potest: intemperantis imbecillitas adversum rationem vitiosis animi partibus suffragatur. Sæpe etiam hæc ipsa vitia se invicem impugnant: ut in adolescente Terentiano, u) qui, adversum acerrimas amoris flammas resistens, honesta iracundia nititur; cum negat iturum se ad conspectum amicæ ultro arcessentis, ut exclusum indigne revocet lenocinio, blanditiisque meretriciis. Ergo hæc, de quibus intra arcana pectoris disceptamus, quæque, utrum facienda nec ne sint, deliberamus, & postremum, x) tanquam lata sententiâ, decernimus, quatenus non sunt propria nostra nisi forte ideo, quia commoti, vel depravati, libidine, disceptatores idonei non sumus: cum æquum judicium carere tanquam gratiæ, misericordiæque, anticipationibus debeat.

CLXXXIII. Sed prædictio, inquiunt, futu-
275 rorum jamdudum disposita, atque ordinata, esse testatur. Hæc porro dispositio, atque ordinatio, *fatum* vocatur. Immo hæc ipsa prædictio fatalem necessitatem dominari negat usquequaque. Siquidem prædictio rationabilis sit existimatio sortis futuræ; quæ non in rebus certis, & necessitate constrictis, sed incertis, atque ambiguis, prævalet. Quis enim præsagum consulat de recens nato, utrum mortalis, an immortalis, sit futurus? Sed illud potius, quod est dubium, quæri solet; quam prolixa vitæ spatia fortitus esse videatur: & utrum dives, an pauper: elataque, an plebeja sit, atque humili, fortuna futurus. Quæ cuncta observatione, scientia, artificiosa quoque solertia, colliguntur. Aut enim alitum volatu, * aut extis, aut oraculis homines præmonentur: prædicente aliquo propitio dæmone, qui sit eorum omnium, quæ deinceps sequuntur, scius; perinde ut si medicus juxta disciplinam medendi prædicat vel exitium, vel sanitatem: aut etiam gubernator, cœli conditionum non ignarus, ex aliqua nubecula prænunciet tempestatem futuram. Quæ cuncta non fato, sed artificiosis rationibus, usque, & experientia, comprehenduntur. 276

CLXXXIV. Æque, cum ex motu siderum prædictio habetur, signa observari solent, ortusque, & obitus, stellarum, & conformationes, ad rationem redactæ, juxta quam fertilitas, sterilitasque, provenit. Omnisque hujusmodi ratio nihil est aliud, quam conjectura rerum earum, quæ vel ad corpus pertinent, vel ad ea, quæ corporis propria sunt: vel ad animam satis corpori servientem. Unde opinor Platonem y) animarum quidem ædificationi Deum opificem præfuisse dicere; eorum vero, quæ animis subtexuntur, aliis divinis potestatibus inferioribus munus, atque officium, esse mandatum: ita ut puræ quidem animæ, sinceræque, & vigentes, florentesque rationibus, à Deo factæ sint: vitiosarum vero partium ejus auctores habeantur hæ potestates, quibus ab opifice Deo talis cura mandata sit.

CLXXXV. Vitiosæ porro partes animi, quæ subtexuntur, ira est, & cupiditas, satis idonea vitæ agendæ instrumenta. Multa quippe sunt, quæ per virilem animi commotionem recte in hac vita fiunt, & vindicantur: quoties justa iracundia comitem se,
& auxiliatricem rationi præbet. Multa et- 277
iam ex cupiditate honesta, vel mediocri, præter libidinum sordes. Sicut igitur puræ mundi animæ regnum in perpetua mundi agitatione permissum est; ita iis animis, quæ homines inspirant, opus fuit ratione, iracundia & cupiditatibus interpolata; ut cum quidem se ad rationem totum animal convertisset, curaret, intueretur etiam cœlestia: cum vero ad terrena despiceret, despectus æque non esset otiosus, sed ex eadem inclinatione, cura rerum terrestrium nasceretur.

CLXXXVI. Ut igitur brevi multa complectar, istius rei dispositio talis mente concipienda est. Originem quidem rerum, ex qua cæteris omnibus, quæ sunt, substantia ejus ministratur, esse summum & ineffabilem Deum: post quem z) providentiam ejus,

u) Phædria apud Terentium Eunucho, scena statim prima:

Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem
Cum accersor ultro? an potius ita me comparem
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit, revocat. Redeam? non, si me observet.

Respiciunt ad hunc locum ex Menandro expressum Horatius lib. 2. sat. 3. 260. seq. Persius sat. V. 172. &c.

x) Rigalt. *ad postremum.* * Confer quæ notavi ad Sextum Empiricum l. contra Physicos sect 132.

y) Verba Platonis in Timæo: Καθ᾽ ὅσον μὲν αὐτῶν (ψυχῶν) ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τ᾽ ἐν αὐτοῖς, τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ἡμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. Τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.

z) Vocula *quem* in Leid. exciderat, sed exstat in Paris.

ejus, secundum Deum, a) latorem legis utriusque vitæ, tam æternæ quam temporariæ. Tertium esse porro substantiam, quæ secunda mens, b) intellectusque, dicitur; quasi quædam custos legis æternæ. His subjectas esse rationabiles animas, legi obsequentes; ministras vero potestates
278 Naturam, Fortunam, Casum, & Dæmones inspectatores speculatoresque meritorum. Ergo summus Deus jubet, secundus ordinat, tertius intimat. Animæ vero, lege agunt. c)

CLXXXVII. Lex porro ipsum fatum est, ut sæpe d) diximus. Cui legi qui pareat, sequaturque principis Dei veneranda vestigia, beatam semper vitam agit: juxta legis perpetuæ sanctionem, quod est juxta fatum. At vero, quæ Dei comitatum animæ neglexerint, rursum & ipsæ, alio quodam, contrarioque, genere secundum fatum vitam exigunt: donec pœniteat eas delictorum suorum, expiatisque criminibus deinceps ad immortalis Dei, & æternam divinarumque potestatum, choros revertantur: & ille legis rigor ex deteriore fortuna transitum fieri sinat ad beatam. Quod fieri certe non posset, si omnia constricta essent uniformi quadam, & rigida, atque irrevocabili, necessitate. Ex quo apparet, *providentiam* quidem omnia intra se circumplexam; tenere quippe omnia, quæ secundum eandem recte administrantur; at vero *fatum* providentiæ scitum est, continet autem ea, quæ sunt in nostra potestate, ut præcedentia: continet etiam meritorum
279 collationem. e) Sequuntur animadversio, & approbatio, quæ sunt fatalia: eaque omnia, quæ casu, fortunave, fiunt.

CLXXXVIII. Quid igitur sibi voluit tractatus hujus tam larga prolixitas? Quia multi nulla cura veri sciendi, sed potius veris rationibus renitendi, & ipsi falluntur, & cæteros in erroris ineluctabilis implicant lubrico: quippe qui ad unam aliquam partem mundanæ administrationis respicientes, tanquam de solida, atque universa, dispensatione pronuntient: quodque in una parte invenerint, id esse in omnibus quoque mundi partibus asseverant: propterea que cum aliquid verum dicunt, verisimiles f) habentur, quamvis compugnantia invicem dicant. Cum autem de parte sentientes perinde habent, tanquam de solido, universoque, sentiant; redarguuntur invicem. Namque fato quædam agi, verum est; & quod quædam in nostra potestate sint, hoc quoque verum esse monstratum est. Quare, qui omnia fato fieri dicunt, merito reprehenduntur ab iis, qui probant esse aliquid in nostra potestate. Demum, qui omnia in nostra potestate con- 280
stituunt, nec quicquam fato relinquunt, falli deteguntur. Quis enim ignoret esse aliquid in fato, & extra nostrum jus? Sola igitur vera illa ratio est, fixaque & stabilis sententia, quæ docet, quædam fato fieri, alia porro ex hominum arbitrio, & voluntate, proficisci.

CLXXXIX. Deinde subnectit leges ipsas, & jura fatalia. Principalem quidem legem, qua cunctis animis ob uniformen naturam ad virtutis vindicationem *æquabilis* fato tribuitur *facultas sine cujusquam præclaratione.* g) Addit secundam legem, h) qua sanctum est, omnes animas, *quæ comitata divinum agmen, spectaverint æternarum, vereque existentium, rerum naturam,* formam hominis induere ad tuenda terrena. *Piæ nationis animal* i) hominem significans; ideo quod in mutis animalibus nulla sit cognitio de Deo. Porro ex iis, quæ ratione instructa sunt, præstantissimum quidem animal id esse, k) quod cæteris cœlestibus animalibus substantiam ex se largiatur, colat autem aliud, multo præstantius, in quo sit origo rerum. Sequi l) vero, quasi per ordinem quendam, inferioris eminentiæ potestates: quæ singulæ potiora quæque 281
venerentur numina. Quia igitur ultimus est homo ex his, quæ ratione utuntur, animalibus, cunctaque meliora, & elatiora, veneratur; jure præcipua religione prædi-

a) Τὸν δεύτερον Θεὸν *post illum summum, secunda eminentia.* supra p. 267.

b) Supra p. 268.

c) Ita bene Rigalt. pro *legem agunt.*

d) ut p. 271. 268. &c.

e) Al. pro *collocationem,* vel *collectionem.*

f) Al. *veracibus similes.*

g) In Platonis Timæo: ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ. *Præclarationem* (nisi *prælationem* legendum sit) Chalcidius vocat, qua aliquid præ altero clarum est atque insigne.

h) Hæc ex Platonis Phædro, iis verbis quæ laudavit jam supra Chalcidius p. 244. ἥ τις ἂν ψυχὴ Θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν.

i) ζῶον τε θεοσεβέστατον. Plato Timæo.

k) Mundum.

l) Ita edit. Paris. pro vitioso, *si qui.*

tum esse dixit. Cumque sit duplex natura hominis, altera melior, altera inferior, lege opus fuit tertia, m) quæ meliora n) distingueret. Est porro melior sexus virilis, muliebris inferior; non quo o) sit aliqua in animis differentia: una est quippe natura: sed diversitas tamen in sexu esse debuit, caduca mortalitate partus substitutionesque desiderante. Denique cum una eademque virtus sit maris & fœminæ, corporum tamen ipsorum diversæ vires sunt; cum eorum alterum calidius, densiusque, alterum sit frigidius, & rarius.

CXC. Sequitur alia lex; quam designat his verbis:

Cumque necessitate decreti corporibus insererentur, corporeaque supellex varie mutabitur, quibusdam labentibus, & aliis invicem succedentibus, membris.	ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, κὴ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν.

Necessitatem nunc vocat usum inexcusabilem, munusque incorporationis: neque 282 enim aliter poterant regi terrena, rationabili anima regente, nisi corporis adhibita conjunctione. Corpus enim terrenum hoc non diu constat; sed torrentis more præcipitis & ipsum effluit, p) & ab effluentibus inundatur. Sunt quippe in eo multi meatus, multaque item emissacula, tam in promptu, & visibilia, quam latentia, & cœca: per quæ fertur humor, atque spiritus, aliæque superfluæ reliquiæ cibi, & potus: quibus egressus, conservationis animalium causa, natura commenta est, & adversum detrimenta egestionis, pro competenti modo, vicem reparat ex humido, & sicco, cibatu, atque extrinsecus circunfusi aëris respiratione. Meatus igitur, ingredientibus omnibus, pro modo, proque magnitudine, eorum natura fabricata est. Idque ipsum est, quod dicit idem Plato: *Quibusdam labentibus,* q) *& aliis invicem succedentibus membris.*

CXCI. Hæc ergo lex illud effecit ante omnia, *sensum ex violentis passionibus excitari.* r) Merito. Vita quippe sine sensu esse non potest. Siquidem inter ea, quæ vivunt, & quæ vita carent, hæc sit, opinor, differentia, ut sentiant hæc, illa sine sensu sint, nascen- 283 tiaque simul cum vita sensum auspicentur: & in dijugio corporis, atque animæ, sentire desinant. Certe sive passio, sive potentia, sive aliquis affectus est, sensus hic animantis est proprius, ex corporis, animæque, copulatione conflatus. Ex *violentis* vero *passionibus*, recte. Nam eadem, ac simili, facilitate anima contemplatur. Contemplatio quippe facilis intentio est. Sensus vero nascitur ex consortio corporis, atque animæ, passionum: & sunt multæ corporis pulsationes ejusmodi, ut neque contingant animam, & sensum, latenterque vanescant; qualis est lapsus in videndo, vel audiendo. Quidam tamen pulsus corporis violentiores sunt, qui ad animam usque permanant.

CXCII. Est ergo *sensus, passio corporis, quibusdam extrapositis, & pulsantibus varie; eadem passione usque ad animæ sedem commeante.* Quæ passio, cum est lenis, t) molliterque palpando potius quam pulsando, corpus movet, consentit anima corporis titillationi. Atque hoc genus sensus *voluptas* cognominatur. Porro si erit asperitate quadam prædita passio, *doloris* nomen accipiet. Ut sit per- 284 spicuum, voluptatem, ac dolorem, species esse sensus: sensum vero ipsum, genus. Omnis porro talis cupiditas mixta est cum voluptatis, & doloris, affectu. Consequenterque amor hujusmodi rerum inter dolorem, voluptatemque, positus invenitur. Spes quippe fruendi, voluptatem creat; dilatio tristitiam, ac dolorem. Quare sequitur sentiendi legem lex amandi; u) *amor* porro conservationi corporis plurimum confert: idemque est auctor successionum. Idem hoc in *ira* quoque reperitur, x) quoties sine ratione, ac sine modo, commovemur, agresti quodam ardore mentis. Adversum quem instruitur anima cautionis salubritate. Quæ nimia facta, transit ad *formidinis* vitium. Itaque cum animi vigor, qui, factus immoderatior, progressus est ad iracundiæ limitem, & item cautio sit animæ data ob tutelam corporis, immoderate crescentia perturbant animum, potius quam regunt.

CXCIV.

m) Plato Timæo: διπλῆς δὲ οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ κρεῖττον εἴη γένος τοιοῦτον ὃ κὴ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ.

n) Ita lego pro *mera.* Vitium, è compendio scripturæ natum.

o) Al. *quod.* p) ῥεῖ ποταμοῦ δίκην, ex noto Heracliti dicto.

q) male edit. Paris. *latentibus.*

r) Verba Platonis in Timæo: πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ τῶν βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι.

s) Rigalt. legit *non.* Sed animæ motum quem dicit eundem esse ac similem, Chalcidius diversis pulsationibus corporis sensibus que opponit.

t) Al. *levis,* minus bene. Nam λεία κίνησις voluptas, τραχεῖα κίνησις dolor. Vide quæ viri docti ad Laërtium II. 86. Possit etiam legi *lævis.*

u) Plato Timæo: δεύτερον δὲ ἡδονῇ κὴ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα.

x) id. πρὸς δὲ τούτοις φόβον κὴ θυμόν.

CXCIII. *Ceterasque*, inquit, *pedissequas earum perturbationes diverso affectu pro natura sua permoventes.*
185 *Quoadusque congruas immanium ferarum induant formas.*

ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα -- ἔνθα καὶ εἰς θηρείου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται.

Pedissequas quidem, *cupiditati, dolorique* cognatas & consentaneas passiones, æmulationem, dicit, invidiam, obtrectationem, & cætera hujusmodi; *voluptati* vero, in alienis malis gaudium, jactantiam, gloriæ vanitatem: *metui* porro, fugam, formidinem: *iracundiæ* nihilominus, sævitiam, feritatem, calorem, y) quæque his sunt proxima. *Diverso*, inquit, *affectu pro natura sua permoventes*, ea videlicet, quæ sunt his ipsis contraria virtutum ornamenta, quæ virtutibus fiunt. *Quæ quidem vitia si frænarent*, inquit, *justam eis, lenemque, vitam fore*, z) Aperte, & ita, ut dubitare nequeamus, sui juris esse animas docet in delectu, atque optione.

CXCIV. Horum omnium præmia etiam constituit. Victricibus vitiorum animis *reditum ad cælestem sedem*, perpetuamque immunitatem. a) Quæ vero se libidine commaculaverint, in munere vitæ secundæ asperiorem, congruamque moribus, & instituto, vitam futuram. Siquidem *ex virili sexu transeant in fæminæ formam*, b) non quod ipsa anima c) sexum mutet, sed dete- 186
rius d) corpus accipiat. Quæ vitam meliorem temperantemque delegerit, ad meliorem fortunam revocabitur. Porro si deterior facta erit, deteriusque vivet, propter nimiam corporis amplexationem, vitæ destinabitur infeliciori, quoadusque ad feræ naturæ perveniat immanitatem. e)

CXCV. Empedocles tamen, Pythagoram secutus, ait eas non naturam modo agrestem & feram sortiri, sed etiam formas varias, cum ita dicit, f)

Nanque ego jamdudum vixi puer, & solida arbos,
Et tali sexu inde animal, tum lactea virgo.

Non juxta sexus g) sylvestrem conversionem, sed in diversorum animantium, ut ipse aliis testatur versibus, quibus abstineri oportere censet animalibus: h)

Mutatos sobolis mactat pater impius artus,
Diis epulum libans; sæva prece territa mente
Hostia, luctifica funestatur dape mensa.
Natus item ut pecudes cadit matremque patremque
Nec sentit charos mandens sub dentibus artus.

Item alio loco: i)

Comprimite o gentes homicidia, nonne videtis
Mandere vos proprios artus ac viscera vestra?

CXCVI. Sed Plato non putat rationabilem animam vultum atque os ratione ca-
Uuuu
ren-

y) Zelotypiam. Sic *Calor pellicatus* supra p. 274.

z) Platonis verba: ὧν εἰ μὲν κρατήσειαν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο.

a) Idem: καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βίου χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ συννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα ἕξοι. Adde supra p. 229. seq.

b) Σφαλεὶς δὲ τούτων, εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι.

c) Ita leg. pro *quod id ipsa anima.* d) Rigalt. *deterioris sexus.*

e) Verba Platonis: Σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι, χιλιοστῷ δὲ ἔτει ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ βίον ἑκάστη, ἔνθα καὶ εἰς θηρείου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται.

f) Versus Græci Empedoclis, laudati à multis, ut Philostrato I. de Vita Apollon. c. 1. Laërtio VIII. 77. Athenæo in calce libri octavi, Clemente Alex. VI. Strom p. 627. Origene in Philosophum c. 3. Cyrillo VII. in Julian. p. 243. Olympiodoro comment. MS. in Phædonem:

Ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
Θάμνος τ᾽ οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπνοος ἰχθύς.

Respiciunt Hermias irrisione Gentil. c. 4. Tertullianus de anima c. 32. aliique complures.

g) Sensus est, non modo sexus mutationem ab Empedocle ut à Platone statui, sed etiam μετενσωμάτωσιν ab eo doceri in diversi generis animantes. *Conversio sylvestris* Chalcidio est ἀλλοίωσις ὑλική.

h) Versus Græcos Empedoclis servarunt Sextus Empiricus lib. I. adversus Physicos sect. 129. Plutarchus de superstitione p. 171. Origenes V. contra Celsum p. 264.

Μορφὴν δ᾽ ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
Σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος· οἱ δὲ πορεῦνται
Λισσόμενοι θύοντες, ὁ δ᾽ ἀνήκεστος ὁμοκλέων
Σφάξας ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα.
Ὡς δ᾽ αὔτως πατέρ᾽ υἱὸς ἑλὼν καὶ μητέρα παῖδες
Θυμὸν ἀπορραίσαντα, φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσι.

i) Græca exstant apud Sextum Empiricum loco laudato:

Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
Ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

rentis animalis induere, k) sed ad vitiorum reliquias accedente corpore, incorporationem, auctis animæ vitiis, efferari ex instituto vitæ prioris, & iracundum quidem hominem, eundemque fortem provehi usque ad feritatem leonis, ferum vero, & eundem rapacem, ad proximam luporum naturæ similitudinem pervenire, cæterorum item. Sed cum sit reditus animis ad fortunam priorem, hoc vero fieri non potest, nisi prius reditus factus erit purus, ad clemens, l) & homine dignum institutum, rationabilis porro consilii correctio, quæ pœnitudo m) est, non proveniat in iis, quæ sine ratione vivunt, Anima quondam hominis nequaquam transit ad bestias juxta Platonem.

CXCVII. Deinde ait:

Pausamque malorum non prius fore, quam consecuta eas similis eademque semper volucris illa mundi circumactio cuncta earum vitia ex igni & aqua terraque & aëre contracta, omnemque inluviem detserit, inconsultis & immoderatis erroribus, admodum rationis temperiemque redactis.

ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξει, πρὶν τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπώμενος τὸν πολὺν ὄχλον, καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, λόγῳ κρατήσας εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκετο εἶδος ἕξεως.

288 Eandem semper circumactionem n) motus *intelligentis* animæ significans, similem vero ejus o) cum *deliberat* ut intelligat. Hæ quippe virtutes sunt animæ rationabilis, Inconsultos porro, & immoderatos, errores animæ dicit esse, qui ex igni, terraque & cæteris corporeis elementis, oboriuntur. Adversum quos obnitens anima revertetur ad antiquam divinitatem suam, & habebit naturam bonis meritis competentem.

CXCVIII. *Has leges* ait à magno opifice Deo animis esse *intimatas*: p) causamque intimationis ostendit: *ne qua penes se deinceps ex reticentia noxa resideret auctoritas*: q) volens ostendere, malitiam non ex decreto, ac voluntate Dei provenire hominibus, sed ipsorum vel imprudentia, vel depravatione. Deinde post expositionem legum fatalium r) *sementem facit animarum nostrarum Deus, partim in terra* s) *partim in luna*, quæ *instrumenta temporis* esse dicit, juxta Pythagoram t) quidem, quod ita ut in terra, sic etiam in lunari globo consistant homines, & etiam in cæteris errantibus stellis: juxta se u) vero, quod in aliis libris x) idem asserat, alterna vice fungi munere animas, 289
quibus rerum terrenarum tutela mandatur, ita ut quæ jam fungentur munere primæ, ferantur y) in terra: quæ post has, in lunari globo, ac deinceps alios globos consequenter.

CXCIX. Deinde z) jubet factis à se Diis, id est stellis, *fingere humana corpora* animarum competentium receptacula, iisdemque adhibere cuncta adminicula vitalis substantiæ. Principio appetitum, qui dividitur in iracundiam & cupiditatem, sine quibus corpus mortalis animantis neque esse, neque vero administrari potest. Deinde artes, quæ victum necessarium largiuntur, *cæteraque omnia juxta vires*, a) ut

k) Joh. Baptista Crispus in opere de Philosophis caute legendis, distributione tertia p. 427. seq. non dubitat quod etiam Plato docuerit animos humanos brutarum animantium formis indui. Sed Chalcidii sententiam, hunc errorem à Platone removentis, & sola brutinorum vitiorum imitatione illum θηρίου βίον circumscribentis, tuetur Livius Galantes, quem vide in comparatione Theologiæ Christianæ cum Platonica lib. 1. p. 30. seq. Ex Platonis mente auctor scripti cui titulus κλεὶς inter ea quæ ad Hermetem trismegistum referuntur: ἡ ἀσεβὴς ψυχὴ μένει ἐπὶ τῆς ἰδίας οὐσίας ὑφ' ἑαυτῆς κολαζομένη καὶ γνήσιον σῶμα ζητοῦσα εἰς ὃ εἰσέλθῃ ἀνθρώπειον. Ἄλλο γὰρ σῶμα οὐ χωρεῖ ἀνθρωπίνην ψυχήν, οὐδὲ θέμις ἐστὶν εἰς ἀλόγου ζώου σῶμα ψυχὴν ἀνθρωπίνην καταπεσεῖν. Θεοῦ γὰρ νόμος οὗτος, φυλάσσειν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἀπὸ τοσαύτης ὕβρεως.

l) Ita recte Doblerus, pro *ac clemens*.

m) Supra p. 223. dixit animos hominum *plenos pœnitudinis ob inconstantiam commotionum suarum*.

n) ἡ ταυτοῦ περίοδος.

o) ἡ δὲ ὁμοίου περίοδος.

p) Verba Platonis in Timæo: Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα.

q) Id. ἵνα τοῖς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος.

r) Al. *statilium*. Et mox *facit*, pro *fecit*.

s) Ita scripsit Chalcidius, ut apparet ex p. 47. & ex illis quæ subjungit ubi terræ diserte facit mentionem, Apud Platonem tamen in iis certe Codicibus quos hodice habemus pro terra, Solis mentio. Hæc enim ejus verba: ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς ἥλιον, τοὺς δὲ εἰς σελήνην, τοὺς δὲ εἰς τὰ ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου.

t) Ex Pythagoræ & Philolai aliorumque Pythagoricorum sententia etiam lunam & cæteras stellas incolunt homines. Vide Aristotelem II, 13. de cœlo & ibi Simplicium.

u) Hoc est ex Platonis sententia.

x) *Plato* in *Phædro* p. 344. seq. Confer *Proclum* in Timæum p. 11. 260. 324. seq. & 348. Et quæ de ἀνόδῳ animarum per septem Planetarum Zonas, *Pœmandri* scriptor c. 24. Macrobius lib. 1. in somnium Scip. c. 11.

y) Al. *ferantur*.

z) Platonis verba in Timæo: Τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς, σώματα πλάττειν θνητά, τό, τε ἐπίλοιπον ὅσον ἔτι ψυχῆς ἀνθρωπίνης δέον προσγενέσθαι.

a) ut quam optime mortalis natura regatur. *Juxta vires*, videlicet non efficientium, sed eorum quæ efficiebantur: propterea quod homines tam ad bonitatem, quam ad malitiam, inclinationes habent. Ex quo fit, ut sæpe ipsi auctores malorum. Talis ergo fuit ordinatio summi opificis Dei: b) ut quod erat in corpore mortali minime mortale, sed divinum potius, & sempiternum, ipse construeret. Porro quæ dissolubilia unquam essent futura, minoribus ef-
290 ficienda mandaret.

Denique *completa dispositione in suo*, inquit, *affectu manebat.*	καὶ ὁ μὲν δὴ ταῦτα πάντα διατάξας, ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει.

Quid est? Nimirum ut providentia suâ cunctis tam ex æternitate, quam natis, generatisque, consuleret: divinis quidem, & æternis, immortalitatem propagans, c) temporariis vero perennitatem, non jugem, & integram, sed ex successione.

CC. Deinde d) docet ipsam humani corporis ædificationem, sentiendique caussam, & cætera, quæ sensum sequuntur.

Ex mundi, inquit, *materiis igne, terraque, & aqua cum spiritu, fænus elementarium mutuati, quod redderetur cum opus foret*, & cætera.	Πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια, ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν εἰς ταυτὸ λαμβανόμενα κ. τ. λ.

Corpora nostra ex quatuor materiis e) esse composita, in promptu est. Est enim quiddam contiguum in iis, quod tactui f) resistit, idque sine terrena soliditate non est. Est etiam calidum aliud, idemque visibile: porro, quæ talia sunt, sine igni esse non possunt. Est præterea plenum spiritus, ut sunt hæ venæ, quæ arteriæ nuncupantur. Est etiam humor, ut sanguis, & cætera, quæ manant ex corpore. Sed neque humor sine aqua, neque spiritus sine aëre consistet unquam. Est igitur in corporibus nostris aquæ portio, & item aë- 291
ris, nec non ignis, & terræ. Unde opinor hominem mundum brevem g) a veteribus appellatum, nec immerito. Quia totus mundus, & item homo totus, ex iisdem sunt omnibus, corpore quidem easdem materias habente, anima h) quoque unius ejusdemque naturæ.

CCI. *Invisibiles* porro *conjunctiones gomphos* i) appellat; vel minorum corpusculorum coacervationem, ut Diodorus; k) vel eorundem similium inter se conglobationem formabilem, l) ut Anaxagoras; vel supradictorum multiformen implicationem, m) ut Democritus, & Leucippus; vel interdum concretionem, interdum discretionem, n) ut Empedocles; concretionem quidem amicitiam, discretionem porro, & separationem, inimicitiam vocans. Vel, ut Stoici, corporum diversorum usquequaque concretionem. o) Quorum omnium quendam nodum, concatenationemque, dicit esse in minutis, solidisque corpusculis, quæ γόμφους cognominat. Tali igitur humani

a) Τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένοις ἄρχειν καὶ κατὰ δύναμιν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῶον, ὅτι μὴ κακῶν ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον. id.

b) Deus apud Platon. καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τε ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. Τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε.

c) Vitiose in edit. Leid. *propagant.*

d) Hoc loco licet inchoare caput Chalcidiani commentarii octavum *de ortu generis humani.*

e) Supra p. 227. f) Al. *tactu* vel *tactum.*

g) Proclus in Timæum p. 2. μικρὸς κόσμος ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἔστι καὶ ἐν τούτῳ πάντα μερικῶς, ὅσα ἐν τῷ κόσμῳ θείως τε καὶ ὁλικῶς· νοῦς τε γάρ ἐστιν ἡμῖν ὁ κατ' ἐνέργειαν, καὶ ψυχὴ λογικὴ προελθοῦσα ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, καὶ τῆς αὐτῆς ζωογόνου Θεᾶς τῇ ὅλῃ, Καὶ ὄχημα αἰθέριον ἀνάλογον τῷ οὐρανῷ, καὶ σῶμα γήϊνον ἐκ τῶν τεττάρων στοιχείων φυραθὲν, οἷς καὶ σύστοιχόν ἐστι. Isidorus Hisp lib. 1. sententiarum c. 10. *Homo ex rerum universitate compositus, quasi alter in brevi quodam modo creatus est mundus*, Loca Nysseni, Basilii & aliorum vide si placet in thesauro Sviceri, vocabulo μικρόκοσμος. Et Vetustiorum scriptorum apud Lipsium III. 2. Physiolog. Stoic. h) Sic libenter scribo cum Doblero, pro *animam.*

i) γόμφους, *cuneolos* vertit Cicero. Platonis verba, ad quæ respicit Chalcidius, hæc sunt in Timæo: οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις ξυντήκοντες.

k) Συναθροισμὸν ἐλαχίστων καὶ ἀμερῶν σωμάτων, de qua Diodori Croni sententia dixi ad Sextum Empiricum 3. Pyrron. sect. 30. & 1. contra Phys. sect. 363.

l) ὁμοιομέρειαν, quam *æqualitates partium* minus bene reddit interpres recognitionum Clementis lib. VIII. p. 562

m) Συγκρίματα ἐκ δινῶν καὶ περιφερῶν ὄγκων.

n) μίξιν καὶ διάλλαξιν. sive φιλίαν καὶ νεῖκος. infra p. 379. Hippocrati lib. 1. de diæta c. 4. ξυμμίσγεσθαι καὶ διακρίνεσθαι.

o) Μίξιν ἐκ στοιχείων. Vide Laërtium VII. 142. & Stobæum eclog. Phys. p. 29. & 38.

mani corporis exædificatione æternæ animæ *duos circuitus* p) addidisse dicit Deum; qui
292 circuitus animæ opera sunt, quorum alter intelligentia q) est, alter opinio. r) Porro omne quod operatur, sit necesse est. Substantia ergo animæ minime est otiosa. Undique igitur corpus humanum duabus immortalis animæ circumactionibus obligatum, totum atque ex omnidus regionibus s) vitali sustentatur vigore. *Irriguum* t) porro *fluidumque* u) corpus vocat, ob prædictas egestionis & exsaturationis vices.

CCII. *Circuitus porro*, inquit, *ut torrenti rapido, defluoque obligati*, x) Torrentem vocat sylvam corpoream y) propterea quod defluere non desinat, neque unquam maneat in certa & instabili constantia, nectenatur. Animas, ait, corpora *non tenuisse*, *nec* vero ipsas à corporibus *potuisse cohiberi*. Quare animæ corpora non regebant? quia nutui suo a) & velut refrænationi pro arbitrio corpora tunc non obsequebantur. Animæ porro à corporibus demum non tenebantur, quippe cum ipsa corpora ambitu animæ circumtenerentur, & sine complexu ejus mox dissiparentur. *Sed vi ferebant*, inquit, *& invicem ferebantur*. b) Ferebantur quidem, ad vitia cogente indigentia corporis. Ferebant vero eadem corpora, vi-
293 tam salutemque iisdem procurando, quod est proprium munus animarum. Hoc autem utrunque non est sine violentia: quoniam nec animæ, voluntate propria in vitia recidebant: nec corporibus placebat naturales indigentias ferre ac sustinere patienter, utpote quæ naturæ suæ dissolutionem, dissipationemque, ferrent.

CCIII. *Contingebat ergo, ut totum animal moveretur, præcipiti tamen, & inordinata, jactatione*. c) Præclare. Neque enim quod movet sine eo quod movetur motum potest edere; neque demum quod movetur, sine movente: sed utriusque opus est præsentia. Et est, opinor, quod quidem movet, anima: quod vero movetur, corpus. Ex quibus & animalia constant, & motus eorum. Et prorsus hæc omnia spectant eo, ut concipiatur animæ vitæ d) puerilis amentia: quoque modo sensus excitetur omnibus animalibus secundum naturam eorum. *Sex illi motus familiares sunt*. e) Est quippe in his ignis; cujus natura summa, & alta, semper capessit. Est etiam terræ aliquantum, quæ mediam mundi sedem obtinet: est aëreum quiddam, & humectum; quæ duo huc atque 294
illuc late, & prorsus ad omnia, natura sua feruntur. Quorum motuum compos est animal.

CCIV. Mobilior porro anima puerilis, & inquieta, maxime quidem, ob irrationabilem mentis imbecillitatem, nondum ratione firmata. Deinde ob nimium calorem, humoremque in illa ætate abundantem, sicut ipse ait in Legibus, f) pueros nimio ignis luctari calore: propterea que inordinate, sine judicio, improbeque omnino, motus in pueris naturales celebrari. Unde ait, *Immenso quippe gurgite irrigante, & immoderate effluente*. g) Irrigante quidem, cum nimio calore cito confectus cibus resumitur sæpius: effluente vero, juxta necessitatem egestionis. Testatur Hippocrates, h) cibo nimio recreanda esse puerilia sanciens corpora, ne consumantur damnis egestionis. Sed

p) Plato Timæo: τὰς τῆς ἀθανάτυ ψυχῆς περιόδυς (δύο) ἐνέδυν εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον.

q) νόησις. r) δόξα. s) Vocabulum *regionibus* ex edit. Paris. revocavi.

t) ἐπίῤῥυτον. u) ἀπόῤῥυτον.

x) αἱ δὲ (περίοδοι) εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολύν.

y) Hoc ex Heracliti philosophia hausit Plato, cui corpus & materia res neutiquam stabilis sed alteratione agitata perpetuo instar torrentis, ῥέυσα ποταμῦ δίκην. Vide ad Laërtium & Sextum Empiricum.

z) ὔτ' ἐκράτυν, ὔτ' ἐκρατῦντο.

a) Ita Rigalt. recte opinor pro *nutu suo*. Neque enim credibile est antiquato dandi casu uti maluisse Chalcidium, licet supra etium *tactu* habent libri quidam p. 290. pro *tactui*. Ac plura ejusmodi notata Gellio IV. 16. & Vossio II. 18. de analogia.

b) βίᾳ δὲ ἐφέροντο καὶ ἔφερον.

c) Ὥς τι τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῶν, ἀτάκτως μὲν ὅπη τύχῃ προϊέναι καὶ ἀλόγως.

d) Vocabulum *vita* ex edit. Paris. revocavi.

e) Τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον. Sex motus genera intelligit sursum deorsum, ante retro, ad dextram & sinistram. De aliis motus generibus infra p. 317.

f) Plato lib. III. de legibus ideo ante duodevigesimum annum plane abstinere vino jubet pueros & adolescentes, addens causam ὡς ὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν· & lib. VII. ὁ δὲ παῖς, inquit, πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατον. Ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τῦ φρονεῖν μήπω κατηρτυμένην, ἐπίβυλον καὶ δριμὺ καὶ ὑβριστότατον θηρίων γίνεται.

g) Platonis verba in Timæo: πολλῦ γὰρ ὄντος τῦ κατακλύζοντος καὶ ἀποῤῥέοντος κύματος, ὃ τὴν τροφὴν παρεῖχεν.

h) Hippocrates lib. 1. Aphorism. 13. & lib. 1. de diæta c. 18.

Sed adhibitio cibo tenera ætas delectatur, imminuto, aut denegato, dolet. Ex quo fit, ut voluptatem quidem amplexetur, tanquam bonum; offendatur autem dolore, tanquam malo.

CCV. *Etiamque extrinsecus accidunt*, i) frigus, & siccitas; asperior & durior, tactus. Quæ omnia sensus excitant asperos; quæ-
195 que his contraria sunt, jucundos, & voluptarios, in tactu, odoratione, gustatu. Quos quidem k) sensus ait *& initio & nunc usque maximos, & violentos, motus ciere.* l) Quippe sensus, auxiliante sylva, *nimio inordinatoque fluxu totam animam, actusque ejus omnes, violenta concussione turbare.* Cumque sit animæ pars altera sanctior, diviniorque, quæ *mens atque intellectus*, nunquam exorbitans, neque ullis erroribus, falsisve opinionibus derivabilis; *hujus quidem motum cohibuerunt, dominationemque ejus in tota anima compescuerunt, contrarios motus agentes*: m) ut esset quidem intellectus in anima, sed nihil ageret, impedientibus sensibus. At vero illam alteram partem animæ, quæ est *opinio*, perdere quidem omnino non poterant (nam hæc quoque erat prædita divina potentia) nec solvi, nisi ab eo solo, qui connexuerat, valebat ante fatale animæ corporisque dijugium, *coëgerunt tamen adversum naturam suam niti*, n) atque agere actus incongruos; cogentes falsis opinionibus credere.

CCVI. Deinde * admonens eorum, quæ in psychogonia docuerat; o) medietates il-
196 las ait, & analogias, tanquam regione sua, & loco, pulsas: quæ consentaneos motus, animæ cœlestibus tramitibus dirigebant. Illud significans, quod in pueris mens quidem intellectusque ejus omnino sit otiosus, & velut constrictus vinculis, motum ejus prohibentibus. Ratio tamen agat aliquid, cum vel appetit quid tenera ætas, vel judicat, vel imaginatur, non recte licet, ad hæc trahentibus eam sensibus, atque eo genere circumscribentibus, ob supradictas causas, rerumque ignorationem. In quo etiam Aristoteles p) consentit, dicens; initio pueros, & in annum etiamnum lactentis ætatis, omnes quidem viros putare patres; omnes autem fœminas, matres: ætatis tamen accessu discernere, & nonnunquam in discretione falli. Sæpe etiam falsis captos q) imaginibus porrigere ad imaginem manus. Easque omnes *opiniones supinas* r) vocat, cum ea quæ lædunt, commoda, quæque prosunt noxia esse arbitrantur; id est, cum ad voluptatem perniciosam feruntur, offenduntur autem salubri labore. Quod profecto nunquam contingeret, nisi nimium sensibus crederent, qui natura in decipiendo plurimum vigent.

CCVII. Atque ut totam rem plane expediret, exemplo quoque utitur perspicuæ claritudinis. s) Summa dementia est, cum quis 197
non solum ignoret, sed idipsum, quod ignoret, nesciat, proptereaque falsis consentiat imaginibus; quæque vera sunt, falsa esse præsumat: ut cum malitiam quidem prodesse, virtutem vero obesse, perniciemque afferre arbitrantur. Quæ quidem opinio usque ad novissimam ætatem plerosque t) comitatur, qui facere injuriam commodissimum; recte, damnosum putant: proptereaque execrantur. u) Hos Aristoteles senes pueros x) vocat: quod mens eorum à mente puerili minime differat.

CCVIII. Exemplum, quod diximus, ta-

 le

i) Ἔτι μείζω θόρυβον ἀπεργάζετο τὰ τῶν προσπιπτόντων παθήματα ἑκάστοις, ὅτε πυρὶ προσκρούσειε τὸ σῶμά τινος ἔξωθεν ἀλλοτρίῳ περιτυχὸν ἢ καὶ στερεῷ γῆς ὑγροῖς τ' ὀλισθήμασιν ὑδάτων - - αἰσθήσεις ξυνάπασαι κέκληνται. Plato Timæo.

k) Ita editio Paris. pro *idem*.

l) καὶ δὴ καὶ τότε καὶ ἐν τῷ παρόντι πλείστην καὶ μεγίστην παρεχόμεναι κίνησιν μετὰ τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς ὀχετοῦ κινοῦσαι καὶ σφοδρῶς σείουσαι τὰς τῆς ψυχῆς περιόδους.

m) τὴν μὲν ταὐτοῦ, παντάπασιν ἐπέδησαν ἐναντία αὐτῇ ῥέουσαι, καὶ ἐπέσχον ἄρχουσαν καὶ ἰοῦσαν.

n) τὴν δ' αὖ θατέρου διέσεισαν. * Hoc loco incipit caput nonum Chalcidii.

o) Supra p. 115. seq. p) Aristoteles problem. sect. X. 34. q) Ita recte edit. Paris. pro *captivos*.

r) φαντασίας ὑπτίας, Plato Timæo.

s) In edit. Leid. hoc loco plura verba exciderant, quæ ex edit. Paris. restitui.

t) Ad canos usque & τοῦ βίου δυσμὰς aliqui malitiam & stultitiam non deserunt, de quibus Varro Aboriginibus: *Neque vetulus canterius quam novellus melior, nec canitudini comes virtus.* Hujusmodi gravem annis aliquem nequam conspicatus Cato, ecquid senio, inquit, per se non pauca afferenti mala hanc etiam ex malitia turpitudinem adjungis?

u) Virtutem quam debebant amare, detestantur ut incommodam sibi molestamque, & voluptatibus inimicam.

x) παιδογέροντας. Aristoteles libro de senectute. Notum illud de Hermogene Rhetore apud Philostratum & Suidam. ὁ ἐν γέρουσι παῖς. Alciphron Epist. 42. οὐδὲν δυσαρεστότερον πάλιν μειρακευομένου πρεσβύτου. Seneca Epist. 36. *turpis & ridicula res est elementarius senex.* Suidas in καταγηρά-σας

le eſt. y) Ex adverſo ſtantes in læva noſtra certe habemus contra ſtantium dextras partes; item illi ſimiliter noſtras: rurſumque lævas partes in dextras.

Si igitur, inquit, *alter ex duobus recte, & ſecundum naturam, ſtet: alter vero ita, ut caput ſolo figat, pedes pro capite ſuſtollat, & ſint ex adverſo: tunc ſe inſpicientes invicem, opinabuntur dextras partes ſiniſtras, ſiniſtras dextras invicem. Tale aliquid pati* dicit *animas quoque,*

ὅταν τις ὕπτιος ἐρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν ἐπὶ γῆς, τοὺς δὲ πόδας προσβαλὼν ἄνω ἔχῃ πρός τινι, τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τοῦ τε πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων τά τε δεξιὰ ἀριστερὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ δεξιὰ ἑκατέροις τὰ ἑκατέρων φαντάζεται. Ταυτὸ δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα αἱ περιφοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς &c.

juxta rerum contemplationem, inter initia, &
298 recens incorporatas. Cum igitur ita ſe habebit, & audiet, intelligibilem eſſe naturam z) & ſine corpore, quæ ſola vere, perpetuoque, eadem ſit: rurſum de iis, quæ naſcuntur, & occidunt, id eſt, de corporeis, atque ſenſilibus, quod fluida ſint, & mutabilia: opinor, tunc advocatis ſenſibus, puerilis anima, teſtimoniis eorum facile credens, intelligibilem quidem naturam nullam eſſe confidit, utpote quam ſenſus ne ſomniet quidem, ſola autem ſenſilia pro vero certoque a) eſſe præſumit: quæ videri, tangi, cæteriſque ſenſibus percipi, queant. Itaque præſumens non, opinor, mentis intellectusque compos erit. Ideoque addidit:

Nec habet ullum certum ducem talis peragratio.

οὐδεμία τε ἐν αὐταῖς τότε περίοδος ἄρχουσα οὐδὲ ἡγεμὼν ἐστί.

Neque enim intellectus ducem ſe præbet cæteris animæ partibus; ut qui ſit tunc otioſus: neque illa alia b) pars animæ, in qua ſunt opinationes: quam ſubegerint, atque in ſervitium redegerint, ſenſus: usque adeo ut, cum ſerviat, dominari ſe putet, c) & aliquid ex priſtino ſplendore, ac dignitate, retinere.

CCIX. Ac ne quis eum putaret de anima cujuslibet animalis hæc dicere, addidit:

Creſcente vero homine, poſteaquam incrementi, nutricationiſque, tenui jam rivo meatus effluet, animaque circuitus tranquilliore motu viam ſuam peraget: proceſſuſque temporis ſedatiores erunt.

ὅταν δὲ τὸ τῆς αὔξης 299
καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα, πάλιν δὲ αἱ περίοδοι λαμβανόμεναι γαλήνης τὴν αὐτῶν ὁδὸν ἴωσι, καὶ καθιστῶνται μᾶλλον ἐπιόντος τοῦ χρόνου.

Merito, fit enim melior in dies, quanto fit perfectior, & in cognitione rerum exercitatior. Tunc quippe nuncii ſenſus minoris erunt auctoritatis, minoriſque apud animam fidei, deprehenſa fallendi conſuetudine. Maxime,

ſi ſit ſtudiis, inquit, *elegantioribus erudita, immunis omni perturbatione, atque ægritudine, deget* d) *ævum. Si negliget, claudum tunc vitæ ſerpens iter, cum familiari demum ſtultitia revocabitur ad inferna.*

ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ ξυνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθὴ τροφὴ παιδεύσεως, ὁλόκληρος * ὑγιής τε παντελῶς τὴν μεγίστην ἀποφυγὼν νόσον γίγνεται. Καταμελήσας δὲ χωλὴν τοῦ βίου διαπορευθεὶς ζωὴν ἀτελὴς καὶ ἀνόητος εἰς ᾅδου πάλιν ἔρχεται.

Conſequenter; namque ſibi hominem componit ex anima & corpore. Quotuſquiſque igitur utrunque curabit, erit incolumis, & fortis. Qui neutrum; mancus, & debilis. Qui alterum ex duobus, claudus. Ergo indocilis, & corpori tantum diligentiam impertiens, claudam habebit vitam proculdubio. Claudam quoque illius animam fore, cujus rectæ quidem ſint opiniones, ſed 300
nequaquam ſacris intelligibilum arcanorum ſit initiatus.

CCX. Simul quia de totius hominis diſſeruit integre per partes conſtitutione: nunc membratim, ſicut in mundani corporis conſtitutione fecerat, utilitatem cujusque membri revelat: cauſasque reddit viſus noſtri, & auditus. Senſuum quoque utilitatem perſequitur, & eorum membrorum, quæ ſenſum adiuvant. Dicit etiam de memo-

σεως & Σαρδανάπαλος meminit proverbii: δὶς παῖδες οἱ γέροντες ex Juliani Epiſt. 59. Viciſſim Macarius Ægyptius apud Palladium in Lauſiaca p. 38. dictus παιδογέρων, quod in adoleſcentia jam mirum virtute profeciſſet. (ὁ ἐν παισὶν γέρων) ἐπειδὴ θᾶττον τῆς ἡλικίας προέκοψεν ταῖς ἀρεταῖς.

y) Ita leg. pro *late eſt*.

z) Ita edit. Pariſ. pro *natura*. Sic mox infra: *intelligibilem naturam nullam eſſe confidit.*

a) Ita Doblerus, cum vocabulum *vero* in editis excidiſſet.

b) Ita edit. Pariſ. pro *neque ulla illa alia*. Duæ virtutes animi intelligens & opinatrix, infra p. 301.

c) Τόθ' αὗται κρατούμεναι κρατεῖν δοκοῦσι. Plato Timæo.

* ὁλόκληρον πνεῦμα 1. Theſſ. V. 23.

d) Al. *ducet*. e) p. 329. ſeq. f) p. 344. ſeq.

moria ; dicit de somniis. f) Eorum quoque causas reddit, quæ in speculis g) simulacra cernuntur : & eorum omnium causas, rationesque, subdividit. Demonstrat etiam, quæ principales causæ sint, quæ item principalibus accidant : quæ item sint ipsa quidem immobilia, i) moveant tamen alia; quæ demum ab his ipsis moventur ex aliqua necessitate: quæ cum ratione movent affectum rei utilis alicujus; quæque sine ratione, & ut libet.

CCXI. Orditur denique à capite; quam partem corporis *principali quadam* esse *eminentia* k) dicit. Proptereaque oportuisse *in excelso atque eminenti loco,* l) tanquam arcem totius corporis, collocari : ut *domi-*
301 *cilium* esset *partis animæ principalis*, m) quod ἡγεμονικὸν à philosophis dicitur, id est ratio. Cujus duplex virtus ; altera intelligens, opinatrix altera: juxta quas sapientia cum disciplina, & item prudentia cum rectis opinionibus convalescunt. Quas *duas divinas circumactiones* n) animæ idem auctor appellat ; juxtaque eas *divinas potestates, quæ fingebant corpora hominum, ad similitudinem mundani formasse* dicit *caput rotundum, & globosum :* o) cuique ita informato connexuisse rationabilem motum. Qui rationabilis motus principalis animæ potestas est ; proptereaque *principalem animæ potestatem* asserit *in capite sedem habere,* p)

CCXII. Sed quoniam de hoc q) diversæ opiniones Philosophorum tam veterum quam novorum exstiterunt, recensendæ nobis singulæ sunt ; ut, habita comparatione, quanto cæteris ad veritatem præstet Platonis, fiat palam. Qui dividuam esse sylvæ substantiam censuerunt, r) interponentes immenso inani modo expertia, s) modo partes quidem, sed indifferentes, sui
similes ; nunc t) atomos, vel solidas mo- 302
les : nullum locum certum, definitumque, principali animæ parti dederunt. Spiritus quippe, ut ipsi asseverant, per fauces ad pulmonem commeans, in respiratione attenuatus, ad cordis sedem facit transitum. Deinde per arterias, quæ sunt à corde porrectæ, pervenit ad caroticas, t) ita appellatas venas, quod eædem vulneratæ mortem afferant soporiferam, per quas idem spiritus ad caput fertur per tenues nervorum, & angustos meatus : atque ibi primum nasci dicunt initium sentendi, & intermanare ad cæterum corpus. Isque communis sensus est tactus, sed fit proprius, ob diversitatem membrorum, quibus sentimus. Qualia enim fuerint organa sentiendi, talis sensus existit, ut per oculos visus, auditus per aures, atque in eundem modum cæteri. Unus tamen est spiritus, qui in multis deformatur.

CCXIII. Aut enim moles quædam sunt leves, & globosæ, eædemque admodum delicatæ, ex quibus anima subsistit, quod totum spiritus est, ut Asclepiades u) putat, aut ignitæ atomi juxta Democritum, x) qui ex
iisdem corporibus & ignem & animam cen- 303
set

g) p. 352. h) p. 355. i) p. 358. seq.

k) Verba Platonis : Τοῦτο ὃ δὴ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τέ ἐστι καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν.

l) τὴν τοῦ θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν, *tanquam totius corporis capitolium* infra p 327. 324. Plinius XI. 37. de cerebro : *hanc habent sensus arcem.*

m) μέτοχον ἡγεμονίας τοῦτ᾽ εἶναι. Plinius laudato loco: *Hic culmen altissimum, hic mentis est regimen.*

n) Τὰς μὲν οὖν θείας περιόδους δύο οὔσας.

o) Τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι (Θεοὶ) περιφερὲς ὂν εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν τοῦτο ὃ δὴ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν. De globositate universi dictum supra p. 139. seq.

p) Μέτοχον ἡγεμονίας τοῦτ᾽ εἶναι.

q) περὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ sive de animo.

r) Qui animum statuerunt esse materialem, & constare non jugi quadam substantia & adunatione quadam sibi continuata ut Empedocles existimavit intra p. 305 sed ex pluribus atomis ejusdem generis & indifferentibus (diversæ licet figuræ) vel moleculis ut Democritus, Epicurus, Asclepiades.

s) ἀμερῆ, Ita Doblerus, pro *ex tertia.* t) Ita lego pro *tunc.*

t) Carotidas seu soporarias arterias notum est à Medicorum filiis vocari duas illas inprimis, quæ ex arteria magna & sinistro cordis ventriculo emergentes recta ad τὸ κάρα sive caput feruntur. Vide Galenum XVI. 12. de usu partium.

u) De Asclepiadis Bithyni sententia qui ex ἀνάρμοις ὄγκοις constare omnia docuit, dixi ad Sextum Empiricum 3. Pyrrhon. sect 32. & lib. 1. contra Physicos section. 363. lib. 2. sect. 318.

x) Aristoteles lib. 1. de anima c. 2. Δημόκριτος μὲν πῦρ τι καὶ θερμόν φησιν αὐτὴν εἶναι· ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων, τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει. Cicero 1 Tusc. c. 18. *Illam vero funditus eiiciamus individuorum corporum levium & rotundorum concursionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem esse voluit.*

ſet excludi; vel id ipſum atomi caſu quodam, & ſine ratione, concurrentes in unum, & animam creantes, ut Epicuro y) placet, ob ſimilitudinem atomorum, quarum una commota omnem ſpiritum, id eſt, animam, moveri ſimul. Unde plerunque, audita nive, candorem ſimul, & frigus homines recordari, vel, cum quis edit acerba quædam, qui hoc vident, aſſidue exſpuere incremento ſalivæ, & cum oſcitantibus ſimul oſcitari alios, & in conſonis rhythmis moveri nos juxta ſonos.

CCXIV. Quæ cum ita ſint, quærunt, qui magis capite, quam pedibus, ſapiamus: quando ſcientiæ, diſciplinæque, aſſiduo ſenſus exercitio corroborentur: prudentiæque initium ex aliquo temperamento orſum, uſuque aſſiduo promotum, perveniat ad perfectionem, dum frequens obſervatio rudimenta creat: rudimenta item artem, quæ tempore, atque uſu, confirmata fit diſciplina. Iidem negant animæ vim principalem conſiſtere in capite; propterea quod pleraque z) animalia, capite ſecto vivant ad tempus, & agant ſolita, tanquam nullo da-
304 mno allato corporis univerſitati, ut apes, & item fuci, quæ licet capitibus abſciſsis ad momentum vivunt, & volant: aculeiſque ſecundum naturam ſuam ſe defendunt. Quæ non facerent, ſi in capite conſiſteret, quod eſt in anima principale. Illud etiam in corde negant; crocodilos enim, *avulſis cordibus, aliquandiu vivere, & reſiſtere adverſum violentiam. Hoc idem in teſtudinibus obſervatum marinis, & terreſtribus capris.

CCXV. Adverſum quæ reſpondetur ab aliis; nihil eſſe mirum, ſi cum initia, & quaſi quædam fundamenta, dogmatis imbecilla, & minus idonea, jacta ſint, totum eorum dogma nutet. Quæ eſt enim de anima opinio eorum? Nempe quod ex minutis corpuſculis conſtet: ergo corpus initium eſt animæ, & erit animæ propria nulla ſubſtantia, ſed potius corporis. Corpus enim animam creat juxta ipſos, vitamque animæ. Contingit ergo ſecundum hanc eorum opinionem, ut nunquam ſit eadem anima: ſed diverſa habeatur, atque mutabilis. Cum enim dicant, corpus eſſe antiquius anima, dant corpori principatum. Id porro ſemper fluit, atque immutatur. Et anima igitur, 305
quæ ſecundæ a) conditionis eſt, eadem patitur quæ corpus. Mutabitur ergo tempore, & ſenio, cæteris item, quæ fert natura corporis, attentabitur. b) Atque ita male fundata ſententia honeſtum invenire non poteſt exitum.

CCXVI. At vero ex illis qui jugem putant eſſe ſylvam, & adunatione quadam ſibi continuatam, Empedocles quidem principalem animæ vim conſtituit in corde, ſic dicens: c)

Sanguine cordis enim noſter viget intellectus.

Siquidem intimis noſtris ſenſibus ſentimus ea, quæ ſunt extra nos, propter cognationem. Ideoque ait: d)

Terram terreno ſentimus, at æthera flammis,
Humorem humecto, noſtro ſpirabile flatu.

Sed de his omnibus qualia ſint, quantamve inter ſe habeant differentiam; cordis ſanguine dijudicamus.

CCXVII. Hebræi e) quoque videntur ſecundum hunc opinari de anima principali, cum dicunt: *Clamat apud me ſanguis fratris tui.* f)

Et

y) Confer quæ viri docti ad Lucretium lib. 3. & Gaſſendus de Phyſiolog. Epicuri T. 1. p. 259. ſeq.

z) Aliqua, paucioraque illa. * Mirum hoc de crocodilis, neque alibi mihi lectum.

a) Inferioris ac deterioris.

b) At contra fieri videmus, ut corpore affecto & exhauſto anima ſapiat maxime & vigeat, ac morte in ipſa exultent & gaudeant pii. Neque obſtat quod corporis debilitate ſæpe animam etiam minus poſſe fungi partibus ſuis videmus. Inſtrumentis enim quibus utitur corporis attritis ac veluti confractis, efficere illa ad quæ edenda corpore indiget, quamdiu in illo verſatur non poteſt. Pro *attentabitur* eſt qui apud Chalcidium legit *attenuabitur*.

c) Eundem ſive Empedoclis ſive Orphei verſum allegat Tertullianus c. 5. & 15. libri de anima & interpretatur in hunc morum: *Namque hominis ſanguis circumcordialis eſt ſenſus.* Cicero 1. Tuſculan. c. 9. *Empedocles autem animum eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem.* Græca verba obvia apud Porphyrium, & in magno Etymologico:

αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

Porphyrius libro de ſtyge apud Stobæum Eclog. Phyſ. p. 131. plures etiam huc ſpectantes Empedoclis verſus adducit:

Αἵματος ἐν πελάγεσσι τετραμμένη ἀντιθρῶντος
Τῇ τε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν
Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

d) Eoſdem verſus noſter attulit ſupra p. 131. Græca ita ſonant laudati ab Ariſtotele II. 4. Metaphyſ. Sexto Empirico, aliiſque multis:

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ
Ἠέρι δ' ἠέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον.

e) Ad Hebræorum dogmata ſæpe provocat Chalcidius & ſacras litteras diligenter lectas ſibi teſtatur utpote Chriſtianus, ut ad p. 223. adnotavi.

f) Geneſ. IV. 10. Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς.

Et item alio loco, *Non edetis carnem cum sanguine, quià omnium animalium sanguis anima est.*
306 g) Quæ si ita intelliguntur ut debent, animam esse animalium sanguinem; quia sit vehiculum irrationabilis animæ, cujus partes sunt importuni appetitus, habet planè rationem talis assertio. Si autem confitentur animam hominis rationabilem esse, credant sibi, i) quòd Deus à se hominibus factis inspiraverit divinum spiritum, quo ratiocinamur, quoque intelligimus, & quo veneramur piè Deum, estque nobis cum divinitate cognatio, diique esse dicimur, & filii summi Dei. k) Quam cognationem cum Deo, & omnino rationem, quæ ratiocinamur, sanguinem putare esse, non rectæ opinionis est. Quæ omnia nobis adversum Empedoclea quoque dicta sint.

CXVII. Stoici verò, cor l) quidem sedem esse principalis animæ partis consentiunt; nec tamen sanguinem, qui cum corpore m) nascitur. Spiritum quippe n) Zenon quærit hactenus, quo recedente à corpore moritur animal, hoc certè anima est. Naturali porrò spiritu recedente moritur animal. Naturalis igitur spiritus anima est. Item Chrysippus. Una & eadem, inquit, certè re spira-
307 mus, & vivimus. Spiramus autem naturali spiritu. Ergo etiam vivimus eodem spiritu. Vivimus autem anima. Naturalis igitur spiritus esse anima invenitur. Hæc igitur, inquit, octo in partes o) divisa invenitur. Constat enim è principali, & quinque sensibus, etiam vocali substantia, & serendi, p) procreandique potentia. Porrò animæ partes velut ex capite fontis cordis sede manantes, per universum corpus porriguntur; omniaque membra usquequaque vitali spiritu complent, reguntque, & moderantur: innumerabilibus, diversisque, virtutibus nutriendo, adolendo, movendo, motibus localibus instruendo, sensibus compellendo ad operandum, totaque anima sensus, qui ejus sunt officia, velut ramos ex principali parte illa, tanquam trabe, pandit futuros eorum quæ sentiunt nuncios, ipsa de iis, quæ nunciaverint, judicat ut rex. Ex his porrò, quæ sentiuntur, composita sunt; utpote corpora; singulique item sensus, unum quiddam sentiunt, hic colores, sonos alius, ast ille succorum sapores discernit, hic vapores odoraminum, ille asperum lævigationemque tactu. Atque hæc omnia ad præsens. Neque tamen præteritorum me- 308
minit sensus ullus, q) nec suspicatur futura. Intimæ verò deliberationis & considerationis proprium, cujusque sensus intelligere passionem, & ex iis, quæ nunciant, colligere quid sit illud, & præsens quidem accipere, absentis autem meminisse, futurum providere. Definit idem r) intimam mentis deliberationem sic: *Intimus est motus animæ vis rationabilis.* s) Habent quippe etiam muta vim animæ principalem qua discernunt cibos, imaginantur, declinant insidias, prærupta & præcipitia supersiliunt, necessitudinem recognoscunt; non tamen rationabilem, quin potius naturalem. Solus verò homo ex mortalibus principali mentis bono, hoc est, ratione utitur, ut ait idem Chrysippus. Sicut aranea in medietate cassis omnia filorum tenet pedibus exordia, ut cùm quod ex bestiolis plagas incurrerit ex quacunque parte de proximo sentiat, sic animæ principale, positum in media sede cordis, sensuum exordia retinere, ut cum quid nunciabunt, de proximo recognoscat. Vocem quoque dicunt è penetrali pectoris, id est corde, mitti, gremio cordis nitente spi-
ritu, qua nervis obsitus limes interjectus cor 309
à pulmone secernit utroque, & vitalibus cæteris, quo faucium angustias arietante formanteque lingua, & cæteris vocalibus organis, articulatos edi sonos sermonis elementa, Quo quidem interprete mentis arcani motus aperiantur. Id porrò principale animæ vocat.

CXVIII. Ergo, spiritum t) animam esse dicentes, corpus esse animam plane fatentur. Quòd si ita est, corpus corpori sociatum est.

g) Genes. IX. 4: πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. Levit. XVII. 11. ἡ γὰρ σαρκὸς αἷμα αὐτοῦ ἐστι.

h) Sadducæorum hic error quæ de vita animali Moyses dixerat de mente rationabili intelligentium, quos pulchrè Chalcidius confutat.

i) Fidem habeant iisdem illis suis sacris libris, Moysaicisque scriptis, in quibus hoc de anima in sanguine traditum est, sed similiter & illud diserte legitur, quod Deus initio hominis mentem proprio flatu inspiraverit, Genes. II. 7. Confer. nostrum p. 135. & 400.

k) Psal. LXXX. 6. Θεοὶ καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες.

l) Vide Lipsium III. Physiologiæ Stoicæ diss. 18.

m) Est cui videtur legendum, *qui cum corde nascitur.* Sed nihil mutandum.

n) πνεῦμα ἔνθερμον. Vide Lipsium Physiologiæ librò III. diss. 9. & quæ ad Laërtium VII. 156. 157. viri docti.

o) Vide iterum Lipsium III. Physiologiæ Stoicæ diss. 17. Laërtium VII. 157 Plutarchum IV. 4. de placitis Philosophor.

p) ita legendum ex edit. Paris. pro *ferendi.* Paullo ante prò *vocali substantia* al. *vitali*, male. Nam inter octo animæ partes à Stoicis computatum τὸ φωνητικόν.

q) ita leg. pro *ultius.* r) Chrysippus puta. s) τῆς λογιστικῆς δυνάμεως.

t) πνεῦμα, spiraculum, ἄνεμον unde animæ nomen. Vide Lipsium lib. III. Physiologiæ diss. 9.

eſt. Societas porrò vel ex applicatione fit, vel ex permixtione, vel ex concretione. u) Si applicita ſint corpus & anima, quid ex applicatione compoſitum horum duûm, quatenus totum erit unum? Vita enim ſecundum ipſos in ſolo ſpiritu; qui applicitus non permanat ad corpus intimum. Nihil enim penetrat applicitum; & totum animal vivere ajunt. Non igitur anima, & corpus, applicatione ſociantur. Si verò permixta ſunt, anima unum aliquid non erit, ſed permixta multa. Stoici ſpiritum, id eſt animam, unum quid eſſe profitentur. Non ergo permixta ſunt. Supereſt ut ex concretione manent: x) ergo & per ſe invicem tranſeunt duo corpora, & locus unus, quo
310 corpus continetur, duobus corporibus præbebit capacitatem, cum vas, quod aquam recipit, vinum & aquam ſimul capere non poſſit. Neque igitur ex applicatione, neque permixtione, neque verò concretione, corpus & anima ſociantur: ex quo conſit, animam non eſſe corpus. Eſt igitur virtus, & potentia, carens corpore: quodque eſt in eâ principale, competentem naturæ ſuæ ſedem habeat neceſſe eſt.

CXIX. At verò Ariſtoteles animam definit hactenus: *Anima eſt prima perfectio corporis naturalis organici poſſibilitate vitam habentis* y) Perfectionem nunc appellans ſpecialem eſſentiam, quæ eſt in effigie. z) Eſſentia enim trifariam intelligitur. Una, quæ conſtat ex *corpore*; velut animalia, vel quæ arte fiunt, eſſentia dicta, quia hæc ipſa eſt, & cætera, quæ ſunt, facit eſſe. Altera, qua *materiam* informem, & adhuc ſylvam, mente conſideramus. Hæc quippe poſſibilitate omnia eſt, quæ ex ea fieri poſſunt, effectu autem nondum quicquam: ut maſſa æris, & intractata ligna. a) Tertia, cui accidens effectum perficit eam, exornatque impreſſione *formæ*: ex qua forma, quam inſigni-
311 vit ars, id quod perfectum eſt, nomen accipit: ut ſtatua, quæ ex ſimilitudine formæ, cujus eſt ſtatua, ſimulacrum vocatur. Similiter, inquit, homo certe animal eſt: & eſt ut ſylveſtris, & materialis, eſſentia: & hæc compoſita ex materia formaque, quippe ex corpore conſtat, & anima: ergo corpus ejus materia eſt, anima verò ſpecies, ſive forma. Juxta quam ſpeciem, id eſt, animam, animal eſt cognominatum. Hanc ergo ſpeciem, qua formantur ſingula, generaliter Ariſtoteles ἐντελέχειαν, id eſt, *abſolutam perfectionem* b) vocat. Hac enim obveniente, ſylvæ, quæ olim fuerant in ſola poſſibilitate, perveniunt ad effectum. Item quod vivit, c) duplex eſt, anima & corpus, opinor; ut, quæ diſcuntur, duabus rebus diſcuntur: ſociantur doctrina, & animâ, ſed prius doctrinâ, quâ ipſa anima eruditur. Item ſalvi ſumus ſalute, & corpore; ſed prius ſalute, per quam corpus incolume eſt. Sic etiam vivimus prius animâ, quam corpore: ſiquidem vita corporis in anima locata eſt, propterea que anima entelechia eſt corporis. Quodque corpora partim dicuntur mathematica, ut ſphæra, & cubus; partim artifi- 312
cioſa, ut navis, & ſtatua: pleraque d) naturalia, quæ motus originem intra habent, vitâ videlicet utentia: *Naturalis* anima *corporis* entelechia ſit neceſſe eſt. Competit etiam alia diviſio. Nam corporum quædam ſimplicia, ut elementa, quædam compoſita, ut quæ ex ſimplicibus coagmentantur. * Compoſitorum partim organica nuncupantur, partim ſine nomine, ut aurum, æs, gemmæ, & cætera immobili naturâ minime organica. Animalium verò, & ſtirpium, & omnino qualiumcunque vita utentium, organica ſunt, quippe modulata; e) & habent membrorum, per quæ agant aliquid, aut patiantur, opportunitatem: ut ad ſumendos cibos, & ad generandam prolem, paris ejuſdemque naturæ, tum ad ſentiendum, & tranſlativum ex loco ad locum motum, ut cuncta

u) infra p. 321. *ſi hac corpora eſſent, ut applicata corpori vel mixta vel concreta invenirentur.* applicata, ut duo aſſeres, mixta, ut aqua & vinum, concreta ut ignis ferrumque. Græcis hæc tria παράθεσις, κρᾶσις ſive μίξις & ἕνωσις. Vide quæ ad Sextum Empiricum 1. contra Phyſicos ſect. 79. 415. &c.

x) Paullo ante dixerat de ſpiritu: *permanat ad corpus intimum.* Per illam nempe intimam περιχώρησιν, quam unio affert, & quam Chalcidius in duobus corporibus dari negat, quæ ſe deberent invicem penetrare.

y) Ariſtoteles lib. 2. de anima Cap. 1. ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει.

z) i. e. formæ, corpus informante. Ita εἶδος modo effigiem, modo formam interpretatur Chalcidius.

a) al. *intacta ligna.* intellige in quibus artifex tornando vel ſculpendo nullam formam indidit.

b) Cicero 1. Tuſculan. cap. 10. *Ariſtoteles animum ἐντελέχειαν appellat novo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem.* Sed rectius Chalcidius noſter perfectionem interpretatur εἶδος τῇ ὕλῃ τὸ τέλειον ἐπεισάγουσαν ut loquitur Æneas Gazæus libro de animæ immortalitate p. 376. Nam Ariſtotelis animum ipſum motus omnis expertem πάσης κινήσεως ἀπηλλαγμένην & ἀκίνητον eſſe docuit. Vide quæ ad laudatum Tullii locum præſtantiſſ. Daviſius, noſtrûm infra, p. 318.

c) ita leg. pro *quia innuit*, ut eſt in edit. Pariſ. annotatum. d) aliqua—. * al. *coaugmentantur.*

e) non congeſta promiſcue, nec homogeneis ex partibus conſtantia, ſed certis membris & partibus diverſis ad certos uſus temperata aptata ac digeſta ſapienti conditoris artificio.

cuncta gradientia, tum ad faciendum impetum juxta desideria & appetitus, ut animalia quæ sunt firmiora. Ex quibus concludit Aristoteles, ἐντελέχειαν animam esse *corporis naturalis organici.* Tale porro est, quod corpus recipere oportet: & *est*, inquit. Nam sunt quædam sola possibilitate animalia, ut
313 ova, vel semina: quædam cum effectu, & operatione, ut quæ adhibito fotu ex iisdem excluduntur animalia. Ex quo apparet, entelechian esse animam, non cujuslibet corporis, sed ejus, quod potest animam sumere, & juxta ejusdem vivere patrocinium, motúsque vitales exercere in agendo, vitæ quoque passiones experiri, propterea que definitioni additum: *possibilitate vitam habentis.*

CXX. Et definitio quidem animæ Peripateticis auctoribus talis est. Quæ tamen ex ea confiunt, manifestant principio animam neque corporeum quicquam esse, vel sensile, sed intelligibile potius, & sine corpore, quæ tamen recipiantur à corpore, quippe corpori perfectionem det ipsa, sitque ejus entelechia, res per semetipsam immobilis, sicut sunt artes, & disciplinæ. Ex accidenti vero aliquo mobilis propterea, quod sit in animalibus; quæ, dum vivunt, moventur. Dum enim motus naturales edit anima, moventur animalia, vel cum agunt aliquid, vel cum patiuntur. Quæ cum sit intelligibilis, & sine corpore, consequenter etiam sine quantitate
314 esse invenitur: quippe cujus neque prolixitas ulla, neque latitudo, neque profunditas extet. Non enim est ut linea, vel superficies, nec verò figuram habet ullam, nec est dividua, ut quæ constant ex partibus. Dividitur tamen alio quodam genere, sic ut ex eadem divisione non magis partes f) ejus ullæ quam potentiæ, & virtutes, considerentur. Nec verò species ejus ullæ sunt, ut generis alicujus species dici solet; ut Rhetoricæ disciplinæ, quæ est intelligibilis res, & sine corpore, species tamen ejus esse dicitur ea oratio, quæ facta est ad doctrinæ ostentationem g) & item species concionabilis h), vel species orationis forensis. i) Sic ergo, cum anima quoque res sit sine corpore, & sine magnitudine; nihil interest dicere partes animæ, & item potentias animæ, vel cum dividimus eam, cum sit illa naturæ individuæ, in speciem naturalem, juxta quam nutritur omne animal & crescit k) & sobolem creat: vel in speciem sensilem, juxta quam differunt inter se, quæ animam habent, & item quæ sola vita fruuntur, id est animalia, & stirpes: item in eorum speciem, quæ locum ex loco 315
mutant, ut serpentia omnia, vel quæ habent appetitum, qui in perfectioribus invenitur animalibus, in quibus cupiditas, & iracundia: & item in eam speciem, quæ est perfectior cæteris, ratione viventium l) quæ in natura hominis tantum invenitur.

CXXI. Est igitur tota anima, inquit, in totis m) partibus viventis animalis. Et naturalis quidem ejus species per omne se dividit corpus. Sensus verò tactus quidem per omne corpus. Visus autem, vel auditus, & cæteri, in cæteris membris, quæ sunt organa sentiendi. Principalis vero animæ pars, * sive potentia, est ad quam feruntur, quæ nunciant sensus singuli, & quæ de iis, quæ sentiuntur, judicium facit, examinatque cujusmodi sint ea, quæ occurrunt sensibus variè. Hanc verò Aristoteles asserit locatam esse in penetralibus cordis, n) ubi aliæ quoque species animæ sunt locatæ, id est, imaginatio, memoria, appetitus, excursio. o) Quippe omnium animæ virium initia, & quasi quædam radices, à sede cordis emanant, quando confecti cibi succus per venas cordis cæterum corporis irrigat, & motus 316
corporeus, qui locularis est, à corde initium sumit. Namque venarum & nervorum p) initium,

f) igitur improprie locuti sunt qui partes animæ tribuunt, qua de re prolixe Salmasius ad Simplicium.

g) quod genus demonstrativum Rhetores appellant, Græci ἐπιδεικτικόν comparatum ad ostentationem & in laudando positum ac vituperando.

h) genus deliberativum συμβουλευτικόν, quod in suadendo ac dissuadendo versatur.

i) genus judiciale, δικανικόν, cujus omnis in accusando vis est vel in defensione atque accusationis depulsione, Quintiliam. III. 7 8. 9.

k) verba *& crescit* quæ in Leid. exciderant, revocavi ex edit. Paris.

l) al. *ratione utentium.*

m) Tota in toto, & tota in qualibet parte, ut habet trita in scholis Peripateticorum doctrina, Vide Conimbricenses ad lib. 2. Aristotelis de anima quæst. 9. artic. 2. assertione 4.

* τὸ ἡγεμονικόν, quod alii in cerebro collocant.

n) Aristoteles lib. de motu animalium capite 7.

o) al. *excussio*, male. Videtur enim *excursionem* appellere Chalcidius quod vulgo vocant *discursum*, sive *reflexionem*, hoc est ratiocinandi vim ac colligendi, nisi tollendum comma & jungenda duo hæc verba: *appetitus excursio.*

p) arteriarum initium cor esse, unde τὸ θυμικὸν, venarum jecur, unde τὸ ἐπιθυμικὸν: nervorum cerebrum unde τὸ λογικὸν, veterum quorundam doctrina fuit Galeno variis locis probata. Vide XVI. de usu partum. c. 1. & lib. VI. de dogmatibus Hippocratis & Platonis p. 209. seq. At propius sane illi veritati, qui nervorum principium non à corde repetierunt sed à cerebro. Nam arteritarum venarumque nodum esse cor non est dubitandum.

initium, & quidam nodus, q) ipſum cor eſt, juxta quod intellectus agitatus, r) & rationabiliter ignitus s) ibidem coaceruare ſe creditur, poſſibilitate quidem illic habitans, effectu verò extra conſeptum cordis, t) atque viciniam, commeans. Hæc, & multa alia hujuſmodi, probationum genera aſſeruntur u) à ſupra memorato viro x) ad probandum, quòd principalis animæ vis in corde ſit: quæ uſque adeo ſit animantium propria, ut cætera ex vitalibus vim pulſuſque patiantur, ſine animantis interitu: cordis verò ſedem ne minimas quidem pulſationes ſine interitu animalium ſuſtinere. Quod ſi quis nominis præſumptione inductus cardiacam y) dicat frequenter eſſe curatam; errat in nomine: quippe cum conſtet, illam paſſionem non cordis eſſe, ſed ſtomachi, z)

CCXXII. Adverſum quæ ita reſpondetur. Alia quidem fere omnia rectè, & prout fert natura rerum, Platonicisque dogmatibus
317 conſentaneè dicta: ſed de animæ ſubſtantia erratum videri. Non enim ſpecialem eſſentiam eſſe animam, quam appellat Ariſtoteles *ἐντελέχειαν*. hæc quippe forma eſt corporibus accidens: ut cenſet Plato, quam hic ſpecialem eſſentiam nuncupat: & eſt imago ſpeciei puræ à corpore, & intelligibilis, penes quam eſt dignitas exemplaris. Igitur juxta hanc formam, qua formantur corpora, nomina eſſe impoſita rebus verum eſt: animam tamen eſſe formatilem hanc ſpeciem nemo ei concedit. Hoc quippe formatile fit, a) & corrumpitur corporibus ſolutis. Anima vero omni eſt corpore antiquior; habens olim, & ante conjugationem corporis, ſubſtantiam propriam: extinctiſque animalibus ſeparatur ſine perpetuitatis incommodo: ut quam conſtet in æterno eſſe motu, quia habet internum, domeſticumque, ex natura ſua motum. Aliud eſt igitur anima, & item aliud ſpecialis eſſentia. b) Itemque hæc Entelechia in rebus quoque cernitur, quæ ſunt ſine anima. Si enim eſt plena cujuſque ſeminis conceptuſque perfectio, qui magis animalia, quam ſtirpes, & arbores, legitimo tempore accipiunt perfe-
ctionem? At verò anima in ſolis animalibus. 318
Deinde perfectio adultis jam, quæ in conceptu ſunt, adhibetur, & cum iiſdem creſcit. At vero anima ſine ortu, & ex æternitate, non ſine motu: quemadmodum *ἐντελέχειαν* Ariſtoteles fore confitetur: ſed in motu perpetuo, utpote cujus naturaliter motiva vis ſit. Proptereaque dividitur primitus in duas ſpecies: rationabilem, & eam, ex qua ſunt appetitus. Deinde ſubdividitur in opinionem, intellectumque: & demum in iracundiam, & cupiditatem. Atque his ex diviſione ſpeciebus ſingulis apta membra, tanquam organa, ſunt diſtributa.

CCXXIII. Sed ne præcurrere, & delibare, videamur quicquam ex Platonis ſententia, ponemus ipſam, quæ illu[illegible]it cuncta, quæ in aliqua obſcuritate ve[illegible]ntur. Eſt igitur *anima*, juxta Platonem, *ſubſtantia carens corpore*, *ſemetipſam movens*, *rationabilis*. c) Et eſſe animam rem aliquam nullus ambigit. Movet enim corpus, præcedente impetu quodam ſenſibus excitato. Sed quia cuncta, quæ ſunt, dividuntur in decem genera: d)
quod cujuſque generis ſuſcipiet proprieta- 319
tem, eidem generi ſociabitur. Conſtat porro inter omnes ex omnibus categoriis proprium eſſentiæ eſſe, ſuſcipere contrarias paſſiones viciſſim, & eſſe antiquiſſimam, prænoſcique generibus cæteris. Ut igitur corpus, ut puta hominis, eſſentia eſt ſine ulla dubitatione; propterea quod contrarias paſſiones viciſſim ſuſcipit: ut ægritudinem, & ſoſpitatem: turpitudinem, & item decentiam: ſic animam eſſentiam eſſe aperte probatur: quia hæc quoque contrarias paſſiones viciſſim ſuſcipit, ut juſtitiam, competit porro hæc corporeæ ſoſpitati: & item iniquitatem, quæ demum competit corporeis morbis: e) ſicut pulchritudini quidem temperantia, turpitudini libido; item fortitudini quidem magnanimitas, imbecillitati porro timiditas, & ignavia, Et omnino bona quidem

q) ita leg pro *quidem nodus*. r) ita recte edit. Pariſ. pro *agitatur*. s) calefactus & ἔνθερμος.
t) ita legendum neceſſario pro *corporis*. u) al. *aſſeruntur*, minus bene. x) Ariſtotele.
y) Καρδιαλγία ſive καρδιωγμὸς oris ventriculi dolor dicitur Medicis, de quo conſulendus Foëſius in libro præclaro cui œconomiam Hippocratis, titulum fecit p. 305. Curatur autem vini hauſtu, ut præter alios notat Plinius XXIII. 1.
z) Galenus pluribus locis teſtatur os ventriculi à veteribus dictum eſſe καρδίαν ob conſenſum quo cor illico per illius dolorem afficitur. Vide Foëſium loco laudato.
a) fit, ſubintellige cum corpore. b) forma, οὐσία εἰδική, εἶδος.
c) οὐσία ἀσώματος αὐτοκίνητος λογική. Hanc definitionem ex iis quæ in Phædone atque alibi de anima diſſerit Plato collectam deinceps pluribus Chalcidius exponit, primo *rem* eſſe docens ſive *ſubſtantiam* hoc capite: deinde *incorporalem* cap. 224. *ex ſemetipſa moventem ſe* cap. 225. ac deniq; *rationabilem* cap. 227.
d) Prædicamenta vulgo appellant, quam diviſionem rerum à Pythagoricis Ariſtoteles accepit. Vide Archytæ qui adhuc exſtat libellum περὶ τοῦ παντὸς φύσιος.
e) Etiam hæc ratio tetractyn virtutum applicandi ad corpus, petita à Pythagoricis eſt & probata Platoni, aliiſque ut notare me memini ad vitam Procli philoſophi, ſcriptam à Marino. Sic enim quatuor illas virtutes quas appellant vulgo Cardinales, exponunt ac cum virtutibus corporis vitiiſque conferunt:

quidem corporis valetudo comparatur animæ bonæ valetudini, quæ virtus est. Mala vero corporis valetudo vitiositati. Deinde anima, sicut in superioribus constitit, modulata est, positaque in motu suo, habetque
320 cum numeris cognationem. Quæ cuncta essentiæ quidem non sunt: sed juxta ea, quæ sunt, habentque essentiam, versantur. Si igitur proprium est essentiæ vicissim contraria sustinere, idem autem hoc etiam animæ commune est: proculdubio nihil est aliud anima quam essentia. Certè ridiculum, id quod paret, atque obsequitur, essentiam esse concedere, scilicet corpus: quod vero dominatur, & regit, negare in substantia positum: quoniam Plato tam dignitate, quam virtutum præstantia, venerabilem dicit esse animam, & plane corporis dominam.

CCXXIV. Et essentiam quidem esse animam sic probatur, eandemque antiquiorem esse corpore, nec ut entelechiam crescere cum conceptis seminibus, f) cumque iisdem maturari, & ad perfectionem venire. Sed quia duplex essentia est, altera corporea altera carens corpore, consequenter docebimus, quod sit anima essentia carens corpore. Principio quod omne corpus penetret, id que vivificet. Proprium vero est hoc ejus naturæ, quæ est sine corpore, ut dulcedinis, quæ pervadit melleum corpus: ut lucis, quæ corpus aëreum penetrat. Nam si hæc
321 corpora essent, ut applicita corpori, vel mixta, vel concreta, g) invenirentur. Sed applicita non sunt hæc, nec anima corpori. Nec enim ex applicatione ejus vita corpori provenit; sed quia anima per omnes se diffundit artus. Nec verò ex permixtione; non enim esset unum quiddam anima, sed multa commixta. Sed nec ex concretione. Nullum quippe corpus aliud penetrare corpus valet usquequaque. Non ergo anima corpus est, vel corporeum aliquid, ut quidam putant: sine corpore igitur. Deinde, omne corpus vel intimo vel externo motu movetur; quæ externo, sine animâ sunt; quæ interno, cum animâ. Itaque h), si corpus esset, vel animâ aliunde sumptâ uteretur, vel sine animâ esset. Neutrum porrò horum rationem habet: est ergo sine corpore.

CCXXV. Probatum quoque in superioribus, i) quod motu intimo, genuinoque, moveatur, & ex semetipsa. Sequitur ergo, ut etiam immortalis sit, & sine ullâ generatione. Simplex etiam, nec ex ullâ compositione.

CCXXVI. Hoc loco calumniari solent homines, quibus veri indagandi cura nulla est. Dicunt enim Platonem in Phædro k) 322
quidem asserere, animam esse sine ulla compositione, propterea que indissolubilem. l) In Timæo tamen compositam rem confiteri: siquidem faciat eam constare ex dividuâ individuaque substantiâ, & item diversa eademque, m) alia naturâ conflante eam, & velut coagmentante ab opifice Deo: Male, ac miserabiliter; nescientes compositum id esse, quod ex aliquo initio temporis factum sit: ut navim, & domum: quiddam verò, quod compositum quidem non sit, habeat tamen rationem compositionis, ut in musica symphonia, quæ διὰ τεσσάρων n) vocatur: & item geometrica theoremata. Similiter etiam generatum quidem, quod ex aliquo temporis initio natum factumve sit, ut statua. Porrò aliud esse, longeque diversum, quod habeat rationem generationis intelligibilis, ut sphæra. Igitur cum dicit Plato natam animam, & ab opifice Deo factam, compositamque; non ex certo tempore initium substantiæ dicit trahere, nec ut, quæ ante non fuerit, post esse cœperit: sed quod habeat rationem ortus, & compositionis. Cum verò sine genitura, & sine 323
compositione, dicit; apertè nullum ei dat initium, nec ullam originem compositionis.

CCXXVII. Aliâ igitur significatione diversaque, res generata, o) & item aliâ diver-

Virtutes animi:	*Virtutes corporis*	*Vitia virtutibus contraria.*
Justitia.	Corporis sospitas ὑγεία	Morbi
Temperantia.	Pulchritudo κάλλος.	Deformitas
Fortitudo	Robur ἰσχύς	Imbecillitas & ignavia.
Prudentia	Integritas sensuum, εὐαισθησία.	Defectus.

Vide si placet Timæum in extremo libri de Mundo; Archytam περὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος apud Stobæum serm. I. p. 15. & Marinum in Procli vita cap. 3. cui cum Chalcidio ex asse convenit, at Timæo justitiam placet conferre cum pulchritudine, cum sanitate temperantiam.

f) quæ Aristotelis opinio, supra c. 122. oppugnata.

g) Supra p. 309. h) Ita leg. pro *Quoque.* i) Supra p. 308.

k) Vide locum ex Phædro allatum supra p. 137. 138.

l) Ἐξ ἀνάγκης ἀγένητον καὶ ἀθάνατον ἡ ψυχή. Plato Phædro.

m) Ἐκ τῆς ἀμερίστου οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γινομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος τῆς τε ταυτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου. Plato Timæo, supra p. 98. seq. n) Supra p. 124. o) Ita leg. pro *regenerata.*

versâque sine generatione anima esse dicitur à Platone, cujus diversissimæ vires sint. Est enim quædam virtus ejus in ratiocinando; p) & item alia, quæ dicitur vigor iracundiæ, q) & item quæ cupit: r) quæ species sunt appetitus, quæ tamen rationi naturaliter pareant. Erit igitur optima virtus ejus, quæ ratiocinatur: s) cæteræ secundæ, ac tertiæ, potestatis. Hæc Plato de animâ sentit, quæ strictim, breviterque, à nobis discussa sunt.

CCXXVIII. Censet verò eam per omnes artus, ac totum corpus, meare; & per singula membra, velut organa, vim suam ostentare: proinde & t) in sentiendo ad eam quidem referri omnia, u) quæ sensibus occurrant: ea verò, quæ sensus referant, esse diversa. Quia igitur principales vires animæ duæ sunt, una deliberativa, x) altera, quæ ad appetendum quid impellitur: y) & est deliberativa quidem virtus propria rationabilis z): illa verò alia id ipsum animantis a): consequenter competentia viribus, & apta, membra diversa sunt.

324 CCXXIX. Rationabili, velut arx corporis, b) & regia, utpote virtuti, quæ regali quadam eminentiâ præstet, id est domicilium capitis, in quo habitet animæ principale, quod ad similitudinem mundi c) sit exædificatum teres, & globosum, purum, separatumque ab eâ, quæ cibo alimentisque nascatur, illuvie d). In quo quidem domicilio sensus quoque habitent: qui sunt tanquam comites rationis, è signis e) scilicet ut de proximo sensibus interpellantibus statuatur super iis quæ sentiuntur. Atque etiam intellectus à ratione advocatus facilè ab eâ commonefiat eorum omnium, quæ quondam vidit, & imaginum recordatione ad veri spectaculi commemorationem retractatus. Quis enim nesciat, quod quam rationem habet sensus adversus deliberationem, habet deliberatio adversus intellectum? g) Ex conjecturâ siquidem nascitur opinio, ex opinione intellectus, ut idem Plato docuit in Politiâ. h) Facile est, assequi naturalia arcana ex his, quæ frequenter accidunt. Omnes quippe passiones corporeæ, quæ mentem deliberationemque ejus impediunt, non nisi in capite proveniunt. Phrenesis enim, oblivio, lapsus epilepticus, 325 furor, atque atri fellis incendia, ex arce capitis trahunt initia, i) non quod mens deliberatioque ejus lædatur, propterea que fiat obtusior, sed quod organum morbo impeditum, officium suum juxta naturam implere non possit, nec animæ jussis occurrere. Cerebrique sedes nullam, opinor, fert passionem, provenit enim passionis sensu hominis interitus. Quod si & ratio iis quæ videntur, & quæ videntur rationi testimonium invicem præbent, utroque genere verum synceræ fidei esse dogma Platonis probatur, quod animæ vis principalis in cerebri locata sit sede.

CCXXX. Illud verò aliud principale, quod secundæ dignitatis esse prædiximus, non rationabilis animantis, sed ipsum animantis. k) Commune ergo ut animalis, in corde ac medietate, ut vero rationabilis animantis, in cerebro. Unde cætera quidem animalia uno utuntur principali, quod in corde est. At verò homo duobus, uno in corde, altero in capite. Certe hominis membra sequuntur ordinationem mundani corporis. l) Quare si mundus, animaque mundi, hujus sit ordinationis, ut summitas quidem sit dimensa cœlestibus, iisque sub- 326 jecta divinis potestatibus, que appellantur angeli, m) & dæmones; in terra verò, terrestri-

p) Τὸ λογικὸν. q) Τὸ θυμικὸν. r) Τὸ ἐπιθυμητικόν, supra p. 243.

s) Hinc in definitione animæ supra p. 312, tantum τοῦ λογικοῦ mentio.

t) Ita Rigalt. pro *perinde ut*. u) Supra p. 238.

x) Συμβουλευτική, rationis. y) Ὁρμητική, affectuum. z) In capite sedem habens.

a) Id ipsum animantis principale, cujus sedes cor. infra p. 325.

b) Galenus περὶ εὐποριστων T. 10. edit. Paris. p. 573. κεφαλὴ καθάπερ ἀκρόπολίς τις τοῦ σώματος. *Totius corporis capitolium* infra p. 327. adde p. 300. seq.

c) De mundi globositate supra p. 139. seq. adde que noster p. 327.

d) Cicero 2. de Natura deor. c. 56. *Sensus autem, interpretes ac nuncii rerum in capite, tanquam in arce mirifice ad usus necessarios & facti & collocati sunt —— atque ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis & naribus dominorum ea quæ profluentia necessario tetri essent aliquid habitura, sic natura res similes procul amandavit à sensibus.*

e) Ita recte edit. Paris. pro *& signis*. f) Al. *habeat commune, fiatque*, perperam.

g) Τὸ συμβουλευτικὸν sive δοξαστικὸν πρὸς τὸ ἡγεμονικὸν sive τὸν νοῦν.

h) Lib. VII. de Reip. p. 488. Conjectura πίστις καὶ εἰκασία, opinio δόξα, intellectus νόησις καὶ ἐπιστήμη.

i) De his cerebri morbis accurate Thomas Willisius in parte secunda libri de anima brutorum. Igitur quod deinde Chalcidius subjungit de cerebri sede nullam passionem ferente, ita intelligendum quod gravior illius læsio mortem afferat.

k) Supra p. 323. l) Supra p. 291.

m) Bonos angelos à malis dæmonibus distinguit Chalcidius, utpote Christianus scriptor, etiam supra p. 225.

restribus: & imperant quidem cœlestia, exequuntur verò angelicæ potestates; reguntur porrò terrena, prima summum locum obtinentia, secunda medietatem: ea verò, quæ subjecta sunt, imum. Consequenter etiam in natura hominis est quiddam regale, est aliud quoque in medio positum, est tertium in imo. Summum quod imperat, medium quod agit, tertium quod regitur, & administratur. Imperat igitur anima, exequitur ejus vigor in pectore constitutus, reguntur, & dispensantur, cætera pubetenus, & infra.

CCXXXI. Atque hanc eandem ordinationem in venimus etiam in libris Politiæ n) In quibus cum ea justitia quæreretur, quâ homines adversum se utuntur, hæc porrò tunc convalescit, cum animæ potestates officia o) sua recognoscunt, nec aliena appetunt, ex unius hominis ingenio ad illustre civitatis & populi confugit exemplum, & de gentium disputat justitia. Principales quidem urbis illius viros, ut prudentissimos, sapientissimosque, editiores urbis locos ha-
327 bitare jussit. Post hos militarem, atque in armis positam, juventutem, quibus subjecit sellularios, atque vulgares. Ut illi quidem, ut sapientes, præcepta dent; militares agant, atque exsequantur; vulgares vero competens, & utile, præbeant ministerium. Sic animam quoque ordinatam videmus. Rationabilem quidem partem ejus, ut sapientissimam, principem partem obtinentem, tanquam totius corporis capitolium. p) Vigorem verò, qui est iracundiæ similis, ut militarem juventutem, in cordis castris manentem. Vulgare, & sellularium, quod est cupiditas, seu libido, inferioribus abditum, occultatumque naturâ.

CCXXXII. Cum igitur horum, inquit, omnium consensus talis erit, & quasi quædam conspiratio: ut, quod oportet præcipere, rectè officium suum compleat; huic pareat, quod est dignitatis secundæ: postremum verò, atque ultimum, morem gerat melioribus, tunc non solum hominum vita, sed etiam civitatum, & gentium, erit laudabilis, & apprime beata. Ex quibus ostendit Plato, q) veram hominis proprietatem in capite consistere, cujus species sit mundi formæ simillima, r) & quod germana sustentetur animâ vivificantis animæ 328
corpus universæ rei; s) cuique cuncta cognitionis rerum instrumenta, sensus videlicet, adjuncta sint: quoque, quæ aguntur extra, indicio vicinorum sensuum mens assequatur. Quibus quidem sensibus minimè opus fuit mundo, quippe nihil extra ambitum mundi est, aut agitur. At verò perfectæ hominis instructioni sunt sensus admodum necessarii: quia initium, t) & quasi quædam intelligendi sapiendique semina, sunt in sentiendo.

CCXXXIII. Deinde causam demonstrat, cur capiti cætera membra subjecta sint. Oportebat, inquit, animal terrenis negotiis præfici: *terræ autem superficies iniqua* u) *ex parte maximâ, declivibus, & item acclivibus impedimentis.* Erat igitur impossibile x) motu capitis naturali, hoc est, globosa decursione terras obiri, propterea que divinæ potestates *vehiculum* consimilis ejusdemque naturæ capiti, cæterum corpus, & quæ *motui* y) futura erant necessaria, membra subterserunt, *quo rationis domicilium cæteris emineret.* z) Quodque ex translatitiis motibus quædam est præcedendi conjugatio, retro quidem, unde est exordium motus, ante autem, ad quod fit impetus: *præcedendi offici-* 329
um commodius, inquit, *visum est quam recedendi.*

 a) Opi-

n) Lib. IV. de Rep. p. 449. 453. seq.

o) Ita recte Doblerus pro *opificia.*

p) Capitolium pro arce, ut Hieron. in Esaiæ XIV. 22, ad verba *perdam Babylonis nomen*: *Arx id est capitolium illius nobis est turris qua ædificata post diluvinum* Vicissim Capitolium *verticem civitatis* dixit Tertullianus c. 1. Apologet.

q) Laudato IV. de Rep. loco p. 454. δίκαιον φήσομεν ἄνδρα εἶναι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ὧπερ καὶ πόλις ἦν δικαία — — τῷ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστον πράττειν, τριῶν ὄντων γενῶν &c.

r) Ob globositatem, supra p. 324.

s) Id est habet animam affinem illi quæ Mundum animat. *Universa res* pro Mundo passim Chalcidio ponitur ut p. 184. *Germanum* pro re simili & ejusdem generis ut p. 342. *germanum ignis lucidi.*

t) Ita edit. Paris. non *qui initium* ut Leid. Cæterum principalis & proprius sensus non in externis sensibus sed in ipsa anima. Supra p. 283.

u) Assentior præstantissimo Doblero qui *iniqua* legit pro *in qua.* Ponitur autem *iniqua* passim nostro pro inæquali ut p. 162. 166. Verba Platonis in Timæo sunt de capite loquentus quod θειότατον & τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν appellat: ἵνα οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς, ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ ἐχούσης ἀποροῖ τὰ μὲν ὑπερβαίνειν, ἔνθεν δὲ ἐκβαίνειν.

x) Hic idem Doblerus, sensu exquirente, pro *possibile.*

y) Plato: ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν ἔδοσαν, unde patet *motui* legendum pro *partui*, quod hoc loco habebant editiones.

z) Τὴν οὖν θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν.

a) Opinor ideo, quia mundi quoque motus agitur in antecedentia, b) naturæque animalium congruentius progredi, quam recessim moveri. Totius denique corporis conformatio providâ naturæ solertiâ sic ordinata est, ore vultuque ad præcedentia versum locata, ducibus quoque ad spatiandum sensibus prorsum spectantibus.

CCXXXIV. Dehinc subtexit de sensibus, & organis sentiendi: & incipit ab optimo, præclarissimoque, sensuum omnium visu; causas, quibus videmus, edisserens. Sed quoniam de hoc plerique alii d) post ipsum opiniones varias libris conditis sunt executi, eas, quæ sunt in honore, perstringam, quo perfectior, propositæ rei tractatus habeatur. Omnes qui rerum initia corpora censuerunt, vel cœtum innumerabilium minutorum congesto inani, e) vel perpetuorum continuatâ proceritate, f) dicunt videre nos simulacrorum incursionibus g). Fluidam quippe materiem formatas juxta sui similitudinem exsudare subtiles corporum fusiones,
330 quæ sunt visibilium simulacra rerum. Eaque cum visus noster incurrerit, hausta, & recepta meatibus, transmittat ad eum, per quem sentimus, spiritum. Cumque delicatior simulacri moles erit, separatur panditurque visus, opinor; & candida tunc, quæ sentiuntur, videntur. Si corpulentior, confundunt aciem, & videntur atra. atque ad eundem modum cætera formata, & colorata; pro formarum, & colorum, cognatione. Multaque ab his dicuntur alia in eundem modum, quibus singulis immorandum non erit.

CCXXXV. At verò Heraclitus h) intimum motum, qui est intentio animi, sive animadversio, dicit porrigi per oculorum meatus: atque ita tangere, tractareque, visenda. Stoici verò videndi causam in nativi spiritus intentione constituunt. Cujus effigiem, coni similem volunt i). Hoc quippe progresso ex oculorum penetrali, quæ appellatur pupula, & ab exordio tenui, quo magis porrigitur in soliditatem opinato exordio, penes id, quod videtur, locata k) fundi omnifariam, dilatarique visus illustratione. Quodque omnis natura modo, mensuraque, moveatur; spatii quoque, ma- 331
gnitudinisque, commodum esse: eaque, quæ neque valde applicita visui, nec nimium distantia, visibilia clarè videri: certè conum ipsum pro modo, mensuráque, intentionis l) augeri, & pro ut basis ejus vel directa vel inflexa erit, incidetque in contemplabilem speciem, ita apparebunt, quæ videntur. Oneraria quippe navis eminus visa perexigua apparet, deficiente contemplationis vigore, nec se per omnia navis membra fundente spiritu. Turris item quadrata rotunditatem simulat cylindri, m) atque etiam ex obliquo visa porticus in exile deficit, oculorum depravatione. Sic etiam stellarum ignis exiguus apparet, atque ipse Sol, multis partibus quam terra major, n) intra bipedalis diametri ambitum cernitur. Sentire porrò mentem putant, perinde ut eam pepulerit spiritus, qui id, quod ipse patitur ex visibilium specierum concretione, mentis intimis tradit. Porrectus siquidem, & veluti patefactus, candida esse denunciat, quæ videntur. Confusus porrò, & confæcatior, atra, & tenebrosa,

a) *Τῦ δ' ὄπιθεν τὸ πρόσθεν τιμιώτερον καὶ ἀρχικώτερον νομίζοντες θεοί, ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς πορείας ἡμῖν ἔδοσαν.*

b) Ab oriente ad occidentem, supra p. 184. mox pro *congruentis* scripsi *congruentius*, sensu ita postulante.

c) Hoc loco incipit caput Chalcidiani commentarii decimum *de visu*.

d) Aristotelis inprimis *περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν*, & libro 2 & 3. de anima.

e) Ut Democritus & Epicurus qui existimarunt rerum initia esse atomos & inane, *ἀτόμυς καὶ κενόν*.

f) Ut Stoici qui negabant in mundo dari vacuum.

g) *Κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις.* Laërt. IX. 44. Cicero lib. 1. de finibus c. 6. *atomi inane imagines quæ idola nominant* (Democritus & Epicurus) *quorum incursione non solum videamus sed etiam cogitemus.* Vide quæ dixi ad Sextum Empiricum lib. 2. contra Logicos sect. 65.

h) Tertullianus lib. de anima c. 14. *Non longe hoc exemplum est à Stratone & Ænesidemo & Heraclito, nam & ipsi unitatem animæ tuentur, quæ in totum corpus defusa & ubique ipsa velut flatus in calamo per cavernas, ita per sensualia variis modis emicet, non tam concisa quàm dispensata.*

i) Confer Laërtium VII. 157. & Plutarchum IV. 15. de placitis Philosophor.

k) Ita ut vertex coni sit in videntis intimo oculo, basis prima in oculi superficie, ultima in re quæ cernitur, & quo majore sub angulo quælibet videntur eo majora quoque apparent. Quo minore sub angulo, ut in remotioribus, eo minora. Ex quo apparet falsum esse pronunciatum Democriti qui ait formicam etiam in cœlo sitam perspicue visum à nobis iri in terra, si spatium interjectum esset inane: apud Aristot. II. 7. de anima.

l) Per intentionem intellige longitudinem atque extensionem productiorem radiorum oculi.

m) Vide ad Sextum Empiricum 1. Pyrrhon. sect. 118.

n) Supra, p. 181.

332 sa, significat: similisque ejus passio est eorum, qui marini piscis o) contagione torpent, siquidem per linum, & arundinem, perque manus, serpat virus illud, penetretque intimum sensum.

CCXXXVI. Geometræ cum Peripateticis concinentes radii effusione p) visum operari putant, cum per fulgidam, lucidamque, pupulæ stolam in directum emicans radius, serenam porrigit lineam, quæ gyris oculorum circumvecta motibus dispergat undique lucem contemplationis. Quippe teres, & lævis, oculi globus, & humori lubrico velut innatans, sequacem lineam visus utrobique facile contorquet. Ergo notæ geometricæ q) comparant quod videtur: & illuc versum ferri censent visus intentionem: sed ob nimiam, repentinamque, conversionem omnia videri per illustrem contuentis superficiem putant, ut cum in theatro, aliove quolibet conventu popularis multitudinis, decursis strictim vultuum partibus, totum populum videre nobis videmur.

CCXXXVII. Iidem aiunt videre nos vel tuitione, r) quam φάσιν vocant, vel intuitione s), quam ἔμφασιν, vel detuitione t)
333 quam, παρέμφασιν nominant. *Tuitione* quidem, ut quæ simpliciter, & propriè videntur, quæque clementer visum recipientia minimè eum à se repellunt: ut flexus, quinimmo fractus, rursum ad oculos redeat. *Intuitione* verò, ut quæ fragmento radii recurrente ad oculorum aciem videntur: qualia sunt, quæ in speculis, & aquâ, considerantur; cæteris item, quorum tersa est quidem superficies u), sed ob nimiam densitatem idoneus vigor est ad repellendum quod offenderit. Ergo etiam radius, in quo est vis videndi, fractus in speculo facit angulum, quem contineant duæ lineæ, Una, quæ ab oculo profecta pervenit ad speculum. Altera, quæ à speculo recurrit ad vultum. Qui quidem angulus, cum erit acutus, imaginem vultuum nostrorum facit in speculo videri, remeante ad vultum acie, atque indè occultè præcipitante simulacrum in speculi sinum. Ex quo fit, ut vultus noster transisse ad speculum putetur. Quomodoque x) simulacrum, è speculo resultans, ex adverso videtur consistere: perinde ac si duo contra stantes dextras partes sinistris, sinistras item dextris obvias 334
habeant: sic adversum nos imagines nostræ y), dextras & sinistras partes cum immutatione demonstrant. Idem angulus acutus, si ex aliqvâ conversione, vel immutatâ qvalitate positionis, erit acutior & procerior factus, longius evagatus, cuncta, quæ post tergum nobis sunt, in speculo videri facit. Qvod si non acutus, sed rectus, erit angulus; tunc ea, quæ ad directum rigorem supra nos erunt, videbuntur. Sin

 verò

o) De torpedine pisce qvi Græcis νάρκη, Claudianus Epigramm. 3.

Per setam vis alta meat, fluctuque relinquit
Absentem victura virum, metuendus ab imis
Emicat horror aqvis, & pendula fila secutus,
Transit arundineos arcano frigore nodos,
Victricemque ligat concreto sangvine dextram.

Idem multis aliis etiam priscis traditum, Alexandro Aphrodiseo, Oppiano aliisqve: at licet propiore contagione torporem inducere si tangatur vel in manus sumatur, certissimum est, tamen remotiore etiam intervallo per lineam & arundinem hoc facere negat Stephanus Lorenzinus qui ejus rei experimentum cepit ut narrant Ephemerides literariæ Parisienses A. 1679. p. 152. Vide & A. 1672 p. 275. & Vossium IV.12. de idololatria: præ cæteris Engelberti Kæmpheri librum observationibus curiosissimis refertum quem amœnitatum exoticarum nomine edidit. p. 509. seq.

p) Pro hac sententia (probata etiam Platoni infra p. 338. pluribus argumentis pugnant Euclides & Heliodorus in Opticis. Et Apollonius Alex. libro III Syntaxeos p. 287. notat apud Græcos ideo verba cæterorum sensuum adsciscere casum genitivum, qvoniam illi ab externis rebus afficiantur, at videndi verba accusativum poscere qvoniam visio res comprehendat externas & sit αἴσθησις ἐνεργεστάτη. αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις καθ' εἰσπομπὴν γινόμεναι, τουτέστιν ἐκ τῶν ἐκτὸς εἰς ἑαυτὰς λαμβάνουσαι ἐνεργοῦσιν· ἡ δὲ ὅρασις κατ' ἐκπομπὴν, τουτέστιν ἀφ' ἑαυτῆς εἰς τὰ ὁρώμενα ἐνέργειαν πέμπει. Aristoteles vero lib. de sensu c 2. negat nos videre egrediente velut è laterna lumine, ut hac in parte Peripatetici qvos hoc loco memorat Chalcidit . à Magistri sui sententia recesserint.

q) Puncto Mathematico

r) Κατ' εὐθυωρίαν, vel κατ' ἰθυφανές. Heliodorus in Opticis p. 10.

s) Κατ' ἀντίφανσιν, de qvâ in Catoptricis.

t) Ut baculi in aqva conspecti, cui species refracta oculis se offert. De hac παρεμφάσει in Dioptricis. Vide infra p. 336.

u) Ut in lævigato marmore vel speculo aureo aut argenteo reflexi radii.

x) Ita leg. pro *Qvoqve*. Mox ex edit. Paris. reposui: *Dextras partes sinistris, sinistras dextris.* Nam *sinistris* in Leid. exciderat.

y) Infra p. 353. seq.

verò hebes, & latior; ea, quæ contra nos excelsiora sunt, apparebunt.

CCXXXVIII. Nullo porrò angulo facto, nec fracto radio, nulla in speculis duntaxat imago proveniet, vt in globosis, & sphæræ similibus, vasis. At verò si talis erit speculi figura, ut sit ejus concava superficies, & tornata in modum scaphii quadrati, vel imbricis, dehinc intueamur hoc idem speculum ita conversum, ut rectus cernatur imbrex, margines porrò ejus, seu supercilia, hinc & illinc pro lateribus assistant; tunc, opinor, radius incidens, & infractus, ob lævem speculi rigidamqve soliditatem, in proximum latus ejus delabitur, in decu-
335 mani apicis effigiem. z) Ita dextri lateris imagine in sinistrum, sinistri etiam in dextrum, ob eminentiam marginis vtriusqve, directa, dextræ partes a) nostræ, etiam in speculo, dextræ, sinistræque item sinistræ videbuntur, & erit imaginis falsæ remedium imago falsa. Hoc idem speculum, si demum ita erit adversum nos locatum, ut eminentium marginum b) alter superior sit, alter inferior; nec rectus, sed obliquus, cernatur imbrex; resupinas ostentat imagines, & simulacra præpostera, ob similem lapsum fracti radii per acclivia. c) Directus quippe visus ad speculi supercilia, cum quidem superiorem conspexerit eminentiam, dejicitur simulacrum; ad ima resupinum; cum vero inferiorem, facit saltum vultus ad imaginem superiorem.

CCXXXIX. Indicat porrò causam pravæ intuitionis esse in radii fragmine d) commentum tale. Etenim si duo specula sic ante vultum, alterum à tergo obliqvatum e), ne impediatur objectu corporis visus radii commeantis, tunc occipitium nostrum interni videmus in speculo quod habetur à
336 tergo. Quod non fieret nisi radius visualis applicans se ad speculum adversum, fractusqve ejus objectu faceret angulum, ex qvo rursum recurrens in posterius se speculum arietaret, rursumque illic angulo facto desineret in occipitii sedem. Atqve ita quod vero visu non sentitur, discursantis aciei lumine proditur. Similiter cum in modum sectæ concavæ sphæræ formatum erit speculum, majores veris vultus apparent. Ideo qvod undique se fundente radii lumine velut exæstuans imago porrigitur.

CCXL. Quæ autem παράφασις f) ab his appellatur, provenit quoties non in cute speculi, sed introrsum, & tanqvam penetrabilibus g), simulacrum invenitur, obumbrante aliquâ nigredine, ut in perlucidi quidem, sed fusci, vitri lamina; vel stagnis atris ex alto profundo h). Tunc quippe visus ingreditur non adeò densam cutem, & videt interiora, sed non adeò clarè. Infringitur tamen radius, ob tersam perlucidæ materiæ superficiem, & obumbrationem atri coloris, usque adeo ut ipsi etiam nosmet videntes, intra speculum nosmet putemus consistere, nec os nostrum è speculo, sed intra speculum videre. Quæ 337
causa est, ut cum accedimus ad speculum, imago etiam proximare, & cum redimus, illa etiam videatur una recedere.

CCXLI. Iidem *) unum esse radium, qui ex utroque oculo porrigitur, argumentantur ex eâ passione quæ ὑπόχυσις dicitur: i) & ex visu eorum, qui duplicia videre creduntur, & habere pupulas binas. Etenim cùm crassus humor ita oculos obsederit, ut non omnem eorum occupaverit & obtexerit ambitum, sed in medietate constiterit, liberis hinc inde partibus suis: tunc scisso radio dividitur bifariam visus, & qui hoc vitio laborant, duplicia videre se censent. Ergo etiam in geminis pupulis k) idem vitium medicorum detegit experientia. Nanque bicorni naturali quidem pupulâ recte, quæ sunt, videntur: illa verò alia, simulacra rerum. Quapropter medici, quod plus est, quam natura desiderat, tollunt: & illam præter naturam pupulam interimunt, impo-

z) Decumanus apex est decussata litera X. Qvæ porro de speculorum planorum concavorum, convexorumqve rationibus hoc loco Chalcidius attingit, ea perspicue tradita ac demonstrata in Catoptricis præceptionibus non ignorant harum litterarum studiosi.

a) Ita leg. pro *directa dextra partis*. Est etiam Codex qvi pro *directa* legit *dejecta*, ut infra: *Dejicitur simulacrum ad ima resupinum.*

b) Vocabulum *marginum* ex edit. Paris. restitui.

c) Edit. Paris. *accliva.*

d) h. e. reflexione.

e) al. *obligatum*, male.

f) Detuitionem dixerat noster suprà p. 332.

g) Meursius legit in *penetralibus.*

h) Ita edit. Paris. pro *alio profundo.*

*) Optici qvorum sententias à capite 236. exponere cœpit.

i) Male editum erat ὑπόχεσις. At vitium illud oculorum, qvo qvi laborant duplicia vel triplicia videre sibi videntur ab Medicis vocatur ὑπόχυσις ut ab Aëtio vel ὑπόχυμα ut Hippocrati, Paulo Æginetæ aliisqve, Celso *suffusio.*

k) Fœminas in Scythia, *bituas* inde dictas, multosqve alios pupillis binis in oculis memorat Plinius VII, 2. Hist. quibus adde Salmasium ad Solinum p. 46. & 190. seq. edit. Paris.

impositâ cicatrice. Quo facto revocatur visus naturalis integritas. Hæ sunt de visu probatæ sententiæ veterum, qui mihi videntur acceptis occasionibus à Platone suum proprium fecisse dogma. Nam cum ille per-
338 fectam rationem attulerit, docueritque tam ipsam causam videndi, quam cætera, quæ causam sequuntur, atque adjuvant, & sine quibus visus non potest existere, juniores sumptis ex plenâ sententiâ partibus; de iisdem partibus, tanquam de universitate, senserunt: propterea que, ut qui vera dicant, meritò movent. Sed quia nulla partis perfectio est, aliquatenus succidunt, ut, expositâ Platonis sententiâ, res ipsa demonstrabit.

CCXLII. Censet enim Plato, l) lumen ex oculis profundi purum, & liquatum, quod sit velut fons quidam ignis intimi nostri, habens cum solstitiali lumine m) cognationem. Solis porrò lumen instrumentum animæ fore *) ad visibilium specierum contemplationem: siquidem ad oculos feratur, quorum lævigata soliditas, & tersa rotunditas, utpote munita tunicis textis tenui nervorum subtegmine, fert facile n) obuiam lucem. Medietas verò, in quâ constituitur videndi vis, delicati corporis, & sinceræ, propemodumque incorporeæ, puritatis, admittit contemplationis ingressum. Causaque principalis videndi lumen est initium, nec tamen us-
339 quequaque perfecta, & sufficiens ad muneris competentis perfunctionem. Opus est quippe adjumento cognati extimi luminis, o) maximè quidem solstitialis, alias tamen etiam eorum, quæ Solis lumen imitantur. Igitur extimum lumen, accorporatum lumini, quod ex oculis fluit, confirmat illud, & facit idoneum obtutum p) fluere, propterea ducit ex ipsis corporibus, quæ videntur colores. Colorum porrò proprium esse visus sensum quis nesciat? Flamma est igitur quædam, inquit, corporum color q) infundens superficiem. Quæ cum erit æqualis oculorum capacitati, manifesta r) sunt, atque erunt, quæ videntur. Cum verò minor, clara, & candida; ut quæ patulus, & apertus, visus admittat. Si verò major erit color, qui ex corporibus evaporatur, quam est oculorum ambitus, tegitur, confunditurque acies, & quæ videntur, atri coloris videntur.

CCXLIII. Tribus ergo his concurrentibus visus existit, trinaque est ratio videndi: lumen caloris intimi s) per oculos means, quæ principalis causa est: lumen extra positum consanguineum lumini nostro, quod simul operatur, & adjuvat; lumen quoque, quod ex corporibus visibilium specierum fluit, flamma, seu color. Qui perinde est 340
atque sunt omnia, sine quibus propositum opus effici non potest, ut sine ferramentis, quæ sunt operi faciendo necessaria. Quorum si quid deerit, impediri visum necesse est.

CCXLIV. His tam plenè, tam diligenter, elaboratis, juniores philosophi, t) ut non optimi hæredes, paternum censum in frusta dissipantes, perfectam atque uberem sententiam in mutilas opiniunculas incîderunt. Quare faciendum, ut ad certam explorationem Platonici dogmatis commentum vetus advocetur medicorum, & item physicorum, illustrium sanè virorum, qui, ad comprehendendam sanæ naturæ sollertiam, artus humani corporis, factâ membrorum exsectione, rimati sunt: qui existimabant, ita demum se suspicionibus, atque opinionibus, certiores futuros, si tam ratio-

l) Platonis verba in Timæo: Τὸ ἐντὸς ἡμῶν (φῶς) ἀδελφὸν ὂν, τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν λεῖον καὶ πυκνόν &c.

m) *Solstitiale* Chalcidius ponit pro *solari*, non hoc tantum loco sed & p. 339. & 342.

*) *Fore* pro *esse* ut p. 254. & alibi Vide Grævii thesaurum Antiqv. Italiæ T. 3. p. 1048.

n) Al. *ferit facile* male.

o) De necessitate externi luminis ad videndum, pluribus disserit Aristoteles lib. 2. de anima cap. 7. Tamen in tenebris etiam vident feles, noctuæ, vespertiliones aliaqve animalia & hominibus qvibusdam idem contigit, ut Tiberio Imp. aliisqve de qvibus dixi ad Pyrrhonianas hypotyposes Sexti Empirici.

p) Al. *obtutui*, & mox *qui videntur*, minus bene.

q) al. *colori*, male. Verba Platonis: χρόας ἐκαλέσαμεν φλόγα τῶν σωμάτων ἑκάστων ἀπορρέουσαν ὄψει σύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς αἴσθησιν —— τὰ φερόμενα ἀπὸ τῶν ἄλλων μορίων ἐμπίπτοντα δὲ εἰς τὴν ὄψιν, τὰ μὲν ἐλάττω, τὰ δὲ μείζω, τὰ δ᾽ ἴσα τοῖς αὐτῆς τῆς ὄψεως μέρεσιν εἶναι.

r) Diaphana ac transparentia Plato: τὰ μὲν οὖν ἴσα, ἀναίσθητα ἃ δὴ καὶ διαφανῆ λέγομεν. Τὰ δὲ μείζω ἢ ἐλάττω, τὰ μὲν συγκρίνοντα, τὰ δὲ διακρίνοντα· —— τὸ μὲν διακριτικὸν τῆς ὄψεως λευκὸν, τὸ δ᾽ ἐναντίον αὐτοῦ. μέλαν.

s) Sic omnino legendum cum Rigaltio ac præstantissimo Doblero pro *coloris intimi*. τὸ ἐντὸς ἡμῶν πῦρ διὰ τῶν φωσφόρων ὀμμάτων ῥέον, *ignem intimum* dixerat pag. 338. & iterum iterumqve p. 342. & 343. *intimi caloris lumen quod inoffensè per oculos fluit.*

t) Aristotelem videtur innuere, qvi contra Platonem disputat lib. de sensu c. 2.

rationi visus, quàm visui ratio concineret. Demonstranda igitur oculi natura est. de quâ cum plerique alii, tum Alcmæus Crotoniensis u), in physicis exercitatus, quique primus exsectionem aggredi est ausus; & Callisthenes x), Aristotelis auditor; & Herophilus y), multa, & præclara, in lucem protulerunt: Duas esse angustas
341 semitas, quæ à cerebri sede, in quà est sita potestas animæ summa, & principalis, ad oculorum cavernas meent, naturalem spiritum continentes; quæ cum ex uno initio, eàdemque radice z) progressæ, aliquantisper conjunctæ sint, in frontis intimis separatæ, bivii specie, perveniant ad oculorum concavas sedes: quà superciliorum obliqui tramites porriguntur, sinuatæque illic tunicarum gremio, naturalem humorem recipiente, globos complent munitos tegmine palpebrarum, ex quo appellantur orbes. Porrò quod ex unâ sede progrediantur luciferæ semitæ, docet quidem sectio a) principaliter; nihilominus tamen intelligitur ex eo quoque, quòd uterque oculus moveatur una, nec alter sine altero moveri queat. Oculi porrò ipsius continentiam in quatuor membranis b), seu tunicis, notaverunt, disparili soliditate; quarum differentiam, proprietatemque, si quis persequi velit, majorem propositâ materiâ suscipiet laborem.

CCXLV. Interim, verbis Platonis expositis, eam, quæ sit in his naturalium arcanorum comprehensio, atque expressio, consideremus. Cum de sensibus loqueretur, quos capitis instrumenta esse dixerat, 342
addidit.

Τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα συνετεκτήναντο ὄμματα.

E quibus primi luciferi oculorum orbes coruscant. & mox.

Τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν καίειν οὐκ ἔσχε· τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκεῖον ἑκάστης ἡμέρας, σῶμα ἐμηχανήσαντο γίγνεσθαι. Τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν.

Duæ sunt, opinor, virtutes ignis, altera edax, & peremptoria; altera mulcebris innoxio lumine. Huic igitur, ex quâ lux diem invehens panditur, cognatum & familiare cor[illegible]culorum divina per[illegible] commenta sunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem, utpote germanum ignis lucidi, sereni, & defæcati liquoris, fluere per oculos, ac demanare, voluerunt.

Solis & oculorum cognationem scit ab ineunte ætate communis omnium anticipatio. Quippe Sol mundi oculus appellatur ab omnibus. Ideoqve, idem auctor in Politiâ, c) Solem quidem simulacrum esse ait invisibilis Dei, oculum verò Solis, & solstitiale quiddam, ut sit eminens Sol intelligibili mundo suus, huic similis in sensili globus iste ignitus lucifer, cujus simulacrum id lumen, quo illustratur visus animalium, idest, oculus. Fluere porrò visum

u) Aliis Alcmæon, de qvo consulendæ Meursii notæ, Hieron. Mercurialis lib. 2. c. 10. Var. Lect. & quæ viri docti ad Laërtium VIII. 83. Juvenis audivit Pythagoram jam senem, ut præter Jamblichum docet Aristoteles lib. 1. Metaphys. c. 5. atqve inter antiqvissimos Physicos laudatur à Galeno lib. 1. in Hippocratem de natura hominis T.V. p. 1. Τοιαῦτα δὲ εὕροις ἂν ἅπαντα τὰ περὶ φύσεως ἐπιγεγραμμένα βιβλία τῶν παλαιῶν φιλοσόφων, Ἐμπεδοκλέους, Παρμενίδου, Μελίσσου, Ἀλκμαίωνος, Ἡρακλείτου. Laudat & Simplicius in 1. de anima atque alibi. Alcmæonis placita de sensibus exponit Theophrastus libro περὶ αἰσθήσεως p. 24. Aristotelis liber adversus hunc Alcmæonem Laërtio V. 23. memoratus intercidit. Reprehendit & Alcmæonem Aristoteles lib. 1. Histor. animal. c. 11. qvod capras per aures respirare scripserat. Notandus vero hic locus Chalcidii, qvi ab Alcmæone primum anatomem corporis humani susceptam testatur.

x) De Callisthene ejusqve scriptis Meursius in notis & in Bibl. Græca: tum Vossius de Historicis Græcis, & qvæ à me notata lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 8. p. 212. & cap. 11. p. 292. Licet vero Historica potissimum commentaria Callisthenis celebrentur, tamen Physices etiam curiosum fuisse constat vel ex eo, qvod inter scriptores de radicibus & herbis à S. Epiphanio celebratur prolegom. operis de hæresibus c. 3.

y) De Herophilo Anatomico celeberrimo, qvi Ptolemæi Soteris temporibus claruit, dicturus accurate libro VI. Bibl. Græcæ, hoc loco tantum adscribam ista Tertulliani libro de anima c. 10. *Herophilus ille Medicus aut lanius, qvi sexcentos exsecuit ut naturam scrutaretur, qui hominem odiit ut nosset, nescio an omnia interna ejus liquido exploravit, ipsa morte mutante quæ vixerant, & morte non simplici sed ipsa inter artificia exsectionis errante.* Idem c. 25. non infantium modo sed *majorum quoque* hoc est adultorum *prosectorem* Herophilum appellat.

z) Pulchra descriptio nervi optici, de qvo conferre juvabit Galenum libro 10. de usu partium corporis humani cap. 12 -- 14.

a) Anatome, qvam paullo ante dixerat *exsectionem*, exemplo Tertulliani qui eadem voce utitur.

b) Tunica retiformi, corniformi, uvea sive uniformi & membrana periostio, de qvibus Galenus libro decimo de usu partium cap. 2. seq. Illis tunicis humor triplex oculi aqveus, crystallinus & vitreus sapientissime opificis artificio continetur.

c) Plato VI. de Rep. sub extrem. ὅ, τι περ αὐτὸ (τἀγαθὸν DEus) ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο οὗτος (ὁ ἥλιος) ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα.

ſum per oculos, conſentiunt tam phyſici quàm etiam medici, qui, exſectis capitis membris, dum ſcrutantur naturæ providam ſollertiam, notaverunt ferri bivio tramite ignis liqvorem.

Λεῖον καὶ πυκνοὶ, ὅλον μὲν, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπιλήσαντες τῶν ὀμμάτων -- -- τὸ
343 *τοιοῦτο δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν.*

Ut per leves, inquit, *congeſtosque, & tanquam firmiori ſoliditate pandos orbes luminum, quorum tamen eſſet anguſta medietas, ſubtilior ſerenus ignis per eandem flueret medietatem.*

CCXLVI. Quid ergo? Non aliter phyſici membranis, vel etiam tunicis ſolidis, contineri oculorum orbes aſſeverantes, de naturâ eorum interpretari videntur. Anguſta porrò illa medietas, quæ pervenit uſque ad oculorum cavas ſedes, quæ alia eſt quàm hæc, per quam fluit ignis ſerenus?

Ὅταν οὖν μεσημβρινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπῃ περ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπῖπτον ἔνδοθεν πρὸς ὃ τὸ ἔξω ξυνέπεσεν.

Itaque, inquit, *cùm diurnum jubar applicat ſe viſus fuſioni, tunc nimirum incurrentia ſemet invicem duo ſimilia in unius corporis cohærent ſpeciem, quo concurrunt oculorum acies emicantes, quoque effluentis intimæ fuſionis acies contiguæ imaginis occurſu repercutitur.*

Evidenter viſum fieri dicit, quoties intimi caloris lumen, quod inoffensè per oculos fluit, aliquam viſibilem materiam, quam contiguam imaginem appellat, incurrit: ibidemque juxta materiæ qualitatem formatum, & coloratum, ſenſus, viſuſque conficit ex lumine, qui contiguæ imaginis occurſu, repercuſſo radio, reditu facto ad oculorum fores, uſque ad mentis ſecreta porrigitur. Atque etiam diurni jubaris applicatio cum ignis intimi lumine manifeſtat, ſine Solis effulſione nihil videri.

Ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα τοῦ συγγενοῦς πυ-
344 *ρὸς ἀποτέτμηται· πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυσθαι· συμφυὲς οὐκέτι τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. Παύεται δὲ οὖν ὁρῶν, ἔτι δὲ ἐπαγωγὸν γίνεται ὕπνου. Σωτηρίαν γὰρ ἣν οἱ Θεοὶ ἕνεκα τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο, τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργνυσι τὴν τοῦ πυρὸς ἔνδον δύναμιν. ἡ δὲ διαχεῖται καὶ ὁμαλύνει τὰς ἐντὸς κινήσεις, ὁμαλυνθεισῶν δὲ ἡσυχία γίγνεται.*

Denique, *poſtquam in noctem*, inquit, *diſceſſerit cognatus ignis, deſertum ejus auxilio lumen intimum remanet otioſum, nullam habens cum proximo tunc aëre naturæ communicationem, videreque deſinit fractum illecebrâ ſomni. Obductis quippe palpebris, quarum tegmen ſalubre oculorum auxilium* dixit eſſe, *vis illa ignis intimi coërcetur, compreſſaque fundit ſe per membra. Quo pacto intimorum motuum relaxatur intentio in ſoporam quietem*, minimè tunc interpellante mentem viſus inquietudine.

Γενομένης δὲ πολλῆς μὲν ἡσυχίας, βραχυόνειρος ὕπνος ἐμπίπτει. Καταλειφθεισῶν δέ τινων κινήσεων μειζόνων, οἷαι καὶ ἐν οἵοις ἂν τόποις λείπωνται, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέσχετο ἀφομοιωθέντα ἐντὸς ἔξω τε ἐγερθεῖσιν ἀπομνημονευόμενα φαντάσματα.

CCXLVII. *Cumque erit altior*, e) inquit, *quies, craſſiore facto naturali ſpiritu, nihil, aut leve quiddam, incertumque, & perfunctorium, ſomniamus. Sin erunt inſignes reliquiæ commotionum animi, cujuſmodi erunt, & quibus in locis, talia viſuum ſimulacra naſcentur, preſſa, &, ob inſigne imaginum, diu penes memoriam reſidentia.*

Sunt porrò reliquiæ commotionum vel ex 345
moleſtis, * vel ex intemperantibus, interdumque ſapientibus, interdumque ſtolidis cogitationibus ſedatæ, vel ad iracundiam incitatæ, proque locis, ut in capite, ubi eſt ſedes domiciliumque rationis; vel in corde, in quo dominatur virilis ille indignationis vigor; vel in jecore, ſubterque, dimiſſa porrò hæc omnis regio libidinis.

CCXLVIII. Et quoniam tractatum incurrimus ſomniorum, de quo variè ſenſerunt veteres, fiat earum, quæ in honore ſunt, opinionum commemoratio. Ariſtoteles, ut qui Dei providentiam uſque ad Lunæ regionem progredi cenſeat: f) infra verò, neque providentiæ ſcitis regi; nec angelo-

d) Pariſ. *pavidos*, male.

e) Hoc loco incipit caput XI. de imaginibus ſomniorum. Democriti quidem & Epicuri ſententia fuit inſomnia oriri qvum imagines rerum qvaqvaverſum oberrantes ſic laceſſunt dormientium animos, externaque & adventitia viſione pulſant, ut earum rerum qvarum idola ſive imagines ſunt, imaginationem creent. Confer Gaſſendum de philoſophia Epicuri p. 540. ſeq. & aliorum veterum Philoſophorum ſententias apud Plutarchum lib. V. de placitis Phyſicis capite 2.

* al. *modeſtis*.

f) Ariſtoteles lib. de Mundo cap. 6. Laërtius V. 32. Confer. Petavium dogm. Theol. de DEO VIII. 4. 5. & illuſtris Potteri notas ad Clementem Alex. V. Strom. p. 700. qvi Clemens parùm veriſimiliter putat Ariſtotelem errorem illum hauſiſſe ex male intellecto loco Pſalm XXXVI. 5. *Domine in cœlo miſericordia tua, & veritas tua usque ad nubes.* Cæterum ex allegatis teſtimoniis apparebit vanum eſſe Vaninum, qvi in Amphitheatro Providentiæ Divinæ Exerc. XXX. diſputat opinionem illam Ariſtoteli immerito adſcribi à Chalcidio, qvem inepte ille Chalcidicum & circumforaneum blateronem appellat.

rum ope, consultisque, sustentari: nec verò dæmonum prospicientiam putet interveniire, propterea que tollat omnem divinationem, negetque prænosci futura: unum genus somniorum g) admittit, atque approbat: quod ex his, quæ vigilantes agimus, aut cogitamus, residens in memoriâ, movet h) interpellatque per quietem gestarum deliberatarumqve rerum conscias animas. Nec errat. Est enim i) hæc progenies somniorum: sed non sola, ut Aristoteles putat. Multa quidem incognita, inopinataque, neque unquam tentata animis, somniamus; quoties provenisse uspiam significantur, quæ nondum scientiæ fama conciliaverit; vel futura portenduntur, quæ nondum provenerint. Sed hic suo quodam more pleni perfectique dogmatis, electo quid visum sit,
346 cætera fastidiosâ incuriâ negligit. k)

CCXLIX. Heraclitus verò, l) consentientibus Stoicis, rationem nostram cum divinâ ratione connectit, regente ac moderante mundana, propter inseparabilem comitatum, consciam decreti rationabilis factam, quiescentibus animis opere sensuum, futura denunciare. Ex quo fieri, ut appareant imagines ignotorum locorum, simulacraque hominum, tam viventium quàm mortuorum. Idemque asserit divinationis usum, & præmoneri meritos instruentibus divinis potestatibus. Hi quoque parte sunt abutentes sententiæ pro solidâ perfectaque scientiâ.

CCL. Sunt m) qui nostrum intellectum pervolitare convexa mundi putent, miscereque se divinæ menti, quam Græci νοῦν vocant: & velut ex majore disciplinâ minusculas scientias mutuatas; quæ summâ & eminens imaginetur mens, nunciare mentibus nostris, invitante ad cœtum animæ nocturnæ solitudinis opportunitate. Sed cùm pleraque non inreligiosa modò, verùm etiam impia, somniemus; quæ imaginari summam eximiamque intelligentiam, sive mentem, seu providentiam, fas non sit putare: falsam esse hanc opinionem hominum liquet.

CCLI. Sed Plato magnâ diligentiâ, summaque curâ, discussis penitus latibulis quæ- 347
stionis, vidit, atque assecutus est, non unam somniorum esse geniturам. Gignitur quippe ex reliquiis cogitationum, & accidentis alicujus rei stimulo: ut in nono Politiæ libro docet oratione tali. n) *Inutiles mini-*

g) Vide Ciceronem 1. de Divinat. c. 25. ubi Eudemi somnium ex Aristotele commemorat, & c. 33. notat cætera divinandi genera improbari à Peripateticis, à Stoicis defendi. Ita & Plutarchus lib. V. cap. 1. de placitis Philosophor.

h) ita Rigalt. pro *monet*.

i) ita leg. pro *est etiam*.

k) notabilis hæc de Aristotele censura Chalcidii.

l) Heracliti sententia, sapere nos externa qvæ nos ambit ratione ac Divina, de qvo dixi ad Sextum Empiricum lib. 1. adversus Logicos sect. 127. seq. De Stoicis vide Ciceronem 2. de divinatione c. 63.

m) ex junioribus Platonicis nonnulli.

n) Locus illustris ex lib. IX. Platonis de Rep. statim sub init. laudatus etiam Ciceroni, qui magnam ejus partem est latine interpretatus lib. 1. de divinat. c. 29. & Plutarcho lib. de vitio p. 101. & de profectu è virtute p. 83. Sed en Græca Platonis verba, ut possint cum Chalcidii versione conferri: Τῶν μὴ ἀναγκαίων ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν δοκοῦσί τινές μοι εἶναι παράνομοι, αἳ κινδυνεύουσι μὲν ἐγγίνεσθαι παντὶ, κολαζόμεναι δὲ ὑπό τε τῶν νόμων καὶ τῶν βελτιόνων ἐπιθυμιῶν μετὰ λόγου, ἐνίων μὲν ἀνθρώπων ἢ παντάπασιν ἀπαλλάττεσθαι, ἢ ὀλίγαι λείπεσθαι καὶ ἀσθενεῖς. Τῶν δὲ ἰσχυρότεραι καὶ πλείους, λέγω δὲ τὰς περὶ τὸν ὕπνον ἐγειρομένας, ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου, τὸ δὲ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθὲν σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπληροῦν τὰ αὑτοῦ ἤθη. οἶσθ᾽ ὅτι πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν, ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμένον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως· μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν μίγνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ, ἄλλῳ τε ὁτῳοῦν ἀνθρώπων καὶ θεῶν καὶ θηρίων, μιαιφονεῖν τε ὁτιοῦν, βρώματός τε ἀπέχεσθαι μηδενὸς, καὶ ἑνὶ λόγῳ οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει οὔτε ἀναισχυντίας. Ὅταν δέ γε ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς σύννοιαν αὐτὸς αὑτῷ ἀφικόμενος. Τὸ

Cicero: Cum dormientibus ea pars animi qvæ mentis & rationis sit particeps, sopita langveat, illa autem in qva feritas qvædam sit, atqve agrestis immanitas, cum sit immoderato obstupefacta potu aut pastu, exsultare eam in somno immoderateqve jactari. Itaqve huic omnia visa objiciuntur, a mente ac ratione vacua, ut aut cum matre corpus miscere videamur, aut cum qvovis alio vel homine vel Deo, sæpe belua; atqve etiam trucidare aliqvem & impie cruentari, multaqve facere impure atqve tætre, cum temeritate & impudentia. At qvi salubri & moderato cultu atqve victu qvieti se tradiderit, ea parte animi, qvæ mentis & consilii est, agitata & erecta saturataqve bonarum cogitationum epulis, eaqve parte animi qvæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti, (qvorum utrumqve præstringere aciem mentis solet, sive deest naturæ qvippiam, sive abundat atqve affluit) illa etiam tertia parte animi, in qva irarum exsistit ardor, sedata atqve restincta, tum eveniet duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum acremqne præbeat; tum ei visa qvietis occurrent tranqvilla atqve veracia.

minimeq; necessariæ cupiditates, o) *quæ adversantur legibus, videntur mihi omnium quidem hominum promiscue labefactare mentes. Quædam tamen earum tam castigatione legum, quàm sobriis, & melioribus, recta* p) *voluptatibus, vel omnino exolescere, vel in paucas admodum, ac exiles, attenuata reliquias otiosa latere. Porrò aliæ usque ad præcipitem amentiam confirmari; quæ se exerunt immaniùs per quietem, quoties ratione sopitâ, quæ est rector mansuetissimus, cætera pars animi agrestior, immani quâdam ebrietate luxurians, pulsâ quiete, pergit ad incestas libidines.* q) *Tunc quippe nihil est quod non audeat, velut soluta, & libera honestatis verecundiaq; præceptis. Namque maternos, ut putat, amplexus, concubitusq;, non expavescit:*
348 *nec quemquam dubitat lacessere, vel hominum, vel deorum: nec ab ullâ sibi videtur cæde, aut flagitio, temperare. Contrà cùm erit in salubri statu posita, casteq; cubitum ibit, rationabili quidem mentis industriâ vigiliis imperatis, eaq; pastâ* r) *sapienti virtutis indagine, atque etiam libidine mansuefactâ, ut neque de inopiâ queri possit, nec expletione nimiâ gravetur, ultraq; modum mœrens, vel gestiens tumultuetur, impediatq; prudentiam: sed purâ vitiis ratione, opus proprium efficere in ratiocinando atque indagine veritatis instituat, nihiloq; minus, iracundiâ delinitâ, & minimè sæviente, dormiat: tum certè rationabilis animæ pars, nullis sibi obstrepentibus libidinis, aut iracundiæ, vitiis, perveniet ad indaginem veri: quæ est sincera prudentia, nec ulla existet species nefaria somniorum.* Quippe in his perfectè docuit, quod perfunctorie posuit in Timæo.

CCLII. At verò somniorum, quæ divinâ providentiâ, vel cœlestium potestatũ amore juxta homines, oboriuntur, causam rationemque exposuit in eo libro, qui φιλόσοφος s) inscribitur. Ait enim, divinas potestates consulere nobis, quoties per quietem ea, quæ grata sunt Deo, intimant veris, minime- 349
que fallacibus, visis. Earumque miram t) quandam esse dicit memoriæ tenacitatem, dignitatique, & divinitati, congruam sapientiam. Quibus cùm cogitationes hominum perspicuæ sint, consequenter amorem bonis, odium malis exhiberi. Probationemque affert de exemplis illustribus mutuatam, ut in eo libro, quem appellavit Critonem

ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ, ὅπως ἂν κοιμηθῇ καὶ μὴ παρέχῃ θόρυβον τὸ βελτίστῳ χαῖρον ἢ λυπούμενον, ἀλλ᾽ ἐῶν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκοπεῖν καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ αἰσθάνεσθαι ὃ μὴ οἶδεν ἤ τι τῶν γεγονότων ἢ τῶν ὄντων ἢ καὶ μελλόντων. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραΰνας καὶ μή τισιν εἰς ὀργὰς ἐλθὼν, κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ᾽ ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη, τὸ τρίτον δὲ κινήσας ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίνεται, οὕτω ἀναπαύηται, οἶσθ᾽ ὅτι τῆς ἀληθείας ἐν τῷ τοιούτῳ μάλιστα ἅπτεται, καὶ ἥκιστα παράνομοι τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων.

o) ita leg. pro *cupiditatis*.

p) i. e. gubernatæ.

q) Dio Chrysost. diss. VIII. p. 134. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ χρῆμα τῆς ἡδονῆς &c. *Talis res est voluptas, non simplici modo insidiatur sed omni pacto, per visum & auditum aut olfactum, gustum aut tactum: Præterea etiam cibis & potibus rebusque venereis conatur disperdere tam vigilantes quàm dormientes. Neque enim licet constitutis vigilibus ut adversus hostes dormire, sed tum maxime aggreditur, partim quidem ipso somnio tabefaciens & subjiciens servituti, partim immittens somnia astuta & insidiosa, quæ sui faciant meminisse.* Adscribam & locum scriptoris de vita Julii Cæsaris qui ambulat sub falso Julii Celsi nomine p. 3. edit. Grævianæ: *Romam reversus Cæsar fœdo illico turbatus est somnio, visus sibi dormiens cum matre concumbere. Est hæc quidem una miseriarum humanarum, ut quamvis verum sit quod ait Cicero, quodque de* Homero *scribit ejus* (lege *Ennius*) *plerumque ea videre dormientes de quibus sæpissime vigilantes sint soliti cogitare & loqui, tum id quoque verissimum est, solere se quieti hominis ingerere visiones fœdas ac turbidas & à somniante anima peregrinas, ut quod nunquam vigilantes cogitarent. & quod potius quàm facerent mori optarent, consopiti facere videantur. Rejecta ad conjectores visione, illi ut quorum vafrum fallaxque est artificium extimatis* (lege *æstimatis*) *credo viri moribus ac natura* &c. Vicissim de Therapevtis suis Philo p. 691. ἀεὶ μὲν οὖν ἄληστον ἔχουσι τὴν τοῦ θεοῦ μνήμην. ὡς καὶ δι᾽ ὀνειράτων μηδὲν ἕτερον ἢ τὰ κάλλη τῶν θείων δυνάμεων φαντασιοῦσθαι. Πολλοὶ οὖν καὶ ἐκλαλοῦσιν ἐν ὕπνοις ὀνειροπολούμενοι τὰ τῆς ἱερᾶς φιλοσοφίας ἀοίδιμα δόγματα.

r) ita legendum pro *parta*, respondet enim Græco ἑστιάσας.

s) Platonis Epinomis inscribitur alio titulo etiam φιλόσοφος ut jam dictum supra p. 221. Sed non omittendus & alius Platonis locus in Convivio p. 187. Καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον, μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ — — ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ᾽ ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν — — θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ [illegible]μιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι.

t) Verba Platonis in Epinomide p. 639. Παρὸν δὴ πλησίον (τὸ αἰθέριον τῶν δαιμονίων γένος) οὐ καταδηλον ἡμῖν γί[illegible]. μετέχοντα δὲ φρονήσεως θαυμαστῆς, ἅτε γένους ὄντα εὐμαθοῦς τε καὶ μνήμονος [illegible] γνώσκειν μὲν ξύμπασαν τὴν ἡμετέραν αὐτὰ διάνοιαν λέγωμεν, καὶ τόν τε καλὸν ἡμῶν καὶ ἀγαθὸν ἅμα θαυμαστῶς ἀσπάζεσθαι, καὶ τὸν σφόδρα κακὸν μισεῖν, ἅτε λύπης μετέχοντα ἤδη.

nem præsagit Socrates proventum u) imminentem, regente somnii x) relatione. *Visa est mihi quadam*, inquit, *mulier eximiâ venustate, etiam candidâ veste, nomine me appellasse, dixisseq; illud Homericum:*

Ternâ luce petes Phthiæ præfertilis arva.

Rursus in Phædone. y) *Sæpenumerò unum & idem mihi somnium, adventans in aliâ atque aliâ formâ, jubebat me navare operam musicæ. Id ego nunc usu, & necessitate moriendi, admonitus, interpretor hactenus; ut hymnum, quem jamdudum institueram in Apollinem, compleam: ne promissi debitor, & voti reus, vitam prius finiam. Musica quippe consanguineam esse poëticam, palam est omnibus.* Socratem verò hæc evidenter solitum somniare arbitror, ex eo quòd tam cor-
350 poris quàm animæ puritate totum ejus animal vigeret.

CCLIII. Denique etiam vigilanti non deerat propitia divinitas, quæ ejusdem moderatur actus, ut Plato demonstrat in Euthydemo, ita dicens: z) *Est ab ineunte ætate numen mihi comes quoddam, idq; vox est, quæ cùm ad animum sensumq; meum commeat, significat ab eo, quòd agere proposui, temperandum, hortatur verò ad nullum actum. Atque etiam si quis familiaris uti meo consilio volet aliquid acturus, hoc quoque agi prohibet.* Quarum quidem rerum, & significationum, fides certa est. Eget enim imbecilla hominum natura præsidio melioris præstantiorisque naturæ, ut idem asseruit supra. a) Vox porrò illa, quam Socrates sentiebat, non erat (opinor) talis, quæ aëre icto sonaret, sed quæ ob egregiam castimoniam tersæ, propterea que intelligentiori animæ, præsentiam cœtumque solitæ divinitatis revelaret. Siquidem pura puris contigua esse, miscerique, fas sit. Atque ut in somnis audire nobis videmur voces, b) sermonumque expressa verba, nec tamen illa vox est, sed vocis officium imitans significatio, sic vigilantis Socratis mens præsentiam divinitatis signi perspicui 351
notatione augurabatur. Nec verò dubitare fas est, intelligibilem Deum, pro bonitate naturæ suæ, rebus omnibus consulentem, opem generi hominum, quòd nulla esset sibi cum corpore conciliatio, c) divinarum potestatum interpositione, ferre voluisse. Quarum quidem beneficia satis clara sunt ex prodigiis, & divinatione nocturnâ d) somniorum, vel diurnâ famâ præsciâ rumoribus e) ventilante, medelis quoque adversum morbos intimatis, f) & prophetarum inspiratione veridicâ.

CCLIV. Multiformis igitur est ratio somniorum. g) Siquidem sunt, quæ velut gravius perculsâ verberataque mente, vestigiis doloris penitus insignitis, per quietem refovent imagines præteritæ consternationis. Sunt item, quæ juxta cogitationes rationabilis animæ partis, vel puræ, atque immunis à perturbatione, vel in passionibus positæ, oboriuntur: nihiloque minus, quæ divinis potestatibus consulentibus præmonstrantur, vel etiam pœnæ loco, ob delictum aliquod, formata in atrocem, & horridam, faciem. Consentit huic Platonico dogmati Hebraica philosophia. h) Appellant quippe illi variè, ut somnium: & item visum, tum 352
admonitionem, etiam spectaculum, nihiloque

u) Proventum ponit pro eventu. Verba Socratis apud Platonem non longe ab initio dialogi Critonis hæc sunt: Ἐδόκει τίς μοι γυνὴ προσελθοῦσα καλὴ καὶ εὐειδὴς λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα καλέσαι με καὶ εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο. Eandem rem narrat Laërtius II. 35. & Cicero 1. de divinatione c. 25. qui versus ex Iliad. I. 363. ita reddit: *Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit.*

x) ita lego cum Rigaltio pro *somnium.*

y) Verba Socratis apud Platonem non procul à Phædonis initio: Πολλάκις μοι φοιτῶν τὸ αὐτὸ ἐνύπνιον ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ ἄλλοτ' ἐν ἄλλῃ ὄψει φαινόμενον, τὰ αὐτὰ λέγον· ὦ Σώκρατες, ἔφη, μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου — — νῦν δ' ἐπειδὴ ἥτε δίκη ἐγένετο, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε χρῆναι μὴ ἀπειθῆσαι αὐτῷ ἀλλὰ ποιεῖν. ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ.

z) Locus non in Euthydemo, sed Theage, haud longe ab extremo: Ἔστι γάρ τι θείᾳ μοίρᾳ παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον. ἔστι δὲ τοῦτο φωνὴ, ἣ ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει ὃ ἂν μέλλω πράττειν τούτου ἀποτροπήν. Προτρέπει δὲ οὐδέποτε. Καὶ ἐάν τίς μοι τῶν φίλων ἀνακοινῶται, καὶ γένηται ἡ φωνὴ, ταυτὸν τοῦτο ἀποτρέπει καὶ οὐκ ἐᾷ πράττειν.

a) Supra p. 260. ubi etiam dæmonii Socratis mentio.

b) Confer Plutarchum de genio Socratis p. 582.

c) Θεὸς ἀνθρώπῳ οὐ μί[illegible]ται. Vide locum è Platonis convivio adductum paullo ante littera S.

d) Rigalt. *vel nocturna.* e) al. *præsciarum motibus*, male.

f) ut Regi Hiskiæ à Propheta Esaia XXXVIII. 21. quem respici à Chalcidio utpote Christiano scriptore mihi persuadeo.

g) Ad hunc locum conferenda quæ Macrobius in somnium Scipionis lib. I. c. 3.

h) iterum ad Hebræorum Philosophiam provocat Chalcidius ut p. 223. & multis ali[illegible]ocis, sacrasque litteras lectas sibi esse testatur. Porro de distinctione vocabulorum somnii, visi cæte[illegible]mque videndi Menasseh ben Israël in Conciliatore, Augustinus Steuchus Eugubinus aliique ad Numeror. XII. 8. Maimonides in doctore perplexorum II. 36. Servatius Gallæus libro de Sibyllis c. 13. Elias du Pin prolegom. Bibl. Tom. I. p. 32. seq. Hermannus Witsius in Miscellaneis sacris &c.

que minus revelationem. *Somnium* i) quidem, quod ex reliquiis commotionum animæ diximus oboriri. *Visum* k) verò, quod ex divinâ virtute legatur. *Admonitionem*, l) cùm angelicæ bonitatis consiliis regimur, atque admonemur. *Spectaculum*, m) ut cùm vigilantibus offert se videndam cœlestis potestas, clarè jubens quid, aut prohibens, formâ, & voce, mirabili. *Revelationem*, n) quoties ignorantibus sortem futuram, imminentis exitus secreta panduntur. De somniis satis dictum: sermo nunc ipse est considerandus.

CCLV. *At verò simulacrorum*, inquit, *quæ in speculis oboriuntur*. o) Docet nunc aliam visus rationem, quæ *intuitio* dicitur, intra speculum, vel stagnorum profundum, simulacris resultantibus: nec tamen eodem, quo Aristoteles, p) magisterio. Nanque ille censet radij visualis impactu in solidam speculi superficiem, proptereaque infracti, mucronem ad os reverti, obviumque vultui factum vultum suum cernere: & in speculo putare sibi vultus apparere simulacrum. At
353 verò Plato, pro ingenii prudentiæque divinitate, duûm luminum cœtum, confluentium in tersam speculi & solidam cutem, id est, diurni luminis & intimi, quod per oculos fluit, trahentis secum de vultu manantem colorem in speculo corporali, coloratísque vultus liniamentis, & formato ac delineato colore, simulacrum æmulum vultus adumbrari. Sic quippe loquitur:

Τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιΐαν καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν. Ἐκ γὰρ τῆς ἐκτὸς ἐντός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου, καὶ πολλαχῇ μεταῤῥυθμηθέντος πάντα τὰ τοιαῦτα ἐμφαίνεται.

At verò simulacrorum, quæ in speculis oboriuntur, facilis assecutio est. Siquidem utriusque ignis, tam intimi quàm extra positi, concursu intimi scilic. caloris, q) & extrapositi luminis, *incidentis in tersam aliquam lævémque materiam*, hoc est speculum, *formatique in multas & varias figuras*, quæ ad se formata specula diversas edunt imagines, *simulacra* inquit, *ex lævigati corporis conspectu resultant.*

Δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερά.

CCLVI. *Dextræ porrò partes, quæ sunt sinistræ, videntur.*

Agit nunc de immutatione visus, & quia specula quædam facta sunt ad similitudinem dimidiatæ sphæræ concava, si ad eam partem, quæ umbonis habet tumorem, contemplatio dirigatur, dexteræ partes sinistræ videbuntur, contràque item oculi dextri contemplatio lævas simulacri partes, sinistrí- 354
que item acies dextras tangent insolito more. Meritò. Cum enim in directum rigorem utriusque oculi visus ferantur, erat consequens dexterioris visus directione partes dexteras tangi, sinistrique item sinistras. Nunc fit contrà, velut circumactis, & è diverso consistentibus, imaginibus.

δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ, &c.

CCLVII. *At verò dextra partes corporis dextræ.*

Ita ut sunt in speculis quoque. r) Persequitur aliud duplicis imaginationis genus, quod apparet in iis speculis, quæ facta sunt ad formam cylindri, cavis, sive imbricis. Rursum enim, cùm in directum rigorem utriusque oculi visus ferantur, dexter visus, dextrum latus eminens & obliqvum, sinister etiam sinistrum tale latus incurrant, necesse est. Formæ tunc in lateribus geminis conglobatæ, ob tersam, & inclinatam, proptereàque lubricam, utriusque lateris superficiem, labuntur in latera diversa, quæ quidem ad dextram visu nascitur in sinistrum latus, quæ verò à sinistro similiter in dextrum. Quæ quia in diversa latera transitum faciunt, & simul è diverso videntur consistere, dextras simulacrorum partes dextris nostris, sinistras item sinistris obvias 355
exhibent. Cæteros errores videndi ab hoc juniores philosophi s) mutuati exposuerunt, ita ut supra comprehensum est. Deinde prosequitur.

Ταῦτ' οὖν πάντ' ἐστὶ τῶν ξυναιτίων οἷς ὁ θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται, τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν.

CCLVIII. *Quiquidem sensus famulantur actibus opificis Dei, summam, optimámque, & primariam, speciem molientis.*

Quia cùm de visu loqueretur, qui est optimus omnium sensuum, corporeis eum nominibus appellaverat: modò ignem, modò

 lumen,

i) חלום ἐνύπνιον, ὄνειρος,
k) מראה ὅραμα. Confer Pricæum ad Actor. IX. 12.
l) בת קול εἶδος, χρηματισμός.
m) פה אל פה στόμα πρὸς στόμα. Num. XII. 8.
n) חזון αἴνιγμα.
o) Platonis verba in Timæo: τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιΐαν. Confer quæ supra p. 336. seq.
p) Aristoteles lib. 3. Meteorolog. cap. 4.
q) ita leg. pro *coloris*, ut supra p. 339.
r) Conferenda qvæ jam dixit noster p. 334. seq.
s) Peripateticos & Geometras (sive Opticos scriptores) memoravit p. 332.

lumen, interdum flammam t) cognominans, ne quis putaret se ita existimare, quasi corporeis opificiis sensus administrentur sine melioris incorporeæ potentiæ consortio: dicit hos ipsos sensus famulari divinis actibus, perinde ut opifici famulantur organa. Porrò optimum Dei opus est id quod intelligit. Sed *opinari plerosque* u) dicit, eos videlicet, qui existimant, nihil esse, quod carens corpore quicquam patiatur, aut faciat; nihil etiam incorporeum esse, cui pareat famuletúrque corpus, ut puta mentis intellectui animæ naturæ; sed ipsa corpora qualitatibus
356 propriis rerum creare diversitatem: *frigus* quidem terram & aquam, *calorem* verò ignem & aera. Rursum *adstrictionem* quidem, & *duritiam*, terram & ignem; *relaxationem*, verò & *effusionem*, aëra, & aquam. Igneámque vim contraria molientem pro corporum diversitate, modò adstringentem, modò relaxantem, ut cùm uno & eodem calore limus quidem durescit, cera verò liquescit. x)

Λόγον δὲ οὐδένα οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστί.

CCLIX. *Hæc porrò omnia*, inquit, *neque sentiunt, nec rationem intellectúmque in rebus ratione prudentiáque agendis sciunt.* Præclarè.

Τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν. Τοῦτο δὲ ἀόρατον. πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε.

Siquidem ratiocinari, aut intelligere, non corporis, sed animæ proprium. hæc porrò incorporea, non enim videtur; cùm omne corpus sit visibile, ac sentiatur.

Itaque cùm discreta sint corpus & anima, diversáque eorum natura sit; dignitas quoque, & ordo, diversus est.

Τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν.

Quotusquisque igitur amator est sapientiæ, dabit operam, ut prudentis naturæ causas, priusquam cæteras, assequatur.

Sunt porrò hæ, deliberativa, & item intelligens animæ potentia, quibus deliberat, ratiocinatur, intelligit.

ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων μὲν κινουμένων ἕτερα δ' ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται, δευτέρας ποιητέον.

Illas verò, inquit, *quæ ab aliis motæ movent alias, secundas existimandum.* 357

Perspicue patibilem partem y) rationabilis animæ vitiosamque significat, in quâ est quippe impetus. z) Principaliter quidem ab eâ parte animæ a) movetur, quæ motu intimo, genuinóque, ex semetipsâ movetur, ex accidenti verò etiam desideriis moventibus. b) Ipse autem impetus c) movet corpus.

CCLX. Itaque principalis animæ motus definitur, *æterna* d) *substantia, semetipsam movens.* Hic verò communis, qui commotus movet, operatio moventis est in eo quod movetur, ut sectio operatio secantis in eo quod secatur. Cujus quidem motus aliquot diversitates sunt, quas demonstravit in Legibus, e) octo corporis, animæ duas. Corporeum motum, locularem vocans, cujus duæ sunt species; translatio, & circumlatio. f) Item alium, quem appellat qualitatem, atque in duplici specie, concretione & discretione. g) Tertium, quem positum esse dicit in quantitate, habentem duas species, incrementum, & item diminutionem. h) Quartum juxta essentiam, cujus æquè duæ species intelliguntur, una generatio, altera interitus. i) Animæ item duplex motus, unus 358 qui alia movet, ipse à nullo movetur, sed proprio genuinóque motu. k) Alius, qui alia movens ab alio movetur, l) qui est patipatibilis habitus animæ, & ægritudine oppressus.

CCLXI. Rectè igitur faciat amator sapientiæ; si, cùm de his rebus tractandum erit, naturalem ordinem servet, ac principe loco de animâ disserat, post demum de corpore. Deinde, cùm de animâ tractabit, de illâ prius

t) πῦρ, φῶς, φλόγα.

u) δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναίτια ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνῦντά τε καὶ διαχέοντα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα.

x) ex Virgilii Ecloga VIII. 8. *Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit Uno eódemque igni — —*

y) τὸ λογικόν.

z) ὄρεξις & ὁρμὴ affectuum.

a) ab ἡγεμονικοῦ.

b) θυμικοῦ & ἐπιθυμητικοῦ.

c) appetituum & affectuum.

d) al. *externa*, perperam. Nam in Phædro & aliis in locis anima Platoni ἀγέννητος ἀθάνατος ἀδιάφθορος.

e) libro decimo de Legibus p. 607.

f) φορὰ καὶ περιφορά.

g) σύγκρισις καὶ διάκρισις.

h) αὔξαι καὶ φθίσεις.

i) γένεσις καὶ φθορά.

k) ἡ ἑαυτήν τ' ἀεὶ καὶ ἕτερα δυναμένη κινεῖν κίνησις.

l) ἡ μὲν ἕτερα δυναμένη κινεῖν, ἑαυτὴν δὲ ἀδυνατοῦσα. Cicero 2. de natura Deor. c. 12. *audiamus Platonem quasi quendam Deum Philosophorum, cui duos placet esse motus, unum suum, alterum externum, esse autem divinius quod ipsum ex se sua sponte moveatur, quàm quod pulsu agitur alieno. Hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab hisque principium motus esse ductum putat.*

prius differat, quæ tam ſemetipſam movet quàm cætera, in quâ eſt vis deliberandi, & intelligendi; tunc conſequenter illam quoque tractabit, quæ ab aliâ re potiore mota, quædam movet. Id porrò motus genus,

ὅσαι μετὰ νῦ καλῶν κἀγαθῶν δημιυργοί, καὶ ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται.

ſi quidem pareat intellectui, erit aliquatenus ordinatum. ſi minus, temere, inquit, *& ut libet ſe exerens, confuſa, & inordinata, quæ agit relinquit.* Et addit:

Καὶ δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτίων γένη.

Nobis quoque igitur in eundem modum faciendum;

ac prius de eâ loquendum naturâ, quæ ſuo motu movetur: hæc quidem præcedit ordine: per quam intelliguntur, & ſciuntur, æterna: quæ ſola ſempérque verè ſunt. Tunc demum illa quoque alia demonſtran-
359 da, quæ ad movendum quid, motu indiget alieno. Utrique porrò motui ſenſus neceſſarii ſunt, quoniam ex his tam cupiditates excitantur improbæ, quàm rerum optimarum intellectus, & ſcientia, convaleſcit.

Τὰ μὲν ὖν τῶν ὀμμάτων ξυμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν, εἰρήσθω. Τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, διὸ θεὸς αὐτὸν ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τῦτο ῥητέον.

CCLXII. *Et de* m) *oculorum quidem miniſterio ſatis dictum eſt. Nunc de præcipuâ operis eorum utilitate dicendum.*

Quæ cùm in pleríſque rebus, tum in obtentu philoſophiæ, n) clarè perſpicitur: quo beneficio negat quicquam majus à Deo eſſe generi humano tributum. o) Duplex namque totius philoſophiæ ſpectatur officium; conſideratio, & item actus. p) *Conſideratio* quidem, ob aſſiduam contemplationem divinarum rerum & immortalium nominata. *Actus* verò, qui juxta rationabilis animæ deliberationem progreditur in tuendis conſeruandíſque rebus mortalibus. Utrique autem officiorum generi viſus eſt neceſſarius, ac primùm conſiderationi. Dividitur porrò hæc trifariam in theologiam, & item naturæ ſciſcitationem, præſtandæque etiam rationis ſcientiam. q) Neque enim quiſ- 360
quam Deum quæreret, aut ad pietatem aſpiraret, quod eſt *theologiæ* proprium: nec verò id ipſum, quod nunc agimus, agendum putaret; niſi priùs cœlo ſideribúſque viſis, r) & amore nutrito ſciendi rerum cauſas, eorum etiam, quæ ortum habent temporarium, exordia. Hæc quippe demum ad *naturalem* pertinent quæſtionem. Quid? quòd dierum & noctium vice conſideratâ menſes, & anni, & horarum curricula, dinumerata ſunt; numeríque ortus, & genitura dimenſionis, introdata? quod ad *tertiam* partem philoſophiæ pertinere perſpicuum eſt.

CCLXIII. At verò actuoſæ philoſophiæ viſus quatenus ſit utilis & neceſſarius, docet ita, dicens.

δωρήσασθαι ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν ὐρανῷ τῦ νῦ κατιδόντες περιόδυς, χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως, συγγενεῖς ἐκείναις ὔσας ἀταράκτοις τεταραγμένας.

Deum oculos hominibus idcirco dediſſe, ut mentis providentiæq; circuitus, qui fiunt in cælo, notantes, eorum ſimiles conſtituerent in ſuis mentibus, hoc eſt motus animi, qui deliberationes vocantur, quàm ſimillimos inſtituerent divinæ mentis providis motibus placidis tranquilliſque, perturbatos licet.

quod eſt morum vitæque correctio, s) quæ publice privatímque prodeſt, tam ad domeſticas, quàm ad publicas res rectè ſalubriter- 361
que adminiſtrandas. Ex his quippe conſtat alterũ t) philoſophiæ genus, quod actuoſum vocatur. Id porrò dividitur trifariam, in moralem, domeſticam, publicam. u) Quibus omnibus officiis prodeſt certus uſus videndi.

m) Hoc loco incipit caput Chalcidii duodecimum, laus videndi.

n) Noſter infra p. 362. & Plato ipſe, cujus hæc ſunt in Timæo: *ἀλλὰ τῦτο λεγέσθω παρ' ἡμῶν, αὐτὰ (τὰ ὄμματα) ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ* (Philoſophiæ ſtudium innuit) *θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν.*

o) *ὖ μεῖζον ἀγαθὸν ὔτ' ἦλθεν ὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.* Ib.

p) Theoreticæ hinc diſciplinæ & Practicæ. Claudius Ptolemæus initio magnæ ſyntax. *Πάνυ καλῶς οἱ γνησίως φιλοσοφήσαντες δοκῦσι μοι κεχωρηκέναι τὸ θεωρητικὸν τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ ῦ πρακτικῦ.* Victorinus in 1. Rhetor. p. 83. *Sapiens eſt qui divina atque humana optime novit, ergo ſtudium rectæ rationis ad divina, ſtudium honeſti officii ad humana referamus*

q) Tres partes innuit philoſophiæ conſideratricis, Theologiam, Phyſicam & Mathematicam, perinde ut ex Ariſtotele Ptolemæus loco laudato: *τὸ αὖ τὸ θεωρητικὸν ὁ Ἀριστοτέλης πάνυ ἐμμελῶς εἰς τρία τὰ πρῶτα γένη διαιρεῖ, τό, τε φυσικὸν, καὶ τὸ μαθηματικὸν καὶ τὸ θεολογικόν.* Nam per præſtandæ rationis ſcientiam non Logicam à Chalcidio intelligi ſed Mathematicam ſatis apparet ex iis quæ infra de tertia hac parte ſubjungit.

r) Facit huc illud Ariſtotelis: *διὰ τὸ θαυμάζειν ἤρξαντο φιλοσοφάζειν οἱ ἄνθρωποι.* lib. 1. cap. 2. Metaphyſ.

s) al. *correptio*, male.

t) ita leg. pro *tertium*.

u) Ethicam, Oeconomicam, Politicam.

CCLXIV. *Minora*, inquit, *alia prætereo*, x) scilicet ea quæ in variis artibus disciplinisque versantur. Neque enim navium regimen, neque cultus agrorum, nec verò pingendi fingendique sollertia rectè sine visu proprium efficere opus posset, solaque contemplatio est, quæ mentes hominum usque ad cœli convexa protelat. Propterea que Anaxagoras, cùm ab eo quæreretur, cur natus esset, ostenso cœlo, sideribusque monstratis, respondisse fertur, Ad horum omnium contemplationem. y) At verò Stoici Deum visum z) vocantes, quod optimum putabant, id enim pulchro Dei nomine tribuendum esse duxerunt. a) Theophrastus, b) visus pulchritudinem asserens, visum formæ nomine appellat, quòd quorum extincta est acies videndi, vultus informes sint, & velut in æternâ consternatione. Denique ex oculorum habitu mens atque animus c) indicatur irascentium, mœren-
362 tium, lætantium. Irascentium quidem, ut apud Homerum commotæ mentis orator d)

Stabat acerba tuens defixo lumine terra.

& item. e)

—— *furor ignea lumina volvit.*

Mœrentium verò infert poëta de eo, qui jugi fletu oculos amiserat,

—— *mærorem lumina linquunt.* f)

Item apud Ciceronem. g) *In hujus amantissimi fratris sui gremio mærore, & lacrymis, consenescebat.*

CCLXV. Transit deinde ad alterius sensus examinationem. Ait enim.

φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι.

Eadem vocis quoque & auditus ratio est, ad eosdem usus, atque ad plenam vitæ hominum instructionem datorum.

Sunt igitur principales duo sensus, visus, & auditus, utrique philosophiam adjuvantes. h) Quorum alter quidem evidentior, utpote qui res ipsas acie suâ comprehendat: alter latior, ideo quòd etiam de rebus absentibus instruat. Modulatus siquidem aër articulatæ voci, factusque vox, & intelligibilis oratio, pergit ad intimos sensus, audientis intellectui nuncians tam præsentia quàm 363
absentia. Idem auditus, quòd intellectum quoque adjuvet, sic probat.

ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον πρὸς ἀκοήν, ἕνεκα ἁρμονίας ἐστὶ δοθέν.

Quantumque per vocem utilitatis capitur ex musicâ, totum hoc constat hominum generi propter harmoniam tributum.

Quia juxta rationem harmonicam, animam in superioribus i) ædificaverat, naturalesque ejus actus rhythmis modisque constare dixerat: sed hæc exolescere animæ, ob consortium corporis necessario obtinente oblivione, proptereaque immodulatas esse animas plurimorum. k) Medelam hujus vitij dicit esse in musicâ positam: l) non in eâ, quâ vulgus delectatur, quæque ad voluptatem facta

x) τ' ἄλλα δὲ ὅσα ἐλάττω τί ἂν ὑμνοῖμεν; ὧν ὁ μὴ φιλόσοφος τυφλωθεὶς, ὀδυρόμενος ἂν θρηνοῖ μάτην.

y) Εἰς θεωρίαν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ. Philo περὶ ἀφθαρσίας κόσμου p. 727. Laërtius in Anaxagoræ vita lib. 2. sect. 10. Jamblichus in protreptico cap. 6. &c. Vitruvius lib. 2. cap. 2. *Habentes homines à natura primum præter reliqua animalia ut non proni sed erecti ambularent, mundique & astrorum magnificentiam adspicerent.* Ita hominem Deus cœlum tueri jussit & erectos ad sidera tollere vultus.

z) Ex Stoicorum sententia Plinius lib. 2. Hist. cap. 7. *quisquis est DEus, totus est sensus, totus auditus, totus anima, totus animi, totus sui.* Ante Stoicos Xenophanes de DEo apud Sextum Empiricum 1. contra Physicos sect. 144. οὖλος ὁρᾷ οὖλος δὲ νοεῖ, οὖλος δέ τ' ἀκούει. Ad qvem locum vide si placet à me notata. Hippocrates, cum qvo facientes Stoici Deum habebant πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, ita de Deo in libello περὶ ἀρχῶν δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοεῖν πάντα καὶ ὁρῆν καὶ ἀκούειν καὶ εἰδέναι πάντα τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Ægyptii Deum sub imagine accipitris significabant quia hæc avis acutissima pollet acie videndi. Vide Horapollinem lib. 1. c. 6. Hieroglyph. Apud eosdem providentiam Divinam oculus designabat sceptro impositus. Ac poterat consentientem laudare, ut solet Chalcidius, Hebræorum Philosophiam. *qui formavit oculum, non cernet?* Ps XCIV 8. Septem oculi DEI ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Zachar. IV. 10. Apocal. IV. 5 V. 6. Animalia πλήρη ὀφθαλμῶν Ezech. X. 12.

a) ita leg. pro *dixerunt.* b) libris qvatuor περὶ ὄψεως qvos memorat Laërtius V. 45. c) al. *habitus.*

d) *terra*, id est *ad terram.* Ut Virgil. *it clamor cælo* pro *ad cælum.* Ulysses apud Homer. Iliad. γ 217. Στάσκεν ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας. Geminum illud Persii III. 80. *Obstipo capite & figentes lumine terram.* e) πυρὶ δ' ὄσσε δεδήει. Iliad. μ 466.

f) al. *mærorque lumina liquat.* Minus bene, licet *liquorem* prima longa posuit Lucretius I. 454 - - *calor ignis, liquor aquai:* pro qvo idem Lucretius (qvod & Manilius & alii communiter faciunt) primam alibi corripit.

g) Orat. pro A. Cluentio Avito cap. 5.

h) sic supra p. 359. dixerat in obtentu Philosophiæ, quanta sit horum sensuum utilitas, clare perspici. Marinus in vita Procli cap. 3. μάλιστα τῶν τιμιωτάτων αἰσθήσεων ὄψεως καὶ ἀκοῆς, αἳ δὲ πρὸς φιλοσοφίαν καὶ τὸ εὖ εἶναι παρὰ θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηται.

i) supra, p. 193. seq. k) p. 296. seq.

l) En verba Platonis in Timæo: ἡ δὲ ἁρμονία, ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ μούσαις οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν εἶναι δοκεῖ

facta excitat vitia nonnunquam, sed in illâ divinâ, quæ nunquam à ratione, atque intelligentiâ, separatur. Hanc enim censet exorbitantes animas, à viâ rectâ revocare demum ad symphoniam veterem. Optima porrò symphonia est in moribus nostris Justitia, virtutum omnium principalis, per quam cæteræ quoque virtutes suum munus, atque opus, exeqvuntur. Ut ratio quidem dux sit, vigor verò intimus, qui est iracundiæ similis, auxiliatorem volens se rationi præbeat. Porrò hæc sine modulatione pro-
364 venire non possunt. Modulatio demum sine symphoniâ nulla sit. Ipsa symphonia sequitur musicam. Proculdubiò musica exornat animam, rationabiliter ad antiquam naturam revocans, & efficiens talem demum qualem initio Deus opifex eam fecerat. Tota porrò musica in voce, & auditu, & sonis, posita est. Utilis ergo etiam iste sensus est assecutioni totius philosophiæ ad notationem intelligibilis rei.

Τὰ μὲν οὖν παρεληλυθότα τῶν εἰρημένων πλὴν βραχέων, ἐπιδέδεκται τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα. Δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι·

CCLXVI. Deinde ait. m) *Nunc quoniam cuncta, exceptis admodum paucis, exsecuti sumus, quæ provida mentis intellectus instituit: oportet etiam de illis, quæ necessitas invehit, dicere.*

Mundi sensilis explanaturus omnem substantiam, jure commemorat prope omnia se pertractasse, quæ provida mens Dei contulerit, efficiens eum ad exemplum, & similitudinem, intelligibilis mundi, solumque residuum superesse tractatum, ex quo ea, quæ necessitas invexit, considerentur, quando providis necessariisqve rationibus, mundi universitas constare videatur. *Necessitatem* porrò nunc appellat ὕλην, n) quam nos Latinè *sylvam* possumus nominare: ex quâ est rerum universitas, eademque patibilis natura: quippe subjecta corpori principaliter, 363
o) in qua qualitates, & quantitates, & omnia, quæ accidunt, proveniunt. Quæ cùm à naturâ propriâ non recedat, diversis tamen, & contrariis, speciebus eorum, quæ intrà se recipit, formisque variatur. Hanc ergo explanare proposuit, dicturus deinceps rationem, ob quam necesse fuerit, tractatum hunc minimè præteriri.

μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη.

CCLXVII. Denique addidit. *Mixta siquidem mundi sensilis ex necessitatis, intelligentiæque, cætu constitit generatio.*

Quia igitur de mundi generarione tractatur, perfecteque id fieri convenit, oportet de utroque genere disseri: ex quo de naturâ sylvæ necessarius esse tractatus ostenditur. *Mixtam* verò *generationem* dicit esse ideò, quòd ex diversis elementis promiscè oo) constet. Recteque, ex necessitate, & providentiâ. Non enim ex his mixtus est mundus, sed consultis providæ mentis, & necessitatis, rationibus constitit; operante quidem providentiâ, & agente; sylvâ verò perpetiente, exornationique se facilem præbente. Penetratam siquidem eam usquequaque divina mens format plenè, non ut artes formam tribuentes in solâ superficie: sed perinde ut natura, atque anima, solida corpora perme- 366
antes, p) universa vivificant.

CCLXVIII. Dehinc consequenter intelligentiæ, necessitatisque, demonstrat consortium, cùm ita dicit: *Dominante intellectu.* q) Duplex porrò est dominatio; altera violentior, tyrannicæ potentiæ similis: item alia, sanctitatis imperatoriæ. Omne porrò violentum non diu subjectum conservat, sed facilè perdit. *Omne*, inquit, r) *quod rationabiliter etiam regit, & tuetur, prodest, & melius efficit, quod regit.* Ut igitur mundus æternus esset, oportuit sylvam ei morigeram paren-

χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον, εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ μουσῶν δέδοται. De usu Musices ad animos hominis componendos, multa Pythagorei, à quibus hæc Plato accepit. Vide Porphyrium in Pythagoræ vita p. 22. & Jamblichium cap. 25. 29. 32. &c.

m) Hoc loco incipit caput Chalcidii XIII. sive ultimum de silva sive ὕλη, hoc est materia. Duas nempe causas principales rerum omnium statuit Plato, mentem divinam & materiam qvam ἀνάγκαν vocat, secutus Timæum Locrum, cujus hæc sunt verba sub init. libelli: δύο αἰτίας εἶμεν τῶν συμπάντων· νόον μὲν, τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων, ἀνάγκαν δὲ τῶν βίᾳ καττὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων. Qvæ ad priorem αἰτίαν pertinent, hactenus tradita fuere.

n) Sensus verborum est, ὕλη sive materia venit Platoni & ab eo intelligitur nomine necessitatis. Nam ἀνάγκης non ὕλης nomine Plato hoc loco utitur. Vide qvæ infra ad p. 370. & 408.

o) Confer. p. 439. oo) ita hoc vocabulum passim in veteribus libris scribitur pro *promiscue*.

p) De hac animæ περιχωρήσει noster supra p. 106. qvæ vitali vigore penetratura erat tam superficiem qvam soliditatem.

q) νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος.

r) Respicit locum Platonis in Politico p. 132. edit. Græcæ Basil. ubi ait ἄρχοντα σοφὸν καὶ ἀγαθὸν τὸ μετὰ νοῦ καὶ τέχνης δικαιότατον ἀεὶ διανέμοντα τοῖς ἐν τῇ πόλει, σώζειν τε αὐτοὺς καὶ ἀμείνους ἐκ χειρόνων ἀποτελεῖν κατὰ τὸ δυνατόν.

temq́ue ſubdi, nec adverſum exornationem ſuam reſiſtentem: ſed ita victam, ut majeſtati opificis libens cedat, s) pareatq́ue ejus ſapientiæ. Propterea dixit:

Τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταυτὰ δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος, οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν.

Salubri perſuaſione rigorem neceſſitatis aſſidue trahente ad optimos actus. Itaque victâ, inquit, *& parente providis auctoritatibus neceſſitate, prima rerum mundiq́ exordia conſtiterunt.*

Quia eſt alia minus conſulta parentia, quæ error, & facilitas, dicitur: ut ſic provida parentia, ratione nixa neceſſitas. t) Et opus Dei tale eſt, ut vi perſuadeat, vimq́ue irroget perſuadentem: hoc eſt, ut perſuaſio vim, & vis u) adhibeat perſuaſionem. Id
367 porrò perſpicitur in ægritudinibus virorum prudentium, cùm præbent ſe medicis urendos, & ſecandos.

Εἴ τις οὖν ᾗ γέγονε κατὰ ταυτὰ ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς πλανωμένης εἶδος αἰτίας οἷ φέρειν πέφυκεν.

CCLXIX. Deinde progreditur. *Si quis igitur verè, juxtaq́ meram fidem, mundi hujus inſtitutionem inſinuaturus erit, hunc oportet erratica quoque cauſæ* x) *ſpeciem demonſtrare.*

Rurſum alio ſylvam *erroris* y) nomine appellat, propter inordinatam ejus antiquam jactationem, ſimiliter ut *neceſſitatem*, propterea quòd non eſt principalis cauſa mundi conſtitutionis in ſylvâ, ſed neceſſe fuerat adſciſci eam, ob ſubſtantiam corporalem. Eſt quippe ſylva, perinde ut ſunt ea, ſine quibus, quod inſtitutum eſt, effici non poteſt. z)

CCLXX. Facto igitur recurſu, redit a) ad indaginem initiorum b); & incipit ex eo tempore, quod præcedit ortum, generationemq́ue, mundi. Quærit quoque naturam ignis ſinceri, & ſine permixtione; qualitatem quoque ejus, & paſſionem: nec ſolius ignis, ſed cæterorum quoque corporum ſerenorum, c) nec ullâ contagione interpolatorum. Omnes quippe qui de originibus d) tractaverunt, univerſæ rei quatuor ſunt materias e) exſecuti; has, quæ concretione mutuâ ex majoris, atque obtinentis f) materiæ vocabulo cognominatæ ſunt.

Τὴν δὲ πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως, πυρὸς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς φύσιν, θεατέον αὐτὴν καὶ τὰ πρὸ τούτου πάθη. νῦν γὰρ οὐδείς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν, ἀλλ' ὡς εἰδόσι πῦρ ὅ, τι ποτέ ἐστι καὶ ἕκαστον αὐτῶν, λέγομεν ἀρχὰς, αὐτὰ τιθέμενοι στοιχεῖα τοῦ παντός, προσῆκον αὐτοῖς οὐδ' ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι.

368 *Quatenus porrò eadem materia, & ex quibus antiquioribus ſubſtiterint, nemo uſque adhuc dixerat,* g) *ſed tanquam ſcientibus naturam ſinceritatemq́ earum, ignem, & aëra, & aquam, & terram, velut elementa mundi ſenſilis eſſe dixerunt: quæ ne in ſyllabarum quidem ordinem locanda ſunt.*

Quia ſermonis elementa literæ ſunt, poſt quas ſecundi ordinis ſyllabæ, rectè dixit, quatuor hæc mundana corpora ne in ſyllabarum quidem ordinem collocanda: quippe primum elementum univerſæ rei, ſylva eſt, & informis, & ſine qualitate: quam, ut ſit mundus, format intelligibilis ſpecies. gg) Ex quibus, ſylvâ videlicet & ſpecie; ignis purus, & intelligibilis, cæteræque ſyncera ſubſtantiæ quatuor. E quibus demum hæ materiæ ſenſiles, igneæ, aquatiles, terrenæ, & aëreæ. Ignis porrò purus, & cæteræ ſinceræ, intelligibileſque, ſubſtantiæ ſpecies ſunt exemplaria corporum, *Ideæ* cognomitæ. Quarum ad præſens differt examinationem, nec quærit; una ne ſit archetypa ſpecies eorum quæ ſunt communis omnium, an innumerabiles, & pro rerum exiſtentium numero: quarum cœtu, & congregatione, 369
concreverit univerſa moles: an verò idem unum h) pariter & multa ſint, ut docuit in Parmenide. Quæ cauſa declinandi fuit non laborem, ſed ne inſtituto ſermoni minimè conveniens tractatus admiſceatur. Hæc quippe naturalis, illa epoptica i) diſputatio eſt.

s) ita ſcripſi ex edit. Pariſ. nam in Leid. vocabulum *libens* exciderat.

t) Senſus eſt *neceſſitatem* de qva Plato loqvitur, eſſe parentiam non inconſultam vel brutam, ſed providam ratione nixam. u) vocabulum *vis* perperam deeſt in edit. Pariſ.

x) vocabulum *cauſæ* male deſideratur in Leid.

y) Timæo Locro αἰτία τῶν βίᾳ γιγνομένων κατ τὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων, ſcilicet τῶν ζώων τῶν ἐπουρανίων, ſive planetarum. z) Cauſa ſine qva non.

a) al. *tendit*. b) elementorum.

c) corpora ſerena ſive ſincera Chalcidius appellat ſimplicia ſive elementa.

d) περὶ ἀρχῶν ὑλικῶν. e) qvatuor elementa.

f) hoc eſt prævalentis. Sic ſupra p. 212. *corpora ex majore parte terrena ex obtinentis materia vocabulo cognominantur.* g) infra p. 455. gg) ideæ.

h) ita leg. pro *idea unum*. Plato in Parmenide non longe ab init. ἀλλ' εἰ ὃ ἐστιν ἕν, αὐτὸ τοῦτο πολλὰ ἀποδείξει, καὶ αὖ τὰ πολλὰ δὴ ἕν. Confer ſupra p. 100.

i) altioris indaginis, non Phyſica ſed Metaphyſica. Supra, p. 220. *inquiſitio rei iſtius primaria ſupervectaque contemplationis qua appellatur epoptica, altior aliquanto quàm Phyſica.*

ėst. Naturalis quidem, ut imago nutans aliquatenus, & in verisimili quadam stabilitate contenta. Epoptica verò, quæ ex sincerissimæ rerum scientiæ fonte manat.

θεὸν δὲ καὶ νῦν, ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων, Σωτῆρα ἐξ ἀτόπου καὶ ἀήθους διηγήσεως, πρὸς τὸ τῶν εἰκότων δόγμα διασώζειν ἡμᾶς ἐπικαλεσάμενοι.

CCLXXI. *Deum igitur*, inquit, *etiam nunc liberatorem invoco, ex turbidâ, & procellosâ, sermonis jactatione.*

Laborat omnino, & id agit, ut instituamur ad pietatem venerationemque Divinitatis, cujus opem implorat k) ingrediens procellosum de naturâ sylvæ fretum, l) propter novum, atque insolitum, etiam tunc, disputationis genus.

Πάλιν ἀρχόμεθα λέγειν. *Rursum igitur ab exordio dicamus*, inquit.

Meritò. Jam enim de utrâque origine, tam exemplari quàm corporeâ, m) tractaverat, concedens sensilem mundum ex hisdem substitisse. Quippe id, quod gignitur & perit, nec verè semperque est, corporea species est. Quæ quidem corpora sola, & per
370 se, ac sine suscipiente ex eâdem essentiâ, essentia esse non possunt. Quam modo *matrem*, alias *nutriculam*, interdum *totius generationis gremium*, n) nonnunquam *locum* o) appellat. Quamque juniores ὕλην, p) nos sylvam vocamus. Ut quod deerat adderet, hunc de sylvâ tractatum initiorum tractatu jungit, *posterioremque divisionem* ait *operosiùs esse ordinandam.* q) Tunc quippe res omnis in duo fuerat initia divisa. Quorum alterum intelligibilis erat species, quam mundi opifex Deus mente concepit, eamque ἰδέαν cognominavit Plato. Alterum imago ejus, r) quæ natura est corporis.

CCLXXII. Porrò corpora, si per seipsa spectentur, perfectam videbuntur habere substantiam: sed si ad originem eorum convertis mentis intentionem, invenies cuncta, & eorum scatebras, sylvæ gremio contineri. Tunc ergo s) compendio principalibus materiis quatuor sumptis, exædificaverat sermone mundum. Sed qvia philosophi erat proprium, cuncta, quæ ad causam pertinent, summâ curâ mentis, & diligentiori indagine, peragrare; ratio porrò asserit, subjacere corporum diversitati sylvæ capacitatem;
t) rectè, rationabiliterque, censuit hanc 371
ipsam rationem trahendam usque ad intelligentiæ lucem. u) Difficile opus omnino, vel assequi; longè tamen difficilius, declarare, ac docere. x) Talis quippe natura est initiorum, quæ neque exemplis demonstrari, nondum his, quæ ad exemplum comparentur, existentibus, possit, nec ex præcedenti ratione aliquâ intimari. Nihil quippe origine antiqvius. Sed obscurâ quâdam luminis præsumptione, non ut, quid sit, explices, sed contrà sublatis, quæ sunt, singulis, qvod solum remanet, ipsum esse, qvod qværitur, intelligendum relinqvas: hoc est, ut universis corporibus, qvæ intrà gremium sylvæ variè varia formantur, mutuâ ex alio in aliud resolutione singillatim ademptis, solum ipsum vacuum sinum speculatione mentis imagineris.

CCLXXIII. Qvâ ratione factum; ut, cùm nullus eam veterum dubitet esse, utrum tamen facta, an contra infecta sit, disceptetur. Eorumque ipsorum qvi infectam sine generatione posuerunt, pleriq; continuam, & jugem, y) alii verò divisam z) putent. Rursumque eorum, qvi dividuam esse cen-

 sent,

k) al. *exorat.*

l) qvoniam nimirum in materia nihil stabile & πάντα ῥεῖ ποταμοῦ δίκην. Porphyrius de antro nymphar. sub extrem. πόντος δὲ καὶ θάλασσα καὶ κλύδων καὶ παρὰ Πλάτωνι ἡ ὑλικὴ σύστασις.

m) supra p. 95. 99. seq. 239. &c.

n) ματέρα, τιθήνην, καὶ πάσης γενέσεως ὑποδοχήν. infra p. 408. seq. 419.

o) τόπον καὶ χώραν, Plato è Timæo Locro. Infra p. 448. 455.

p) Vocabulo ὕλης etiam Timæus Locrus sæpius usus est ante Platonem & Ocellus Lucanus cui ponitur pro materia in qva elaborat artifex, p. 516. καὶ ὕλη πρὸς τεχνίτην. Ad qvem locum Lud. Nogarola annotavit Platonem ipsum qvoqve in Timæo vocem illam eo sensu adhibuisse: οἷον οὖν δὴ τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διϋλασμένα. Sic & noster infra p. 390. *sylvam contemplatione opificii dictam* ait esse *qvod eam fingat ac formet.* Per juniores Aristotelem & Peripateticos, Platonicos & Stoicos Chalcidius intelligit.

q) ἡ δ' οὖν αὖθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντὸς, ἔστω μειζόνως τῆς πρόσθεν διῃρημένη. Tunc duo erant, *idea & corpus*, sive *idem & diversum* p. 99. nunc tria; *idea, materia, sensile.* Timæus Locrus; τὰ δὲ σύμπαντα, ἰδέα, ὕλη, αἰσθητόν τε. Supra p. 368.

r) Sic sensilis terra, imago qvædam terræ intelligibilis. infra p. 439. s) supra p. 95.

t) hoc est, dari qvandam materiam primam communem omnibus corporibus.

u) νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι.

x) Idem de DEI natura Plato confessus fuerat in hoc ipso Timæo: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντας εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.

y) ut Xenophanes, Melissus, Parmenides infra p. 378. seq.

z) ut Democritus, Leucippus, Anaxagoras & qvotqvot ex æternis atomis sive corpusculis omnia statuerunt consistere. Confer Sextum Empiricum lib. 2. contra Phys. Sect. 311. seq.

sent, partim sine qvalitate, a) & informem, partim formatam b) esse pronuncient. Hi
372 verò, qvi jugem continuamqve posuerunt, disceptent inter se de qvalitatibus, formaque eorum, qvæ ibidem conformantur, & omnium quæ hisdem accidunt: utrum ex sylvâ proveniant, c) an ex alio potiore numine accommodentur. Quorum breviter perstringentur opiniones.

CCLXXIV. Hebræi sylvam generatam esse confitentur. Quorum sapientissimus Moyses non humanâ facundiâ, sed divinâ, ut ferunt, d) inspiratione vegetatus, in eo libro, qvi *De genitura mundi* e) censetur, ab exordio sic est profatus, juxta interpretationem septuaginta prudentium. f) *Initio Deus fecit cœlum, & terram. Terra autem erat invisibilis, & incomposita.* g) Ut verò ait Aqvila: h) *Caput rerum condidit Deus cœlum, & terram. Terra porrò inanis erat, & nihil.* Vel ut Symmachus: i) *Ab exordio condidit Deus cœlum, & terram. Terra porrò fuit otiosum quid, confusumq; , & inordinatum.* Sed Origenes k) asseverat ita sibi ab Hebræis esse persuasum, quòd in aliquantum sit à verá proprietate derivata interpretatio. Fuisse enim in exemplari, l) *Terra autem stupidâ quâdam erat admiratione.* Omnia tamen hæc in unum ajunt concurrere, ut & generata sit ea, quæ subjecta est universo corpori, sylva, sermonesque ipsos sic interpretantur. 373
Initium minime temporarium dici. Neque enim ullum tempus fuisse ante mundi exornationem, dieiqe & nocturnas vices, quibus temporis spatia dimensa sunt. Tum initii multas esse significationes. ut m) *Initium sapientiæ timorem Domini esse* Salomon dixit. Item, n) *Initium sapientiæ cultus Dei.* Nihilque minus, o) *Initium viæ bonæ* p) *actus justus.* Atque etiam in præconio sapientiæ cœlestis auctor: q) *Initium vitæ panis & aqua, & tunica* (inquit) *& domus idonea velandis pudendis.* Quippe in his non una initii, sed diversa, & multiplex, habetur significatio. Est tamen unum rerum omnium initium, de qvo Salomo in proverbiis. r) *Creavit me* (inquit) *Deus progressionis suæ semitam, cui nitens efficeret opera divina: constituitq; ante mundi ortum, terraq; & profundi fundationem: ante tractus fontium, aggestionesq; montanas.* Apertè indicans, præeunte divinâ sapientiâ cœlum terramque factam, eandemque sapientiam divinam esse universitatis

a) Pythagoras & Stioci, infra p. 395.

b) ut Anaxaguras p. 377. c) ita Stoici infra p. 419.

d) Verba *ut ferunt*, non dubitantis sunt sed Hebræorum sententiam exponentis. Sic S. Basilius Magnus de legendis Gentilium libris T. I. p. 581. τῇ ἀμείνω τῆς Μουσικῆς Δαβὶδ χρώμενος ὁ ποιητὴς τῶν ἱερῶν ᾀσμάτων, ἐκ τῆς μανίας ΩΣ ΦΑΣΙ τὸν Βασιλέα καθίστη. Similia Flavii Josepli & Agathiæ loca de rebus qvas ipsi habuere testatissimas scribentium, notavi T. VI. Bibl. Græcæ p. 261.

e) Γένεσιν Alexandrini dixere pro κτίσει ut observat Humfredus Hody de Græcis Bibliorum versionibus p. 115. Itaqve LXX. Interpretes illum titulum primo Moysis libro imposuere, qvos hoc loco Chalcidius seqvitur. Τὸν τῆς δημιουργίας λόγον vocat Cæsarius qv. 33. Moysis meminit noster etiam supra p. 245. ut Hebræorum p. 223. &c.

f) ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος.

g) ita recte Rigaltius pro *incompta*, ex Augustini XII. Confess. c. 3. 21. &c. *Informis* infra p. 375.

h) ἐν κεφαλαίῳ (Hieron. *in capitulo*, Ambros. *in capite*,) ἔκτισεν ὁ θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ κένωμα καὶ οὐδέν. Græca Aqvilæ qvemadmodum Symmachi qvoqve qvæ infra subjeci, servavit Jo. Philoponus commentario in Hexaëm. Chalcidius ex Origenis Tetraplis videtur repetisse. Nemo porro mirabitur illud σὺν τὸν οὐρανὸν & σὺν τὴν γῆν, qvod Græcus sermo alioqvi respuit, qvi ex Hieronymo meminerit Aqvilam contentiosum interpretem & verbo reddere allaboratem, per illud σὺν, voculam Hebræorum את qvæ accusativi illis casus nota est, exprimere voluisse. Pro verbis κένωμα καὶ οὐδὲν, Theodotio posuit κενὸν καὶ οὐθέν. Vel ut est apud Nyssenum: οὐθὲν καὶ οὐθέν.

i) ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον. (al. ἀδιαίρετον.) Lucianus dialogo de Prometheo T. I. p. 179. Τὸ θεῖον μόνον ἦν καὶ ἐπουράνιον γένος, ἡ γῆ δὲ ἄγριόν τι χρῆμα καὶ ἄμορφον, (anteqvam nempe homines à Promethico fingerentur.) Deinde post illos efformatos p. 180. τὴν γῆν οὐκ ἔτι αὐχμηρὰν καὶ ἀκαλλῆ οὖσαν.

k) Videtur hæc Chalcidius & qvæ seqvuntur usqve ad pag. 376. hausisse ex Origenis Commentariis in Genesin qvæ interciderunt.

l) in Hebraico, תהו ובהו Etiam R. Salomo Isaacides qvem Jarchium vulgari nomine appellant, notat vocabulum תהו significare *admirationem & stuporem, dum aliquis miratur & obstupescit* propter inanitatem qvæ est in illa re, nam בהו *inanitas.* Sed Originem docuere Judæi etiam vocabulum בהו notare *admirationem*, recte sane, ita ut בהו & תהו Synonyma sint. Vide Nicolai Fulleri Miscellanea sacra III. 3.

m) Prov. I. 7. ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου. Confer, si placet, qvæ de variis initii significationibus collegit Svicerus in ἀρχή.

n) Prov. IX. 10.

o) Prov. XVI. 5. ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια.

p) ita leg. pro *vita bone.*

q) Sirach. XXIX. 25. ἀρχὴ ζωῆς ὕδωρ καὶ ἄρτος καὶ ἱμάτιον καὶ οἶκος καλύπτων ἀσχημοσύνην.

r) Prov. VIII. 22. Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι.

tis primordium. Ex qvo apparet, ſapientiam factam s) qvidem à Deo, ſed non aliqvo in
374 tempore. Neqve enim fuerit tempus ullum, qvo Deus fuerit ſine ſapientiâ. Quodque Deum percipi cogitationibus hominum anteqvam ſapientiam ejus, ſit neceſſe, t) ob eminentiam naturæ, qvia prius cujus res eſt, demum res ipſa noſcitur. Et de initio qvidem ſic habendum.

CCLXXV. Quod autem cœlum, quámve terram, ſcriptura * loquatur, intelligendum. Qui tumultuario contenti ſunt intellectu, cœlum hoc, qvod videmus; & terram, qvâ ſubvehimur, dici putant: porrò qvi altius indagant, u) negant hoc cœlum ab initio factum, ſed ſecundo die. Nanqve ab initio factum lumen, idque diem x) eſſe cognominatum. Hoc verò cœlum poſtea, quod Deus appellaverit ſoliditatem. y) Tertio deinceps die, remotis aqvis, apparuit ſicca: z) eique terræ nomen impoſitum. Ut ſit evidens, neqve hoc cœlum, cognitum nobis; neque hanc, in quâ ſumus, terram, ab exordio facta, ſed alia eſſe antiquiora, intellectu potius, qvàm ſenſibus, haurienda. Aliud igitur verum cœlum, a) & aliud quiddam eſſe ſoliditatem, ſcriptura teſtatur: eodemque modo aliud terram, & item aliud ſiccam.

CCLXXVI. Quod igitur illud cœlum prius quàm cætera Deus condidit, quámve
375 terram? Philo b) carentes corpore, atque intelligibiles, eſſentias eſſe cenſet; ideas, & exemplaria, tam ſiccæ iſtius terræ, quàm ſoliditatis. Deniqve etiam hominem prius intelligibilem, c) & exemplum archetypum generis humani, tunc demum corporeum factum à Deo eſſe dicit. Alii non ita. Sed ſcientem prophetam d) duas eſſe ſpecies rerum omnium, alteram intelligibilem, alteram ſenſilem, eas virtutes, quæ utranque naturam circumplexæ contineant, cœlum & terram cognominaſſe. Cœlum quidem, incorpoream naturam; terram verò, quæ ſubſtantia eſt corporum, quam Græci ὕλην vocant. Adſtipulantur his ea, quæ ſeqvuntur. *Terra autem erat inviſibilis, & informis,* e) hoc eſt, ſylva corporea, vetus mundi ſubſtantia, prius quàm efficta f) Dei opificis ſollertiâ ſumeret formas, etiam tunc decolor, & omni carens qualitate. Quod verò tale eſt, inviſibile certè habetur, & informe. *Inanis* porrò, *& nihil* g) propterea dicta, qvia, cùm ſit omnium qvalitatum receptrix, propriam nullam habet ex naturâ. Sylva ergo, ut qvæ cuncta, qvæ accidunt, recipiat in ſe, *inanis* appellata, ut qvæ compleri nunqvam
poſſe videatur. Porrò qvia ſit expers om- 376
nium, *nibil* dicta. *Otioſa* verò, & *indigeſta,* h) nuncupatur à Symmacho. Quod qvidem per ſe nihil, valeat otioſa; qvòd verò habeat opportunitatem ſuſcipiendi ordinis ab exornante ſemet Deo, mundum moliente, *indigeſta* cenſetur. *Stupida* verò *ex admiratione* i) ſignificatio animæ vim qvandam ſimilitudinemque declarat; ſiqvidem opificis, & auctoris, ſui majeſtate capta ſtuperet. Quòd ſi facta eſt à Deo ſylva corporea qvondam informis, qvam ſcriptura terram vocat; non eſt, opinor, deſperandum, k) incorporei qvoqve generis eſſe intelligibilem ſylvam, qvæ cœli nomine ſit nuncupata. Factam verò, & ita factam, ut ſit, qvæ non fuerit, l) ſic probant, qvòd opificibus mortalibus apparata ab aliis opificibus ſylva præbeatur, hiſque ipſis natura ſuppeditet, naturæ Deus, Deo nemo apparaverit, m) qvia nihil Deo ſit antiqvius. Ipſe igitur ſylveſtres impenſas, n) mundi fabricæ ſufficientes, utileſque, conſtituit. Multaſque alias probationes afferunt, qvas ſingillatim perſeqvi longum eſt.

s) generatam. Nam κτίζειν & ποιεῖν idem qvod γεννᾶν ut Latinis *creare, procreare, facere.* Vide G. Bulli defenſionem fidei Nicænæ ſect. 2. c. 6. §. 8. p. 148. Petavium de SS. Trin. p. 467. Valeſium ad Euſeb. p. 82. Joh. Caſſianus Lib. VI. de incarnat. p. 1027. *Bene Apoſtolus* (Galat. IV. 4.) factum *inqviens* ex muliere, *factum pro nato poſuit, Divini eloqvii conſuetudine qua factus pro nato ponitur, ſecundum illud:* Pro patribus tuis facti ſunt tibi filii Pſal. XLV. 16. πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Hebr. III. 2.

t) vocula *ſit* in Leid. male deſideratur, qvam è Pariſ. revocavi.

* Scripturam iterum iterumqve vocat conſveto Chriſtianis ſcriptoribus nomine Chalcidius.

u) edit. Pariſ. *indagantur.* x) Geneſ. I. 5. y) στερέωμα. Geneſ. I. 6. z) Geneſ. I. 9.

a) Verum cœlum & vera terra de qvibus Moyſes in primis Geneſeos verbis *initio Deus fecit cœlum & terram,* diverſa à στερεώματι & ξηρᾷ, illisqve priora & ſimpliciora omnium rerum principia. Nam *initio* idem eſt ac *primum omnium,* ut notat Philo.

b) Philo Judæus lib. de linguarum confuſione ait δι᾽ ἀγγελικῶν δυνάμεων ἀσώματον καὶ νοητὸν ἐπάγεσθαι κόσμον τὸν τοῦδε φαινομένου ἀρχέτυπον ἰδέαις ἀοράτοις συσταθέντα, ὥσπερ οὗτος ὁ κόσμος σώμασιν συνίσταται ὁρατοῖς. Idem innuit lib. de mundi opificio atque pluribus aliis in locis.

c) Idem lib. de mundi opificio p. 23. ubi hominem intelligibilem interpretatur illum qvem ad imaginem DEI conditum refert Moyſes Gen. I. 27. At ſenſilem alterum ac corporeum è terra formatum Geneſ. II. 7.

d) Moyſen. e) ſecundum verſionem LXX Interpretum ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος.

f) ita leg. ex edit. Pariſ. pro *effecta.* g) κένωμα καὶ οὐδὲν ex Aqvilæ interpretatione.

h) ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον. i) ſecundum Hebr. תהו ובהו vide ſupra ad p. 372.

k) h. e. non eſt incredibile.

l) ἐξ οὐκ ὄντων. Rom. IV. 17. 2. Maccab. VII. 28. μὴ ἐκ φαινομένων. Hebr. XI. 3.

m) ita leg. ex edit. Pariſ. pro *apparuerit.* n) materiam. Confer Lactantium lib. 2. cap. 8.

CCLXXVII. Reſtat nunc, ut eorum qvoqve, qvi generatam eſſe corpoream ſylvam negant, ſententias exeqvamur. Qvorum
377 æqvè diverſæ opiniones omnino ſunt. Sunt enim qvi textum ejus, & qvaſi continuationem qvandam, corpuſculis, o) qvæ intelligantur potiùs qvàm ſentiantur, connexis ſibi invicem, aſſignent, in aliqvo modo poſitis, & aliqvatenus figuratis, p) ut Democrito & Epicuro placet. Addunt alii qvalitatem, ut Anaxagoras; ſed hic omnium materiarum naturam, proprietatémqve, in ſingulis materiis congeſtam eſſe cenſet. q) Alii propter exiguitatem individuorum corporum, qvorum numerus in nullo fine ſit, ſubtilitatem ſylvæ contexi putant; ut Diodorus, r) & nonnulli Stoicorum: qvorum ſit fortuitus tam cœtus qvàm ſegregatio. Qvas opiniones, cùm ſint omnino ſine fine, prætereo.

CCLXXVIII. Qvi tamen providentiæ opus ſylvæ qvoqve conſtitutionem eſſe pronunciaverunt, cenſent eam unâ qvâdam ab exordio uſqve ad finem continuatione porrectam. Nec tamen omnes eodem modo. Aliter enim Pythagoras, & item aliter Plato, diverſóqve Ariſtoteles modo, & cum aliqvantâ differentiâ Stoici. Sed hi qvidem
378 omnes informem eam, & ſine ullâ qvalitate, conſtituunt. Alii formam dederunt, ut Thales: qvem ferunt ante omnes naturalia ſecreta rimatum, t) cùm initium rerum aqvam u) eſſe dicat. Opinor ideo, qvòd omnem victum, qvo utuntur qvæ vivunt, humectum videret. Inqve eadem ſententiâ Homerus eſſe invenitur, cùm Oceanum & Thetim dicat parentes eſſe genituræ: x) cùmqve juſiurandum Deorum conſtituat aqvam, y) qvam qvidem ipſe appellat Stygem, antiqvitati tribuens reverentiam, & jurejurando nihil conſtituens reverentius. At verò Anaximenes z) aëra judicans initium rerum, initium qvoqve corporum cæterorum, & ipſius aqvæ, non conſentit Heraclito, caput rerum ignem putanti. Omnes igitur hi, qvi vel aqvæ, vel aëri, vel igni tribuunt principatum, in motu poſitam rerum originem cenſuerunt.

CCLXXIX. Sunt tamen, qvi immobilem eſſe defendant, & eandem ex omnibus in unam molem redactam: unum omnia eſſe cenſentes immobile, ſine ortu, & ſine interitu, ut Xenophanes, Meliſſus, Parmenides. a) Sed Parmenides qvidem unum perfectum omne, & definitum, pronunciat. Meliſſus, 379
infinitum & indeterminatum.

CCLXXX. Empedocles varium, & multiforme qviddam, eſſe ſylvam docet, qvatuor diverſis ſuſtentatum radicibus b) ignis, aqvæ, aëris, terræ, atqve ex his fieri corporum

o) Atomis.

p) magnitudinem & figuram μέγεθος & σχῆμα atqve hinc βάρος etiam tribuit atomis, ſed ἀποίους ſive qvalitatis expertes illas eſſe, & omnes qvalitates ex diverſa atomorum coalitione provenire ſtatuit Democritus & Epicurus. Vide Gaſſendum de philoſophia Epicuri p. 111. ſeq. & qvæ ad Lucretium II. 335. ſeq. ac Laërtium X. 42. ſeq. viri docti.

q) Anaxagoras exiſtimavit principia rerum eſſe ὁμοιομερείας ſive atomos peculiares rerum cujusvis generis, auri v. g. aureas, oſſium oſſeas, ſanguinis ſangvineas, vide Lucretium lib. I. 834. ſeq. Laërtium II. 8.

r) Diodorum Cronum, ut ſupra p. 291. intelligit, ἀμερῆ τὰ ἐλάχιστα, principia rerum ſtatuentem teſte Sexto Empirico III. 4. Pyrrhon. & Stobæo p. 28. Eclog. Ejus ſententia de fortuito cœtu ſive concurſu ac motu atomorum nihil diverſa ab Epicuri opione. Mirum autem ei aſſentiri potuiſſe ex Stoicorum etiam ſchola aliqvos, cum ab Epicureis nulli gravius diſſenſerint qvàm Stoici.

s) Pythagoræ ſententia exponitur p. 393. Platonis p. 396. Ariſtotelis p. 379. Stoicorum p. 389. ſeq.

t) Lactantius lib. I. cap. 5. de Thalete: *Primus omnium quæſiſſe de cauſis naturalibus traditur.* Simplicius in 1. Phyſ. p. 6. θαλῆς δὲ πρῶτος παραδέδοται τὴν περὶ φύσεως ἱστορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐκφῆναι πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων προγεγονότων, ὡς καὶ θεοφράστῳ δοκεῖ, αὐτὸς δὲ πολὺ διενεγκὼν ἐκείνων, ὡς ἀποκρύψαι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ.

u) Vide qvæ viri docti ad Laërt. lib. 1. c. 27. & Minucium Felicem c. 19.

x) Iliad. ξ'. 201. & 302. Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν. Laudat hunc verſum qvoqve Sextus Empiricus 2. contra Phyſ ſect. 314.

y) Iliad. ό. 36. Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
Ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

z) De Anaximenis & Heracliti ſententia pluribus dixi ad Sextum Empiricum lib. 3. Pyrrhon. cap. 4. & lib. 1. contra Phyſicos ſect. 360. lib. 2. ſect. 313.

a) Horum triumvirorum opiones exponit & refellit Ariſtoteles 1. Phyſ. & libro de dogmatibus Xenophanis & Gorgiæ. Fragmenta Meliſſi ac Parmenidis ex qvibus ſententia illorum intelligi poſſit, exſtant apud Simplicium in Ariſtotelis Phyſicon lib. 1.

b) Reſpicit ad verſus notiſſimos Empedoclis laudatos a Sexto Empirico 1. contra Phyſ. ſect. 361. aliisqve.
Τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε.
Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' Ἀϊδωνεὺς
Νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.
Τῶν δὲ συνερχομένων ἐξ ἔσχατον ἵστατο νεῖκος
Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα
Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.

rum modò concretionem, modò discretionem. Idémqve concretionem qvidem vocat amicitiam, discretionem verò discordiam. c) Hi sunt, opinor, qvi formatam, descriptámqve qvalitatibus, & corpus sylvam esse pronunciant.

CCLXXXI. At verò, qvi detrahunt ei qvalitates, informémqve constituunt, & sine consortio corporum solam per semetipsam entem d) intuentur, Aristoteles qvidem tria initia constituit corporeæ rei, sylvam, speciem, carentiam. e) Eáque singula sine duûm residuorum connexione considerat; licet profiteatur, altera sine alteris esse non posse. Idem sine genitura, & sine interitu, f) dicit mundum esse, divinâ providentiâ perpetuitati propagatum. Cujus sententia cùm sit præclara, & nobilis, & ad Platonici dogmatis considerationem satis 380 accommodata; non otiosè prætereunda est. Prius tamen exponendus videtur physicorum veterum syllogismus, qvi asserit; nihil eorum, qvæ sunt, generatum esse, nec periturum esse. g) Formula syllogismi talis est. Si qvid fit, id necesse est vel ex eo fieri, qvod jam erat; vel ex eo, qvod non est, utrunqve autem impossibile. h) De existente qvidem; qvia, qvod jam dudum est, fieri ad præsens non potest: deniqve, qvod gignitur, nondum est. Nec verò de non existente, qvia necesse est ei, qvod fit, subesse aliqvam materiam, ex qvâ fiat. Nihil igitur fit. Sed nec corrumpitur. Id enim qvod corrumpitur, vel in aliqvas reliqvias, i) vel in nullas, dissolvitur: sed neqve in aliqvas, ut docebitur, neqve in nullas. Nihil igitur corrumpitur. Ostensum est porrò, qvod nec fiat qvid. Neqve igitur fit aliqvid, neqve corrumpitur. Qvatenus igitur quod est, & corrumpitur, negamus in nihilum posse dissolvi? Qvia quod est, & idem corrumpitur, ac perit, si in nullas reliqvias dissolvatur, erit pariter, & non erit: qvod rationem non habet. Rursum si erit aliqvid futurum, qvod dissolvitur, illud & perit, & 381 non perit.

CCLXXXII. Hoc syllogismo veteres physici tollere conabantur rerum genituram; & interitum. Sed Aristoteles k) dividit syllogismum, notatâ & patefactâ duplici significatione nominum, *existentis*, scilicet, & *non existentis*, l) item verborum *Fieri* & *Corrumpi*. m) Etenim omnia, qvæ fiunt, vel secundùm naturam suam fiunt, vel ex aliqvo accidenti; utputa, si musicus ægrotus convalescit, qvod qvidem ex naturâ est, ægrotat, & convalescit, non tamen qvia musicus est. Ex accidenti porrò, qvia musicus est. Accidit qvippe ut musicus esset, qvi ægritudinem sustineret. Similiter quod corrumpitur, si quid candidum pedalis proceritatis corrumpatur in atrum colorem, secundùm naturam suam quidem, & principaliter, patitur immutationem sui, quia est candidum, ex accidenti verò, quia est pedalis modi. Cùm igitur dicimus, musicum convalescere, tunc quod fit, ex accidenti fit, quia provenit ut convalescat. Porrò, cùm ægrotare eum dicimus, secundùm naturam patitur. Rursum, cùm dicimus, candidum illud pedalis mensuræ corrumpi, qvia convertatur in ni- 382 gredinem: hoc ex accidenti fieri dicimus. Cùm verò candidum cognominamus, naturam ejus exprimimus. Si igitur dicimus, etiam de non existente fieri aliqvid, dupliciter dicimus non existere, semel juxta naturam, quod est impossibile, ut quod nusquam omnino gentium est, ex eo aliquid fiat quod fit; iterum ex accidenti dicimus non existere, cùm qvod fit * aliter se habebit, quàm erat anteà: & cui plus accidit, quàm à naturâ tributum est: ut si ex informi massâ æris simulacrum fiat. Informitas quippe æris ex naturâ est; formæ verò impressio; quam imponit opifex, de non existenti provenit: proptereáque ex accidenti dicitur provenire. Fieri enim potest, ut ex eo qvoque, qvod est, fiat aliud qvod fit: sed hoc est ex accidenti: ut si cui grammatico proveniret medicinæ scientia. Nam & hic ex perito fit alterius qvoque disciplinæ peritus. Consequenter etiam igitur corrumpetur aliquid, & dissolvetur, existens in aliud existens, sed non principaliter, verum ex accidenti, ut si ex 383 simulacro Liberi patris formam qvis transferat in simulacrum Apollinis. Videtur autem hoc qvoque pacto forma in aliam

 speciem

c) supra p. 291.

d) *entem* οὖσαν, ut *entiam* pro οὐσία dixit Sergius Flavius apud Qvintilian. II. 15. VIII. 3.

e) Materiam, formam, privationem. ὕλην, εἶδος, στέρησιν. Vide Aristotelem I. Physicor.

f) æternus Mundus ex Aristotelis sententia, qvæ ut à Platonis, Stoicorum, Epicureorumqve opinione differret, qvi omnes materiam æternam statuerunt, erudite explicatum à Jacobo Thomasio τῷ μακαρίτῃ in libro de Stoica mundi exustione diss. 2.

g) *Gigni de nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.* Persius Sat. III. 84.

h) Argumentum Diodori Croni, qvod non uno in loco ingerit Sextus Empiricus ut lib. 2. contra Phys. sect. 331. seq. 346. seq. lib. 3. Pyrrhon. sect. 103. &c. Sed usi sunt illo etiam antiqviores Physici, ut Xenophanes, Parmenides, Melissus, Ocellus Lucanus aliiqve ut ad Sextum demonstravi, & constat ex Aristotelis lib. I. Physicor. cap. 9.

i) vocabulum *reliqvias* qvod in Leid. excidit, revocavi ex edit. Paris.

k) Aristoteles lib. I. Physicor. cap. 9. l) ὂν & οὐκ ὄν. m) γίνεσθαι & φθείρεσθαι. * ita leg. pro *sit*.

speciem demigrare, sed non propriè, verùm ex accidenti. Similiter poterit existens quid in non existens corrumpi, ac resolvi, sed non ut ex corruptelâ plenus afferatur interitus; proveniàtque ut id, quod erat, nihil omnino, neque uspiam gentium sit.

CCLXXIII. Unà igitur hæc ratio est, juxta qvam posse Aristoteles putat & fieri aliquid tam de existente, quàm de minimè existente; & interire vel in existens vel in nihilum. Aliâ verò ratione esse & non esse dicitur quid, qvoties nondum adhibito effectu esse dicitur, quod futurum proculdubio erit, si adhibeatur effectus. quæ cuncta possibilitate esse dicuntur: præsumptâ eorum existentiâ contemplatione possibilitatis: ut cùm æs dicimus possibilitate statuam esse, cùm adhuc metallum sit informe. Est ergo statua, & non est; & est quidem, quia potest esse: non est autem, quia nondum effectus accessit. Eodemque modo ali-
381 qvatenus est, aliqvatenus non est: & ex eo qvod aliqvatenus est, potest aliquid effici, nihilóque minus etiam in id, quod aliquatenus non est, potest aliquid dissolvi, atqve interire. Est ergo genitura, & interitus.

CCLXXXIV. Hæc ad præsens, visa nobis necessaria fore, ad explanationem Aristotelici dogmatis de initiis rerum, in qvibus etiam sylva est, pertractari curavimus, sicut ejusdem Aristotelis verba declarant. Ait enim sic. m) *Nobis ergo videtur dividua* n) *esse sylva carentiæ, ita ut sylva non sit existens quid, sed ex accidenti. Carentia verò principaliter & omnino nihil. Et sylva quidem prope habeat essentiam, carentia nulla porrò sit substantia. Et aliis,* inquit, *videtur carentia & sylva unum esse, non rectè spectantibus: cùm idem breve & grande cognominent, duásque res separatim spectandas in unam eandémque redigant, & unum aliquid subjacere putent corporibus. Qui etiam si dividant majus illud & minus, ut sint duo, æquè ex hac duitate* o) *una res significatur, alia intermittitur.* p) *Siquidem sylva, tanquam mater, corporum formationi adjumento est. Carentia verò non adjuvat formationem, sed potius impedit, ac renititur. Quatenus qvia cùm species divina res sit, & appetibilis, contraria est ei carentia. Sylva verò* 385
appetit formam, & illustrationem, cupidaq; ejus est juxta naturam propriam. Porrò carentia si appetat formam, appetere eam necesse est contrarietatem suam, & omnis contrarietas interitum affert. Minimè igitur interitum suum carentia desiderabit. Nec verò species seipsam potest cupere. Est enim plenum, & perfectum, bonum; & omne, quod desiderat, in indigentiâ positum est. Sola igitur sylva est, qvæ cupit illustrationem, perinde ut fœmineus sexus virilem, & deformitas pulchritudinem; ita tamen, ut deformitas sylvæ non ex naturâ, sed ex accidenti, sit. Qvæ sylva fit, & corrumpitur certè. Cumq; fit, est aliquatenus: & cùm dissolvitur, non est aliquatenus: corruptelâq; ejus propter individuam carentiam provenit. Ipsa verò possibilitate

m) Verba Aristotelis ex lib. 1. Physicor. cap. ult. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὕλην καὶ στέρησιν ἕτερον εἶναί φαμεν. Καὶ τούτων τὸ μὲν οὐκ ὂν εἶναι κατὰ συμβεβηκὸς τὴν ὕλην, τὴν δὲ στέρησιν καθ᾽ αὑτήν. Καὶ τὴν μὲν ἐγγὺς καὶ οὐσίαν πως τὴν ὕλην, τὴν δὲ στέρησιν καθ᾽ αὑτήν. Καὶ τὴν μὲν ἐγγὺς καὶ οὐσίαν πως τὴν ὕλην, τὴν δὲ στέρησιν οὐδαμῶς. Οἱ δὲ τὸ μὴ ὂν τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ὁμοίως ἢ τὸ συναμφότερον ἢ τὸ χωρὶς ἑκάτερον. ὥστε παντελῶς ἕτερος ὁ τρόπος οὗτος τῆς τριάδος κἀκεῖνος· μέχρι μὲν γὰρ δεῦρο προῆλθον, ὅτι δεῖ τινα ὑποκεῖσθαι φύσιν. Ταύτην μέντοι μίαν ποιοῦσι· Καὶ γὰρ εἴ τις δυάδα ποιεῖ λέγων μέγα καὶ σμικρὸν αὐτὴν οὐθὲν ἧττον ταυτὸν ποιεῖ, τὴν γὰρ ἑτέραν παρεῖδε τὴν στέρησιν· ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα συναιτία τῇ μορφῇ τῶν γινομένων ἐστὶν ὥσπερ μήτηρ· Ἡ δ᾽ ἑτέρα μοῖρα τῆς ἐναντιώσεως πολλάκις ἂν φαντασθείη τῷ πρὸς τὸ κακοποιὸν αὐτῆς ἀτενίζοντι τὴν διάνοιαν οὐδὲ εἶναι τὸ παράπαν. Ὄντος γάρ τινος θείου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἐφετοῦ, τὸ μὲν ἐναντίον αὐτῷ φαμὲν εἶναι. Τὸ δὲ ὃ πέφυκεν ἐφίεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι αὐτοῦ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν. Τοῖς δὲ συμβαίνει τὸ ἐναντίον ὀρέγεσθαι τῆς ἑαυτοῦ φθορᾶς· Καίτοι οὔτε αὐτὸ ἑαυτοῦ οἷόν τε ἐφίεσθαι τὸ εἶδος διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐνδεές· Οὔτε τὸ ἐναντίον, φθαρτικὰ γὰρ ἀλλήλων τὰ ἐναντία. Ἀλλὰ τοῦτ᾽ ἔστιν ὕλη ὥσπερ ἂν εἰ θῆλυ ἄρρενος καὶ αἰσχρὸν καλοῦ. Πλὴν οὐ καθ᾽ αὑτὸ αἰσχρὸν ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Οὐδὲ θῆλυ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Φθείρεται δὲ καὶ γίνεται, ἔστι δὲ ὥς, ἔστι δὲ ὡς οὔ. Ὡς μὲν γὰρ τὸ ἐν ᾧ καθ᾽ αὑτὸ φθείρεται, τὸ φθειρόμενον γὰρ ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ στέρησις. ὡς δὲ κατὰ τὴν δύναμιν, οὐ καθ᾽ αὑτὸ ἀλλ᾽ ἄφθαρτον καὶ ἀγένητον ἀνάγκη αὐτὴν εἶναι· Εἴ τε γὰρ ἐγίγνετο, ὑποκεῖσθαί τι δεῖ πρῶτον τὸ ἐξ οὗ ἐνυπάρχοντος. Τοῦτο δέ ἐστιν αὐτὴ ἡ φύσις, ὥστ᾽ ἔσται πρὶν γενέσθαι· Λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός. Εἴ τε φθείρεταί τι, εἰς τοῦτο ἀφίξεται ἔσχατον, ὥστ᾽ ἐφθαρμένη ἔσται πρὶν φθαρῆναι.

n) ita leg. pro *individua*. Nam in Græco est ὕλην καὶ στέρησιν ἕτερόν φαμεν. Vult itaqve docere *sylvam* esse *dividuam carentia* hoc est materiam distinctam esse à privatione. *Dividuam carentia* (pro *à carentia*) dixit ut infra p. 392. *qualitatem inseparabilem Deum sylva.*

o) Sic scripsi pro *dividitate*: Nam in Græco est δυάδα. In edit. Paris. annotatum video *divisione*. Vide infra, p. 393.

p) al. *interimitur*, minus bene, Nam in Græco est παρεῖδε.

litate non naturâ immortalis est, ac sine generatione: propterea quòd necesse erat iis, quæ nascuntur, subjacere aliquid antiquius; ex quo fierent, atque ad generationem venirent. Talis est porrò hæc natura. Necesse est igitur, fuisse sylvam antequam fieret, siquidem ex eâ fiunt cætera, sive quòd dissolvitur, & perit, ad hanc eandem naturam postremò redeat necesse est. Ergo etiam corruptelam, dissolutionemq;.

CCLXXXV. Hæc Aristoteles, assistens
386 sententiæ suæ, de initiis rerum, deque naturâ sylvæ loquitur: sed quia obscurior sermo est, explanandus videtur. Tres ab eo ponuntur origines universæ rei, species, sylva, carentia. q) *Speciem* laudat, ut summi Dei similem divinitatem, pleno perfectoque nixam bono, ideoque appetibilem. Quid est ergo quod appetit? Neque ipsa se, inquit, quia nihil ei deest ad perfectam exornationem, & est proprius indigentium appetitus. Nec verò *carentia* cupit speciem; interitum enim suum cuperet: quippe accessu speciei formæque tollitur indigentia, nec in habitu proprio perseverat. Superest ergo, ut *sylva* cultum ornatumque desideret, quæ deformis est, non ex se, sed ad indigentiam, etenim turpitudo est, sylvam cultu, formaque, indigere. Sic quippe erit vidua, carens specie, perinde ut carens viro fœmina. Propterea-que inquit, appetit speciem, ut sexus fœmineus virilem: quoque sit in aliquâ posita deformitate, formam atque cultum r) cupiens simul perire atque exolescere: quod est in semet ex indigentiæ vitio. Contraria siquidem hæc duo sibi, & repugnantia, species, & item carentia. Quorum quod obti-
387 nuerit, alterum perimit. Cupiditatem verò negat esse talem, qualis est animalium; sed ut cùm quid cœptum atque inchoatum est, dicitur perfectionem desiderare; sic, opinor, etiam sylva speciem cupit. Potest enim ejus florere consortio.

CCLXXXVI. Ergo juxta Aristotelem propriè quidem, & principaliter, existens est species. Ex accidenti verò esse dicitur sylva, propterea quòd naturæ talis est, ut recipiat formam. Rursum quod minimè est propriè quidem, & principaliter, carentia. Ex accidenti verò sylva patitur: quippe id quod verè atque ex naturâ non est, id est, carentia. Ergo sylva alio quodam genere est, item alio non est. Et potest aliquid ex eâ fieri, ut de re non existente: non una tamen, sed diversâ significatione. Consequenter ergo dicemus, malitiam esse atque initium malorum, non sylvam, sed carentiam. Hæc est enim informitas, & nullus cultus, & turpitudo sylvæ, propterea-que etiam maleficentia. Et ideo sylvam definit, seu potius appellat, corpus incorporeum, ut possibilitate quidem sit corpus, effectu verò atque operatione nullum corpus. Hæc Aristotelis de sylvâ sententia, nisi quòd addit
Platonem tria illa nominibus tantum atti- 388
gisse, effectu autem duo posuisse initia, corporeæ rei *speciem*, & minimum grande, s) quod sit *sylva*. Non igitur tria, sed duo, hæc erunt initia, inquit, *species*, & *sylva*, quam ait ex naturâ nullam habere substantiam. Aut si, inquit, grande hoc minimum *carentiam* esse intelligendum est, rursum sylva præterita erit, & duo videbuntur initia rerum, *species*, atque *carentia*.

CCLXXXVII. Stoici quoque ortum sylvæ rejiciunt; t) quin potius ipsam, & Deum, duo totius rei sumunt initia: Deum, ut opificem; sylvam, ut quæ operationi subjiciatur. Unâ quidem essentiâ præditos facientem; & quod fit, ac patitur, id corpus esse: u) diversâ verò virtute, quia faciat, Deum; quia fiat, sylvam esse. Quorum ab re non erit opinionem diligentius explicari. Ajunt enim, ut ænea quæque ex ære sint, argenteaque ex argento, sic corporeas materias ex sylvâ esse cum hisdem, ut ære, & argento, etiam similibus cæteris. Esse enim quasdam magis, alias minus sylvestres materias, aliasque alias corpulentiores. Quarum tamen exordium esse unam quandam antiquiorem communem omnium sylvam. Atque ut statua, quæ, cùm sit for- 389
matum corpus, habet tamen subjectam sibi æris antiquiorem substantiam, sic æs, informe corpus, compos tamen qualitatis, habere dicunt subjectam præeuntem substantiam, eamque esse corpus cohærens sine qualitate, patibile totum & commutabile, quod sylvam simul & essentiam appellant, hactenus definientes: *Essentia & sylva est,* *quod*

q) forma, materia, privatio.

r) al. *vultum.* ut p. 419. Minus benè. Nam infra p. 387 *Hæc*, inquit, *est informitas & nullus cultus & turpitudo sylvæ.* Et p. 398. *cultum fœditati conjungens.* Et p. 400. *præbere cultui atque exornationi suæ patientiam.*

s) τὸ μέγα καὶ σμικρὸν supra p. 384. Simplicius in 1. Phys. p. 54. b. ὅτι τὴν ὕλην ὁ Πλάτων κατὰ τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον ὑποτιθέμενος, ἀπ᾿ ἐκείνων αὐτὴν ἐδήλου τῶν τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδεχομένων, ὧν καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν ἐστι. adde Porphyr. sentent. c. 22.

t) Diligenter deinceps Chalcidius Stoicorum opinionem explicat de materia nullum habente ortum sive æterna, ejusque animâ Deo. Confer Lipsii Physiolog. Stoicam lib. 1. diss. IV. & VIII. & Jac. Thomasii τοῦ μακαρίτου de Stoica Mundi exustione diss. XIV.

u) Infra p. 392. *ut opiniones incurrerent impias, Deum scilicet hoc esse quod sylva sit, vel etiam qualitatem inseparabilem Deum sylvæ.*

*quod ſubjacet * corpori cuncto* : vel, *ex qvo cuncta ſunt corpora*, vel *in qvo proveniunt rerum ſenſilium commutationes*, x) *ipſo ſtatu proprio manente*. Item, *quod ſubditum eſt corporibus qualitates habentibus, ipſum ex naturâ propriâ ſine qvalitate*.

CCLXXXVIII. Pleriqve y) tamen ſylvam ſeparant ab eſſentiâ, ut Zeno, & Chryſippus. *Sylvam* qvippe dicunt eſſe id qvod eſt ſub his omnibus qvæ habent qvalitates. *Eſſentiam* verò primam rerum omnium ſylvam, vel antiqviſſimum fundamentum earum, ſuapte naturâ ſine vultu, & informe. Ut puta æs, aurum, ferrum, & cætera hujuſmodi, ſylva eſt eorum, qvæ ex hiſdem fabrefiunt, non tamen eſſentia. At verò qvod tam his quàm cæteris ut ſint cauſa eſt, ipſum eſſe ſubſtantiam. z)

CCLXXXIX. Pleriqve etiam hoc pacto
390 ſylvam & ſubſtantiam ſeparant, qvòd aſſeverant, *eſſentiam* qvidem operis eſſe fundamentum, ut mundi eſſe meritò dicatur, atqve exiſtimetur, eſſentia : *Sylvam* verò contemplatione a) opificis dictam, qvòd eam fingat ac formet.

CCXC. Deinde Zeno hanc ipſam eſſentiam finitam eſſe dicit, unamqve eam communem omnium, quæ ſunt, eſſe ſubſtantiam. Dividuam qvoqve, & uſqveqvaqve mutabilem. Partes quippe ejus verti, ſed non interire ita, ut de exiſtentibus conſumantur in nihilum. Sed ut innumerabilium diverſarum, etiam certarum figurarum ; ſic neqve formam, neqve figuram, nec ullam omnino qvalitatem, propriam eſſe cenſet fundamenti rerum omnium ſylvæ. Conjunctam tamen eſſe ſemper, & inſeparabiliter cohærere qvalitati. Cùmqve tam ſine ortu ſit qvàm ſine interitu, qvia neqve de non exiſtente ſubſtitit, nec conſumetur in nihilum, non deeſſe ei ſpiritum, ac vigorem, ex æternitate, qvi moveat eam rationabiliter, totam interdum, nonnunqvam pro portione ; b) qvæ cauſa ſit tam crebræ, tamqve vehementis, univerſæ rei converſionis.
391 Spiritum porrò motuum illum eſſe non naturam, ſed animam, & qvidem rationabilem, qvæ vivificans ſenſilem mundum, exornaverit eum ad hanc, qvâ nunc illuſtratur, venuſtatem. Quem qvidem beatum animal, & Deum, c) appellant.

CCXCI. Ergo corpus univerſum juxta Stoicos determinatum, ** eſt unum, & totum, eſſentia. *Totum* qvidem, qvia nihil ei partium deeſt. *Unum* autem, qvia inſeparabiles ejus partes ſunt, & invicem ſibi cohærent. *Eſſentia* verò, qvia princeps ſylva eſt omnium corporum ; per qvam ire dicunt rationem ſolidam, atqve univerſam, perinde ut ſemen d) per membra genitalia. Qvam qvidem rationem ipſum eſſe opificem volunt. Cohærens verò corpus, & ſine qvalitate, patibile totum, & commutabile, ſylvam, ſive eſſentiam, qvæ vertatur qvidem, nec intereat tamen, nec tota, nec partium excidio : ideo qvia philoſophorum omnium commune dogma eſt, neqve qvid fieri ex nihilo, nec in nihilum interire. Licet enim cuncta corpora caſu aliqvo defluant, ſylva tamen ſemper eſt, & opifex, Deus ; ratio ſcilicet, in qvâ ſit fixum, qvo qvid tempore tam naſcatur qvàm occidat. Propterea qve de exiſtentibus genituram fieri, & in exiſtens 392
deſinere qvod finiatur, immortalibus perſeverantibus à qvo fit, & item ex quo fit, quòd gignitur.

CCXCII. Reprehendunt etiam, quòd, cùm ſint in eminenti, præſtantiſſimaqve, & vetere exiſtente aliâ ſubſtantiâ rerum omnium exempla, mundum ſenſilem juxta immortale exemplum à Deo factum eſſe dicat Plato. Non enim opus ullo exemplo fuiſſe, quando ſeminum ratio incurrens aliqvam concipientem comprehendentemqve naturam, totum mundum, quæqve in eo ſunt, enixa ſit. Hæc Stoici de ſylvâ, deqve initiis rerum, partim à Platone uſurpantes, partim commenti : ſic ut facile ſit intelligere, nullam eos ne ſuſpicari qvidem potuiſſe divinam virtutem, ſubſtantiamqve, carentem corpore, cunctis corporibus, vel etiam ſeminibus, efficaciorem : propterea qve factum, ut opiniones incurrerent impias, Deum ſcilicet hoc eſſe quod ſylva ſit, e) vel etiam qualitatem inſeparabilem Deum ſylvæ : eundemqve per ſylvam meare, veluti ſemen f) per membra genitalia ; & omnium, quæ naſcun-

* τὸ ὑποκείμενον παντὶ σώματι.

x) infra p. 391.

y) Aliqui è Stoicis qvibus diverſæ fuere ἀρχαὶ eſſentiam conſtituentes à ςοιχείοις ſive elementis materialibus, ut tradit Laërtius allegans Zenonis librum περὶ ὐσίας & Chryſippi Phyſica. Vide Laërtium VII. 134. Plutarchum lib. 1. de placitis cap. 3.

z) Subſtantiæ & eſſentiæ vocabulo promiſcue Chalcidius utitur.

a) al. *contemplationem*, vitioſe.

b) ita leg. duobus verbis. Male enim editi unico vocabulo *proportione*.

c) τὸν ἐν ὕλῃ λόγον, τὸν θεόν. Τοῦτον γὰρ ὄντα ἀΐδιον διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα. Laërt. VII. 134.

** definitum, limitatum infra p. 394. 411.

d) Κόσμος ἐμπεριειληφὼς πάντας τοὺς λόγους σπερματικούς. Vide Mericum Caſaubonum ad M. Antonini IV. 10.

e) ſupra, p. 388.

f) al. *per ſemen*, non hoc tantum loco ſed & ſupra p. 391. vitioſe.

nascuntur, tam originem quàm etiam causam esse non malorum modò, sed turpitu-
393 dinis quoque, & obscœnitatis : omniáque agere, & pati, vel pudenda. Cujus opinionis deformitas evidentius detegetur expositâ Platonis sententiâ. g)

CCXCIII. Nunc jam Pythagoricum dogma recenseatur. Numenius ex Pythagoræ magisterio h) Stoicorum hoc de initiis dogma refellens Pythagoræ dogmate, cui concinere dicit dogma Platonicum, ait Pythagoram Deum quidem *singularitatis* nomine nominasse; sylvam verò, *duitatis*. i) Quam duitatem, indeterminatam quidem, minimè genitam ; limitatem verò, generatam esse dicere. Hoc est, anteqvam exornaretur quidem, formámque & ordinem nancisceretur, sine ortu, & generatione ; exornatam verò, atque illustratam, à digestore Deo esse generatam. Atque ita, quia generationis sit fortuna k) posterior, inornatum illud minimè generatum, æquævum Deo, à quo est ordinatum, intelligi debeat. Sed nonnullos Pythagoreos, vim sententiæ non rectè assecutos, putasse, dici etiam illam indeterminatam, & immensam duitatem, ab unâ singularitate institutam, l)
394 recedente à naturâ suâ singularitate, & in duitatis habitum migrante. Non rectè; ut, quæ erat singularitas, esse desineret; quæ non erat duitas, subsisteret : atque ex Deo sylva, & ex singularitate immensâ, & indeterminatâ, duitas converteretur. Quæ opinio ne mediocriter quidem institutis hominibus competit. Denique Stoicos definitam, & limitatam, * sylvam esse naturâ propriâ; Pythagoram verò infinitam, & sine limite, dicere. Cúmque illi, quod naturâ sit immensum, non posse ad modum naturæ, atque ordinem, redigi censeant; Pythagoram solius hanc Dei esse virtutem, ac potentiam asserere : ut, quod natura efficere nequeat, Deus facilè possit : ut qui sit omni virtute potentior, atque præstantior, & à quo natura ipsa vires mutuetur.

CCXCIV. Igitur Pythagoras quoque, inquit Numenius, fluidam, & sine qualitate, sylvam esse censet ; nec tamen, ut Stoici, naturæ mediæ, intérque malorum bonorúmque viciniam, quod genus illi appellant indifferens, sed planè noxiam. Deum quippe esse (ut etiam Platoni ** videtur)
initium, & causam, bonorum ; Sylvam, 395
malorum. At verò quod ex specie sylvaque sit, m) indifferens. Non ergo sylvam, sed mundum, ex speciei bonitate sylvæque malitiâ temperatum, denique ex providentiâ & necessitate progenitum, veterum Theologorum n) scitis haberi.

CCXCV. Sylvam igitur informem, & carentem qualitate, tam Stoici quàm Pythagoras consentiunt ; sed Pythagoras malignam quoque, Stoici nec bonam, nec malam: dehinc, tanquam in progressu viæ malum aliquod obvium, perrogati unde igitur mala? *perversitatem* *** seminarium malorum esse causati sunt ; nec expediunt adhuc unde ipsa perversitas, o) cùm juxta ipsos duo sint initia rerum, Deus, & Sylva. Deus summum, & præcellens, bonum; Sylva, ut censent, nec bonum, nec malum. Sed Pythagoras assistere veritati, miris licet, & contra opinionem hominum operantibus, asseverationibus non veretur. Qui ait, existente providentia, mala quoque necessariò substitisse; propterea quòd sylva sit, & eadem sit malitiâ prædita. Quòd si mundus ex sylvâ, certè factus est de existente p)
olim naturâ malignâ. Propterea que Nume- 396
nius laudat Heraclitum, reprehendentem Homerum, qui optaverit interitum, ac vastitatem, malis vitæ; q) quòd non intelligeret, mundum sibi deleri placere. Siquidem sylva, quæ malorum fons est, exterminaretur. Platonémque idem Numenius laudat, quòd duas mundi animas autumet.

g) infra p. 399. seq.

h) Numenius Photini æqvalis & Pythagoricæ ac Platonicæ Philosophiæ consultus, de cujus scriptis Jonsius III. 10. de scriptoribus Hist. Philosoph.

i) infra p. 407. Deus μονὰς, materia ἀόριστος δυάς. Vide Plutarchum lib. I. de placitis c. 3. & 8. Theologumena Arithmeticæ, & Meursium in Denario Pythagorico.

k) *fortunam generationis* Chalcidius ponit pro statu sive conditione qva à DEo digestam hoc est generatam materiam Pythagoras statuit. Illam enim conditionem posteriorem existimavit priore ἀγεννήτῳ sive ingeneratâ. Sic p. 287. *Sed cum sit reditus animis ad fortunam priorem.* Et p. 398. *fortunam ejus esse prosperam magna ex parte*, & eadem pagina *generatorum fortunam*.

l) Materiam non æternam sed conditam vel productam à Deo. Hoc persvasum è Pythagoricis Philolao, ut ex Claudiano Mamerto lib. 2. c. 3. observavi lib. 2. Bibl. Græcæ c. 12. §. 7. ubi demonstravi pluribus hanc sententiam qvoqve placuisse Platonicis junioribus. * Infra p. 411. ** Infra p. 396.

m) ita edit. Paris. pro *ex speciei bonitate sylvaque*.

n) Theologos vocat auctorem ἱεροῦ λόγου, Pythagoram, Orpheum &c. Per necessitatem intelligit materiam.

*** σκαιότητα *scævitatem*, Gellius VI. 2. ex Chrysippo de providentia.

o) Non potuerunt Stoici hunc nodum expedire qvamdiu à fato & stellis omnia suspendebant, Libertati relinqvebant nihil. Sed vide tamen Lipsium lib. I. Physiologiæ Stoicæ diss. 14. & Gatakerum prolegom. ad M. Antonin.

p) al. *desistente*. vitiose.

q) Odyss. N. 46. — — *θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσειαν παντοίην, καὶ μή τι κακὸν μεταδήμιον εἴη.*

Unam beneficentissimam; r) malignam alteram, s) scilicet sylvam. Quæ licet modicè t) fluctuet, tamen, quia intimo proprioque motu movetur, vivat, & animâ convegeterur, necesse est; lege eorum omnium, quæ genuino motu moventur. Quæ quidem etiam patibilis animæ partis, in quâ est aliquid corpulentum, mortaleque, & corporis simile, auctrix est, & patrona, sicut rationabilis animæ pars auctore utitur ratione, ac Deo. Porrò ex Deo, & sylvâ, factus est iste mundus.

CCXCVI. Igitur juxta Platonem mundo bona sua Dei, * tanquam patris, liberalitate collata sunt; mala verò, matris sylvæ vitio cohæserunt. Quâ ratione intelligi datur Stoicos frustra causari nescio quam *perversitatem*, cùm, quæ proveniunt, ex motu
397 stellarum u) provenire dicantur. Stellæ porrò corpora sunt, ignesque cœlites. Omnium quippe corporum sylva nutrix est; ut etiam, quæ sidereus motus minus utiliter, & improsperè, turbat, originem trahere videantur ex sylvâ, in qua est multa intemperies, & improvidus impetus, & casus, atque ut libet exagitata præsumptio. Itaque si Deus eam correxit, ut in Timæo loquitur Plato, redegitque in ordinem ex inconditâ, & turbulentâ, jactatione, x) certè confusa hæc intemperies ejus casu quodam, & improsperâ sorte, habebatur; nec ex providentiæ consultis salubribus. Ergo juxta Pythagoram sylvæ anima y) neque sine ullâ est substantiâ, ut plerique arbitrantur; & adversatur providentiæ, consulta ejus impugnare gestiens malitiæ suæ viribus. Sed providentia quidem est Dei opus, & officium: cœca verò, fortuitáque, temeritas ex prosapiâ sylvæ. Ut sit evidens, juxta Pythagoram, Dei, sylvæque, item providentiæ, fortunæque, cœtu cunctæ rei molem esse constructam. Sed postquam sylvæ ornatus
398 accesserit, ipsam quidem matrem esse factam corporeorum; & nativorum, deorum; fortunam verò ejus prosperam esse magnâ ex parte, non tamen usquequaque: quoniam naturale vitium limari omnino nequiret.

CCXCVII. Deus itaque Sylvam magnificâ virtute exornabat, vitiáque ejus omnifariam corrigebat, non interficiens, ne natura sylvestris funditus interiret: nec verò permittens porrigi dilatarique passim, sed ut manente naturâ, quæ ex incommodo habitu ad prosperitatem devocari commutarique possit, ordinem inordinatæ confusioni, modum immoderationi, & cultum fœditati conjungens, totum statum ejus illustrando, atque exornando, convertit. Denique negat inveniri Numenius, & rectè negat, immunem à vitiis usquequaque generatorum fortunam; non in artibus hominum, non in natura, non in corporibus animalium, nec vero in arboribus aut stirpibus, z) non in frugibus, non in aëris serie, nec in aquæ tractu, ne in ipso quidem cœlo: ubique miscente se providentiæ, a) deterioris naturâ, quasi quodam piaculo. Idémque nudam Sylvæ imaginem demonstrare, & velut in lucem destituere, studens, detractis omnibus singillatim corporibus, quæ gremio b) ejus 399
formas invicem mutuantur, c) & invicem mutant; illud ipsum, quod ex egestione vacuatum est, animo considerari jubet: eámque Sylvam, & necessitatem, cognominat. Ex quâ, & Deo, mundi machinam constitisse, Deo persuadente, necessitate obsecundante. Hæc est Pythagoræ de originibus asseveratio.

CCXCVIII. Superest ipsa nobis ad tractandum Platonis de sylvâ sententia; quam diversè interpretati videntur auditores Platonis. Quippe alii generatam dici ab eo putaverunt, verbáque clàm potius quàm rem secuti. Alii verò sine generatione, sed animâ præditam: quando ante illustrationem quoque motu instabili, atque inordinato, dixerit eam fluctuasse: cùm motus intimus, genuinúsque, sit viventium proprius: quódque idem sæpe alias duas esse mundi animas dixerit. Unam malignam, ex Sylvâ; alteram beneficam, ex Deo. d) Existentibus itaque bonis, ac malis; bona quidem, ex animâ beneficâ mundo tributa;
incommoda porrò, ex sylvestri maligna. 400
Cùm divina sapientia, intelligentiáque opificis Dei, sylvæ severè atque efficaciter persuadeat, præbere cultui, atque exornationi suæ, patientiam: persuasio verò non nisi animantibus, vitáque fruentibus, adhibeatur. Quibus Hebræi concinunt, e) cùm dicunt, homini quidem à Deo datam esse animam ex inspiratione cœlesti; f) quam rationem, atque animam rationabilem, appel-

r) ἀγαθοεργόν. s) ἄτακτον καὶ κακοποιόν· infra p. 399.
t) al. *incondite*, ut p. 397. *ex incondita & turbulenta jactatione.* * Supra p. 394.
u) supra p. 265. seq. x) supra p. 369.
y) Platoni, anima κακοποιός, qvam patibilem animæ partem dixit noster p. 396.
z) In edit. Leid. verba *non in natura* usqve ad *aut stirpibus* male omissa ex Paris. revocavi.
a) dum providentiæ miscet se ἡ θατέρου φύσις.
b) supra p. 371. *universis corporibus quæ intra gremium sylvæ varie varia formantur mutua ex alio in aliud resolutione.* c) al. *mutantur*, minus bene. d) supra p. 396.
e) supra p. 135. & 306. f) Genes. II. 7. נשמת חיים

appellant: mutis verò, & agrestibus, ex sylvâ rationis expertem g) jussu Dei vivis animantibus & bestiis, terræ gremio profusis: quorum in numero fuerit etiam illa serpens, h) quæ primitias generis humani malis suasionibus illaqueaverit.

CCXCIX. Nec desunt qui putent, inordinatum illum, & tumultuarium, motum Platonem non in sylvâ, sed in materiis, & corporibus, jam notasse; quæ initia mundi, atque elementa, censentur. Quippe si est informis, & inordinata, i) nimirum etiam immobilis k) naturâ suâ. Nec immobilis modò, verùm etiam incommutabilis. l) Quippe commutationes non sylvæ accident, sed corporibus, in quibus sint qualitates. Eodémque
401 pacto etiam exanimis, quandoquidem immobilis. Malitiam porrò ajunt virtutis esse carentiam, ut informitatem, inopiam, intemperantiam propterea que virtutibus: additâ orationis parte negativâ, contra quàm virtutes, cognominatas esse. imprudentiam, injustitiam, imperitiam. Hæc atque hujusmodi dissensio est Platonicorum philosophorum.

CCC. Nos tamen, quam ex his putamus potiorem, & ad veritatis examen propensiorem, maximeque tanti auctoris prudentiâ dignam, exequemur. Est igitur propositarum quæstionum duplex probatio. Altera, quæ ex antiquioribus m) posteriora confirmat, quod est proprium *syllogismi*. Præcedunt quippe ordine acceptionis, quæ elementa vocantur, conclusionem. Altera item, quæ posterioribus ad præcedentium indaginem gradatim pervenit; n) Quod genus probationis *Resolutio* dicitur. o) Nos ergo, quia de initiis sermo est, quibus antiqvius nihil est, utemur probationis remediis ex resolutione manantibus. Certum est siquidem apud omnes vel philosophantes, vel qui se
402 non dederint huic studio, in nobis esse sensus, esse etiam intellectum, & hæc esse sibi non eadem. Ergo etiam effectus tam sensuum quàm intelligentiæ, si quidem ipsa genera diversa sint, esse diversos. Quæ cum ita sint, necesse est etiam illa esse, quorum sint tam intellectus quàm etiam sensus. Sunt ergo tam sensilia quàm intelligibilia. p) Et intelligibilia quidem sunt, quæ intellectu comprehenduntur rationabili indagine. Sensilia verò, qvæ irrationabili opinione præsumuntur, incerto quodam opinionis eventu. Illa quidem ex æternitate, nec ullum initium habentia; hæc temporaria, & ex aliquo initio temporis è regione nostrâ q) primaria, ad naturam versus secunda. Rursum intelligibilia, è regione quidem naturæ priora, juxta nos verò secunda sunt. Quotusquisque igitur in disputatione sic exordietur, ut ab iis, quæ prima sunt ad nos versum, ascendat ad ea, quæ sunt à nobis secunda, resolvere dicitur quæstionem. Siquidem ab his orsus, quæ verè non sunt, sed imagines potius sunt verè existentium rerum, perveniat ad ea, quæ verè existentium initia causæque sunt.

CCCI. Sunt igitur vicina nobis omnia
quidem quæ sentiuntur, ignis, aër, terra, aqua. 403
Aliquanto tamen propiora, quæ ex iis concreta sunt. Rursum magis applicita nobis nostra corpora. Est igitur in corporibus nostris r) contiguum qviddam, est etiam solidum, est visibile, est calidum. Contiguum qvidem, ac solidum, nihil erit sine terrâ. Rursum visibile, & calidum, sine igne esse non poterit. Est ergo in nobis terrenum quiddam, & igneum, est etiam spirabile. Siquidem spiritus in venis, quæ arteriæ dicuntur, conditus invenitur. Est humectum quoqve quod humectum sine aquâ demum esse non potest. Nec verò spiritus sine aëre. Quòd si hæc omnia partes sunt corporis, necesse est etiam illa esse, quorum hæc partes sunt, ut diximus, id est, solidum universumque corpus. Est igitur in solido, atque universo, corpore tam ignis quàm terra, & cæteræ materiæ. Deinde harum ipsarum congrua, & moderata, concretio, quæ constat ex formis, & qualitatibus. Ignis qvidem splendor, levitas, calor, & figura. Terræ verò siccitas, gravitas, figura. Earum etiam similiter materiarum, quæ inter ignem ter-
ramque insertæ sunt, aliquæ sint naturales 404
proprietates oportet. Si ergo has qualitates, & qvantitates, etiam formas, figurasve, volemus ratione animi separare, tum demum deliberare qvid sit illud, quod hæc omnia inseparabiliter adhærens, complexumque, contineat; inveniemus nihil aliud esse, quàm, id qvod qværimus, sylvam. Inventa igitur est origo sylvestris. Et hoc quidem est unum duarum probationum genus, qvod *Resolutio* dicitur.

CCCII. Nunc illud aliud consideremus, quod *compositio* s) cognominatur. Sequitur quippe resolutionem compositio, & discretionem

g) נפש חיה h) Genes. III. 1. i) supra p. 372. 375.
k) p. 428. 457. l) p. 409. 458.
m) al. *anterioribus* sed recte se habet illud *antiquioribus*. Sic infra *initiis qvibus antiqvius nihil est* &c.
n) hoc loco in editis vitiose erant repetita ex superioribus verba: *posteriora confirmant*, qvæ delevi.
o) Analytica per ἐπαγωγὴν sive inductionem probatio.
p) supra, p. 99. q) qvoad nos, sensumque nostrum, qvos primo loco sensilia afficiunt.
r) Homo microcosmus. supra p. 291. s) syllogismus supra p. 401.

tionem concretio. Quæ igitur modò separare animo videbamur à sylvâ, rursus ei repræsentemus, ac velut in suum locum reponamus, hoc est genera, qualitates, figuras. Nec inordinatè hæc ipsa, & utcunque, sed cum cultu, & ordine. Ordo autem sine harmoniâ esse non potest. Harmonia demum analogiæ comes est. Analogia item cum ratione, & demum ratio comes individua providentiæ reperitur. Nec verò providentia sine intellectu est; intellectusque sine mente non est. Mens ergo Dei * modulavit, ordinavit, excoluit omnem continen-
405 tiam corporis. Inventa ergo est demum opificis divina origo. Operatur porrò opifex, & exornat omnia juxta vim rationabilem, majestatemque operum suorum. Opera verò ejus intellectus sunt, qvi à Græcis ideæ vocantur: qvo pacto invenitur tertia exemplaris origo rerum. Porro ideæ sunt exempla naturalium rerum. Igitur sylvam qvidem juxta legem rationemque *dissolutionis* invenimus; juxta *compositionis* verò præcepta ipsum opificem Deum.

CCCIII. Ex operibus porrò opificis Dei, exemplum. ** Et qvoniam singula hæc initia sunt, rursus erit ex integro de initiis differendum. Est igitur initium primus limes, post quem sunt cuncta, qvæ ex eodem sunt limite. Et qvia omne initium, utpote origo rerum, præcedit ortum, necesse est eam esse *simplicem, sine qvalitate*, perpetuam. Si simplex non erit, perinde erit atque ea, qvæ sunt ex eâdem substantiâ: t) nec intererit quicquam inter ipsum initium & cætera, etiam si antiquitas in tempore constituatur, quando etiam illa ex aliquo tempore sint; qvæ post initium sunt, & nullam esse differentiam, rationem non habet.
406 Simplex ergo est rerum origo, nec habet qvalitatem. *** Nam si detur ei qualitas, erit, opinor, compositum quiddam ex materiâ, & accidenti. Omnia quippe hujus generis sunt, qvæ habent qualitatem; igitur sine qualitate.

CCCIV. *Æternum* quoqve initium esse sic comprobatur. Nam si non æternum, ex aliqvo tempore sit necesse est. Si hoc ita erit, causa quoque cur sit, præcedat ortum ejus necesse est. Ita erit initio aliquid antiqvius. Sed hoc absurdum est, initium initii suspicari. æterna est igitur origo rerum, eademque immortalis. Nam si occidua, non decerit ei conditio interitus. Neque enim in simplex aliquid, neque in compositum dissolvetur. In simplex, u) ideo quòd sola initia simplicia; ergo in se dissolvetur, & recreabitur, potius quàm interibit. Neque in compositum quidem. Continebitur enim ex compositis, ergo nec dissolvetur. Quippe omne compositum ex simplicium naturarum connexione subsistit. Nec verò in nihilum dissolvi potest, nec enim qvicquam potest esse, quod nihil est. Certè, ut ait Plato; initio perdito, nec ipsum ex aliqvo qvoquam, nec ex eodem aliud quicquam recreabitur. x)
Quo pacto immortale rerum initium repe- 407
titur.

CCCV. Quia igitur, quod, & cujusmodi, sit initium, demonstravimus; conseqvens erit jam nunc considerare, utrum hoc ignis sit, an terra, an aliqvid cæterorum, qvæ dicuntur elementa. Arbitror quippe non rectè horum quid initium putari. hæc enim minimè simplicia, sed ex diversis materiis, naturisque, contexta sunt corpora. Initii porrò simplicem esse naturam in superioribus y) constitit. His ita digestis, demonstrandum est, duo esse initia rerum, & hæc contraria sibi invicem. Sic quippe non solus Plato, sed antiquiores quoque omnes consentiunt: cùm partim calorem, & frigus, initia constituunt; partim humorem, & siccitatem. Alius quidem consensum, & dissensionem; vel unum, & item multa: parque & impar; id est, singularitatis duitatisque naturam, ut Pythagoræ z) placuit. Quorum omnium sententiæ de contrarietate initiorum concinunt: sed utrum ea æterna, an temporaria, & an corporeæ, an incorporeæ molis, dissentiunt: quorum alterum ut faciens, alterum ut patiens. Oportet porrò initia
nec ex aliis ullis rebus originem trahere, nec 408
ex se invicem constare, quin potius omnia ex hisdem substantiam mutuari. Quod igitur faciens diximus, Deus est; quod verò, ut patiens, Sylva corporea. Sed quia id quod facit aliquid, ad exemplum aliquod respiciens operatur: tertiæ quoque originis intellecta est necessitas. Sunt igitur initia *Deus*, & *Sylva*, & *Exemplum*, a) & est Deus quidem, origo primaria moliens, & posita in actu; Sylva verò, ex quâ primâ fit quod gignitur.

CCCVI.

* Igitur his gradibus ad DEum ascendere & primum Opificem demonstrare Chalcidius per collectionem hoc ordine docet: 1. corpora. 2. figuræ. 3. ordo. 4. harmonia. 5. analogia. 6. ratio. 7. providentia. 8. intellectus. 9. mens. 10. DEUS.

** infra p. 408.

t) sic rectè edit. Parif. Nam in Leid. vocula *ex* exciderat.

*** ἄποιος p. 375. 377. 379. 410. &c.

u) accipiendum ac si scripsisset, *non in simplex*.

x) Respicit verba Platonis in Timæo, ubi τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον εἶδος disputat esse ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν, οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν.

y) supra p. 405. z) supra p. 371.

a) supra p. 405. *DEum, materia & Ideas.*

CCCVI. Nunc jam de Sylvâ tractabitur, quam originem esse rerum consentiunt Pythagorei, Platonici, Stoici. Nomen verò ei dederunt auditores Platonis. Ipse enim nunquam sylvæ nomen adscripsit; b) sed aliis multis, ad declarationem naturæ ejus convenientibus, nuncupamentis usus est, cùm animis nostris intimare vellet intellectum ejus utcunque; vel ex naturâ propriâ rei, vel ex passionibus, commotionibusque animorum nostrorum. Ex naturâ quidem propriâ *primam materiam* c) nuncupans, & item simile quiddam mollis cedentisque materiæ, in quam imprimuntur signacula rerum, d) & *receptaculum*, & interdum *matrem*, e) atque *nutricu-*
409 *lam totius generationis*. Ex passione verò audientium, cùm dicit *adulterino quodam intellectu* f) *recordandum*, *& contiguam sine tangentium sensu*. Omnibus verò supra memoratis communiter placet sylvam esse mutabilem totam & convertibilem: g) sed conversionem mutationémque ejus diversè interpretantur. Nanque alii putant ex suâ propriâ ratione converti, & sumere qualitates, cùm ex conversione nihil accidat præter variam qualitatem. Quam quidem qualitatem nihilominus esse sylvam in alio atque alio habitu. h) Nobis autem nequaquam placet eandem sylvam esse & qualitatem: quippe quarum altera sit quasi quædam subjecta materia, i) altera accidens quid eidem materiæ. Quæ causa est cur sylva patibilis esse probetur. Quippe quæ suscipiat diversas qualitates ex immutatione.

CCCVII. Fit porrò conversio juxta sylvam; non ipsâ sylvâ perpetiente mutationem; k) sed earum, quæ sunt in eâdem, & continentur ab eâ, qualitatum. Quippe si ipsa mutabitur, in aliud qviddam convertatur necesse est; ac desinet esse sylva; quod ratione certè caret. Namqve ut cera, quæ 410
transfigurata in multas diversasque formas non ipsa vertitur; sed figuræ, ipsâ in propriâ naturâ perseverante; cùm figuræ non sint quod cera est; sic opinor Sylvam quoque, formis figurísque variatam, cùm de suâ conditione minimè recedat; rectè patibilem dici.

CCCVIII. Etiam hoc communiter ab omnibus pronunciatur, sylvam sine qualitate esse; ac sine figurâ, & sine specie; l) non quòd sine his unquam esse possit; m) sed quòd hæc ex propriâ naturâ non habeat; hec possideat, potius quàm comitetur species, & qualitates. Denique si mentis consideratione volumus ei hæc adimere, sine quibus non est, possumus ei non effectu, sed possibilitate, n) horum omnium possessionem dare. Possibilitas autem geminâ ratione intelligitur. o) Una, ut cùm dicimus in semine omnem totius corporis perfecti rationem intus latere, seménque possibilitate animal esse. Altera, quòd rationem quidem in se futuræ generationis nondum habet; sed quia tale est naturâ, ut extrinsecus accipere possit rationes formarum, & qualitatum; possibilitate dicimus esse 411
quod nondum est, ut æris; ceræve, massa informis est, antequam ex arte recipiat formas.

CCCIX. Quare si intrà sylvam ratio formarum & qualitatum p) latet, ut Stoicis videtur, abundat q) opificis moderatio. Sed opinor sylvæ opificem necessarium, sicut ipsi etiam Stoici r) sanciunt. Opifex igitur sylvæ ut æris informitati, ceræque, formas insigniet, atque ita constabit necessariam dogmatis rationem.

CCCX. Nihilominus de æternitate etiam sylvæ consentiunt, s) perpetuam esse censentes;

b) Vide qvæ ad p. 370.

c) Apud Platonem nusqvam, quantum memini, *materia prima* nomen occurrit, sed apud Aristotelem ὕλη πρώτη IV. 4. Metaphys. & aliis in locis.

d) ἐκμαγεῖον καὶ πανδεχές. Confer Alcinoum c. 8. A Platone habuit Aristoteles, qvando docuit ὕλην ἄποιον μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει, δεξαμένην δὲ τῶν εἰδῶν οἷον τιθήνην καὶ ἐκμαγεῖον καὶ μητέρα γενέσθαι. Plutarch. lib. 1. de placitis c. 9.

e) μητέρα, τιθήνην καὶ πάσης γενέσεως ὑποδοχήν. τὸ τὰ πάντα ἐνδεξόμενον ἐν αὐτῷ γένη. supra p. 370. *matrem, nutriculam, totius generationis gremium*. Hoc loco & p. 419. *receptaculum* vocat noster, qvod ibi *gremium* & p. 427.

f) αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἁπτόν, λογισμῷ τινι νόθῳ μόγις πιστόν. S. Augustinus XII. 5. Confess. *Dum sibi hæc dicit humana cogitatio, conetur eam vel nosse ignorando, vel ignorare noscendo.* Adde nostrum p. 371. 419. 434. 448 &c.

g) Sic & Timæus Locrus. Ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἀΐδιον μὲν ἐ μὰν ἀκίνητον.

h) Hæc Democriti & Epicuri sententia. i) infra p. 432. k) Confer p. 400. 413. 417. 419.

l) ὕλη ἄποιος, ἄμορφος, ἀνείδεος. Vide p. 427. 432. m) supra p. 390.

n) Non actu sed potentia, ut in scholis loqvuntur. o) Potentia proxima & remota.

p) λόγος σπερματικός. Supra p. 391. 392. q) non est illa opus, ex Stoicorum sententia.

r) qvi opificem cum sylva confundunt. s) supra p. 391.

tes, quando sit arx t) & origo rerum : sed utrum limitata, id est, determinata, u) nequaquam consentiunt, quandò determinatum qvodque magnitudinem habeat necesse est. Magnitudo autem est lineæ, vel superficiei, vel corporis, qvæ cuncta proprias figuras habent, sive plana sint, seu solida. Figura porrò species qualitatis est. Quare si est limitata sylva, qualitate prædita, & figuræ compos erit per semetipsam, quæ informis, & qualitate carens, * evidenter ostensa est. Ergo infinita quoque, & minimè determinata. x) Infinita porrò, non ut quæ immensè, latéque, & insuperabiliter,
412 y) porrecta sunt; sed ut quæ possunt aliquo limite circumiri, nec tamen adhuc mentis consideratione vallata. Atque ut sine qualitate, sine figurâ quoque dicimus, sic etiam infinitam, velut nondum ante exornationem, dúmque adhuc sylva est, sine circundatam.

CCCXI. Eadémque nec incrementum, nec imminutionem, z) pati dicitur. Meritò. Fiat enim, ut ex nihilo subsistat aliquid, & dissolvatur in nihilum, quod fieri non potest. a) Quippe quod augetur, accessu magnitudinis crescit, & præter ipsam sylvam nihil esse arbitror, ex quo fiat accessio, vel in quod id, quod de sylvâ defluit, inanitâ sylvâ minuatur.

CCCXII. Sunt qui censent eam fundi, & item contrahi. b) Sed neque funditur quid sine humore, nec contrahitur sine replicatione. Utrunque autem hoc non • caret qualitate; at sylva caret qualitate. Neque igitur ut fusilis materia porrigitur, nec contrahitur ut replicabilis.

CCCXIII. Sunt item qui putent, infinitæ sectionis c) patibilem sylvam; sed omne, quod secatur, compositum miniméque simplex erit, & in aliquo spatio, quod est pro-
413 prium quantitatis: ergo sylva minimè secabitur. Caret enim quantitate, perinde ut qualitate, quanvis qualitatem quantitatémque comitetur. Sin verò, quia corpora qualitatibus & quantitatibus prædita, quæ ab eâ continentur, secari queunt, ipsam quoque secari cum iisdem d) unà fingamus; non erit omnino abhorrens à ratione, vel inconveniens, præsumptio.

CCCXIV. Recta igitur nostra est opinio, neqve ignem, e) neqve terram, neqve aqvam, nec spiritum, esse sylvam; sed materiam principalem, & corporis primam subjectionem, f) in qvâ non qualitas, non qvantitas, non figura, non forma sit ex propria naturâ: sed virtute opificis hæc ei conjuncta & connexa sint, ut ex his universo corpori & singillatim perfectio, & communiter varietas comparetur.

CCCXV. Quòd verò sit universi corporis fomes, g) & prima subjectio, facilè probatur ex elementorum in se conversione mutuâ, h) & ex qualitatum inconstanti mutatione. Etenim terra duas habet proprias qualitates, frigus, & siccitatem. perinde enim tractemus ad præsens, quasi terra ex aliquâ parte in aliud aliquod convertatur
elementum. Similiter aqua in duabus qua- 414
litatibus invenitur, humoris videlicet, & frigoris. Et est propria qualitas terræ quidem siccitas, aquæ verò humor: communis verò utriusque natura frigoris. Cùm igitur terra latè fusa convertetur aliquatenus in aquam, tunc siccitas quidem ejus mutata erit in humorem, frigus verò, quod commune est, perseverat in statu proprio: quia neque etiàm tunc est in terrâ, nec jam in aquâ. In terra quidem propterea, quia, quod conversum est, desinit esse terra. Nec verò in aqua; dum enim mutatur adhuc, & convertitur, neque plenè mutatum, neque perfectè conversum est, ut jam in aquæ materiam migrarit. Superest igitur, ut sit uspiam frigus. Nec enim potest esse sine eo, in quo est: hoc porrò nihil esse aliud quàm sylvam, ratio testatur.

CCCXVI.

t) arx id est primum ac summum. Sic arcem causæ dixit Cicero, arcem veri Petronius.

u) ita Stoici. Vide p. 394. Sed aliud visum Pythagoræ, Platoni &c. * Supra p. 405.

y) Apulejus de dogmate Platon. *Materiam improcreabilem incorruptamqve commemorat, -- -- ex omnibus primam, figurarum capacem fictionique subjectam: adhuc rudem & figurationis qualitate viduatam DEus artifex conformat universam. Infinitam vero idcirco, quod ei sit interminata magnitudo. Nam quod infinitum est, indistinctam magnitudinis habet finem: atque ideo, cum viduata sit fine, infinibilis recte videri potest.*

y) ita malo pro *inseparabiliter*. z) Apulejo *improcreabilis & incorrupta* ex eodem Platone.

a) Supra p. 391. b) Stoicorum hæc opinio. c) Hoc qvoqve Stoicis placuit.

d) ut consors perpessionis putetur. infra p. 417. e) verba *neque ignem* in Leid. exciderant. Confer infra p. 436.

f) *principalis subjectio* τὸ πρῶτον ὑποκείμενον infra p. 439. Mox verba *non qvantitas*, addidi ex edit. Paris.

g) fomes est & qvi primus ignem concipit & unde nutrimentum & incrementum accipit flamma. Sic *fomes & incitabulum* junguntur apud Gellium XV. 2. sive ut apud Macrobim est II. 8. Saturnal *fomes & ignitabulum ingenii*. Noster infra p. 423. *fomenta generationis*. Sic materia dicitur corporis fomes, qvoniam in illa primum natura corporis concipitur ac veluti accenditur, nutriturqve & augetur. Porphyrius in sententiis de intelligibilibus c. 22. Τῆς ὕλης τὰ ἴδια κατὰ τοὺς ἀρχαίους τάδε· ἀσώματος· ἑτέρα γὰρ σωμάτων· ἄζωος, οὔτε γὰρ νοῦς οὔτε ψυχὴ οὐ ζῶν καθ' ἑαυτό. ἀνείδεος, ἀλλοῖος, ἄπειρος, ἀδύναμος. διὸ οὐδὲ ὄν, ἀλλ' ἀληθινὸν μὴ ὄν, εἴδωλον καὶ φάντασμα ὄγκου. &c.

h) supra p. 91. seq.

CCCXVI. Rurſum dicimus, aëra duas qualitates habere, calorem, & humorem. Conſtitit autem, aquam quoque in duabus qualitatibus inveniri, humoris, & frigoris. Erunt ergo & horum propria, quæ videntur
415 contraria, aquæ quidem frigus, aëris verò calor; ſed communis his humor. Cùm igitur, reſoluta in vapores aqua, aëri, quod ex aqua converſum fluxit, quæritur ac vindicatur; tunc, opinor, frigus quidem ad calorem tranſitum facit; humor porrò communis manet, neque in aëris, neque in aquæ gremio. Eſſe tamen eum uſpiam neceſſe eſt. Erit igitur in ſylva. Eodémque modo ignis duæ ſunt qualitates, ſiccitas & calor. Aëris verò, ut ſuprà comprehenſum eſt, calor, & humor. Ergo etiam & horum communis qualitas in calore. Ignis item propria ſiccitas, aëris humor. Ignito igitur aere, & aliquatenus converſo in naturam ignis, humor quidem ad ſiccitatem facit tranſitum, calor autem, communis qualitas, neque in igne, neque in aëre reſidebit. Nec verò nuſquam erit. Manebit igitur in ſylva. Ex quo perſpicuum eſt, quòd in illa corporum mutua permutatione invenitur ſylva antiquiſſima, & principalis ſubjectio: perinde ut cera mollis, in qua imprimuntur ſignacula, aut eorum, quæ generantur, commune omnium receptaculum.

CCCXVII. Quibus ita decurſis, ſequitur
416 ut, an corpus ſylva ſit, conſideremus. Neque corpus, i) neque incorporeum quiddam, poſſe dici ſimpliciter puto; ſed tam corpus, quàm incorporeum, poſſibilitate. Quippe quod propriè dicitur corpus, ex ſylvâ conſtat, & qualitate. Sylva autem nequaquam ex ſylvâ conſtat, & qualitate: minimè ergo corpus eſt. Deinde, nullum corpus ſine qualitate: ſylva autem per ſe ſine qualitate: non igitur corpus eſt. Quid? quòd omne corpus habet figuram, & ſylvæ juxta naturam ſuam nulla figura eſt? non ergo corpus. Deinde, omne corpus finitum, ac determinatum, eſt: Sylva autem infinita, & minimè determinata, non ergo corpus. Item omne genus corporis ſub categoricam redigitur appellationem. k) Dicimus enim corporis *eſſentiam*, utpote quod diverſis temporibus contrarias ſuſtineat paſſiones, & in quo alterum ex duobus contrariis inveniatur neceſſe eſt. Idem hoc dicimus *quantitatem*, cùm eſt perfectum longitudinis, latitudinis, ſoliditatiſque conſortio. Nihilominus corpus *quale*, & qualitate præditum, nuncupamus. Idem hoc 417
ad aliud corpus comparantes majus eſſe dicimus, aut minus, vel æquale, quam comparationem Græci vocant πρός τι. l) Quippe majus ſine comparatione minoris, & æquale ſine comparatione alterius æqualis, intelligi non poteſt. Cæteramque ſignificationem de categoriis mutuamur. * At enim ſylvæ detrahimus hæc omnia, quando paſſionem quoque ipſam, quæ propria ejus videtur, adimimus; ideo quòd nunquam ex propriâ conditione deſciſcat, ſed aliis, id eſt corporibus, intrà eam perpetientibus, illa conſors perpeſſionis m) putetur. Denique paſſio ejuſmodi eſt, ut ipſa quidem in nihil aliud convertatur; ſed quia recipit ea, quæ mutantur, pati aliquid falsò putatur. Denique ut Deus, qui primitus operatur, ac facit, neque genus eſt, neque ulli ſubjacet generi, ſic etiam, quod primitus patitur, id eſt, ſylva, origo altera, neque genus eſt, neque ulli ſubjacet generi. Quapropter cùm ſit origo, nihil antiquius eâ, mente concipiendum eſt. Quæ cùm ita ſint, corpus ſentitur, ſylva ſenſilis non eſt. Sylva igitur non erit corpus. Eodémque modo ſylva ſimplex res eſt, & incompoſita, corpus neque ſimplex, & 418
compoſitum: minimè igitur ſylva corporea.

CCCXVIII. Dico eandem hanc ne incorpoream quidem, quia quicquid incorporeum eſt, nullam conditionem corporis patitur: nec corpus unquam fieri poteſt. At verò ſylva formata qualitatibus, quantitatibus etiam, figuriſque, & omni cultu convenuſtata, corpus munduſque facta eſt effectu opificis atque operatione: igitur ne incorporea quidem. Deinde, ſi corpus eſt, ſenſile eſt. At enim ſenſile non eſt; ne corpus quidem igitur erit. Si autem incorporeum quiddam erit ſylva, intelligibilis ejus natura eſt. At intelligibilis non eſt, ne incorporea quidem. Rectè igitur ſimpliciter eam, & ex naturâ ſuâ, neque corpoream, neque incorpoream cognominamus, ſed poſſibilitate corpus, & item poſſibilitate non corpus.

CCCXIX. Jam cùm omnia, quæ propoſitum erat recenſere, perſpicaci conſideratione decurſa ſint juxta Platonici dogmatis auctoritatem: ſupereſt reditum fieri ad orationis ipſius explanationem. Ait ergo:

i) Apulejus de dogm. Platonis p. 573. *Sed neque corpoream, neque ſane incorpoream eſſe* (materiam) *concedit. Ideo autem non putat corpus, quod omne corpus ſpecie qualicunque non careat. Sine corpore vero eſſe, non poteſt dicere: quia nihil incorporale corpus exhibeat: ſed vi & ratione ſibi eam videri corpoream: atque ideo nec actu ſolo neque tamen ſola opinione cogitationis intelligi.* Alcinous c. 8. cum dixiſſet ὕλην εἶναι ἄποιόν τε καὶ ἀνείδεον, πρὸς ὑποδοχὴν τῶν εἰδῶν, ſubjungit: τοιαύτη δ' οὖσα οὔτε σῶμα ἂν εἴη οὔτε ἀσώματον, δυνάμει δὲ σῶμα.

k) ex omni genere prædicamentorum licet aliqua corpori tribuere.

l) relatum.

* infra p. 438.

m) ſupra p. 413, 409, 400.

Τίνα ἔν ἔχον δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον;

Quam igitur ejus vim, quámve esse naturam, putandum?

Vim nunc appellat oportunitatem n) sylvæ
419. vultus induendi. * Etenim tam vultus, quàm qualitates varias, nec non quantitates habet, non effectu, sed possibilitate, ob inconstantem eorum mutuam ex alio in aliud conversionem. *Naturam* verò substantiam ejus significat. Recteque etiam *putandum*. Non enim possumus certâ aliquâ comprehensione, o) vel ex sensu cognitâ, vel ex ratione intellectâ, de veritate ejus præsumere. Quippe ut somnium, p) quo magis contrectare cupimus, hoc impensiùs imago effugit.

Πάσης οἶμαι q) γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὸ οἷον τιθήνην.

Opinor, inquit, *omnium, quæ gignuntur, receptaculum est, & quasi quædam nutricula.*

Omnia, quæ gignuntur, & ex aliquo tempore sint necesse est. Sunt igitur mortalia immortalium, vereque existentium, simulacra, & imagines. Accipiunt autem substantiam in sylvâ, propterea que & ipsa illic apparent, r) & sylvæ nobis iniciunt recordationem. Quam quidem *receptaculum* eorum s) appellat, quia non ex gremio sylvæ t) generatæ species florescunt, ut putant Stoici, sed extrinsecus obveniunt, ut in ceram signacula. *Nutriculam* u) verò ideò, quòd alienos fœtus velut propriis humeris vehat. Quippe nihil his præbet amplius præter subjectionem.

420 CCCXX. Deinde progreditur.

Εἴρηται μὲν ἔν τ' ἀληθές, δεῖ δ' ἐναργέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτῆ.

Atque hoc, quod de eâ dicitur, verum est quidem, & dicendum videtur apertiùs.

Quia non statim, quæ verè dicuntur, apertè etiam manifesteque dicuntur. Multæ quippe sunt orationes veræ quidem, sed obscuræ. Nascitur quippe obscuritas vel dicentis nonnunquam voluntate, vel audientis vitio, vel ex naturâ rei, x) de quâ tractatur. Juxta dicentem fit obscuritas, cùm vel studio, dataque operâ, dogma suum velat auctor, ut fecerunt Aristoteles, y) & Heraclitus, z) vel imbecillitate sermonis. a) Juxta audientem verò, vel cum inaudita, & insolita, dicuntur: vel cùm is, qui audit, pigriore ingenio est ad intelligendum. Juxta rem porrò, cùm talis erit, qualis hæc ipsa est, de quâ sermo nunc nobis est, b) ut neque ullo sensu contingi, neque intellectu comprehendi queat; utpote carens formâ, sine qualitate, sine fine. Sed quid? neque Timæus, qui disserit, c) instabilis orator, nec audientes tardi. d) Restat ut res ipsa difficilis, & obscura, sit. Nec sylvâ quicquam difficilius ad explanandum. Ergo cuncta, quæ de naturâ ejus dicta sunt, merâ prædita veritate sunt; nec tamen apertè, dilucide- 421
que, intimata. Denique præstat causam difficultatis, qvùm ita dicit.

Χαλεπὸν δὲ ἄλλως τε καὶ διότι προαπορηθῆναι περὶ πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς, ἀναγκαῖον τούτου χάριν. Τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον ἐποῖον ἕκαστον ὕδωρ χρὴ λέγειν μᾶλλον ἢ πῦρ, καὶ ὁποῖον ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε οὕτως ὥς τέ τινι πιστῶς καὶ βεβαίως χρῆσθαι λόγῳ χαλεπόν.

Est tamen arduum eo magis, quòd præconfundi mentis aciem necesse est, & æstuare, tam de igni, quàm de ceteris materiis, quid magis aquam jure aquam dici putarique oporteat quàm terram, cùm nulla sit certa, e) *& stabilis, proprietas corporum: quæ cujusque indicet naturalem proprietatem.*

Initium quæstionis arripit ex reciprocâ de alio in aliud elementorum conversione.

Πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον, ὡς δοκοῦμεν, λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν.

CCCXXI. *Principio ut de aquâ, cujus modò,* inquit, *fecimus mentionem, ordiamur, cùm astringitur in glaciem, certè saxum, terrenæq; soliditatis corpus, minimeq; fusile, apparet.*

Acriter

n) infra p. 433. * ita leg. pro *intuendi.* o) supra p. 371. 429. p) confer p. 452.

q) sic videtur Chalcidius legisse pro εἶναι. r) infra p. 427. s) p. 370. 408. &c.

t) per λόγους σπερματικοὺς in sylva ipsa latentes. vide p. 391. seq. u) p. 370. 456. &c.

x) Voculam *rei* qvæ in Leid. omissa est, ex Paris. restitui. Cicero Lucullo c. 3. *Etsi omnis cognitio multis est obstricta difficultatibus, eaque est & in ipsis rebus obscuritas, & in judiciis nostris infirmitas, ut non sine causa & doctissimi & antiquissimi invenire se posse quod cuperent diffisi sint.*

y) Hinc Aristoteles ipse Alexandro scripsit ἀκροατικοὺς λόγους suos ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους *editos esse & non editos,* ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. *Nam a solis illis, qui nos audierunt, intelligi possunt.* Vide Gellium XX. 5.

z) Clarus Heraclitus ob obscuram lingvam. Clemens Alex. V. Strom. p. 571. ὅπου γε καὶ ὅλα βιβλία ἐπικεκρυμμένην τὴν τοῦ συγγραφέως βούλησιν ἐπιδείκνυνται· ὡς καὶ τὸ Ἡρακλείτου περὶ φύσεως, ὃς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο σκοτεινὸς προσαγορεύεται. Cicero 2. de finibus c. 5. duobus ait modis sine reprehensione aliqvem ita loqvi ut non intelligatur, *si aut de industria facias, ut Heraclitus cognomento qui* σκοτεινὸς *perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit: aut cum rerum obscuritas non verborum facit ut non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis.*

a) Vide qvæ supra ad p. 71. b) Vide p. 371. c) qvi à Platone disserens inducitur.

d) ita leg. ex edit. Paris. pro *tradi.* e) infra p. 423.

Acriter, & nimium vigilanter, *apparet.* f) Quippe non in suâ propriâ naturâ perseverans aqua solidatur, & fit terra; siquidem est humida, sed quòd ea, quæ subjacet, videlicet sylva, contrariam naturam, hoc est siccitatem, suscipiens, fit ex conversione terra, mutato repente habitu: mutataque conditione apparens quod non erat. Sed aquam in saxum solidari dicit, quia in glacialibus, & gelidis, locis aqua diu constricta mutatur in
422 saxum, quod crystallus g) vocatur ab Alpinis gentibus h) montium Rheticorum. Est quoque in Asiâ Tripolis civitas, aqvis immensum calentibus vaporata, quæ cùm missa in formulas diversas obriguerit, formatur in uvarum, pomorum aliorúmve, figuras. i) Idem, quomodò hæc fiant, deinceps dicturus erit.

CCCXXII. Nunc exsequitur quod aggressus est, & quia conversam aquam fieri terram dixerat,

τηκόμενον δ' αὖ καὶ διακρινόμενον ταυτὸν τοῦτο, πνεῦμα καὶ ἀέρα. συγκαυθέντα δὲ τὸν ἀέρα καὶ πῦρ.

hanc eandem aquam, demum tenuatam in vapores, aëreæ misceri subtilitati docet. Rursumque *ambustum aëra converti in ignem,*

deinde gyris, seu anfractibus, genituram eorum, conversionemque, procedere admonet;

ἀνάπαλιν δὲ συγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος πῦρ· καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον, νέφος καὶ ὁμίχλην· Ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων ῥέον, ὕδωρ· Ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις.

cùm ignis, à propriâ subtilitate discedens, conditionem aëris accipit: qui densatus primò quidem nebulas, nubesque, operatur: pòst solutâ, & liquefactâ, saginâ in pluvias diffluit. Ex aquâ rursum soliditas, & saxa, subsistunt.

Igitur secundùm hanc orbitam, rationemque ejus circuitus, terra quoque videtur in alia elementa mutari. Si enim sola non convertitur, ad postremum omnia terra fient. Siquidem cætera in ipsam convertentur, ipsa autem in nihil eorum habebit con-
423 versionem. Sed quia probatio consistit in visu, & nunquam visa est terra in aquam, aliámve quam materiam, converti, idcirco abstinuit, ac refugit, terrenæ immutationis assertionem, ne pugnare adversum sensus videretur.

CCCXXIII. Sumpsit tamen, quo perfectius tractaret, de mutuâ elementorum ex alio in aliud conversione. Ait enim.

κύκλον τε οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τὴν γένεσιν· οὕτω δὴ τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν ἑκάστων φανταζομένων, ποῖον αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο, παγίως διϊσχυριζόμενος οὐκ αἰσχυνεῖγέ τις αὐτὸν, οὐκ ἔστιν.

Atque ita circuitu quodam vires fomentaque k) *generationis corporibus invicem sibi mutuantibus, nec in unâ eademque formâ perseverantibus, quæ tandem erit certa* l) *eorum, & à cunctatione semota, comprehensio? Nulla certè.*

Meritò. Fingamus enim esse hunc ignem sincerum, & sine ullius materiæ permixtione, ut putat Heraclitus; m) vel aquam, ut Thales; vel aëra, ut Anaximenes; hæc, inquit, si semper eadem, & immutabilia n) censeamus; multos, & inextricabiles, incurremus errores. Quare non oportet facile de hujuscemodi naturis accommodare consensum; nec, si verisimile quid videbitur, statim habere pro certo. Quid igitur est, quod errore nos liberet? Quoniam est essentia, est etiam qualitas; & hæc diversa sunt. Nam essentia quidem alicujus rei substantia est; qualitas autem, quæ rebus 424
substantiam habentibus contingit, ac provenit. Si observemus, ut semper, quoties naturam istam penitus introspicimus, partemque aliam ejus videmus deficere à se, & in aliam materiam migrare, ut puta ignem, non ut constans aliquid, & semper idem, certâ pronominis appellatione monstrem', dicentes *hoc*, vel *illud*; *) hæc quippe pronomina sunt essentiæ signa, sed illo magis utamur in demonstratione, quod est proprium qualitatis; dicamusque non *hoc*, sed potius *tale*; nec *illud*, sed potius *illiusmodi*, vel *hujusmodi*. Neque enim ignis quam patitur immutationem jactura est essentiæ, sed qualitatis. Cùm ignis fit aër, transit in diversam, contrariámve, materiam. Certum est siquidem, essen-

tiam

f) ὡς δοκοῦμεν.

g) Crystallum esse nihil aliud qvam aqvam qvæ vehementiore gelu in illam soliditatem concreverit, multis traditum, ut notarunt viri docti ad Plin. XXXVII. 2. Claudiani Epigramma 15-23. Vide etiam Ducæum ad Basilii paginam 34. in Hexaëmeron, Laur. Pignorii Epistolam XV. & Morhofii τοῦ μακαρίτου stentorem hyaloclastem p. 35. seq. Museum Septalianum p. 22. seq. & 241. seq. &c. Negat id tamen Georgius Agricola, qvem vide sis lib. VI. de natura fossilium cap. 7. ex qvo apparet non solo gelu & aqva quacunqve, sed certi generis succo per gelu intra terræ viscera adstricto, neqve per ullum calorem æstatis dissolvendo crystallum constare.

h) Crystallum in Alpium jugis, laudatum Plinio XXXVII. 2. Isidoro Hisp. XVI. 13. Origg.

i) Plura ejusmodi aqvarum lapidescentium exempla refert Plinius XXXI. 2. Cum vero plures fuerint civitates in Asia Tripoleos nomine, Tripolin Cariæ ni fallor Chalcidius intelligit.

k) Supra p. 413. dixit fomitem universi corporis.

l) confer. p. 421.

m) De Heracliti, Thaletis & Anaximenis sententia dictum supra p. 378. Vide & p. 434. ubi speciatim de Thalete.

n) vocula & hoc loco deest in edit. Paris.

*) μὴ τοῦτο, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον.

tiam nihil in se sibi habere contrarium, sed potius circa eandem essentiam res versari contrarias. Itaque conversio, commutatioque, fit non essentiæ, sed qualitatis, in quâ & diversitas, & contrarietas, invenitur. Eadem ratio est cæterorum quoque elementorum. Quippe nihil eorum habet essentiam propriam, & nos præsumimus ex consuetudine uti demonstratione pronomi-
425 num eorum quæ sunt essentiæ, *) cùm qualitati accommodatis pronominibus **) utendum potius sit. Semper enim, & sine intermissione ullius temporis, fluunt hæc quatuor corpora; priusque ex conversione mutantur, quàm erunt p) cognominata: more torrentis, q) inrefrenabili quodam impetu proruentis.

ἀεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτε ἄλλῃ γιγνόμενον ὡς πῦρ, μὴ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε προσαγορεύειν πῦρ. Μηδ' ὕδωρ τοῦτο, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἀεί.

CCCXXIV. *Itaque*, inquit, *ignis iste, qui velut exsudans in aëreas auras dissolvitur, cùm instabilis mutabilisque sit, nec habeat perpetuam proprietatem, non est ignis censendus, sed igneum quiddam. Nec, quæ exhalatis vaporibus in auras aqua vertitur, humor est nuncupanda, sed humidum quid.*

Cætera similiter. Et exequitur:

ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπόλλυται, μόνον ἐκεῖνο προσαγορεύειν τῷ τε τοῦτο καὶ τῷ τόδε προσχρωμένους ὀνόματι.

At verò id, in quo fieri videntur hæc cuncta singillatim, & demum dissolvi, pereuntiaque ad alias transire formas. Sylvam scilicet, *solum illud appellandum puto certo pronomine: recteque de eo dici posse* hoc, *vel* illud.

Meritò. Sola enim hæc, ut cujus nulla qualitas sit, nullaque forma, nec in contrarias qualitates, nec in diversas formas, patitur conversionem: & quia semper eadem manet, certo nomine appellari firmè potest. Atq; ut
426 omne nubilum naturalis discuteret obscuritatis, adhibito splendore illustris exempli, jubet concipere animo, & infigere cogitationi,

εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χρυσοῦ, μηθὲν μεταπλάττων παύοιτο ἕκαστα εἰς ἅπαντα.

opificem, ex uno eodemque auro innumeras sine intermissione formantem figuras;

modò pyramidis, r) & ex eâ mox octahedri, dictoque citius icosahedri, & item cubi species cæteras, id est, triangulorum quadratorum hemicycli circuli.

Δεικνύντος δέ τινος αὐτῶν ἓν καὶ προσερομένου τί ποτέ ἐστι; μακρῷ πρὸς ἀλήθειαν ἀσφαλέστατον εἰπεῖν ὅτι χρυσός. Τὸ δὲ τρίγωνον ὅσα τε ἄλλα σχήματα ἐνεγίγνετο, μηδέποτε λέγειν ταῦτα ὡς ὄντα, ἅ γε μεταξὺ τιθεμένου μεταπίπτει.

Tunc si quis electâ qualibet figurâ quærat quid illud sit; aurum esse responderi oportere censet, *ne si pyramidem esse responsum sit, illâ in aliam figuram mox, & inter ipsa verba responsionis, migrante, qui sic responderit, mentiatur.*

Eodem igitur modo nec ignem, qui est pyramoïdes, ignem esse respondebimus, sed vel ignitam sylvæ partem, vel igneam qualitatem, nec octahedrum spirabilem sylvam, nec icosahedrum, nec cubum, sed humectam hanc, terrenam illam, sylvæ soliditatem.

CCCXXV. Nec verò putandum est, agere nunc Platonem de nominum proprietate, quin potius dare operam, ut assuescamus sinceram sylvam, s) quæ concursu variorum corporum tegitur, ab eorundem corporum permixtione, sollertiâ mentis distinguere. Ait enim: 427

ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως· ταυτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον. Ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως. δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς.

Eadem & consimilis ratio, difficultasque, in eâ, quæ cunctas recipit corporum formas, reperitur. Hæc quippe minimè recedit ex conditione propriâ. Recipit enim cuncta, nec ullam de hisdem trahit formam.

Ergo formata quidem sunt corpora: sylva sine formâ. *Cumque intrà gremium ejus formentur*, inquit, *quæ recipiuntur.* Consequenter supradictis dixit: *Quæ recipiuntur.* Omnium quippe eam corporum appellaverat receptaculum. Ipsa informis manet, estque usus ejus molli cedentique materiæ similis, in quâ imprimuntur varia signacula. t) Perspicuum est aliqua esse mollia corpora, quæ cedentia variorum simulacrorum impressionibus, recepta diu conservent imposita signacula, ut si ceram quis vel plumbum, vel argentum consignet undique, erit tunc in

*) ut sunt *hoc*, vel *illud*, τοῦτο. **) ut τοιοῦτο, *tale*, vel *istiusmodi*. p) ita edit. Paris. pro *erant*.

q) ποταμοῦ δίκην. Hinc *Euripum* vocat materiam, infra p. 459.

r) Platoni in Timæo *pyramis* denotat ignem, terram *cubus*, *icosaëdron* aqvam, *octaëdron* aërem. Vide Theologumena Arithmeticæ p. 20. Theonem Smyrnæum p. 152. Plutarchum II. 6. de placitis Philosophor. & qvæst. Platon. p. 609. seq. Achillem Tatium Isagog. p. 131. Galenum T. I. p. 321. seq. edit. Basil. Kircheri Oedipum Ægypt. T. 2. parte 2. p. 105. seq. &c. s) supra p. 371. 399. &c.

t) ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει, παντὶ κεῖται supra p. 408. 419. &c. De voce ἐκμαγεῖον vide Jo. Clericum ad Hammondum in Hebr. I, 3. & If. Vossium ad Catullum p. 97.

in sylvæ vicem cera informis, & habebit innumeras formas, non suas, sed aliunde adhibitas sibi. Ratione igitur, & rectè, usui sylvæ corporeæ, quæ consignata est undique corporum formis, natura mollis, cedentisque, materiæ comparatur.

CCCXXVI. Sed de cerâ quidem etiam in Theæteto locutus est, cùm diversæ hominum memoriæ, tenacioris, & labidæ, causas
428 exprimeret. Ait u) esse in hominum ingeniis vim quandam ceræ simillimam, quæ faciat & acutos ad intelligendum, & celeres ad ediscendum, & eosdem subinde obliviosos. Item alios quidem tardos ad ediscendum, verum jugiter memores. Quosdam ita ingeniatos ut citò discant, & diu memoriâ vigeant. Nam quorum in animo illa similitudo, quam Homerum dicit cognominasse κήελνον, x) fluxior solutiorque erit, facile quidem discunt, sed citò amittunt, obsoletis ob nimiam remissionem ceræ signaculis. Contrà ingenii mentisque durior cera vix recipit formas quæ imprimuntur: sed si unquam receperit, diu conservat operosè impressas figuras, utpote stabili materiâ locatas. Tertia divinæ felicitatis concretio, cùm ceræ similitudo sic solida est, ut neque respuat formas, nec renitatur adversum impressionem signaculorum, nec ita fluxâ recipiat sede, ut incertæ minimeque visibiles impressiones sint.

CCCXXVII. Nunc quoniam informem esse, ac sine qualitate, Sylvam manifestaverat, immobilem quoqve curat ostendere, asserens *moveri* eam, y) *conformarique*, *ab in-*
429 *troeuntibus* multimodis, cùm ipsa ita ut formæ sic motus quoque sit expers, sed *à speciebus formam habentibus vel motum, variè diversèque formari.*

z) Manet ergo hæc in tali fortunâ, & conditione, semper. Archetypum quoqve exemplum manet in substantiâ propriâ. Idea scilicet cujusque existentis rei natæ: *) similiter ut Deus opifex per ævum manet. Sed archetyporum exemplorum simulacra, qvæ sylvæ obveniunt, non permanent; namqve assiduè, ac sine intermissione, mutantur, mortis nascendiqve perpetuâ successione, ob inexcusabilem naturæ cujusdam necessitatem. Quamobrem dicta est à Platone Sylva *posita esse ad recipienda rerum signacula.* **) Præclarè, *posita:* quia cùm sit natura a) immobilis, ingredientium, formantiumqve eam, specierum commeatu movetur, & easdem invicem movet species, ut progrediens docebit. Rectè itaqve, cùm eadem sit semper, & immutabilis, b) *videtur tamen*, inquit, c) *ob specierum multiformium cætum dispariles induere formas. At verò qvæ obveniunt sylvæ species, & in ea dissolvuntur, ac pereunt, æternarum atqve immortalium specierum simulacra sunt*, earum videlicet, qvas Ideas 430
vocamus, *formanturqve ab hisdem miro qvodam modo*, juxta memorati videlicet exempli consignationem. *Miro* autem *modo* propterea, qvòd difficile, atqve inexplicabile, est mente concipere, qvatenus ex idearum sinceritate nativis vera rebus similitudo proveniat: Utrum perinde ut mollibus materiis signacula, sicut supra d) dictum est, an ut cùm de exemplo liniamenta in materias tractabiles transferuntur, qvòd in pictoriâ, & item fictoriâ, fieri videmus.

CCCXXVIII. Quare differt ad præsens e) tractatum hunc, suo reservans loco, ac tempori; ac distinguit intellectum, temperatâ animi conceptione tali, ut *tria genera*

u) Plato Thereteto p. 136. edit. Ficin. ὅταν μὲν ὁ κηρὸς τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ βαθύς τε καὶ πολὺς καὶ λεῖος καὶ μετρίως ὠργασμένος ᾖ, τὰ ἰόντα διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐνσημαινόμενα εἰς τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ, ὃ ἔφη Ὅμηρος αἰνιττόμενος τὴν τοῦ κηροῦ ὁμοιότητα, τότε μὲν καὶ τούτοις καθαρὰ τὰ σημεῖα ἐγγιγνόμενα, καὶ ἱκανῶς τοῦ βάθους ἔχοντα, πολυχρόνιά τε γίνεται. Καὶ εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν εὐμαθεῖς, ἔπειτα μνήμονες· — — ὅταν τοίνυν λάσιόν του τὸ κέαρ ᾖ, ὃ δὴ ἐπῄνεσεν ὁ πάντα σοφὸς ποιητής, ἢ ὅταν κοπρῶδες καὶ μὴ καθαροῦ τοῦ κηροῦ, ἢ ὑγρὸν σφόδρα ἢ σκληρόν· ὧν μὲν ὑγρὸν εὐμαθεῖς μὲν, ἐπιλήσμονες δὲ γίνονται· ὧν δὲ σκληρὸν τἀναντία· Οἱ δὲ δὴ λάσιον καὶ τραχὺ, λιθῶδές τι, ἢ γῆς ἢ κόπρου συμμιγείσης ἔμπλεων ἔχοντες, ἀσαφῆ τὰ ἐκμαγεῖα ἴσχουσιν.

x) Vocabulum κήελνον apud Homerum non reperitur, & ex Platonis verbis supra adscriptis patet legendum κῆρ ψυχῆς vel κέαρ. Nam κῆρ λάσιον non uno loco tribuit heroibus suis poëta.

y) κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων. Plato Timæo.

z) Φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. id.

*) qvæ est veluti σφραγὶς cujus simulacra imprimantur materiæ. σφραγῖδος μιᾶς ἐκμαγεῖα πολλά. Stobæi Eclog. Phys. p. 30. seq.

**) ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται.

a) per se & à se ipsa.

b) Confer p. 409. sed & p. 431. ubi *non eadem semper* esse dicitur.

c) Φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. Τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων ἀεὶ μιμήματα, τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν τρόπον τινὰ δύσφραστον καὶ θαυμαστόν.

d) p. 427. seq.

e) ὃν εἰσαῦθις μέτιμεν.

nobis occurrant. f) Genera nunc impropriè appellans: neqve enim *ſylva*, nec verò *exemplum* genera ſunt, ſed ut appellatio generum ſignificet primas ſubſtantias. g) *Illud quidem*, inquit, *quod fit*, *& quod gignitur*, h) generata videlicet ſpecies, quæ in ſylva ſubſiſtit, & ibidem diſſolvitur. Item aliud *in qvo gignitur.* i) *In qvo*, eſt ipſa ſylva. In hâc quippe ſpecies diſſolubiles ſubſtantiam ſortiuntur. Tertium præterea, *ex qvo ſimi-*
431 *litudinem trahit mutuaturq́; qvod gignitur*, k) Idea ſcilicet, qvæ exemplum eſt rerum omnium, qvas natura progenuit, hoc eſt eorum, qvæ ſylvæ quaſi quodam gremio continentur, exemplorum imagines eſſe dicuntur. Deinde evidenti quadam comparatione, atqve exemplo, qvæſtionem revelat. Comparat enim, l) qvod percipit in ſe ſpecies, *matri*, videlicet ſylvæ. Hæc enim recipit à naturâ proditas ſpecies. Illud verò, ex qvo ſimilitudo commeat, *patri*, hoc eſt Ideæ. Hujus enim ſimilitudinem memoratæ ſpecies mutuantur. Quod verò ex his duobus eſt, *proli*, generatæ ſcilicet ſpeciei. Eſt enim hæc poſita inter naturam verè exiſtentem, conſtantem, eandemque ſemper, nimirum Ideam, m) quæ intellectus Dei æterni eſt æternus: & inter eam naturam, qvæ eſt qvidem, ſed non eadem ſemper, n) id eſt ſylvam. Quippe hæc, naturâ ſuâ nihil eſt eorum qvæ ſunt, cùm ſint æterna. o) Ergo quod inter has duas naturas poſitum eſt, verè exiſtens non eſt. Cùm enim ſit imago verè exiſtentis rei, videtur eſſe aliquatenus. Quia verò non perſeverat, patiturque im-
432 mutationem ſui: non eſt exiſtens verè, ut ſunt exempla. Illa quippe exempla rata, & immutabili conſtantiâ vigent. Erunt igitur tria hæc, quod ſemper eſt, p) quod ſemper non eſt, q) deinde quod non ſemper eſt. r) Nec verò moveri quenqvam oportet, ſi exempla exemplis non uſqueqvaqve ſimilia videbuntur. Comparatio enim juxta ſimilitudinem inſtituitur, qvæ ſimilitudo parilitatis diſparilitatiſque concretio eſt. Quare ſi qvid in hujuſmodi rebus perfunctoriam ſimilitudinem habere invenietur, amplecti nos oportet, intellectus manifeſtationiſque cauſâ.

Νοῆσαι τε ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν ποικίλου πάσας ποικιλίας, τοῦτ' αὐτὸ ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἐνίσταται, γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὖ, πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν τῶν ἰδεῶν ὅσας μέλλει δέχεσθαι ποθέν.

CCCXXIX. Deinde ait, *fieri non poſſe, ut una exiſtat facies, qvæ omnes rerum omnium formas, vultusq́;, contineat, variaq́; univerſi corporis undiqve ora demonſtret, niſi ſubjecto prius informi aliqvo corporum gremio: (perinde* s) *ut qvæ in picturis ſubſternitur infectio decolor ad colorum lumina ſubvehenda.)*

Nunc præſtat cauſas, cur neceſſe fuerit, ſylvam eſſe inopem qualitatis. Etenim ſi erit aliquod opus futurum, cui nihil deſit ad perfectam atque integram pulchritudinem, præbitum t) eſſe debet exemplum juxta quod fit, nec tantum opifex optimus, & præſtantiſſimus; ſed etiam ipſa ſylva, atque mate- 433
ries, ex quâ illud opus fieri neceſſe eſt. Erit porrò materia idonea, ſi habebit opportunitatem, u) facilitatémque formabilem: habebit autem, ſi erit pura, x) & qualitate omni carens. Quippe ſi habebit propriam qualitatem, erit impedimento cæteris qualitatibus genuina y) qualitas. Maximè igitur ſi erunt variæ, multiplicéſque, inſigniendæ;

f) ἐν δ' οὖν τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τριττά. Tria illa ſunt 1) Idea ſive exemplum, pater. 2) Sylva ſive materia, mater. 3) ſpecies corporis αἰσθητοῦ, proles.

g) Timæo Locro non γένη ſed ἀρχαί.

h) τὸ μὲν γιγνόμενον. Plat. i) τὸ δ' ἐν ᾧ γίγνεται.

k) τὸ δ' ὅθεν ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον.

l) Verba Platonis: καὶ δὴ καὶ προσεικάσαι πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρί, τὸ δ' ὅθεν πατρί, τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν, ἐκγόνῳ. Ante Platonem Timæus Locrus: δύο ὦν αἵδε ἀρχαὶ ἐναντίαι ἐντί. ἂν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄῤῥενός τε καὶ πατρός. ἁ δ' ὕλα θήλεός τε καὶ ματέρος· τρίτα δὲ εἶμεν τὰ ἐκ τούτων ἔκγονα (τ' αἰσθητά.)

m) De hac ita idem Timæus: καὶ τὸ μὲν εἶμεν ἀγένατόν τε καὶ ἀκίνατον καὶ μένον τε καὶ τῆς ταυτῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γεννωμένων ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐστί. Τοιοῦτον γάρ τι τὴν ἰδέαν λέγεσθαί τε καὶ νοεῖσθαι.

n) ſupra p. 429. o) τὰ ὄντα, ἀΐδια. p) idea, τὸ ὄν.

q) γένεσις, τ' αἰσθητόν, generata ſpecies. r) χώρα, ὕλη, materia.

s) Verbis *perinde ut* usque ad *ſubvehenda*, apud Platonem Græca nulla reſpondere video. Itaqve illa Chalcidius illuſtrandæ ſententiæ cauſa addidiſſe videtur.

t) ita recte Doblerus pro *proditum*, Rigaltius *pravium*.

u) ſupra p. 418. *oportunitatem ſylva vultus induendi.*

x) h. e. nuda, ut *puro ſenſu* p. 450. πάντων ἐκτὸς εἰδῶν, infra p. 436.

y) ita recte Rigalt. pro *gemina*.

dæ; nec multiplices modò, sed omnes etiam formæ, ac figuræ. Igitur quia omnes sylva z) recipit figuras, omnes quoque colores, & cæteras, quotquot sunt, qualitates; nihil autem horum habet ipsa ex naturâ suâ: jure eam modò *informem*, a) modò *minimè figuratam*, b) interdum *sine qualitate*, c) cognominat, non quòd habuerit hæc unquam, & amiserit, sed ut qvæ potuerit habere: utpote naturâ prædita splendoris, atque ornatus, capacitate; quemadmodum appellatur informe saxum, cui nondum accesserit ex artificio forma, formari tamen possit.

CCCXXX. Et concludit, asserens omne, quod benè, atque affabrè, recepturum erit formas, informe esse debere, purúmque ab iis omnibus, quæ erit recepturum, hoc est,
434 sine figurâ, & sine colore, odore etiam, & cæteris, quæ corporis naturam seqvuntur.

Ὅμοιον γὰρ ὂν τῶν ἐπεισιόντων τινὶ, τὰ τῆς ἐναντίας τά τε τῆς παράπαν ἄλλης φύσεως, ὁπότ' ἔλθοι, δεχόμενον, κακῶς ἂν ἀφομοιοῖ, τὴν αὑτοῦ παρεμφαίνων ὄψιν.

Etenim si erit, inquit, *alicujus eorum, quæ in se recipit, simile receptaculum; quicquid obveniet dissimile his, quibus simile est, discordabit, opinor, vultu, nullámque exprimet similitudinem.*

Quod dicit tale est. Si aqua sit universæ rei sylva, sive substantia, ut Thales d) censet, habebit certè qualitates, naturæ suæ proprias, quæ nunquam ab eâ recedent. Sed si necesse sit, eam à naturâ suâ declinare aliquatenus, & ignescere, suscipiet certè rursum igneas qualitates. Humecta, & ignea, contrariæ e) sibi sunt. Quippe alterius, humor & frigus propria sunt; alterius, siccitas & calor. Hæc igitur, inquit, diversa sibi, & repugnantia, non patientur alterius sinceram exprimi qualitatem, cùm calor quidem frigus impugnet, siccitas demum interimat humorem. Vel, ut alio utamur exemplo, si sit aliquid candidum, ut psimmythion, f) deinde oporteat hoc transferri in alium colorem, vel diversum, ut ruborem, sive pallorem: vel contrarium, ut atrum. tunc candor non patietur introeuntes colores sinceros perse-
435 verare: sed permixtione sui faciet interpolatos.

CCCXXXI. Quid igitur sibi vult, dicet aliquis, ista divisio diversorum colorum, & item contrariorum? Quia contraria sunt ea qvæ à se plurimum distant, licet sint generis ejusdem, ut puta candor, & item nigredo, quorum genus unum est, quod vocatur color. Sed hæc duo plurimum à se distant. Candido enim minimum distat quod dicitur pallidum, aliquanto plus quod appellatur rubrum, hoc amplius cyaneus color: plurimum verò nigredo. Ideóque candidum & item nigrum non diversa sunt, sed contraria, quia intercapedo prolixior. Ergo contraria separata quidem à se sunt magna quâdam separatione, nec tamen aliena sunt omnino. Facit enim ea veluti cognata, & consanguinea, genus suum, quod colorem esse prædiximus. Natura verò omnino distant ea, qvæ diversa dicuntur; ut candor, & dulcedo: nigredóque, & odor: Illorum quippe genus color, horum succus, & vapor: proptereáque diversis sensibus comprehenduntur. Ut
igitur ea, quæ subjacet his omnibes sylva, 436
possit horum facies sinceras, miniméque interpolatas, ostendere, ipsam necesse est nullas qualitates habere.

CCCXXXII. Idipsum quod generaliter adseverat, nunc specialiter vult probare, positis exemplis in usu frequenti.

Καθάπερ περὶ τὰ ἀλείμματα ὁπόσα εὐώδη, τὰ δεξόμενα ὑγρὰ τὰς ὀσμάς. Ὅσοι τε ἔν τισιν τῶν μαλακῶν σχήματα ἀπομάττειν ἐπιχειροῦσι, τὸ παράπαν σχῆμα οὐδὲν ἔνδηλον ὑπάρχειν ἐῶσι, προομαλύναντες δὲ ὅτι λειότατον ἀπεργάζονται. ταὐτὸν οὖν καὶ τῷ τὰ τῶν πάντων ἀεί τε ὄντων κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ πολλάκις ἀφομοιώματα καλῶς μέλλοντι δέχεσθαι, πάντων ἐκτὸς αὐτῷ προσήκει πεφυκέναι τῶν εἰδῶν.

Ut qui odora pigmenta conficiunt, non patiuntur esse odoris naturalis, ac proprii, quod condiunt; quo meracos, sincerósque, suscipiat succos odoraminum. Vascularii g) *quoque argento informi signa impressuri, lævigant prius superficiem, ut figuræ sinceræ imprimantur molli cedentique materiæ. Ita*, inquit, *illa etiam, quæ omnium specierum formas receptura erat, pura, & sine qualitatibus, debuit apparari.*

Factum verò, generatumque, & visibile animal, vult intelligi sensilem mundum:

Διὸ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ παντὸς αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν, μήτε γῆν μήτε ἀέρα μήτε πῦρ, μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων, μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν·

matrémque ejus, *&* *corporum receptaculum*, sylvam vocat, ob rationem supradictam; *sed neque terram hanc*, h) *neque aquam, nec ignem, vel aëra, rectè existimari.*

Hæc quippe corpora esse; sed eam, quæ cuncta hæc ambiat,

z) ita leg. pro *omnis sylva*.
a) ἄμορφον. b) ἀνείδεον. c) ἄποιον.
d) supra p. 378. e) sic edit. Paris. pro *contraria*. f) cerussa.
g) Vascularii, qvi ex auro & argento vasa faciunt cælantqve, ac negotiantur. Vide qvæ viri docti ad Ciceronis Verrinam IV. c. 24. Collegii Vasculariorum mentio in veteri inscriptione apud Sponium p. 66. Miscell. eruditæ Antiqvitatis. h) supra p. 413.

Ἀλλ' ἀόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον πανδεχὲς, μεταλαμβάνον
437 δὲ ἀπορώτατά πη τοῦ νοητοῦ, καὶ δυσαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες οὐ ψευσόμεθα.

invisibilem speciem, & informem esse capacitatem, mirâ quadam, & incomprehensibili ratione inter nullam & aliquam substantiam, nec planè sensilem, nec planè intelligibilem, positam.

CCCXXXIII. Hæc operosiùs in Parmenide, i) cùm quæreret quatenus res existentes Idearum participarent similitudinem. Etenim est difficilis consideratio, propter sylvæ naturales tenebras. k) quippe quæ subterfugiat non modò sensus omnes, sed etiam rationis investigationem, intellectusque indaginem. Sive enim per semetipsam, & sine consortio corporum, quæ recipit, spectare curet, nihil esse propemodum videtur; sed cum illis confundetur, nec naturalem ostendet proprietatem. Estque inter sensum, & rationem, neque planè sensile quid, nec omnino rationabile: sed motu animi comprehendenda tali, ut, qui contigerit eam, nihil sentiat; &, qui rationem ejus animo exercuerit, *adulterinâ quadam ratione* l) assecutus esse videatur.

Καθόσον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων δυνατὸν ἐφικνεῖσθαι τῆς φύσεως αὐτοῦ, τῇ δ' ἄν τις ὀρθότατα λέγοι· πῦρ μὲν ἑκάστοτε αὐτοῦ τὸ πεπυρωμένον μέρος φαίνεσθαι, τὸ δὲ ὑγρανθὲν, ὕδωρ· γῆν δὲ καὶ ἀέρα, καθόσον ἂν μιμήματα τούτων δέχηται·

Solum ergo remedium assecutionis id erit, ut putemus ignem ejus esse m) *partem, quæ ignita; aquam verò, quæ humecta est: similiter cætera.*

CCCXXXIV. Quatenus igitur ista natura, omnia decem, quæ sunt, genera n) com-
438 plectitur, *Essentia* est, o) opinor, cùm eam species cœtu proprio esse ac videri aliquid effecerit, vel hominem, vel equum, vel quid aliud ex animalibus, arboribus, stirpibus. *Qualitas* verò, cùm aliquam percipit qualitatem, calefacta, vel colorata. *Quantitas*, cùm corporum est augmentis, imminutionibúsque, variata. *Ad aliquid*, p) cùm erit in aliquo habitu, & comparatione, eminentiâ suâ, vel humilitate, adversum alterius eminentiam æstimata. *Ubi* autem, cùm determinatur, & accipit aliquam figuram. Sic enim in aliquo esse loco putatur. *Quando*, cùm circumactio mundi incrementa ei temporis dederit. *Positio* q) porrò, cùm ordinaretur inter prima corpora, quæ dicuntur elementa, ratiocinantibus nobis, terram quidem in medietate mundi sitam, summum autem ignem, alto omnia undique capessentem. *Habere*, ut cùm dicimus, mundum non solum animâ, sed etiam ratione, atque intelligentiâ præditum. *Facere* verò, cùm eadem Sylva intrà se movet species. *Pati*, cùm invicem ipsa speciebus se moventibus commovetur.

CCCXXXV. Deinde progreditur.

Ἆρ' ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ; 439

Est ne aliquis ignis seorsum positus, & incommunicabilis?

Nunc jam de his tractare incipit, volens ostendere quòd intelligibilis illius ignis, sensilis iste ignis simulacrum sit: similiter terra sensilis, imago quædam intelligibilis terræ. r) Sic etiam cæteræ species. Quódque hæc omnia, quæ videmus, aliarum specierum invisibilium *simulacra* sint: illa item horum invicem *exempla*. Oportet ergo nos etiam de *exemplari* breviter, quæ sunt dicenda, differere. Atque ut de sylvâ diximus, cùm de eâ tractatum haberemus, esse eam principaliter subjectam s) rerum naturalium generationi: sic etiam de exemplo dicendum, quòd sit species principalis. Omnis quippe materia sylvestris opifici subjacet, ut æs statuarum artifici: naupego item ligna. Sed hæc non primitus subjacent, quia sunt aliarum artium inventa: æs quidem metallicæ, ligna verò sectionis, sive putationis. His demum subest terra, terræ item sylva, sylvæ nihil. Unde rectè principalis subjectio t) est cognominata. Eodem igitur modo etiam in exemplo, rerum gemina species consideratur, illa, quâ exornata 440
sylva est, nihiloque minus alia species consideratur, ad cujus similitudinem illa species facta est, quæ sylvæ tributa est. & est imposita quidem sylvæ species secunda, prima autem illa, ad cujus hæc secunda similitudinem facta est.

CCCXXXVI. Sed nimirum fiet hoc manifestius in aliquâ similitudine, & comparatione, consideratum. Ut enim in simulacro Capitolini Jovis u) est una species eboris; est

i) per totum Parmenidem hoc disputat Plato. k) supra p. 409. 419. &c.
l) λογισμῷ τινι νόθῳ supra p. 409. m) φαίνεσθαι est apud Platon.
n) Decem prædicamenta. Supra p. 417. Non actu tamen illa silvæ insunt sed potentia. *non effectu sed possibilitate* p. 419. o) Substantia. p) Relatio. q) Situs.
r) Confer p. 370. s) supra p. 365. πάσης γενέσεως, ὑποδοχή p. 419. &c. t) p. 413.
u) Simulacrum Jovis Capitolini primis temporibus fictile, deinde eburneum fuisse ex Plinio & Pausania notavit Justus Rycqvius libro de Capitolio c. 18. Cæterum & illum fugit hic locus Chalcidii, & Franciscum Junium in Catalogo artificum, p. 24. ubi de Apollonio sculptore tantum affert locum Plinii XXXVI. 5. Incertum etiam alius ne ille fuerit an idem cum Apollonio Atheniensi Nestoris F. cujus nomen in simulacro Herculis apud Gruterum p. XLII. 2. Inscript. & Sponium p. 122. Misc. Cæterum Chalcidii tempore Jovem eburneum Capitolinum adhuc superfuisse, licet Trajanus aureum qvoqve dedicasset, ex hoc loco verisimiliter aliqvis colligat.

est item alia, quam Apollonius artifex auxit animo, x) ad quam directâ mentis acie speciem eboris poliebat; harum autem duarum specierum altera erit antiquior: sic etiam species, quæ sylvam exornavit, secundæ dignitatis est. Illa verò alia, juxta quam secunda species absoluta est, principalis est species, de quâ sermo habetur ad præsens. Rursum sylvam dicebamus esse inopem qualitatis, dicebamus etiam principalem speciem, neque qualitate præditam, neque sine qualitate. Siquidem omne præditum qualitate, habeat in se qualitatem necesse est. At verò primaria species non est particeps
441 qualitatis: deest enim natura, cui qualitas possit insidere. Minimè igitur posita est in qualitate. Omnia enim carere y) dicuntur, quæ, cùm naturâ talia sint ut habeant, non habent. Ut igitur non dicimus intrepidum lapidem, quia non est natura ejus hujusmodi, ut aliquid possit timere: sic ne primaria quidem species qualitate dicetur carere, quia & natura ejus aliena est à qualitate, atque ipsa aliis causa est cur prædita sint qualitate. Atque ut animam neqve animatam dicimus, neqve exanimem; animatam quidem ideo, quia anima animæ præsidio non eget: exanimem verò, quia ipsa causa est cæteris animalibus vitæ: sic sylvam quoqve neque sylvestrem putamus, nec sylvâ carere. Sylvestrem quidem non dicimus, quia sylvæ sylva non est necessaria; carere autem sylvâ, z) ideo quòd omnia sylvestria propter hanc sint materialia.

CCCXXXVII. Qvæ cùm ita sint, etiam de principali specie perinde sentiemus, ut neque qualitate præditam putemus, neqve carentem qvalitate. *) Rursum sylva non dicebatur formata, sed nec informis. Formatum enim quidque compositum sit necesse est ex participante, & ex participabili, ut statua, in quâ participat quidem æs, partici-
442 patur verò impressa forma, qvæ res est simplex, & incomposita. Propterea igitur, sylva negatur esse formata, nec verò minimè est formata. Nam propter hanc qvoque alia omnia, quæ sunt formata impressione vultus, sunt. Est igitur principalis species, **) ut cum aliqva dicatur effigie: juxta nos quidem, qui intellectus compotes sumus, primum intelligibile; juxta Deum verò, perfectus intellectus Dei: juxta sylvam, modus mensuraqve rerum corporearum, atque sylvestrium. juxta ipsam verò speciem, incorporea substantia, causaque eorum omnium, quæ ex eâ similitudinem mutuantur. juxta mundum verò, exemplum sempiternum omnium, quæ natura progenuit. Atque ut conceptim dicatur, primaria species, quæ Idea, id est, substantia, definitur carens corpore, colore, figurâ, sine tactu, intellectu tamen cum ratione comprehendenda, causaque omnium, quæ ex se similitudinem mutuantur.

CCCXXXVIII. Quòd verò hæc sit ex æternitate, manifestat ipse cùm dicit:

Εἰ μὲν νοῦς καὶ δόξα ἀληθὴς ἐστὸν δύο γένη, παντάπασιν εἶναι καθ' αὑτὰ ταῦτα, ἀναίσθητα ὑφ' ἡμῶν, εἴδη νοούμενα μόνον. Εἰ δὲ ὥς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέροιτο μηδέν, πάνθ' ὁπόσ' ἂν διὰ τοῦ σώματος αἰσθανώμεθα, θετέον βεβαιότατα. δύο δὲ λεκτέον ἐκείνω, διότι χωρὶς γεγόνατον, ἀνομοίως τε ἔχετον. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν, διὰ διδαχῆς. τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς ἡμῖν ἐγγίγνεται. Καὶ τὸ μὲν ἀεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου. τὸ δὲ ἄλογον. Καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον πειθοῖ· τὸ δὲ μεταπειστόν. Καὶ τοῦ μὲν πάντ' ἄνδρα μετέχειν φατέον. νοῦ δὲ θεούς, ἀνθρώπων δὲ γένος βραχύ τι.

Si intellectus, itemque vera opinio, duæ res sunt, necesse est hæc ipsa per semet esse intellectu, potius quàm sensibus, assequenda. Sin verò, ut quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihil differt: omnia, quæ corpore sentimus, †) certa habenda sunt. Sed 443 *opinor duo esse dicendum. ††) Propterea quòd utraque magnâ differentiâ distent. quippe quorum alterum doctrina nobis insinuet, alterum persuasionis assumptio. Et alterum quidem semper cum ratione verâ: porrò sine ullâ ratione alterum. Item alterum eorum nullâ persuasione transducibile. Alterum nutans, incertumque semper, & derivabile. ***) Quid, quòd rectæ opinionis omnis homo particeps: intellectus verò Dei proprius, & paucorum admodum lectorum virorum.*

Quadrifariam dividit intellectus opinionisque differentiam, cùm docet alterum eorum, id est intellectum, provenire ex disciplinâ; alterum

x) Doblerus: *vexit animo*, vel *hausit*. Infra p. 447. *sed ex propria mente haustum pro viribus*. Potest tamen *auxit* ferri eo sensu qvo ab augendo *auctor* dicitur.

y) Privatio præsupponit habitum, ut in scholis loqvuntur.

z) scil. non dicimus, qvod repeti debet ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

*) Verba: *præditam putemus, neque carentem qualitate* in Leid. male absunt typographi oscitantia.

**) Alcinous c. 9. ἔστι δὲ ἡ ἰδέα ὡς μὲν πρὸς θεὸν νόησις αὐτοῦ, ὡς δὲ πρὸς ἡμᾶς νοητὸν πρῶτον, ὡς δὲ πρὸς τὴν ὕλην μέτρον, ὡς δὲ πρὸς τὸν αἰσθητὸν κόσμον, παράδειγμα, ὡς δὲ πρὸς αὐτὴν ἐξεταζομένη, οὐσία.

† ita edit. Paris. pro *sensimus*. ††) supra p. 67. *dicenda*.

***) *deviabile*. ibid. Sed mox infra habes etiam: *alterum eorum nulli persuasioni derivabile*.

alterum solâ persuasione. Deinde cùm asserit, alterum cum ratione verâ, porrò alterum sine rationis examine. Quid cùm dicit, alterum eorum nulli persuasioni derivabile: & ad postremum, alterum eorum, id est opinio, in quemvis hominem cadat; intellectus verò Dei solius, & paucorum admodum sit examinatorum virorum? Quòd si horum tanta est differentia, eorum etiam, quæ comitantur alterutrum, magnam necesse est esse distantiam. Sunt porrò hæc †) intelligibile genus, & item opinabile. Unde rectè pronunciat,

444 *Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ὁμολογητέον μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον εἶδος ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν, οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν. ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν.*

unam esse speciem per semetipsam, sine ortu, sine occasu, neque quid in se recipientem, nec progredientem usquam, invisibilem, insensilemque.

Intellectus est species, quæ Idea dicitur. Est igitur exemplum. Nec verò, ut in superioribus dubitat; ne forte frustra præsumat esse intelligibilem speciem hanc, cujus sint imagines sensiles, eamque nihil aliud esse quàm verba.

CCCXXXIX. Id tamen ipsum syllogisticis quoque rationibus explanare non dubitat, quippe cavens, ne vel inexaminatum quicquam relinquat, vel ad prolixum naturâ suâ tractatum, minimè pertinens ad quæstionem verborum agmen addat, omnem dubitationem syllogisticis compendiis dirimit ductu & viâ pergens ad syllogismum. Etenim inter intelligentem, & item verè opinantem, hoc interest; quòd intelligens fidem rerum habet, rationis indagine comprehensam. Confirmata porrò ratio fit intellectus, cujus scientia est, ††) eademque sapientia. Itaque intelligens, ut qui rectè sciat quod intelligit, neque verisimilibus persuasionibus inductus mutat sententiam; & potest, ut scius, præstare rationem rei comprehen-
445 sæ. At verò, qui verè opinatur, ut qui solâ mentis elegantiâ nitatur, sine ratione, ac disciplinâ, neque rationem, cur ita opinetur, præstare potest, & falsis aliquando persuasionibus captus mutat sententiam, nutans, & ambiguus, ut quem nulla stabilis ratio sustentet. Itaque Plato syllogisticæ rationis formulam exprimit talem. *) Si intellectus, & vera opinio, una res est; omnia, quæ corpore sentimus, certa sunt; eritque eorum indubitabilis veritas. Si autem vera opinio minus habet, atque intellectus, non una atque eadem res est, sed duæ atque diversæ; & erunt alia, quæ sentiuntur; & alia, quæ intelliguntur. Si diversa sunt, quæ sentiunt, & quæ intelligunt, sint intelligibiles species necesse est, quæ Ideæ nuncupantur. At enim non omnia, quæ corpore sentimus, vera & certa sunt. Sunt igitur Ideæ.

CCCXL. Sed, opinor, explanari dilatarique oportet, quæ contracta sunt angustiis syllogismi. Intellectum appellat hoc in loco, motum animi comprehendentem. Huic comparat opinionem cùm in plerisque aliis libris, a) tum evidenter in Politiâ. b) Secat enim *intellectum* quidem in duo hæc, scientiam, & recordationem. *Opinionem* 446
verò in alia totidem, hæc, credulitatem & æstimationem. Singulaque hæc quatuor convenientibus sibi rebus accommodat. *Scientiam* quidem altis, & sapientiâ solâ percipibilibus rebus, cujusmodi sunt Deus, & intellectus ejus, quas Ideas vocamus. *Recordationem* verò rebus deliberativis, hoc est, iis, quæ præceptis artificialibus, & theorematibus, percipiuntur. *Credulitatem* porrò sensilibus, scilicet quæ oculis, auribus, cæterisque sensibus comprehenduntur. *Æstimationem* figmentis, commentitiisque & imaginariis rebus, quæ juxta veros simulata vultus, corpora tamen perfecta, & viva, non sunt. Quæ cuncta dicit per semet esse intellectu potius quàm sensibus assequenda, quia nihil ex his quatuor sub sensus nostros venit, sed tam scientiam, quàm opinionem, & cæteras, mente discernimus.

Εἰ δὲ, ὥς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέροιτο μηδέν.

CCCXLI. *Sin verò, ut quibusdam videtur,* inquit, *vera opinio ab intellectu nihil differt.*

Meritò. Multæ quippe sectæ sunt philosophorum, quas certum est initia rerum putasse corpora. c) Cumque intelligibile genus, id est, Ideas, pene sub oculos constituisset, dicens

τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον εἶδος, ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν, οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλοποι ἰόν. ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναί-

intelligibilem speciem 447
semotam à sensibus in se ipsâ locatam sine ortu, sine occasu, quæ nec recipiat in se quicquam aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquam, invisibilem,

†) *τὸ νοητὸν καὶ τὸ δοξαστόν.*
††) vocula *cujus* in editis exciderat.
*) in verbis p. 442. seq. adscriptis.
a) ut in Menone sub fin. in Theæteto &c.
b) lib. V. de Rep. sub extrem. & lib. VII. p. 442. ubi distinguit ἐπιστήμην, διάνοιαν, πίστιν, εἰκασίαν, δόξαν, νόησιν.
c) Ut Democritus, Epicurus, Stoici.

σθητον, τῦτο ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν. Τὸ δὲ ὁμώνυμον, ὅμοιόν τε ἐκείνῳ, δεύτερον, αἰσθητὸν γεννητὸν, πεφορημένον ἀεὶ, γιγνόμενον ἔν τινι τόπῳ, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περιληπτόν.

sibilem, insensibilem, soli mentis intuentis intentioni animadversionique perspicuam, consequenter addidit: *Porrò quòd ab hoc secundum est, nativum, sensile, sustentabile, consistens aliquo in loco, & inde rursum cum immutatione atque interitu recedens, sensibus & opinione noscendum.*

Quo loco vult intelligi secundam speciem, quæ nascitur, cùm opifex concipit animo futuri operis liniamenta, effigieque intus locatâ juxta eandem format quod aggressus est. Id ergo consistere aliquo in loco dicit, & inde rursum cum immutatione & interitu procedere. Præclarè. Demolitionem quippe statuæ formæ quoque interitus sequatur necesse est, & item ad alterius statuæ collocationem revocari, ac redire. Sensibus autem noscendam dicit hanc speciem, quia impressæ formæ operi spectantium oculis videntur. Opinione verò noscendam, quia mens opificis non deserto exemplari transfert hanc speciem, sed ex propriâ mente haustam pro viribus.

448 CCCXLII. Tertium genus esse dicit loci. d) Puto eum dignitatis respectu tertium genus dixisse sylvam. Quippe secunda species, id est, nativa mutuatur substantiam de specie principali, quæ sine ortu est. Et æternam censet Ideæ nomine. Sylva demum ex nativâ specie sumit substantiam. At verò locum vocat eam, velut regionem quandam, suscipientem specierum incorporearum intelligibiliumque simulacra. Semper eandem, vel, quia sine generatione est, & interitu; vel, quia necesse est eam locum stationemque esse, & velut receptaculum corporearum specierum: quæ sunt membra mundi, ut videtur prope omnibus, indissolubilis, & æterni.

τὸ τῆς χώρας ἀεὶ φθορὰν ὀ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν.

Ipsa ergo *immortalis est, sed his, quæ pariuntur in ejusdem gremio, datur substantia.*

CCCXLIII. Deinde progrediens *mirâ quâdam conceptione animi* dicit, *ipsam sine tangentis sensu tangi.*

Αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν, λογισμῷ τινι νόθῳ μόγις πιστόν.

Quippe omne, quod tangitur, sensile est, & sensibus subjacet. Quicquid ergo tangitur, sensu sentiatur necesse est. Quomodo igitur possumus dicere, tangi aliquid, quod ex naturâ suâ minimè contiguum est? Vide altitudinem pectoris, & ut brevi elocutione suspicionem mentis suæ de sylvâ revelaverit. 449
Omne certè, quod alicujus simile est, ex simili suo recognoscitur. Ut igitur certæ rei definitæque certa & definita est comprehensio, sic incertæ minimeque definitæ incerta & indefinita suspicio sit necesse est. Quia igitur sensus certarum definitarumque rerum sensus est, quippe habentium figuras & qualitates, necesse est etiam comprehensionem earum certam definitamque esse. Sed enim sylva indefinita est res, utpote informis, & figurâ carens juxta naturam suam. Minimè igitur cum sensu ejus fit imaginatio, sinè sensu igitur. Fit tamen evanida quædam ejus attrectatio sine contagio, nec ipsius mage, quàm eorum, quæ intrà ipsam sunt, corporum. Quæ cùm sentiuntur, suspicio nascitur ipsam sentiri: propterea quod ex iis speciebus, quas recipit, formari, cùm sit informis, videtur. Itaque sensus quidem specierum, in sylvâ constitutarum, clarus est; ipsius autem sylvæ, quæ speciebus subjacet, obscurus: & consensus potius, quàm sensus est. Ergo quia sylvestria quidem sentiuntur, sylva verò minimè sentitur naturâ propriâ, sed propter sylvestria cum hisdem sentiri putatur, fit hujusmodi sensus incertus. 450
Præclareque dictum, *sylvam sine sensu tangentium tangi*, e) quia puro sensu minimè sentiatur, ut si quis dicat, tenebras quoque sine sensu videri. Non enim perinde sentit visus hominis tenebras intueri instituentis, f) ut cùm solet intueri res coloratas, dilucidasque; sed contrariâ passione, & amissione, atque indigentiâ eorum omnium, quæ oculi vident. Sunt enim tenebræ decolores, & sine claritudinis illustratione. Nec potest visus comprehendere aliquam qualitatem tenebrarum, sed suspicari quod non sit, potius quàm quid rerum sit. Nihilque videns idipsum sibi videtur videre quod non videt, & videre se aliquid putat, cum nihil videat. Quis enim visus in tenebris? Sed quia natura oculi hæc est, ut colores discernat, conans opinor discernere naturam decolorem, tenebras sentire se suspicatur. Sic igitur etiam sylva contigua quidem est, quia contingi putatur: cum ea quæ principaliter continguntur, sub sensus veniant, sed contactus ejus provenit ex accidenti. Verum hoc ipsum sine sensu, quia ipsa per se neque tactu sentitur, neque cæteris sensibus.

CCCXLIV. Nec contentus hac tantâ diligentiâ, superaddidit *nothâ & adulterinâ* 451

d) τρίτον δ' αὖ γένος ὂν, τὸ τῆς χώρας. Plato Timæo. Infra, p. 455. *Locum propterea, quod sylva receptaculum est corporum & qualitatum, cæterorumque sensilium.*

e) μετ' ἀναισθησίας ἁπτόν. f) sic Doblerus pro *intuentis.*

quâdam ratiocinatione, g) sylvam esse dicens opinabilem. Filios omnes naturales esse nullus ignorat: sed tam Græci, quàm nos legitimos, & item præsumptos, nominibus discernimus. Legitimos Græci *γνησίυς* vocant. h) ***

CCCXLV. *** Ut sine vocalibus quidem per se mutæ i) sunt, mixtæ verò vocalibus conferunt aliquid, impertiuntq; genuinum sonum. Oratio tamen de sylvâ, infinitam eam & incertam esse asserens, certa est. Rectè igitur nothâ & spuriâ ratiocinatione, atque opinione, potius quàm intellectu certo, comprehendi eam censet Plato, utpote cujus natura rectæ rationis, & non recti confusique intellectus, præsumatur consortio. Divisa igitur à se sunt tria illa, separatimque examinata: * & est Idea quidem intelligibilis species, utpote quæ puro intellectu comprehendatur. Species verò nativa, k) opinione percipibilis, propptereaque opinabilis: Sylva porrò neque intelligibile quid, neque opinabile, quia neque intellectu neque sensu comprehendatur. Verum est suspicabilis. Suspicio l) autem spuria quædam ratio est, atque adulterina.

452 CCCXLVI. Pergit ulterius, insistitque probationi cœptæ m) perfectiùs, ita dicens:

Πρὸς ὃ δὲ καὶ ὀνειροπολῦμεν βλέποντες, καὶ φαμὲν ἀναγκαῖον εἶναί πυ, τὸ ὂν ἅπαν, ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινά.

Deniquecùm id n) animo intuemur, patimur quod somniantes. Putamus enim necesse esse, ut omne quòd est, in aliquo sit loco positum, regionemque obtineat ullam.

Incertam & caligantem animi nostri intentionem cùm sylvæ naturam consideramus, vanis somniis o) comparat, & opinioni, quæ ex sensibus nascitur. Etenim cùm corpus aliquod videmus, aut tangimus, necesse est id à nobis sentiri cum locis suis, & regionibus. Neque enim sine loco, nec verò sine sede, sentiri corpus ullum potest. Dicit ergo nos hac opinionis percelebratæ consuetudine ita esse imbutos, ut cùm res intelligibiles contemplamur animo, putemus eas consistere aliquo in loco, úllámve regionem obtinere, perinde ut mundi corpus, quod situm est loco, quem complet mundana moles, habens eam regionem, p) quæ perceptis corporum formis exornata est, videlicet sylvam. Cujus partes, ex quibus constat, quia divisas locis ac regionibus consideramus, putamus omnia, quæ sunt, eodem modo consistere in locis, ac regionibus, certis. Denique si quis dicat, esse substantiam 453
sine sede, ac loco, *quæ neque in terrâ, neque in cælo sit*, q) portento similia dici putamus, & res vanâ mentis opinione conceptas. Jamdudum quippe, & ab ineunte ætate, præjudicavimus omne, quod sit, corpus esse, nec quicquam esse, quod substantiâ sensili careat, cognitoribus, & velut assertoribus, corporum credentes sensibus.

ταῦτα δὲ πάντα καὶ τὰ τύτων ἀδελφὰ καὶ περὶ τὴν ἄϋπνον καὶ ἀληθῶς φύσιν ὑπάρχυσαν, ὑπὸ ταύτης τῆς ὀνειρώξεως ὐ δυνατοὶ γιγνόμεθα ἐγερθέντες διορίζόμενοι τἀληθὲς λέγειν, ὡς εἰκόνι μὲν.

CCCXLVII. Et concludit: *Ob quam depravationem, itemq; alias consanguineas, ne in reputatione quidem & consideratione verè existentis, vereq; pervigilis natura, mente consistimus propter hujusmodi somnia.*

Exsomnem, pervigilemque, naturam nuncupat intelligibile, atque incorporeum genus, quod semper idem est, principaliterque subsistit, sine ortu, sine occasu, minimè mutabile, nullam habens, cum sensibus societatem, purâ mente percipibile: Deum videlicet, & cogitationes ejus intelligibiles, atque incorporeas species. Has porrò esse quidam negant, r) quod his usu accidit ex alto & profundo sopore. Denique si quis eos ad contemplationem veram, minimeque soporatam, excitet æternarum & immortalium rerum, indignantur, ac molestè ferunt: similiter ut in Politiâ s) illi dedititii, 454
perpetuis abditi tenebris speluncæ, densis umbris opacæ. At verò qui se à profundâ imperitiâ vindicant, laboriosiùs licet, ex tenebris ad lumen emergunt, & ad scientiæ, veritatisque, claritudinem aspirant. Nec molestè ferunt, excellentes in studiis humanitatis viros dividere, ac separare, sensilem intelligibilemque naturam. Docere etiam, ac demonstrare, quòd sint rerum initium species archetypæ, sive quòd exempla genuinâ substantiâ sint prædita. Neque enim ad cujus-

g) λογισμῷ τινι νόθῳ μόγις πιςόν.

h) Hoc loco perspicuum est deesse verba, *præsumtos νόθυς*. Et alia deinde aliqva, non adeo multa tamen, qvæ supplebit qvi in pleniorem Codicem MStum inciderit.

i) literæ mutæ. * al. *exterminata*, vitiose.

k) γένεσις, τὸ αἰσθητόν. Male in Leid *nativâ opinione*. Supra p. 448. *sylva ex nativa specie sumit substantiam.*

l) εἰκασία Platoni VII. de Rep. m) al. *tertia*.

n) sic edit. Paris. pro *idem*. o) supra p. 419. p) ita leg pro *etiam regionem*.

q) τὸ δὲ μήτε ἐν γῇ μήτε πυ κατ' ὐρανὸν, ὐδὲν εἶναι. Plato, Timæo.

r) ut Epicuri schola. s) Locus est sub initium libri VII. de Republica.

cujuſquam alterius rei ſimilitudinem facta atque inſtituta ſunt, quia nihil eſt originibus antiquius. Imagines verò exemplorum, quia juxta exempla ſunt factæ, aliunde oportet ſubſtantiam mutuentur, ut forma Socratis naturalis exiſtens, comparatione imaginis velut archetypa ſpecies eſt. Imago autem ex arte facta, & juxta archetypam ſpeciem effigiata, niſi habeat ſylvam, ſi quidem erit pictura, id eſt, colores, ſi autem fictura, id eſt, lignum vel æs, * cæteræque hujuſmodi ſupellectiles, carebit certâ perfectione. Igitur quia ſenſiles quoque ſpecies imagines ſunt ſpecierum intelligibilium, ſicut ſæpe jam diximus, & ab intelligi-
455 bilibus ſubſtantiam trahunt: nec ſubſtantiam modò, ſed etiam ſimilitudinem, opus eſt his, opinor, ſylva in quâ fiant, & ſubſtantiam ſortiantur.

CCCXLVIII. Deinde interponit auctoritatem ſuam dicens.

ὄντος μὲν δὴ ὢν παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λόγος, ὄν τε καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι, τρία τριχῆ, καὶ πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι.

Hæc eſt quidem mea ſententia mens, eſſe, & ante mundi quoque ſenſilis exornationem fuiſſe, tria hæc, Exiſtens, locum, Generationem.

Suam profitetur ſententiam. Meritò. Nullus quippe veterum t) etiam tunc tria hæc animadverterat, quippe quorum plerique ſola opinati ſunt eſſe ſenſilia, ut Empedocles; u) alii ſola intelligibilia, ut Parmenides: x) ſylvam nullus omnino mente conceperat, ut ipſe dixit in ſuperioribus. Vult autem intelligi *exiſtens* y) quidem Ideam intelligibilem ſpeciem, *locum* z) autem ſylvam, *generationem* a) verò quantitates & qualitates: & cæteras ſenſiles conformationes. b) Et *Exiſtens* quidem, quia ſuapte naturâ ſit, idemque aliis quoque rebus cauſa exiſtendi ſit. *Locum* c) verò propterea, quòd ſylva receptaculum eſt corporum, & qualitatum, cæterorumque ſenſilium. *Generationem* porrò, quia hæc non diu perſeverant in uno ſtatu, ſed alia ex aliis invicem ſubrogantur.

456 Τὴν δὲ γενέσεως τιθήνην ὑγραινομένην καὶ πυρουμένην καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην.

CCCXLIX. *Igitur generationis*, inquit, *nutriculam humectam modò, modò ignitam, terræque item & aëris formas ſuſcipientem.*

Generationis nutriculam d) ſylvam ſignificat, quia quicquid naſcitur recurſum habet ad materias principales. Materiæ demum principales huic in acceptum feruntur. Etenim earum omnium ſylva nutrix, eaſdemque geſtat. *Humectam modò, modò ignitam.* Rectè. Non enim ipſa ſylva vel humectatur, vel ignitur, immutationemve patitur ullam. Omnino enim eſt incommutabilis, nec declinat à naturâ ſuâ, ſed ut quæ recipiat qualitates & quantitates humoris, & item caloris, humectari atque igniri putatur. Explanat evidentiùs, cùm adjungit:

Καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην, καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα πάθη ξυνέπεται, πάσχουσαν.

Terræque & item aëris formas ſuſcipientem, cæteraſque pediſſequas paſſiones perpetientem.

Rationabiliter. Non enim tantùm ſolent hæ qualitates humectari, & calefieri, ſed etiam ſiccari, & frigeſcere, quæque his ſimilia proveniunt. *Cæteras pediſſequas paſſiones perpetientem.* Ideo, quia formantur & figurantur conventu formatorum corporum. Nam ipſa ex naturâ ſuâ impatibilis eſt, nec ullam fert perpeſſionem.

CCCL. Deinde ait:

Διὰ δὲ τὸ μήτ᾽ ὁμοίων δυνάμεων μήτ᾽ ἰσοῤῥόπων ἐμπίμπλασθαι, κατ᾽ οὐδὲν αὐτοῖς ἰσοῤῥοπεῖν.

Quòd tamen privatim neque ſimilibus viribus, neque exequatis potentiis inſtruatur, nihil eſſe ejus æquale. 457

Nunc jam, veluti ſeparato opifice Deo, ſolam per ſemetipſam ſylvam intuetur duplici conſideratione. Una nondum ſuſceptis qualitatibus, altera poſt qualitates. Et ante conſortium quidem qualitatum neque ſtabat opinor neque movebatur. e) Erat tamen quædam in eâ naturalis opportunitas ad motus ſtationiſque perceptionem. Poſt qualitatum porrò conſortium exornata, & perfectum corpus à Deo facta, motus ſtationiſque ſumpſit officia, quibus diverſis temporibus uteretur. Ergo volens motus ejus præſtare cauſam, dicit *ſylvæ primitus corporibus injectis, ex * præponderatione eorum hinc illinc vergentium ſubſtitiſſe motum:* ſed *incertum adhuc, & fluctui ſimilem*, f) cùm hinc illinc oppreſſa modò, modò ſublevata, ſylvæ imbecillitas reciprocaret: & iniqvus turbulentúſque motus per univerſam ejus fluctuaret capacitatem. Ex quo factum, ut hunc inordinatum motum intimam ſylvæ, propriâmque, &

* al. *limum vel æs terramque, hujuſmodi ſupellex.*
t) ſupra p. 368. Mox *animadverterat* ſcripſi ex edit. Pariſ. pro animadverteret.
u) Hoc Empedocli tribuit etiam Ariſtoteles, ſed argumentis non contemnendis ab illo removet Radulphus Cudvvorth in ſyſtemate νοητῷ Univerſi, Anglice edito p. 23. ſeq.
x) De Parmenidis ſententia dixi ad Sextum Empiricum lib. 1. contra Logicos ſect. CXI.
y) Τὸ ὄν. z) χώραν. a) γένεσιν, τὰ αἰσθητά.
b) ita rectè Rigaltius pro *confirmationes.* c) ſupra, p. 448. d) ſupra, p. 419. e) ſupra p. 406.
* al. *& ex.* f) ἀλλ᾽ ἀνωμάλως πάντη ταλαντουμένην σείεσθαι μὲν ὑπ᾽ ἐκείνων αὐτήν. Plato Timæo.

458 & ex naturâ ejus, agitationem plerique esse censerent, qui alienus pulsus est: propterеáque animatam eam vitæque compotem arbitrarentur. Motus igitur, qui in eâ fiebat, alienus erat. Confusio porrò motus, & inordinatio, secundùm naturam sylvæ proveniebat, præbentis instabilem tremulámque sedem, ideò quòd privatim neque similibus viribus neque exæquatis potentiis instructa, nec quicquam in eâ esset æquale, quod jactationem præponderationémque corporum coerceret; sed ut in stagnis, cùm immobilis est aquæ superficies, incidente aliquâ graviore mole, primò nascitur initium motus, deinde agitatione factâ totius elementi, non solum agmen g) aquæ movetur, sed illud ipsum, quod incidit, causámque motus præbuit, vicissim movet: Sic sylva quoque, ex initio corporum sumpto motu, *non solùm ipsa omnifariam movetur*, h) *verùm ipsa corpora*, quæ initium motus sunt, *invicem pellit*.

τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα ἄλλῃ· τὰ δὲ μανὰ καὶ κῦφα εἰς ἑτέραν ἵζει φερόμενα ἕδραν. Τότε οὕτω τὰ τέτταρα γένη σειόμενα ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς, κινουμένης αὐτῆς οἷον ὀργάνου σεισμὸν παρέχοντος, τὰ μὲν ἀνομοιότατα πλεῖστον αὐτὰ ὑφ' αὐτῶν ὁρίζειν, τὰ δ' ὁμοιώματα πάλιν εἰς ταυτὸ ξυνωθεῖν.

& levia quidem volitare, gravia verò residere. Sic, inquit, *quatuor quoque illa prima corpora velut in Euripo fluctuante jactantur, & ad postremum generatim secernuntur.*

Euripum m) quidem sylvam cognominans, *secretionem* verò sedem elementi cujusque, 460
divinâ providentiâ separatam. Quæ ordinatatio est scilicet, ne ex diversorum corporum cohærentiâ confusio, & inordinatio, quæ ante constitutionem mundi n) fuerat, perseveraret. Hanc ait fortunam mundi fuisse, prius quàm, exornatâ sylvâ, splendor & pulcritudo proveniret universitati.

CCCLI. Talem porrò motum ejus significat non ad aliquem usum rerum nascentium fieri, sed ad solam conversionem, commutationémque, corporum. Siquidem dicit: *Ex quo fluctu* i) *turbatas materias in diver-*
459 *sa rapturi, discernique à se*, hoc est separari. Quo pacto clarè demonstrat, non unam esse in sylvâ potentiam, opportunitatémque, formarum recipiendarum, sed multiformem. Nam si una ejus esset potentia, unum quiddam semper esset. At nunc, cùm in omnes qualitates, figurásque, vertatur, atque omnia fiat, potentias ejus necesse est, opportunitatésque variæ commutationis prænosci mentibus. Deinde manifesto exemplo quod dicit explanat, cùm separat à se quatuor materias, id est ignem, terrámque, & cæteras, separationis causam dicens in fluctu sylvæ atque agitatione consistere, *perinde ut in frumenti purgatione.* k) Novimus enim esse quædam jamdudum parata (ut solent poëtæ dicere) *arma cerealia*, l) quibus ea, quæ mista erunt, secernuntur, & grana quidem seorsum motu & agitatione, paleæ verò aliorsum ex jactatione.

ὅτι δὲ ἐπεχειρεῖτο κοσμεῖσθαι τὸ πᾶν.

CCCLII. *Sed ubi cuncta*, inquit, *redigi ad modum placuit.*

Dei voluntatem significat providam: cui cùm placuisset, dicit

πῦρ πρῶτον καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, ἴχνη μὲν ἔχοντα αὐτῶν ἄττα.

ignem primo terrámque, & aera atque aquam, concinnasse, o) non talia ut nunc sunt, sed *eorum exigua vestigia.*

Quippe vestigium ignis nondum ignis est. Nec verò cæterorum corporum vestigia ipsa corpora sunt. Vestigium quippe potentiam rei, non rem, significat. Multóque etiam minus corpus significatur vestigii nomine. Ergo sylva etiam vestigium corporis fuit ante mundi exornationem.

Παντάπασι μὲν διακείμενα ὥσπερ εἰκὸς ἔχειν ἅπαν ὅταν ἀπῇ τινος θεός.

In eo inquit, *squalore, ac deformitate, qua apparet in his, quibus divina abest prospicientia.*

Jure meritóque. Quid enim divinâ operâ carens pulcrum, aut venustate erit præditum? Apparatus ille igitur erat etiam tunc, ele- 461
mentis

g) al. *acumen*, an *cacumen*?

h) *σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτήν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν.*

i) *Τὰ δὲ κινούμενα, ἄλλα ἄλλοσε ἀεὶ φέρεσθαι διακρινόμενα.*

k) *ὥσπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀναλικμώμενα.*

l) Æneid. 1. 177. *Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma, expediunt.*

m) *δεξαμενήν.* supra p. 425.

n) *διὸ δὴ καὶ χώραν ταῦτα ἄλλα ἄλλην ἴσχειν, πρὶν καὶ τὸ πᾶν ἐξ αὐτῶν διακοσμηθὲν γενέσθαι· Καὶ τὸ μὲν δὴ πρὸ τούτου, πάντα ταῦτ' ἔχειν ἀλόγως καὶ ἀμέτρως.* Mox vocem *perseveraret* addidi ex edit. Paris.

o) ita Rigalt. pro *continuasse*. *Κοσμεῖσθαι*, infra p. 461. *convenustavit.*

mentis confusis inconditè, nondum mundus: nec claritudo, quæ ex opportunitate providæ ordinationis accessit. Erat igitur subjecta sylva naturali opportunitate suscipiendæ pulchritudinis, ac venustatis. Erant etiam quatuor corporum potentiæ, seu vestigia, confusa adhuc, minimeque ordinata. Hæc igitur, cùm voluit, Deus *disponens, & ordinans*, p) immortale hoc sensilis mundi animal *figuris, & qualitatibus, convenustavit* certis, & in æternum duraturis rationibus. *Omnia* porrò, *quæ fiunt optima*, q) *divinâ mente, ac voluntate, fieri* præsumere nos jubet: quâ præsumptione *nihil esse verius* asseverat.

Νῦν δ' οὖν τὴν διάταξιν αὐτῶν ἐπιχειρητέον καὶ γένεσιν ἀήθει λόγῳ πρὸς ὑμᾶς δηλοῦν. ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ μετέχετε τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν, δι' ὧν ἐνδείκνυσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη, συνέψεσθε.

CCCLIII. *Nunc jam ordinationẽ, geniturámque, eorum singillatim demonstrari*, inquit, *convenit, novo quidem & inusitato genere demonstrationis, verùm vobis, qui omnes eruditionis ingenuæ vias peragraveritis, neque incognito, & ex levi admonitione perspicuo.*

Demonstraturus ratione substantias quatuor principalium corporum, quæ censentur elementa, *ordinationem* quidem vocat habitum eorum juxta se, communicationémque, & quasi quandam societatem, quæ noscitur 461
r) juxta analogiam, quæ talis est. Ut hoc juxta illud, sic illud juxta aliud. *Genituram* s) verò appellat ipsam formam, & effigiem: de quibus secundùm geometricam rationem disputaturus: quæ ratio minimè nutat, semperque certas, & inexpugnabiles, affert probationes: *novam* quidem aliis, *& incognitam*, t) dicit esse hanc eandem rationem, ipsis tamen, qui omnes ingenuæ eruditionis vias peragraverint, neque ignotas, & ex levi admonitione perspicuas. Etenim, qui aderant, omnes erant instructi præcipuis doctrinis, quas *ingenuas disciplinas* u) appellavit: propterea quòd à pueris ætas illa iis veluti principiis altioris doctrinæ, & tanquam gradibus, imbuebatur, geometricâ, w) musicâ, arithmeticâ, astronomiâ. De quibus Cebes pronuntiavit, si quidem philosophiæ caussâ discantur, ut per eas, tanquam gradibus, x) ad summum culmen Philosophiæ perveniatur, operæ pretium esse. Si sine Philosophiâ, plena tamen y) dignitatis esse fundamenta, z) imperfectæ licet eruditionis. 462
Hos igitur, tanquam exercitatos in geometricâ viros, admonet, quod sciebat, hujusmodi quæstiones non nisi geometricis probationibus explicari. simul habet exhortationem sermo ad effectionem institutionis ingenuæ.

p) οὕτω δὲ τότε πεφυκότα ταῦτα, πρῶτον διεσχηματίσατο εἴδεσι καὶ ἀριθμοῖς.

q) Τὸ δὲ ᾗ δυνατὸν ὡς κάλλιστά τε καὶ ἄριστα ἐξ οὐχ οὕτως ἐχόντων τὸν θεὸν αὐτὰ ξυνιστάναι, παρὰ πάντα ἡμῖν ὡς ἀεὶ τοῦτο λεγόμενον ὑπαρχέτω.

r) al. *nascitur*. s) γένεσιν. t) ἀήθη λόγον. u) παίδευσιν.

vv) In Loco Tabulæ Cebetis Thebani, qvem respicit Chalcidius, mentio non est Geometricæ, sed cum Musicis, Arithmeticis & Astrologis memorantur Poëtæ, Rhetores, Dialectici, Ἡδονικοὶ sive Voluptarii Philosophi, tum Critici & qvorum vix potuit Cebes meminisse Peripatetici, licet agnoscit illos etiam Arabs interpres, qvi ἡδονικοὺς de mimis intellexit.

x) Alcinous c. 27. προτέλεια δὲ καὶ προκαθάρσια ἔστω ἡμῖν δαίμονος εἰ μέλλοιμεν τὰ μείζω μυεῖσθαι μαθήματα, τά δ' ἂν εἴη. διὰ μουσικῆς καὶ ἀριθμητικῆς τε καὶ ἀστρονομίας καὶ γεωμετρίας, συνεπιμελουμένων ἡμῶν καὶ τοῦ σώματος διὰ γυμναστικῆς (conf. ad 1. Timoth. IV. 8.) ἥτις καὶ πρὸς πόλεμον καὶ πρὸς εἰρήνην εὔθετα τὰ σώματα παρασκευάσει. Freqvens hoc Pythagoricis ut humaniores disciplinas & præsertim Mathematicas tamqvam ἐπιβάθρας ac gradus ad seriam Philosophiam & defæcandis atqve ad divina contemplanda adducendis animis idoneas commendent. Vide Jamblichum ad Symbolum Pythag. 36. προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα, & lib. 3. de disciplina Pythagorica p. 54. 61. 64. 65. 67. edit. Scultellii: Proclum ad Euclidis lib. 1. passim, Porphyrium in vita Pythag. c. 47. &c.

y) ita leg. pro *plena tamen*.

z) Si solis qvis προπαιδεύμασι unice inhæreat, vero sapientiæ emendandiq; sui studio neglecto, non sane tunc illa plena dignitatis fundamenta appellat Cebes, sed velut deceptricem ψευδοπαιδείαν merito aspernatur. p. 186. οἱ τῆς ψευδοπαιδείας ἐρασταί, ἠπατημένοι οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς παιδείας συνομιλεῖν. Τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι; οἱ μὲν ποιηταί, ἔφη, οἱ δὲ ῥήτορες, οἱ δὲ διαλεκτικοί, οἱ δὲ μουσικοί, οἱ δὲ ἀριθμητικοί, οἱ δὲ ἀστρολόγοι, οἱ δὲ ἡδονικοί οἱ δὲ περιπατητικοί, οἱ δὲ κριτικοί καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις παραπλήσιοι. Et p. 246. non longe à dialogi extremo de iisdem pronunciat qvod stolido vulgo nihil sint meliores ἐὰν μὴ καὶ τούτοις συνῇ μεταμέλεια, καὶ πεισθῶσιν ὅτι οὐ παιδείαν ἔχουσιν ἀλλὰ ψευδοπαιδείαν, δι' ἣν ἀπατῶνται· οὕτω δὲ διακείμενοι οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν.

JOANNIS MEURSI

1 In

CHALCIDII TIMÆUM

De Platonis translatum, & Commentarium.

NOTÆ.

PAg. 9. lin. 19. *Quem avi mei.)* Omissa, quæ præcedunt. Ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου τοῦ προπάππου, καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει. Erat hic Dropides proavus Critiæ, quem loquentem hic introducit Plato, & frater Solonis. Ecce apud Diogenem Laërtium in vitâ Platonis, lib. III. Τούτου (τοῦ Σόλωνος) γὰρ ἦν ἀδελφὸς Δρωπίδης, οὗ Κριτίας, οὗ Καλλαισχρος, οὗ Κριτίας ὁ τῶν τριάκοντα. Vides prosapiam. Critiæ hujus, qui unus de Triginta erat, pater Galæschrus; illius Critias; istius Dropides, Solonis frater. Meminit Dropidis etiam Philostratus Sophist. lib. I. Ἐπεὶ δὲ ἄριστα μὲν ἦν πεπαιδευμένος, γνώμας δὲ πλείστας ἑρμηνεύων, ἐς Δρωπίδην δὲ ἀναφέρων, ὃς μετὰ Σόλωνα Ἀθηναίων ἦρξεν. Sed aliquoties omissa quædam in Chalcidio; quod nos semel monere maluimus, quàm semper indicare.

2 Pag. 11. lin. 9. *Juxta quam Saïs nomine, civitas magna; quàm regit mos vetus, Lex Saïtica appellatus.)* Platonis verba ita habent: Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός. τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς. Non rectè interpretatus est Chalcidius.

Lin: 12. *Conditrix verò urbis dea Aegyptiacâ linguâ censetur Neuth, Græcâ dicitur Athena.)* Scribe *Neith*. Nam ita est apud Platonem. Οἷς τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγέτις ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ἐκείνων ὁ λόγος, Ἀθηνᾶ. Arnobius ita ipsam de se Minervam loquentem introducit lib. IV. *Quod si fidem inquiris facti, Aegyptios & ego testes dabo, quorum Neith linguâ dicor.* Hesychius. Νηΐθ, ἡ Ἀθηνᾶ παρ' Αἰγυπτίοις. Ita scribendum. Minus rectè editur vulgo. Νήϊθη, Ἀθηνᾶ. π. ά.

IN

CHALCIDII

Commentarium.

Pag. 85. lin: 19. *Quod* Competens *appellatur, ἀναλογία verò à Græcis.)* Macrobio *Competentia* dicitur in Somn. Scip. lib. II, cap. II. *Cognovit nullam esse posse sine his numeris jugabilem competentiam.* Agellius lib. I. cap. I. *Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei mensura conveniret, secundùm naturalem omnium membrorum inter se competentiam.*

Pag. 109. lin: I. *Decumanum numerum Pythagorici appellant primam quadraturam.)* Variè à Pythagoricis appellatus fuit numerus de- 3
narius; Κόσμος, Οὐρανός, Πᾶν, Εἱμαρμένη, Ἀγών, Κράτος, Πίστις, Ἀνάγκη, Ἄτλας, Ἀκάμας, Θεός, Φάνης, Ἥλιος. Accipitur ex Anonymo in Theologiâ Arithmeticâ, cap. περὶ δεκάδος. Καὶ ἐπωνόμαζον αὐτὴν θεολογοῦντες οἱ Πυθαγορικοὶ ποτὲ μὲν Κόσμον, ποτὲ δὲ Οὐρανὸν, ποτὲ δὲ Πᾶν, ποτὲ δὲ Εἱμαρμένην, καὶ Ἀγῶνα, Κράτος τε; καὶ Πίστιν, καὶ Ἀνάγκην, Ἀτλαντά τε καὶ Ἀκάμαντα, καὶ Θεὸν ψιλῶς, καὶ Φάνητα, καὶ Ἥλιον. Ad Εἱμαρμένην quod attinet, innuit quoque Proclus in Timæum lib. 5. Τὴν δεκάδα καὶ τῷ δημιουργῷ προσοικειοῦσι, καὶ τῇ εἱμαρμένῃ Πυθαγορείων παῖδες. Quod ad Κόσμον; inde capiendus est Proclus libro citato, cum dicit: Καὶ γάρ ἐστιν ἡ δεκὰς κοσμική. Ad Πᾶν & Ἀκάμαντα respexit Hymnus Pythagoricus apud eundem ibidem, istis versibus

Πανδεχέα, πρέσβειραν, ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν,
Ἄτροπον, ἀκαμάτην, δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν.

De nomine τοῦ Κράτους, & τοῦ Παντός, est iste locus Anatolij, Καλεῖται δὲ (ἡ δεκὰς) Κράτος, καὶ Παντέλεια, ἐπεὶ πάντα περαίνει τὸν ἀριθμὸν, περιέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς ἑαυτῆς ἀρτίου τε καὶ περισσοῦ. De primæ quadraturæ appellatione non memini me alibi legere.

Pag. III. lin: 2. *Propterea & Minerva est à veteribus cognominatus.)* Variis quoque nominibus à Pythagoricis numerus septenarius appellatus fuit; Ἀθηνᾶ, Καιρός, Τύχη. Anonymus in Theologiâ Arithmeticâ ex Anatolio, Διὰ τὸ οὐ τυχαίως καὶ ἐπὶ καιρόν τινα τρόπον ἀπαντᾶν, καὶ ἀποκρίνεσθαι ἕκαστα τὴν τῆς ἑβδόμης χώραν, Καιρὸν καὶ αὐτὴν καὶ Τύχην ἐπωνόμαζον. καὶ ἡ συνήθεια Καιρὸς καὶ Τύχη εἴθισται λέγειν. τί γὰρ δεῖ νῦν καὶ περὶ τῶν κλιμακτήρων λεπτολογεῖν ἑβδοματικῶν μάλιστα παρὰ ἀποτελεσματολόγοις δογματιζόμενον, ὅτι 4
Ἀθηνᾶν, καὶ Καιρὸν, καὶ Τύχην, τὴν ἑπτάδα ἐπωνόμαζον. Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. VI. *Huic autem numero septenario adeò opinio virginitatis inolevit, ut* PALLAS *quoque vocitetur.* Eulogius in eundem Ciceronis librum: *Numerus septenarius Minervæ tribuitur, quæ ex Jovis capite sine matris utero procreata memoratur. Videlicet quod ad senarium sapientem convenientemq́; suis partibus numerum, monas, quæ est caput numerorum, cùm accesserit, Septenarium creat,*

creat, qui ab Arithmeticis MINERVA *dictus est.* Martianus Capella lib. VII. *Quid autem te, septas veneranda, commemorem; quæ, quod naturæ opera sine fœturarum contagione conformas, inter deos Tritoniæ virginis vocabulum possedisti.* Hinc intelligendus est Porphyrius περὶ ἀποχῆς, lib. II. Οἱ γοῦν Πυθαγόρειοι περὶ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς γραμμὰς σπουδάζοντες, ἀπὸ τούτων τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο, τὸν μὲν τινα ἀριθμὸν Ἀθηνᾶν καλοῦντες. Ad τοῦ Καιροῦ appellationem quod attinet, de eâ est locus etiam Hesychii. Καιρὸς, χρόνος, ἢ τόπος καίριος. ἢ ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμός.

Lin: 20. *Et Hippocrates cùm sæpe aliàs in plerisque libris suis, tum etiam in his evidenter, quos De Hebdomadibus instituit.)* Laudat quoque hunc Hippocratis librum Eulogius in Somn. Scip. *Hippocrates Cous, naturæ scrutator egregius, hunc numerum in libris, quos* περὶ ἑβδομάδων *appellat, ait creandis inesse corporibus.* Sed hic liber inter Hippocratis hodie Opera non comparet. Itaque aut non totum Hippocratem nunc habemus, aut alterius est Hippocratis istud scriptum. Nam, ut sciamus, plures eo
5 nomine & Scriptores, & Medici, pariter exstiterunt. Atque ex octo, quos invenio, septem fuere, omnes Coi. Primus, Gnosidici filius. Secundus, Heraclidis; prioris nepos: cujus hodie Opera habemus. Tertius, secundi hujus itidem nepos ex filio Thessalo. Quartus, Draconis F. Quintus, & sextus, Thymbræi filij. Septimus, Praxianactis F. Recenset omnes hos ordine Suidas. Ex his tres nominat Palladius Comment. in librum Hippocratis περὶ ἀγμῶν; primum nempe, secundum, & quartum; Heraclidis, Gnosidici, & Draconis filios. Verba ejus ista. Καὶ ὅτι μὲν γνήσιόν ἐστι, δῆλον. ποίου δὲ Ἱπποκράτους ἐστὶν, ἄδηλον ἡμῖν ἐστιν. εἴτε τυχὸν τοῦ Γνωσιδίκου, εἴτε τοῦ Ἡρακλείδου, εἴτε τοῦ Δράκοντος. Octavum ego his omnibus addo, Chium patriâ. Meminit ejus Aristoteles Meteorolog. lib. I. cap. VI. Παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ οἱ περὶ τὸν Ἱπποκράτην τὸν Χῖον, καὶ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Αἰσχύλον, ἀπεφήναντο. Et ex eo Theodorus Metochita in Paraphrasi. *Similia autem, atque adeò ferè eadem dixisse, dicit Hippocratem Chium mathematicum, cujus fertur quædam circuli quadratura, & Aeschylum ejus discipulum.* Et observa, mathematicum istum fuisse, ac scripsisse, περὶ τετραγωνισμοῦ. Laudat Opus alibi quoque Aristoteles lib. Περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων. Verba ecce ista sunt. Οὐδέ γε εἴ τι ἐστι ψευδογράφημα, περὶ ἀληθές, οἷον, τὸ Ἱπποκράτους, καὶ ὁ τετραγωνισμὸς ὁ διὰ μηνίσκων. Et Themistius in Paraphrasi libri primi De Nat. Auscult. Δύο τινὲς κύκλον ἐπεχείρησαν τετραγωνίζειν, Ἱπποκράτης τε ὁ Χῖος, καὶ Ἀντιφῶν. Item Proclus in Euclidis primum libro II. ἐφ᾽ οἷς Ἱπποκράτης, ὁ τὸν τοῦ μηνίσκου

τετραγωνισμὸν εὑρών. Designat quoque Eutocius Comment. in Archimedis περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου, lib. II. Πάντων δὲ διαπορούντων ἐπὶ πολὺν χρόνον, πρῶτον Ἱπποκράτης ὁ Χῖος ἐπενόησεν, ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ δύο εὐθειῶν γραμμῶν, ὧν ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονός ἐστι διπλασία, δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, διπλασιασθήσεται ὁ κύβος. Iterum in ejusdem τὴν τοῦ κύκλου μέτρησιν. Δῆλον ὅτι τί ἂν εἴη τὸ ζητούμενον, ὅπερ Ἱπποκράτης ὁ Χῖος καὶ Ἀντιφῶν ζητήσαντες ἐπιμελῶς ἐκείνους ἡμῖν τοὺς παραλογισμοὺς εὑρήκασιν, οὓς ἀκριβῶς εἰδέναι νομίζω. Neque alius est, qui laudatur ab Aristotele Ethic. Eudem. lib. VIII. Οἷον Ἱπποκράτης, γεωμετρικὸς ὤν, ἀλλὰ περὶ τὰ ἄλλα δοκεῖ βλὰξ καὶ ἄφρων εἶναι. Aliquis è Cois fuit, qui medici omnes, cujus librum Περὶ πτισάνης nominat Alexander Aphrodiseus lib. II. Problem. IX. Διὰ τί Ἱπποκράτης, ἐπὶ τῶν πυρεττόντων φεύγων τὴν τροφὴν ἐν τῇ ἀκμῇ, ἐπὶ τῶν πλευριτικῶν καὶ περιπνευμονικῶν ἐπιτρέπει δίδοσθαι κατὰ τὴν ἀκμήν; λέγει γὰρ ἐν τῇ Περὶ πτισάνης. &c. Incertum est, cui adscribere debeamus τὴν Παρακαταθήκην, cujus meminit Pollux lib. IX. cap. VI. Καὶ ὅταν εἴπωσι πεντασάτηρον, πεντάμνουν δοκοῦσι λέγειν, ὡς ἐν τῇ Ἱπποκράτους παρακαταθήκῃ. Æquè incertum, cujus sit Opus Πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας, quod idem commemorat lib. X. cap. XXIII. Ἱπποκράτης δὲ, ἐν τῷ Πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας, λεκίσκον εἴρηκε. Laudatur quoque in Hippiatricis Hippocrates quidam.

Pag: 144. lin. 22. *Cum ambitu cumali.)* Quid est *ambitus cumalis?* An, qui cumam refert? Atqui *Cuma* quid sit, docent Glossæ Latinograecæ Philoxeni. *Cuma*, Ἀσπάραγος, Κράμβη, Σπάραγος, Ἀροτρίασις. An legendum? *ambitu cucumali.* Ut sit à cucumâ. Arbitrabitur eruditus Lector.

Pag. 154. lin. 7. *Tertia quæ appellatur achronicos.)* Ita mox quoque. *Tertia achronicos, cùm sole occidente diametro distans mergitur stella.* Utrobique rescribendum, *Tertia acronychos.* Laborat in hâc voce etiam Martiani Capellæ locus lib. VIII. ubi de Mercurij stellâ agit. *Nam à Chronico ortu hic nunquam poterit elevari: Quippe in diametro solis posse positis evenire sideribus diametrum in signo septimo perhibetur. ita fit, ut iste, qui ultra signum, & alteram exiguam portionem sequentis, abesse non poterit, non illic contingat ortu à Chronico sublevari.* Itidem restituo. *Nam acronycho ortu hic n. p. e.* Et mox. *Non illi contingat ortu acronycho sublevari*, Græcis ἀκρόνυχος est, Vespertinus; Qui est, aut fit, initio noctis.

Pag. 155. lin. 16. *Consentit his Alexander Milesius.)* Designat Alexandrum Cornelium Polyhistorem. Suidas Ἀλέξανδρος, ὁ Μιλήσιος, ὃς Πολυΐστωρ ἐπεκλήθη, καὶ Κορνήλιος· διότι Κορνηλίῳ Λεντύλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη, καὶ 6

αὐτῷ παιδαγωγὸς ἐγένετο, εἶτα ἠλευθερώθη. Scripsit plurima; itaque idem Suidas de eo nobis commemorat. Οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω. καὶ περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε. Et observa illic περὶ Ῥώμης, libros quinque. Ejus φρυγιακὰ nominat Plutarchus de Flum. Καθὼς ἱστορεῖ Ἀλέξανδρος Κορνήλιος ἐν τρίτῳ φρυγιακῶν. Idem Opus est, quod περὶ φρυγίας indigetat Stephanus in Γάλλος, istis verbis. Οὓς παρατίθεται ὁ Πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ φρυγίας τρίτῳ. Neque assentior Maussaco præstantissimo, qui in Notis ad Plutarchi istum locum, Alexandrum

8 Cornelium, & Polyhistorem, duos facit. Περὶ Βιθυνίας, citat in Κύβελον Auctor Etymologici. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας. Et Stephanus in Καλλιόπολις· ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας. Plutarchus allegat τὰ Ἰταλικὰ in Parallelis. Ἀριστείδης Μιλήσιος καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν. Scripsit & περὶ Ἰουδαίων. Clemens Strom. I. Ἀλέξανδρος δὲ, ὁ Πολυΐστωρ ἐπικληθεὶς, ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι, ἀνέγραψέν τινας ἐπιστολάς. Et ex hoc Opere erunt intelligenda ista petita esse, quæ Stephanus profert in Ἰουδαία. Idem Clemens laudat τὰ Ἰνδικὰ ejus, Strom. III. Ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς. Item, τὰ Πυθαγορικὰ σύμβολα, Strom. I. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι ἱστορεῖ τὸν Πυθαγόραν. Et Cyrillus adversus Julianum lib. IX. *Alexander cognomento Polyhistor, tradit in libro De Symbolis Pythagoricis, Pythagoram venisse ad Zoran, Assyrium genere.* Commemorat τὰ Πυθαγορικὰ ὑπομνήματα Diogenes Laertius in Pythagora, lib. VIII. Καὶ ταῦτα μέν φησιν Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι. Puto idem Opus esse. Λιβυκὰ citat Stephanus in Ἀφάκη, & Γάργη. Λυκιακὰ, in Λάμος, nominatque περὶ Λυκίας in Φελλός. Περὶ Κιλικίας, in Ἀφροδισιάς. Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων, in Ἄραξα, & Ἀσσός. Fuerunt autem Alexandri nomine Scriptores plurimi, de quibus aliàs suo loco dicturus sum, volente Deo.

Pag. 173. lin. 4. *Alias cassus solidasve.)* Scrib. *alias cassas, s.*

9 Pag. 181. lin. 4. *Hipparchus in eo Opere, quod scribitur,* DE SECESSIBUS ATQUE INTERVALLIS SOLIS ET LUNÆ.) Hipparchi nomine Auctores plures. Unus, veteris Comœdiæ poëta. Suidas de eo. Ἵππαρχος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. δράματα αὐτοῦ περὶ γάμων, Hujus puto fuerunt Ἀνασῳζόμενοι. quam laudat Athenæus lib. XI. & Θαΐς, Item Παννυχὶς, cujus meminit idem Athenæus lib. XIV. Pollux Πολυτοίχους nominat, lib. X. cap. XXIV. Stobæo Ζωγράφος commemoratur, Serm. LVIII. Alius fuit, itidem Poëta, cujus Ἰλιὰς Αἰγυπτιακὴ, carmine hexametro conscripta, citatur ab Athenæo libris III. & IX. Tertius, Stagirita, Aristotelis propinquus; cujus opera. Τί τὸ ἄρρεν, καὶ θῆλυ, παρὰ θεοῖς, Item, Τίς ὁ γάμος, Et alia quædam. Suidas. Ἵππαρχος Σταγειρίτης, φιλόσοφος, Ἀριστοτέλους γνώριμος, καὶ συγγενής. τί τὸ ἄρρεν, καὶ θῆλυ, παρὰ θεοῖς. καὶ τίς ὁ γάμος, καὶ ἄλλα τινά. Quartus Nicæensis, Bithynus, hic noster, de quo Chalcidius. De eo ita Suidas, Ἵππαρχος Νικαεὺς φιλόσοφος, γεγονὼς ἐπὶ τῶν ὑπάτων. ἔγραψε περὶ τῶν Ἀράτου φαινομένων. περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν συντάξεως, καὶ τοῦ καταστηριγμοῦ. περὶ τῆς κατὰ πλάτος μηνιαίας τῆς σελήνης κινήσεως. καὶ εἰς τοὺς ἀστέρας. Ex iis Operibus, quæ Suidas nominat, primum habemus, beneficii V. CL. Petri Victorij editum Florentiæ anno CIↃ IↃ LXVII. Chalcidius hic citat, *De secessibus atque Intervallis Solis & Lunæ.* Fortasse est illud Opus, quod titulo περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων laudat Pappus in Ptolemæi Σύνταξιν, lib. V. Ὁ μὲν Ἵππαρχος ἀπὸ τοῦ ἡλίου μάλιστα τὴν τοιαύτην ἐξέτασιν οὐκ ἀκριβῶς πεποίηται. Deinde. Ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων λαμβάνει φαινόμενον τοῦτο, ἔκλειψιν ἡλίου, &c. Et mox. εἶτα πάλιν αὐτὸς ἐν τῷ βιβλίῳ περὶ μεγεθῶν καὶ 10
ἀποστημάτων ἐκ πολλῶν ἀποδείκνυσιν. Commemorat *De signis* Servius ad Georgic. lib. I. *Hipparchus scripsit* DE SIGNIS, *& commemoravit etiam, unum quodque signum quot claras, quot secundæ lucis, quot obscuras stellas habeat.* Hunc ipsum nostrum puto, qui nominatur à Pelagonio, Hippiatric. lib. I. cap. XIV. Κλωνίῳ ἀπὸ ἰτέας διάσυρον, καὶ εἰ στέξῃ μὴ ἐκκοπῆναι, ποιήσει χρήσιμον κλῶνα. Τοῦτο γὰρ Ἵππαρχος διαβεβαιοῦται. Quintus philosophus Pythagoricus, scripsitque περὶ εὐθυμίας. Laudat Stobæus Serm. CVI, Hic ipse est, quem de scholâ Pythagoræ ejectum, quod præcepta doctoris apertè tradidisset, refert Clemens Alexandrinus Strom. V. Φασὶ γοῦν Ἵππαρχον τὸν Πυθαγόρειον, αἰτίαν ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ.

Pag. 200. lin. 13. *Heraclides Ponticus, cùm circulum Luciferi describeret.)* Puto esse ex libro Περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ. Nam plurima scripsit, teste Suida: & habes syllabum eorum apud Diogenem Laertium in ejus vitâ, lib. V. Ex istis Περὶ δικαιοσύνης citat Athenæus lib. XII. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ Περὶ δικαιοσύνης φησί. Et mox iterum. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ δικαιοσύνης φησίν. περὶ ψυχῆς. Plutarchus in Camillo. Ἡρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικὸς, οὐ πολὺ τῶν χρόνων ἐκείνων ἀπολειπόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς συγγράμματί φησιν. Ex hoc est quod Tertullianus ait lib. de Animâ, cap. IX. *Nec ut lumen, etsi hoc placuit Pontico Heraclidi.* περὶ ἀρχῆς, citat

citat ipse Diogenes Laertius in Periandro, lib. 5. Ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ Περὶ ἀρχῆς. Hos, puto, libros respexit Ci-
11 cero ad Q. Fr. lib. III. Epist. V. *Hi libri cùm in Tusculano mihi legerentur, audiente Salustio, admonitus sum ab illo, multo majore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de republicâ, præsertim, cùm essem non Heraclides Ponticus, sed consularis, & is, qui in maximis versatus in republicâ rebus essem.* Ἀκούσιος ἐρωτικός. Est istud Opus, puto, quod Περὶ ἐρωτικῶν indigetat Athenæus lib. XIII. Μελάνιππος δὲ ἦν τὰ παιδικά, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ Περὶ ἐρωτικῶν. Περὶ βίων. In eo Opere fuerit βίος Ἀρχιμήδους, cujus meminit Eutocius in Archimedem. Ἀλλ' ἐστὶ μὲν οὗτο τὸ βιβλίον, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῷ Ἀρχιμήδους βίῳ, πρὸς τὰς τοῦ βίου χρείας ἀναγκαῖον. Neque aliud erit existimandum, quod allegat Plutarchus in Solone, Themistocle, ac Pericle. Περὶ νόσων. Meminit etiam Diogenes in Empedocle, lib. VIII. ὁμοίως καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῷ Περὶ νόσων. Et posteà. Ἡρακλείδης τε ἐν τῷ περὶ νόσων φησὶ καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. Περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας. Item. Περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου. Ex alterutro erit, quod περὶ Ὁμήρου nominat Eustratius Ethic. lib. III. cap. I. Λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου. περὶ Μουσικῆς. Plutarchus lib. de Musicâ. Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ τὴν κιθαρῳδίαν καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτον φησὶν Ἀμφίωνα ἐπινοῆσαι. Diogenes ejus operis duos fuisse libros tradit; atqui tamen tertium citat Athenæus lib. X. Ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ ποντικὸς ἐν τρίτῳ περὶ μουσικῆς. Iterum lib. XIV. Ἡρακλείδης δὲ ὁ ποντικὸς ἐν τρίτῳ περὶ μουσικῆς, οὐδ' ἁρμονίαν φησὶ δεῖν καλεῖσθαι τὴν Φρύγιον, καθάπερ οὐδὲ τὴν Λύδιον.
12 Ergo apud Diogenem rescribendum erit. περὶ μουσικῆς. ά. β'. γ'. περὶ ἡδονῆς. Allegat non semel Athenæus lib. XII. Συνθῆκαι tribuuntur à Suida Heraclidi Lembo, non huic nostro Pontico, ut mox dicemus. περὶ πυθαγορείων. Hinc censeo petita illa à Clemente lib. II. πυθαγόραν δὲ ὁ ποντικὸς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ τὴν ἐπιστήμην τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν τῆς ψυχῆς εὐδαιμονίαν εἶναι παραδεδωκέναι. Non recensetur à Diogene Opus περὶ νήσων. Nominat illud disertè Stephanus. Ὠλίαρος, νῆσος τῶν Κυκλάδων μία. περὶ ἧς Ἡρακλείδης ὁ ποντικὸς ἐν τῷ περὶ νήσων οὕτω φησίν. Fortè omisit, quia de Auctore hujus Operis controversia inter veteres fuit, erantque qui Philostephano ascriberent. Observo apud Harpocrationem in Στρύμη. Ἡρακλείδης, ἢ Φιλοστέφανος, ἐν τῷ περὶ νήσων. Itaque pro eo Philostephanum nominat Constantinus de Them. lib. I. cap. XV. Ὡς Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων. Sed neque nominat. περὶ χρηστηρίων. Meminit Clemens Strom. I. Μέμνηται τούτων Ἡρακλείδης ὁ ποντικὸς, ἐν τῷ περὶ χρηστηρίων. Nec περὶ τῆς ἄπνου. Laudat tamen ipse in Proœmio. Καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ ποντικὸς ἐν τῇ περὶ τῆς ἄπνου. Ubi vide Notas V. Cl. Isaaaci Casauboni. Neque Ἀλληγορίαι Ὁμηρικαὶ, neque περὶ πολιτείας, quæ exstant, in Diogenis Indice commemorantur. Plures autem Heraclidæ nomine exstiterunt. Recenset Diogenes quatuordecim. Videamus. Γεγόνασι δ' Ἡρακλεῖδαι τέσσαρες καὶ δέκα. πρῶτος, αὐτὸς οὗτος. δεύτερος, πολίτης αὐτοῦ, πυρρίχας καὶ φλυαρίας συντεταγμένος. τρίτος, Κυμαῖος, γεγραφὼς περσικὰ ἐν πέντε βιβλίοις. τέταρτος, Κυμαῖος, ῥήτωρ, τέχνας γεγραφώς. πέμπτος, Καλατιανὸς, ἢ Ἀλεξανδρεὺς, γεγραφὼς τὴν διαδοχὴν ἐν ἓξ βιβλίοις. καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο. ἕκτος, Ἀλεξανδρεὺς,
γεγραφὼς τὰ περσικὰ ἰδιώματα. ἕβδομος, 13
διαλεκτικὸς Βαργυλιήτης, κατ' Ἐπικούρου γεγραφώς. ὄγδοος, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου. ἔνατος, ἰατρὸς Ταραντῖνος ἐμπειρικός. δέκατος, ποιητικὸς, παραινέσεις γεγραφώς. ἑνδέκατος, ἀνδριαντοποιὸς, Φωκαεύς. δωδέκατος, ἐπιγραμμάτων ποιητὴς, Λιγυρός. τρισκαιδέκατος, Μάγνης, Μιθριδατικὰ γεγραφώς. τεσσαρεσκαιδέκατος, ἀστρολογούμενα συγγεγραφώς. Ecce, Heraclidæ Pontici duo fuerunt; unus hic noster, de quo diximus: alter, philosophus, qui scripsit πυρρίχας & φλυαρίας. Suidas ait contra Aprum pro Didymo scripsisse libros tres, carmine Sapphico & Phalæcio, valde obscuros, Λέσχας inscriptos. Ἡρακλείδης, ποντικὸς, ἀπὸ Ἡρακλείας τοῦ πόντου, γραμματικός. ὅστις Διδύμῳ τῷ πάνυ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐφοίτησεν. οὗτος ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἄπερος τοῦ Ἀριστάρχου μαθητοῦ εὐδοκιμοῦντος κατὰ τὴν Ῥώμην, πολλά τε τὸν Δίδυμον διασύροντος, ἔγραψε μέτρῳ σαπφικῷ ἤτοι Φαλαικίῳ βιβλία γ'. δυσερμήνευτα, καὶ πολλὴν τὴν ἀπορίαν ἔχοντα προβαλλομένων ζητήσεων, ἅ τινα Λέσχας ἐκάλεσεν, ἔγραψε δὲ καὶ ποιήματα ἐπικὰ πολλά. Nominat Λέσχας hujus & ποιήματα iterum alibi. Λέσχαι καὶ ποιήματα Ἡρακλείδου τοῦ ποντικοῦ, μέτρῳ Φαλαικείῳ, ἢ σαπφικῷ γραφέντα. Et Artemidorus Onirocritic. lib. IV. cap. LXV. εἰσὶ γὰρ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ, καὶ Ἡρακλείδῃ τῷ ποντικῷ ἐν ταῖς λέσχαις, καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν Ἐλεγίαις, καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς, ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι. Tertius, Cumanus, scripsit περσικά. Memorat quoque Athenæus lib. XI. φυλάσσουσί τε αὐτὸν καὶ τριακόσιαι γυναῖκες, ὡς ἱστορεῖ Κυμαῖος Ἡρακλείδης ἐν πρώτῃ περσικῶν. Et Auctor Etymologici in Δανάκης. Δανὰ γὰρ τὰ ξηρά. Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ περσικῶν. Idem παρασκευαστικὰ quoque scripsit, Diogeni non nominata. Athen. l. IV. Ἡρακλείδης

14 δὲ ὁ Κυμαῖος, ὁ τὰ περσικὰ συγγράψας, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιγραφομένων παρασκευαστικῶν. Iterum lib. XII. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κυμαῖος ὁ τὰ περσικὰ συγγράψας, ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις παρασκευαστικοῖς εἰπὼν, ὡς ἐν τῇ λιβανοφόρῳ χώρᾳ βασιλεὺς αὐτονόμος τέ ἐστι, καὶ οὐδενὸς ὑπήκοος, γράφει καὶ ταῦτα. De quarto, itidem Cumano, rhetore, non me alibi legere memini. De quinto, cujus Διαδοχὴν commemorat, erat Epitome librorum Sotionis. Ipse tradit in Demetrio. Ἡρακλείδης ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος διαδοχῶν. Hic autem Serapionis F. fuit; ut testatur alibi quoque in Pythagora, lib. VIII. Φησὶ δὲ Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ. Diogenes eum Calatianum, aut Alexandrinum, facit; Suidas Oxyrynchitam tradit. Ἡρακλείδης, Ὀξυρυγχίτης, φιλόσοφος, ὁ τοῦ Σαραπίωνος. ὃς ἐπεκλήθη Λέμβος. γεγονὼς ἐπὶ πτολεμαίου τοῦ ἕκτου. ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔγραψε συνθήκας. ἔγραψε φιλόσοφα, καὶ ἄλλα. Observa autem, Lembum cognominatum fuisse; & Diogenes id confirmat, ac cognominis causam tradit, quod scripsisset Λεμβευτικὸν λόγον. Citat eum hoc cognomine Festus in *Romam. Lembus, qui appellatur, Heraclides existimat, revertentibus ab Ilio Achivis quosdam tempestate dejectos in Italia regiones, secutos Tiberis decursum pervenisse, ubi nunc sit Roma.* Et Athenæus lib. XIII. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεσθαι μᾶλλον ὁ καλλιστος. Scripsit autem ingens quoque Opus Historiarum; ex quo librum vicesimum primum nominat Athenæus lib. VIII. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Λέμβος ἐν τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν, περὶ τὴν παιονίαν καὶ Δαρδανίαν βατράχους, φησὶν, ὗσαι ὁ θεός. Et tricesimum septimum antea laudaverat, lib. III.

15 Ἱστορεῖ δὲ περὶ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ Λέμβος ἐν τῇ τριακοστῇ ἑβδόμῃ τῶν ἱστοριῶν. Et hic, ut opinor, est ille ipse, cujus inter Historicos meminit Dionysius Halicarnasseus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Τοιγάρτοι τοιαύτας συντάξεις κατέλιπον, οἵας οὐδεὶς ὑπομένει μέχρι κορωνίδος διελθεῖν. Φύλαρχον λέγω, καὶ Δοῦριν, καὶ Πολύβιον, καὶ Σάωνα, καὶ τὸν Καλλατιανὸν Δημήτριον, Ἱερώνυμόν τε, καὶ Ἀντίλογον, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἡγησίαν Μάγνητα, καὶ ἄλλους μυρίους. De sexto, Persicorum idiomatum Scriptore, adhuc quæro; ut & de septimo, Dialectico, Bargyleite; qui contra Epicurum scripsit. Neque magis notus octavus, Medicus, de Hicesii sectatoribus. Nonus, Tarentinus, commemoratur ab Athenæo lib. II. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ταραντῖνος ζητεῖ, πότερον προπαραλαμβάνεσθαι δεῖ τὰ τραγήματα, καθάπερ ἐν τισι τόποις τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν ἑλλάδα γίνεται, ἢ οὔ, ἀλλὰ μετὰ τὸ δεῖπνον. Scripsit Συμπόσιον. Id citat idem Athenæus quinquies lib. II. Meminit ejus Galenus περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, lib. VI. Ταῦτα τε οὖν ἀναγιγνώσκειν χρὴ, τὸν ἔμπειρον γενέσθαι ὕλης βουλόμενον, ἔτι τε πρὸς τούτοις, τά θ' Ἡρακλείδου τοῦ Ταραντίνου, καὶ Κρατεύα. Iterum, περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους, lib. VI. Εὕροις δὲ ἂν μετὰ τοὺς παλαιοὺς Μαντίᾳ, καὶ Ἡρακλείδῃ τῷ Ταραντίνῳ πλεῖστα φάρμακα γεγραμμένα. Unde colligas quoddam ejus Opus fuisse, περὶ φαρμάκων. Quemadmodum ex alio quodam loco ejusdem Galeni, περὶ συνθέσεως τῶν φαρμάκων τῶν κατὰ γένη, lib. II. Φαρμάκων συνθέσεις. παμπόλλων ἀξίων ἐπαίνου πρῶτος ὧν οἶδα Μαντίας ὁ Ἡροφίλειος ἔγραψεν, οὗ μαθητὴς γενόμενος Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, οὐ μόνον ἐν τῇ τῶν φαρμάκων χρήσει φαίνεται μιμούμενος ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ διαιτητικὸν μέρος τῆς τέχνης. 16 Scripsit quoque Θηριακά. Allegat idem Galenus, περὶ ἀντιδότων lib. I. Ὁποῖα τά θ' Ἡρακλείδους τοῦ Ταραντίνου Θηριακά, καὶ Κρατεύα, καὶ Διοσκορίδου. Et Ἐξηγητικὸν in Hippocratem. Citat Erotianus in Lex. Hippocratis. Στλεγγίδα. Ἡρακλείδης μὲν ὁ Ταραντῖνος διὰ τοῦ ρ γράψας στρεγγίδα ἐν δευτέρῳ Ἐξηγητικῷ τῆς τετάρτης Ἐπιδημίας. Citat quoque, sed designato potius, quam expresso, Operis titulo, in Procemio, & in θερμοῖς. Meminit ejus etiam Dioscorides in Procemio. Ἰόλας μὲν γὰρ ὁ Βιθυνὸς, καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐπ' ὀλίγον ἥψαντο τῆς αὐτῆς πραγματείας. Et hic ipse, aut Hicesii discipulus, quem octavum enumerat Diogenes, cujus mentionem facit Plinius lib. XX. cap. V. XVII. & lib. XXII. cap. VII. De decimo, cujus παραινέσεις nominat, nihil alibi observavi, ut nec de undecimo, Phocensi. Duodecimum, epigrammatarium, arbitror fuisse Sinopensem, cujus Epigramma exstat Anthologiæ lib. III. Ejusdemque esse censeo alia duo, quæ Heraclidis simpliciter nomen illo ipso libro præferunt. Decimum tertium, Magnesium, ejusque Mithridatica; & decimum quartum cum Astrologumenis, pariter ignoro. Sed præter hos alii mihi alibi observati. Fuit enim Heraclides quoque Comicus; cujus meminit Athenæus lib. XII. περὶ οὗ καὶ Ἡρακλείδης ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς μέμνηται οὕτως. Fuit Heraclides Lycius, sophista. De eo Philostratus in Niceta, Sophistarum lib. I. Τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον χρόνοις ὕστερον Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφιστὴς διορθούμενος, ἐπέγραψε Νικήτην τὸν κεκαθαρμένον, ἠγνόησε δὲ, ἀκροθίνια πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζων. 17 Ex quo loco adumbratus est iste Suidæ. Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφιστὴς ἔφη. Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος, ἀγνοήσας ἀκροθίνια πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζειν. Describit vitam ejus Philostratus, Operis citati lib. II. Inter cætera scripsit, ἐγκώμιον πόνου.

πόνε. Philoſtratus in vitâ ejus. Καὶ ἔστιν αὐτῷ φρόντισμα οὐκ ἀηδὲς, βιβλίον ξύμμετρον, ὃ ἐπιγέγραπται. πόνε ἐγκώμιον. Heraclides Mopſeates legitur apud Athenæum lib. 6. Ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει, καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων. Heraclides Cretenſis ſcripſit περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων. Apollonius Hiſt. Mir. XIX. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων, κατὰ τὸ πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον. Heraclides Soranus occurrit apud Auctorem Etymologici in Λημῶ. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Σωρανὸς λέγει λημᾶν λέγεσθαι τὸ ἀπολαυστικῶς βλέπειν. Heraclides Syracuſanus inter rei culinariæ Scriptores recenſetur à Polluce lib. VI. cap. X. πολλὰ δ' ἂν εἴη τῶν περὶ τὴν ἡδυντικὴν σκευασίαν ἀνευρεῖν ἐκ τῶν ὀψοποιητικῶν συγγραμμάτων Πανταλέοντος, καὶ Μιθαίκου, καὶ Ζωπυρίνου, καὶ Σόφωνος, καὶ Ἡγησίππου, καὶ Παξάμου, καὶ Ἐπαινέτου. συναριθμοῖτο δ' ἂν τούτοις Ἡρακλείδης τε ὁ Συρακούσιος, καὶ Τυνδάριχος ὁ Σικυώνιος. Citaturque ejus Ὀψαρτυτικὸς ab Athenæo lib. II. Ἐπαίνετος δὲ, καὶ Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος ἐν Ὀψαρτυτικῷ, τῶν ὠῶν φησὶ πρωτεύειν τὰ τῶν ταῶν. Occurritque iterum III. IV, & VII. Ejuſdem fuit, περὶ θεσμῶν. Meminit idem Athenæus lib. XIV. Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ θεσμῶν. Indigetatur alius item Terinæus, apud Etymologici Auctorem in Τέρινα. ἔστι δὲ καὶ πόλις, ὅθεν Ἡρακλείδης ὁ Τεριναῖος. Sed & Opera
18 varia citantur Heraclidis alicujus auctoris, quæ tamen cui aſſignare certò poſſis, minimè liqueat. Ecce, in primis eſt; Τῶν Σατύρου βίων Ἐπιτομή. Diogenes Laërtius in Pythagora, lib. VIII. Ἡρακλείδης δέ φησιν ἐν τῇ τῶν Σατύρου βίων ἐπιτομῇ. Laudaturque ab eodem rurſum in Empedocle, eodem libro; & in Zenone Eleate, lib. IX. Ἄβαρις. Plutarchus lib. De Aud. Poet. Τὰ Αἰσώπεια μυθάρια, καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι. Κτίσεις ἱερῶν. Clemens in Protreptico. Ἡρακλείδης δὲ ἐν Κτίσεσιν ἱερῶν περὶ Ἀκαρνανίαν φησὶν, ἔνθα τὸ Ἄκτιόν ἐστιν ἀκρωτήριον, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀκτίου τὸ ἱερὸν, ταῖς μυίαις προθύεσθαι βοῦν. περὶ τοῦ Χρὴ καὶ Δεῖ. Etymologici Auctor in Δοῦλος. Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ Χρὴ καὶ Δεῖ, σχηματίζει παρὰ τὸ δέω, τὸ ἐλλείπω. περὶ καθολικῆς προσῳδίας. Apollonius de Syntaxi, lib. IV. Ἡρακλείδης γοῦν, ἐπιμερίζων τὰς οὐ δυναμένας λέξεις ὀξεῖαν ἐπιδέξασθαι, ἐν τῷ περὶ καθολικῆς προσῳδίας, φησίν.

Pag. 220. lin. 22. *Quæ Orpheus, & Linus, & Muſæus, de divinis poteſtatibus vaticinati ſunt.)* Reſpicit eorum Opera, quorum inſcriptio, Χρησμοί. De Orphei hoc Opere, putatum hoc fuit à quibuſdam Onomacriti exſtitiſſe. Suidas, cum inter Poëmata ejus enumerat, recenſet quoque Χρησμοὺς, οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. Lini Χρησμοὺς qui citaret, non memini legere. De Muſæi dictum eſt à me Attic. Lect. lib. II. cap. XIX. Illic vide, ſi tanti eſt.

Pag. 227. lin. 16. *Multos porrò eſſe dæmonas, etiam Heſiodo placet. Ait enim item eſſe eorum decem millia, eoſque eſſe tam in obſequio Dei, quàm in tutelâ mortalium.)* Corruptus locus. Reſtituo. *Ait enim ter eſſe deorum decem millia.* 19
Hoc evincunt quoque ſequentia ſtatim verba. *Non certam ſummam conficiens eorum, ſed juxta vim pleni numeri trium multiplicans decem millia.* Deinde mendoſum quoque iſtud, *quàm in tutelâ mortalium.* Quid enim? an in hominum tutelâ ſunt dii? Immò contra, homines ſunt in tutelâ deorum. Ergo reſcribo. *q. in tutelam mortalium.* Repetenda erat litera finalis fugitiva à principio vocis ſequentis, cui adhæſerat. Locus Heſiodi, quem reſpexit, iſte eſt Ἔργων lib. I.

Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Pag. 245. lin. 11. *Amica ſibi paratura necem.)* Lego. *Arma ſibi p. n.*

Pag. 261. lin. 1. *Perdet Crœſus.)* Notiſſimus eſt verſus oraculi Crœſo dati.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Exſtat apud Ariſtotelem Rhet. lib. III. cap. V.

Pag. 262. lin. 5. *Argivis per oraculum quærentibus.)* Verſus oraculi iſti ſunt apud Herodotum, qui hiſtoriam commemorat, lib. VII.

Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Εἴσω τὸ προβόλαιον ἔχων, πεφυλαγμένος ἧσο,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Pag. 274. lin. 2. *Id enim nec me latet nunc quàm cruenta cogitem, ſed vincit ira ſanitatem pectoris.)* Corruptus locus. Latent enim hîc ipſa Medeæ verba. Itaque reſtituo. *Ait enim;*

Nec me latet nunc quàm cruenta cogitem,
Sed vincit ira ſanitatem pectoris.

Ipſi Euripidis verſus, quos Latinos fecit, in 20
Medeâ ſunt, atque ita habent.

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακά,
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Pag. 291. lin. 10. *Ut Diodorus.)* Intelligit, puto, Diodorum, cognomento Cronum; de quo habemus apud Diogenem Laertium lib. II. Cæterùm plures Diodori. Unus, Alexandrinus, mathematicus, cujus meminit Achilles Statius in Prolegomenis ad Aratum. Εὔδωρος ὁ φιλόσοφός φησι Διόδωρον τὸν Ἀλεξανδρέα μαθηματικὸν τούτῳ διαφέρειν εἰπεῖν τὴν μαθηματικὴν τῆς φυσιολογίας. Alius fuit ab eo, item Alexandrinus, Valerius cognominatus, Teleclis diſcipulus, Pollionis F. tempore Adriani Cæſaris. Suidas.

 Διόδωρος,

Διόδωρος, ὁ Οὐαλέριος ἐπικληθεὶς, φιλόσοφος, μαθητὴς Τηλεκλέους, Ἀλεξανδρεὺς, υἱὸς Πολλίωνος τοῦ φιλοσόφου, τοῦ γράψαντος τὴν Ἀττικὴν λέξιν, γεγονὼς ἐπὶ τοῦ καίσαρος Ἀδριανοῦ. Tertius, Elaites, elegiarum auctor. Parthenius Erotic. XV. Περὶ Δάφνης ἡ ἱστορία παρὰ Διοδώρῳ τῷ Ἐλαΐτῃ ἐν Ἐλεγείαις. Quartus, Ephesius, qui scripsit ΠΕΡΙ ΑΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΥ. Diogenes Laertius in vitâ Empedoclis, lib. VIII. Διόδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος περὶ Ἀναξιμάνδρου γράφων, φησὶν ὅτι τοῦτον ἐζηλώκει. Quintus, ὁ Περιηγητής. Plutarchus extremo Theseo. Ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ Περιηγητής. Scripsit autem Περὶ τῶν μνημάτων. Plutarchus iterum extremo Themistocle. Διόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς ἐν τοῖς περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν. Meminit rursum in Cimone. Sextus, Prienæus, scripsitque De Re Rusticâ. Laudat Varro De R. R. lib. I. cap. I. & ex eo Columella. Septimus, & octavus, Sardiani, rhe-
21 tores; quorum major Zonas dictus: minor scripsit Historias, odas, & alia carmina. Strabo lib. XIII. ubi commemorat viros claros Sardibus natos. Ἄνδρες δὲ ἀξιόλογοι γεγόνασι τοῦ αὐτοῦ γένους, Διόδωροι δύο οἱ ῥήτορες, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐκαλεῖτο Ζωνᾶς, ὁ δὲ νεώτερος, φίλος ἡμῖν γενόμενος. καὶ ἱστορικὰ συγγράμματα ἔγραψε, καὶ μέλη, καὶ ἄλλα ποιήματα. Alterius horum meminit Schol. Aphthonij. Ῥητορικὴ τοίνυν ἐστὶν, ὡς Διόδωρός φησι, δύναμις εὑρετικὴ καὶ ἑρμηνευτικὴ, μετὰ κόσμου τῶν ἐνδεχομένων πιθανῶν ἐν παντὶ λόγῳ. Octavus, Siculus, cujus Bibliotheca exstat. Nonus, Sinopensis, Comicus; de quo videre est apud Suidam: ejusque Ἐπίκληρος bis laudatur ab Athenæo lib. VI. Αὐλητρίς, ab eodem lib. X. Decimus, Tarsensis, Grammaticus. Strabo, ubi recitat viros claros ex urbe Tarso oriundos, lib. XIV. Γραμματικοὶ δὲ, ὧν καὶ συγγράμματά ἐστιν, Ἀρτεμίδωρός τε καὶ Διόδωρος. Meminit ejus Erotianus. Διόδωρος ὁ γραμματικὸς, καὶ Ζήνων ὁ Ἡροφίλειος, τὸ κάμορον, κάμμορον, ἢ κάμαρον φασὶ καλεῖν τὸ κώνειον τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριέας. Hunc censeo esse cujus Ἀπομνημονεύματα citat Diogenes Laërtius in Speusippo, initio libri IV. Καθά φησι Διόδωρος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ. Eundem etiam, cujus Περὶ σταθμῶν citat Suidas in Τάλαντον. Neque alius putandus videtur, cujus Γλῶσσαι Ἰταλικαὶ, & Πρὸς Λυκόφρονα commemorantur ab Athenæo lib. XI. Nominat eum, sed incerto Opere, Hesychius in Διαγόρας. Διόδωρος, ὁ Ταρσεὺς, ἀναγινώσκει περιστερῶν Διαγορᾶς.

Lin. 12. *Ut Anaxagoras.)* Nempe Clazomenius, de quo est apud Diogenem Laertium, lib. II. Primus scripsit τὰ φυσικὰ,
22 ut volunt nonnulli. Clemens Strom. I. Ἀλκμαίων γοῦν Περίθου Κροτωνιάτης πρῶτος φυσικὸν λόγον συνέταξεν. οἱ δὲ, Ἀναξαγόραν Ἡγησιβούλου Κλαζομένιον, πρῶτον διὰ γραφῆς ἐκδοῦναι βιβλίον ἱστοροῦσιν. Citant Cicero, Plinius, Athenæus, alij. Scripsit etiam in carcere τὸν τοῦ κύκλου τετραγωνισμόν. Plutarchus De Exilio. Ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὸν τοῦ κύκλου τετραγωνισμὸν ἔγραφε. Fuerunt & tres alij isto nomine. Diogenes: Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀναξαγόραι, ὧν ἐν οὐδενὶ πάντα. ἀλλ' ὁ μὲν ἦν ῥήτωρ, Ἰσοκράτειος. ὁ δ' ἀνδριαντοποιός. οὗ μέμνηται Ἀντίγονος. ἄλλος, γραμματικὸς, Ζηνοδότειος. De rhetore, Isocratis discipulo, nescio an alibi aliquid legerim. De statuario, quem subjungit, observo Æginetam fuisse, apud Pausaniam Eliac. lib. I. Τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν Ὀλυμπίᾳ, τὸ ἀνατεθὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἐποίησεν Ἀναξαγόρας Αἰγινήτης. Ultimum verò, Grammaticum, Zenodoteum, eundem arbitror, quem incerto Opere citat Scholiastes Apollonij lib. IV. Ἀναξαγόρας φησὶν, ὅτι ταῖς ἀληθείαις Ἀχιλλέα τιμῶσι τοῖς περὶ Λακωνικὴν ταῦτα πέπλασται. Videtur scripsisse Περὶ τραγῳδίας. Observo apud Vitruvium in Proœmio lib. VII. *Namque primum Agatharchus Athenis Æschylo docente tragœdiam scenam fecit, & de eâdem commentarium reliquit. Ex eo moniti Democritus, & Anaxagoras, de eâdem re scripserunt.* Neque enim alius est putandus; ut neque iste, quem Περὶ βασιλείας scripsisse testatur Ælianus Var. Hist. lib. IV. cap. XIV. Καὶ Ἀναξαγόρας ἐν τῷ Περὶ βασιλείας φησί.

Lin. 14. *Ut Democritus.* Hujus scripta complura recenset Diogenes in vitâ ejus, lib. IX. Idem sex Democritos commemorat. Γεγόνασι δὲ Δημόκριτοι ἕξ. πρῶτος, αὐτὸς οὗτος. 23
δεύτερος, Χῖος, μουσικὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. τρίτος, ἀνδριαντοποιὸς, οὗ μέμνηται Ἀντίγονος. τέταρτος, περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ γεγραφὼς, καὶ τῆς πόλεως Σαμοθρᾴκης. πέμπτος, ποιητὴς ἐπιγραμμάτων, σαφὴς καὶ ἀνθηρός. ἕκτος, Περγαμηνὸς, ἀπὸ ῥητορικῶν λόγων. Primi multa ubique mentio. Secundi, nescio an alibi exstet. Tertij meminit Pausanias Eliac. II. Ἵππων δὲ Ἠλείων πυγμῇ παῖδα κρατήσαντα ἐποίησε Δημόκριτος Σικυώνιος. Et observa illic, Sicyonium fuisse, quod Diogeni non annotatum. Quartus, quem commemorat de Ephesino templo scripsisse, Ephesius fuit. Accipio ex Athenæo lib. XII. Καὶ περὶ αὐτῶν δὲ τῶν Ἐφεσίων Δημόκριτος Ἐφέσιος ἐν τῷ προτέρῳ Περὶ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ ναοῦ. Quinti, Epigrammatarij, unicum nobis Epigramma superest. Εἰς τὴν ἀνερχομένην ἀπὸ θαλάττης Ἀφροδίτην, Anthologiæ lib. IV. cap. XII. De sexto, Pergameno, non alibi legi. At verò addo his Trœzenium, qui scripsit Κατὰ σοφιστῶν. Laudat ipse Diogenes in Empedocle, lib. VIII. Δημόκριτος δὲ ὁ Τροιζήνιος ἐν τῷ κατὰ σοφιστῶν βιβλίῳ φησὶν αὐτὸν, &c. Et incertum est, cui tribuere

buere debeamus Opus περὶ τῆς σκηνῆς. Indicat illud Vitruvius in Proœmio lib. VII. *Agatharchus Athenis, docente Aeschylo tragœdiam, scenam fecit, & de eâ commentarium reliquit. Ex eo moniti Democritus, & Anaxagoras, de eâdem re scripserunt.*

Ibid. *Et Leucippus.)* Hic scripsit περὶ νῦ. Citat Stobæus in Eclog. Phys. Theophrastus attribuit quoque ipsi τὸν μέγαν διάκοσμον, quod Opus alij Democrito assignabant. Diogenes in Elencho Operum Democriti. Μέγας Διάκοσμος. ὃν οἱ περὶ Θεόφραστον Λευκίππου φασὶν εἶναι.

24 Pag. 302. lin. 23. *Ut Asclepiades putat.)* Meminit Asclepiadis quoque medici Plinius lib. XXIX. cap. 1. & Aëtius lib. VII. Tertullianus De Animâ, cap. XV. XXV. XXXVIII. Sed duos ego hoc nomine invenio. Vnus est φαρμακίων cognominatus; cujus Θηλεακὰ, & Γυναικεῖα, item Δυνάμεις, quod Opus in libros decem distinctum, citat Galenus De Comp. Med. per. gen. lib. 1. Καὶ Ἥρας μὲν ἐνέγραψε βιβλίον τῶν Δυνάμεων. Ἀσκληπιάδης δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς Φαρμακίων, δέκα, χωρὶς τῶν Θηλεακῶν, καὶ Γυναικείων. Alter ab hoc, Asclepiades Metrodorus; cujus meminit idem Galenus De Simpl. Medic. Pot. lib. 1. ὥσπερ δὲ ὑπερβάλλεσθαι βουλόμενος αὐτὸν τοῖς κατὰ τῶν αἰσθήσεων ψεύσμασιν ὁ Ἀσκληπιάδης Μητρόδωρος, ἄλλα τε καὶ ἄσφαλτον, ἐχ ὁμολογεῖ θερμαίνειν ἡμᾶς. Incertum utrius esse dicemus Τὰ Ἐκτὸς, quæ citat ille ipse De Compos. Medicam. per partes, lib. 11. Τὰ ὑπὸ Ἀσκληπιάδου γραφέντα ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐκτός. Ac laudat id Opus pluries eo ipso libro. Et Μαρκέλλας inscriptum fuit. Ecce in fine libri III. Τὰ ὑπ᾽ Ἀσκληπιάδου γεγραμμένα πρὸς τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐκτὸς, ἃ Μαρκέλλας ἐπιγράφει. Iterum lib. IV. Τὰ ὑπ᾽ Ἀσκληπιάδου καταταταγμένα κατὰ τὸ πρῶτον βιβλίον τῶν ἐκτὸς, ἃ Μαρκέλλας ἐπιγράφει. Sic alterum fuit ejusdem Opus, Τὰ ἐντός; inscriptum, Μνάσων. Idem Galenus ejusdem Operis lib. VII. Αἱ ὑπ᾽ Ἀσκληπιάδου γεγραμμέναι ἀντιδότοι ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐντὸς, ἃ Μνάσων ἐπιγράφει. Et occurrit illic pluries. Emendandus autem idem De Antidot. lib. 11. ubi semel atq; iterum Ἀσωνος scribitur pro Μνάσωνος. Invenio etiam

25 Asclepiadis Ἐξηγητικὸν τῦ κατ᾽ ἰητρεῖον apud Erotianum in Σκέπαρνος. Μαρτυρεῖ δὲ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ τῦ κατ᾽ ἰητρεῖον. Laudat περὶ ἑλκῶν Cassius Iatrosophista Problem. XXXIX. Ὁ γὰρ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν φησὶν, ὅτι πρὸς τὰ πληττόμενα κατ᾽ ἀρχὰς ἡ ὕλη φέρεται. Et ex isto ipso opere est sine dubio quod profert Problem. 1. Pariter incertum est Opus *Celerum Passionum*, apud Cælium Aurelianum Chron. lib. 1. cap. IV. & lib. 11. cap. VII. *Salutarium*, lib. 11. cap. VII. *De Clysteribus*, lib. 11. cap. XIII. *Parasceuasticωn libri*, ibidem. *De Hydrope*, lib. V. cap. 1. De alterutro capiendus est Stephanus in Νάξος. Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ τὰς Ναξίας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν, ἢ διὰ τὸ τὴν Ἥραν φίλην γενομένην τῷ Διονύσῳ, ταῖς Ναξίαις ἀπὸ δώρου παρασχεῖν. ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Διόνυσος ὕτως ἐτέχθη. Alius ab utroque hoc fuit Asclepiades Alexandrinus. Meminit ejus Scholiastes Aristophanis ad Nubes. Καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀλεξανδρεὺς τὺς κατὰ δῆμον ἄρχοντάς φησι. Alius Asclepiades Cyprius. Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. lib. IV. ὥς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος. Scipsit autem περὶ Κύπρυ καὶ Φοινίκης. Porphyrius loco citato. Λέγει καὶ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ περὶ Κύπρυ καὶ Φοινίκης ταῦτα. Invenio quoque Asclepiadem Arei F. qui scripsit περὶ Δημητρίυ τῦ Φαληρέως. Athenæus lib. XIII. ὡς Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν ὁ τῦ Ἀρείυ ἐν τῷ περὶ Δημητρίυ τῦ Φαληρέως συγγράμματι, τὸ κύριον αὐτῆς ὄνομα φάσκων εἶναι Μήλιχην. Celeberrimus omnium, Diotimi F. Myrleanus, Grammaticus, de quo est videre apud Suidam; qui ait eum scripsisse plurima, & recenset, φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά. Ejus Opus περὶ Κρατίνυ commemorat Athenæus lib. XI. περὶ Νεστορίδος, 26
bis terve ibidem. περὶ γραμματικῶν citat Anonymus in vitâ Arati. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ περὶ γραμματικῶν Ταρσέα αὐτόν φησι γεγονέναι, ἀλλ᾽ ὐ Σολέα. Suidas. Ὀρφεὺς, Κροτωνιάτης, ἐποποιός. ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν. Ejus ὑπόμνημα εἰς Ὀδύσσειαν nominat Etymologici Auctor in Ἀρναῖος. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ ὑπομνήματι τῆς Ὀδυσσείας. Parthenius Erotic. XXXV. Τὰ Βιθυνιακὰ laudat. Περὶ Εὐλιμένης ἱστορεῖ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς Βιθυνιακῶν πρώτῳ. Ex eoque Opere librum decimum legere est apud Scholiasten Apollonij lib. 11. Ἱστορεῖ Δηΐας ἐν πρώτῳ Ἀργολικῶν, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν δεκάτῳ Βιθυνιακῶν. Ælius Asclepiades περὶ στεφάνων legitur apud Athenæum. lib. XV. Τὰ ἐκ τῶν ἐπιγραφομένων Αἰλίυ Ἀσκληπιάδυ στεφάνων φέρε ἡμῖν. Fuit Asclepiades Anazarbensis, qui multa alia scripsit, & περὶ ποταμῶν. Stephanus in Ἀνάζαρβα. Καὶ Ἀσκληπιάδης Ἀναζαρβεὺς, ὁ πολλά τε καὶ ἄλλα, καὶ περὶ ποταμῶν γράψας βιβλίον. Alius item fuit Nicæensis, cujus meminit idem Stephanus in Νίκαια. Alius rursum Tragilensis, qui scripsit Τὰ τραγῳδούμενα, libris sex. Stephanus. Τράγιλος, πόλις μία τῶν ἐπὶ Θράκης, πρὸς τῇ Χεῤῥονήσῳ καὶ Μακεδονίᾳ. ἐκ ταύτης ἦν Ἀσκληπιάδης ὁ τὰ τραγῳδούμενα γράψας ἐν ἓξ βιβλίοις. Citat ejus Operis librum primum Schol. Pindari

Pindari Nemeonic. Od. VII. sed corrupto valde loco. Ἀσκληπιάδης διὰ τῶν τραγῳδουμένων φησὶν οὕτω. Restituo, Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν α τῶν ζ. Scholiastes Apollonij secundum nominat in Commentario ad lib. II. Καὶ
27 Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ ἐν δευτέρῳ τραγῳδουμένων. Tertius citatur apud Pindari Schol. Pythionic. Od. II. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν τραγῳδουμένων οὕτω γράφει. Quartum observo apud Harpocrationem in Δυσαύλης. Ἀσκληπιάδης δ' ἐν τετάρτῳ τῶν τραγῳδουμένων, τὸν Δυσαύλην αὐτόχθονα εἶναί φησι. Sextus ab Hesychio laudatur in ῥησιάρχος. Ὡς Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ τραγῳδουμένων. Quæ totidem verbis apud Suidam in eâdem dictione. Sic apud Pindari Scholiasten Pythionic. Od. IV. Καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ τραγῳδουμένων ἱστορεῖ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης Ὑμέναιον. Et indistinctè, sine ullo librorum numero, citant alij. Plutarchus in Isocrate. Καὶ Ἀσκληπιάδης, ὁ τὰ τραγῳδούμενα συλλέξας. Scholiastes Hesiodi in Theogoniam. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις εἰς κύκνον φησὶ μεταβληθῆναι τὸν Δία. Schol. Homeri ad Iliad. ζ. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ ἐν τραγῳδουμένοις. Et mox iterum ad extremum. ή. Ἐξ ἧς γενέσθαι τὸν Εὔηνον. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ ἐν τραγῳδουμένοις. Athenæus lib. 10. Ἀσκληπιάδης ἐν τραγῳδουμένοις τοιοῦτον εἶναί φησι. Harpocration in Μελανίππειον. Μελανίππου τοῦ Θησέως ἡρῷόν ἐστιν, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης τραγῳδουμένοις. Incertum est, cui tribuere debeamus τὰ Αἰγυπτιακά. è quibus librum sexagesimum commemorat Athenæus lib. III. Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν ἐν ἑξηκοστῷ Αἰγυπτιακῶν. Pariter incertum cujus sint τὰ Παντοδαπά, è quibus librum decimum citat Etymologici Auctor in Δίκρον. Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν παντοδαπῶν.

Pag. 303. lin. 4. *Ut Epicuro placet.*) Puto in Opere, Περὶ ἀτόμων. Scripsit autem plu-
28 rima, & nonnulla recenset Diogenes Laertius in ejus vitâ, lib. X. in his erat, Περὶ τέλους. Id commemorat etiam Athenæus, lib. VII. Ἐπίκουρος γὰρ ἦν ὁ τούτων διδάσκαλος, ὃς καὶ βοῶν ἔλεγεν, ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονὴ καὶ τὰ σοφὰ καὶ τὰ περιττὰ εἰς ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν. κἂν τῷ Περὶ τέλους δὲ φησὶν οὕτω πως. Ac meminit iterum bis lib. XII. Idem laudat Epistolam ejus, Περὶ ἐπιτηδευμάτων, lib. VIII. & alias ad Hermachum, lib. XIII. Ἐπιτομὴ πρὸς Ἡρόδοτον exstat apud Diogenem loco citato, meminitque ipse Epicurus in Epistola ad Philoclem. Καὶ διὰ μνήμης ἔχων ὀξέως αὐτὰ περιόδευε μετὰ τῶν λοιπῶν, ὧν ἐν τῇ μικρᾷ ἐπιτομῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἀπεστείλαμεν. Et Achilles Tatius in Prolegomenis ad Arati Phænomena. Τοὺς ἀστέρας δὲ ζῷα εἶναι ὑπὸ Ἀναξαγόρα, ὑπὸ Δημοκρίτῳ δοκεῖ, ὑπὸ Ἐπικούρῳ ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιτομῇ. Invenio quoque Περὶ ῥητορικῆς, non commemoratum Diogeni. Citat Scholiastes Hermogenis. Ὁ δέ γε Ἐπίκουρος ἐν τῷ Περὶ ῥητορικῆς αὐθαδέστερον οἶμαι λέγων φησὶν, αὐτὸς μόνος εὑρηκέναι τέχνην πολιτικῶν λόγων.

Pag. 305. lin. 8. *Empedocles quidem principalem animæ vim constituit in corde.*) Empedoclis Opera commemorantur à Diogene Laërtio in vitâ ejus, lib. VIII. Περὶ φύσεως. Καθαρμοί. Ἰατρικὸς λόγος. Τραγῳδίαι Et Physicorum quidem tres libros fuisse dicit Suidas, habuisseque versus bis mille. Verba ejus in Ἐμπεδοκλῆς ecce ista sunt. Ἔγραψε δὲ ἐπῶν Περὶ φύσεως τῶν ὄντων, βιβλία τρία. καὶ ἔστιν ἔπη ὡς δισχίλια. Et hoc puto Opus hic respectum à Chalcidio. Aristoteles pluries citat. Καθαρμοὶ recensentur item ab Athenæo lib. XIV. Τοὺς δ' Ἐμπεδοκλέους
Καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν Ὀλυμπίασι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός. Isacius Tzerzes allegat Περὶ νείκους in Commentario ad Lycophronem. Κόρσις κυρίως ἡ μῆνιγξ λέγεται. νῦν δὲ τὴν κεφαλὴν φησιν, ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐν τῷ Περὶ νείκους. 29

Ὡς πολλῶν μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.

Etiam Περσικὰ laudat Aristoteles Problem. Sect. XXI. Problem. XXII. Ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς μετήνεγκεν ἐν τοῖς Περσικοῖς ἐπῶν,

Ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας. —

Sed vereor ne mendosus ille locus, legendumque sit; ἐν τοῖς Φυσικοῖς. Nam ecce apud eundem Aristotelem Meteorolog. lib. IV. cap. IV. Ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν ἐν τοῖς φυσικοῖς.

Ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας.

Pag. 306. lin. 20. *Spiritum quippe Zenon quæris hactenus.*) Loquitur de Stoicis, ideoque intelligendus Zeno Cittieus, ejus sectæ conditor; cujus scripta enumerat Diogenes Laertius in ejus vitâ, lib. VII. quibus ego addo libros Χρειῶν, quos commemorat idem Diogenes in Cratete, lib. VI. Ζήνων δ' αὐτὸν ὁ Κιτιεὺς ἐν ταῖς Χρείαις, καὶ κῴδιον αὐτόν φησί ποτε προσράψαι τῷ τρίβωνι. Octo autem Zenones commemorat. Γεγόνασι δὲ Ζήνωνες ὀκτώ. πρῶτος, ὁ Ἐλεάτης, περὶ οὗ λέξομεν. δεύτερος, αὐτὸς οὗτος, τρίτος, Ῥόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἑνιαίαν: τέταρτος, ἱστορικός, τὴν Πύῤῥου γεγραφὼς ἱστορίαν εἰς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτομὴν τῶν πεπραγμένων Ῥωμαίοις τε καὶ Καρχηδονίοις. πέμπτος, Χρυσίππου μαθητής, βιβλία μὲν ὀλίγα γεγραφώς, μαθητὰς δὲ πλείστους καταλελοιπώς. ἕκτος, ἰατρὸς Ἡροφίλειος, νοῆσαι μὲν ἱκανός, γράψαι δὲ ἄτονος. ἕβδομος, γραμματικός, 30
οὗ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπιγράμματα φέρεται. ὄγδοος, Σιδώνιος τὸ γένος, φιλόσοφος Ἐπικούρειος, καὶ νοῆσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφής. De duobus prioribus ipse agit, libb. VII. & IX. De tertio, Rhodio, quem ait τὴν ἐντόπιον ἱστορίαν

ἱστορίαν ἐνιαίαν scripsisse, intelligit Opus, quod respexit Diodorus Siculus Biblioth. lib. V. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχαιολογουμένων παρὰ Ῥοδίοις, οὕτω τινὲς μυθολογοῦσιν· ἐν οἷς ἐστι καὶ Ζήνων, ὁ τὰ περὶ ταύτης συνταξάμενος. Quartum, & quintum, non memini alibi allegari. Sextum, medicum Herophileum, laudat Erotianus in Ἄμβην. Ζήνων δ' ὁ Ἡροφίλειος, ὑπεροχὴν τῶν θυρῶν μανδάλῳ ὁμοίαν. Iterum in Καμμάρῳ. Διόδωρος ὁ γραμματικὸς καὶ Ζήνων ὁ Ἡροφίλειος, τὸ Κάμορον, Κάμμαρον, ἢ Καμαρὸν φασὶ καλεῖν τὸ κώνειον τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριέας. Galenus in Lexico Hippocratis. Ζήνων δὲ ὁ Ἡροφίλειος, τὸ κώνειον. Idem est, cujus meminit Rufus Περὶ ἀνθρώπ. μορ. Θερμασίαν δὲ καὶ πνεῦμα Ζήνων τὸ αὐτὸ εἶναί φησιν. Nec alius putandus est, cujus meminit Plinius lib. XXII. cap. XXII. Septimus, Grammaticus, ille ipse est, qui Myndius ab aliis indigetatur, cujusque meminerunt Clemens in Protreptico, Arnobius lib. VI. Zenobius Cent. II. Proverb. XXX. Etymologici Auctor in Μορίαν. Stephanus in Μύνδος. Octavi, Sidonij, mentionem facit Proclus ad primum Euclidis lib. III. Οἱ δὲ, ἤδη καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐπιστρέψαντες, οὔ φασὶ τὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἀποδείκνυσθαι, μὴ συγχωρηθέντος αὐτοῖς καὶ ἄλλου τινὸς, ὃ μὴ προειλήπται ἐν ταῖς ἀρχαῖς. τοῦτον γὰρ τρόπον τῆς ἀντιρρήσεως μετῆλθεν Ζήνων ὁ Σιδώνιος.

Lin. 24. *Item Chrysippus.*) Plurima Chrysippi scripta fuerunt, in Συντάξεις varias distincta, ut est videre apud Diogenem Laertium in ejus vitâ, lib. VII. Meminitque

31 harum Chrysippi Συντάξεων etiam Arrianus in Epictetum lib. II. cap. XVII. Κἂν πάσας τὰς Συναγωγὰς καὶ τὰς Συντάξεις τὰς Χρυσίππου μετὰ τῶν Ἀντιπάτρου καὶ Ἀρχεδήμου διέλθωμεν. Sed Diogenis liber citatus, quod per occasionem hanc monendum, ubi Chrysippi hujus Opera recenset, omninò mutilus. Neque enim ibi laudatur liber Περὶ νόμου· è quo Marcianus lege secundâ D. *De Legibus* quædam profert. Deinde vel illinc conjecturam facere liceat, quod, cum dixerit; Ἠθικοῦ τόπου Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν σύνταξις πρώτη, nullæ amplius Συντάξεις sequantur. Atqui cum scriberet, Σύνταξις πρώτη, indicium satis manifestum est, etiam alias subjecisse; quæ sine dubio ibi exciderunt. Et ecce titulos qui desiderantur, apud Athenæum. Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πραγματείαν, libb. IV. & XI. Περὶ τοῦ καλοῦ, καὶ τῆς ἡδονῆς, libb. III. IV. VIII. IX. XIII. XIV. Περὶ ὁμονοίας lib. IV. Περὶ τῶν δι' αὐτὰ αἱρετῶν, lib. VII. Περὶ τῶν μὴ δι' αὐτὰ αἱρετῶν, lib. IV. Πολιτεία, apud Sextum Pyrrhon. Hypotyp. lib. III. cap. XXIX. *Atque adeò Chrysippus in Politiâ suâ dogma hoc ponit.* Περὶ εἱμαρμένης. Apud Fulgentium Mytholog. lib. I. *Fortuitis compulsationibus moti nascuntur errores, ut etiam Chrysippus* DE FATO *scribens ait.* Sed plures hoc nomine fuerunt; & alter Cnidius, medicus; tertius, hujus filius, item medicus: quartus, Erasistrati discipulus, quintus, qui Γεωργικὰ scripsit. Diogenes Laertius. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Χρύσιππος Κνίδιος, ἰατρὸς, παρ' οὗ φησιν Ἐρασίστρατος τὰ μάλιστα ὠφελῆσθαι. καὶ ἕτερος, υἱὸς τούτου, ἰατρὸς Πτολεμαίου· ὃς διαβληθεὶς περιήχθη καὶ μαστιγού-

μενος ἐκολάσθη. ἄλλος, μαθητὴς Ἐρασιστράτου. καί τις, γεωργικὰ γεγραφώς. Ac Cnidij 32

certè, aut filij ejus, puto fuisse *De Brassica*, quod citat Plinius lib. XX. cap. IX. *Brassicæ laudes longum est exsequi, cum & Chrysippus medicus privatim volumen ei dicaverit.* Item alterum *De Lumbricis.* Cælius Aurelianus Chron. lib. IV. cap. VIII. *Chrysippus, Asclepiadis sectator, libro tertio De Lumbricis, solis in celeribus causis, sive periculosis, mortuos inquit lumbricos egestos interfectionem agro portendere.* Meminit ejus iterum lib. I. cap. IV. & lib. II. cap. V. Ejusdem videri potest Opus Περὶ λαχάνων, quod laudat Scholiastes Nicandri Alexipharmacis. Μνημονεύει δὲ αὐτῆς Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ λαχάνων. Meminit Chrysippi quoque medici cujusdam Rufus περὶ τῶν ἐν νεφροῖς, cap. περὶ φλεβοτομίας. Ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ τοῦ Χρυσίππου κατάπλασμα. Sextus est Chrysippus Tyaneus; cujus Ἀρτοκοπικὸν nominat Athenæus libb. III & XIV. Citatur sæpe Chrysippus aliquis ab Auctore Etymologici, quem ego illum esse autumo, de quo primo loco dictum. Solensem, philosophum; cujus libros quinque περὶ τῶν λέξεων πρὸς Σωσιγένην καὶ Ἀλέξανδρον. & quatuor alios, περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀνωμαλίας πρὸς Δίωνα, recenset Diogenes.

Pag. 330. lin. 13. *At verò Heraclitus.*) In Physicis nempe. Videndus de eo Diogenes lib. IX. ubi plures quoque isto nomine nobis enumerat; quibus addo Heraclitum Sicyonium, qui scripsit περὶ λίθων. Meminit Plutarchus De Flum. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κρύφιος, ὃς μόνοις τοῖς μυστηρίοις τῶν θεῶν φαίνεται, καθὼς ἱστορεῖ Ἡράκλειτος Σι-

κυώνιος ἐν δευτέρῳ περὶ λίθων. Ac fortassis 33

hoc ipsum Opus respexit Aristoteles Sect. XXIII. Problem. XXX. Διὸ καὶ φασί τινες τῶν Ἡρακλειτιζόντων, ἐκ τοῦ ποτίμου ξηραινομένου, καὶ πηγνυμένου, λίθους γίνεσθαι. Laudatur & Heraclitus Tyrius a Cicerone Academic. Quæst. lib. VI.

Pag. 336. lin. 14. *Et tanquam penetrabilibus*) Malim. *Et tanquam in penetralibus.*

Pag. 340. lin. 24. *Alcmæus Crotoniensis*) Scrib. *Alcmæon C.* Hic primus περὶ φύσεως dicitur scripsisse. Diogenes Laertius in ejus vitâ, lib. VIII. Δοκεῖ δὲ πρῶτος, φυσικὸν λόγον συγγεγραφέναι. Clemens Strom. I. Ἀλκ-

μαίων γ' ὢν Πειρίθου Κροτωνιάτης πρῶτος φυσικὸν λόγον συνέγραφεν. Theodoretus Auctorem Opusque nominat Therapeut. lib. I. Καὶ Ἀλκμὰν ὁ Πειρίθου Κροτωνιάτης, ὃν πρῶτον φασὶ περὶ φύσεως συγγράψαι. Sed corruptum Auctoris nomen, scribendumque. Καὶ Ἀλκμαίων. Estque idem mendum iterum lib. V. Θαλῆς τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν. Ἀλκμὰν δὲ, αὐτὴν αὐτοκίνητον εἴρηκεν. Restitue ad eandem faciem. Nam Alcman, & Alcmæon, sunt nomina diversa. Alius fuit à Philosopho Alcmæon iste, cujus tragœdia Ἀστυδάμας citatur ab Aristotele de Poeticâ, cap. XV. Τοῦτο μὲν οὖν ἔξω τοῦ δράματος. ἐν δὲ αὐτῇ τῇ τραγῳδίᾳ οἷον ὁ Ἀλκμαίωνος Ἀστυδάμας. Ac censeo hunc ipsum esse, cujus mentionem facit Hesychius. Βλὴρ, δέλεαρ. τὸ δὲ αὐτὸ, καὶ ἆθμα. παρὰ Ἀλκμαίωνι ἡ λέξις.

Lin. 23. *Et Callisthenes, Aristotelis auditor.*) Hic Callisthenes fuit Olynthius, Aristotelis consanguineus. Vide de eo Suidam in Καλ-
34 λισθένης, Diogenem in Aristotele, Plutarchum in Alexandro, Curtium lib. VIII. Justinum lib. XV. Philostratum de vitâ Apollonij lib. VII. cap. I. Ciceronem in Orat. pro Rabirio, & Tusc. Quæst. lib. III. Sed an Philosophicum aliquid unquam edidit? Non memini observare. Historiam scripsit Alexandri Magni, cujus in comitatu erat. Cicero de Orat. lib. II. *Callisthenes, Comes Alexandri, scripsit Historiam.* Puto designari illud Opus, quod Μακεδονικὰ inscriptum erat. Plutarchus in Parallelis: ὁ δὲ ὀπίσω διαγωνισάμενος πρὸς τοὺς οἰκείους σώζεται, ἀπολέσας τὸν ὀφθαλμὸν, ὡς Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν. Citat quoque Stobæus Serm. VII. Cicero laudat *Bellum Trojanum* ad Famil. lib. V. Epist. XII. *Conjunctè ne malles cum ceteris rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Trojanum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes à perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt.* Scripsit quoque Κυνηγετικά. Plutarchus de Flum. Καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν κυνηγετικῶν. Citat Ἑλληνικὰ Stephanus in Τεγύρα. Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι, Athenæus lib. X. τοιοῦτόν τι καὶ Καλλισθένης ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φησιν. Orsus id Opus ab Olympiadis XCVIII. anno II. libris decem historiam annorum triginta complectebatur. Anonymus in Descriptione Olympiadum ad istum annum ita notat. Καλλισθένης ὁ ἱστοριογράφος τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα τὴν ἱστορίαν ἤρκται γράφειν. διελθὼν δὲ τὸν τριακονταετῆ χρόνον ἔγραφε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς
35 συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ. Et mox ad Olymp. CV. annum IV. Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βιβλίοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ. Eadem, atque iisdem verbis, dicit Diodorus Siculus lib. XVI. Scripsit & Θρᾳκικά. Plutarchus in Parallelis. Οἱ δὲ ἐγχώριοι ὡς προδότην ὑποπτεύσαντες, λιθόλευστον ἐποίησαν, ὡς Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Θρᾳκικῶν. Apostolius Περσικὰ commemorat in Proverbio, Σαρδαναπάλου βίος. Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Περσικῶν δύο ἔφη γεγονέναι τοὺς Σαρδαναπάλους. Invenio etiam Μεταμορφώσεις. Plutarchus in Parallelis, Τῆς δὲ ὡρισμένης προθεσμίας παρελθούσης, χρύσεος ὁρᾶται. ὡς Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεων. Citat etiam Stobæus Serm. VI. περὶ ἱεροῦ πολέμου laudat Athenæus lib. XIII. Καὶ ὁ Κιῤῥαϊκὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε Κιῤῥαῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαέτης ἦν. Apud Pollucem Ἀποφθέγματα citantur, lib. IX. cap. VI. Φησὶ γοῦν ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασιν ὁ Καλλισθένης, ὑπ' Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνίτου τὸν ποιητὴν Πέρσιον ἀμελούμενον εἰς Μιτυλήνην ἀπελθόντα θαυμάζοντα γράψαι. Ita Περίπλους apud Scholiasten Apollonij lib. I. Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Περίπλου καὶ ἔχθραν φησὶ τοὺς οἰκοῦντας τὴν Κύζικον ἐπιθέσθαι νυκτὸς τοῖς Ἀργοναύταις. Sed an hæc omnia unius Callisthenis? omnino ambigo. Nam ecce alter quoque fuit, Sybarita, cujus Γαλατικὰ nominat Plutarchus de Flum. Καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ' Γαλατικῶν. Ejusdem ex eodem Opere libri fragmentum habes apud Stobæum Serm. XCVIII.

Lin. 24. *Et Herophilus.*) Hic medicus 36
celeberrimus citatur non semel à Plinio, Plutarcho, & medicis Græcis. Scripsit Περὶ σφυγμῶν. Galenus citat Περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν, lib. IV. Ἐναντίως δὲ αὐτῷ τὸν Ἡρόφιλον εὕροις ἂν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς Περὶ σφυγμῶν πραγματείας διορίζοντα σφυγμὸν παλμοῦ. Et occurrit illic pluries. Designat Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum, evidens, index ferè morborum in modulos certos legesque metricas, per ætates, stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo medicinæ vate mirandâ arte.* Scripsit quoque Περὶ νεύρων ἀνατομῆς. Galenus Περὶ τῶν πεπονθότων τόπων lib. III. cap. X. Ἀδιόριστον δὲ τοῦτο καταλειφθὲν ὑφ' Ἡροφίλου τε καὶ Εὐδήμου, τῶν πρώτων μεθ' Ἱπποκράτην νεύρων ἀνατομὴν ἐπιμελῶς γραψάντων. Etiam Glossas in Hippocratem. Observo ex Galeno, in proœmio Lexici Hippocratei. Τὰς γλώττας ἂν ἐξηγήσαιτο μόνας, ὥσπερ ὁ Ἡρόφιλος ἐποίησε, καὶ Βακχεῖος. Atque ex iis fuerit quod Erotianus inquit in Ἀλυσμόν. Ἀλλ', ὡς εἰκὸς, ἐπλάνησεν αὐτὸν Ἡρόφιλος, συνών-

συνώνυμον θεὶς τὸ Ἀλύῳ τῷ Πλαναᾶσθαι.

Pag. 378. lin. 2. *Ut Thales.*) De Thalete, aliisque istius nominis, & hâc ejus opinione, est videre apud Diogenem Laertium lib. I.

Lin. 6. *Inque eâdem sententiâ Homerus esse invenitur, cùm Oceanum & Tethyn dicat parentes esse geniturae: cumque jusjurandum deorum constituat aquam, quàm quidem ipse appellat stygem.*) Tres Homeri apud Suidam commemorantur. Antiquissimus, hic noster; alter, Myrûs F. de Pleiade unus: tertius, Sellius. Vide illic. Nostri hujus de Oceano ejusque
37 conjuge locus, quem designat Chalcidius, exstat Iliad. ξ.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

De styge, & deorum per eam jurejurando, locus est Odyss. ε.

Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Utrumque complexus est Aristoteles Metaphysic. lib. I. cap. III. Εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ τοὺς παμπαλαίους, καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως καὶ πρώτους θεολογήσαντας, οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως ὑπολαβεῖν. Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην ὑπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν. Quod verò deorum per Stygem jusjurandum attinet, vide quæ de eo copiosè à me notata * adhuc adolescente ante viginti amplius annos.

Lin. 13. *An verò Anaximenes.*) Intelligit Milesium, Philosophum; nam duo alij fuerunt, Lampsaceni uterque: unus Rhetor, simul & Historicus; alter, Historicus tantum: Diogenes in Anaximene lib. II. Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι δύο, Λαμψακηνοί, ῥήτωρ, καὶ ἱστορικός. ὃς ἀδελφῆς υἱὸς ἦν τοῦ ῥήτορος, τοῦ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις γεγραφότος. Ecce, Opus ejus Historicum, res ab Alexandro. Quin Philippi etiam scripsit. Observo apud Pausaniam Eliac. lib. II. Ἐνταῦθα καὶ Ἀναξιμένους οἶδα εἰκόνα ἀνακειμένην, ὃς τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα, καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου, καὶ ὕστερον Ἀλέξανδρος, εἰργάσατο, συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα. Ad Philippica quod attinet, ex iis librum IV. citat Eustratius in Aristotelis Ethic. lib. III. cap. VIII. Ἱστορεῖ περὶ τῆς μάχης ταύτης Κηφισόδωρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ
38 τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου καὶ Ἀναξιμένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Φίλιππον. Librum VII. laudat Harpocration in Μάσσα. Ταύτας τὰς πόλεις εὑρίσκομεν παρ' Ἀναξιμένει ἐν ἑβδόμῳ τῶν περὶ Φίλιππον. Quem locum transscripsit quoque in eadem voce Suidas. Librum VIII. lego apud eundem Harpocrationem in Καβύλη. Ὡς φησὶ Θεόπομπος τε ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἑβδόμῃ, καὶ Ἀναξιμένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν. Porrò neque hoc prætereundum, dicere Pausaniam conscripta ab illo item τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα; quibus verbis designare ipsum puto aliud Opus, Πρώτας ἱστορίας inscriptum. Meminit ejus Athenæus lib. VI. Ἀναξιμένης δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἐν ταῖς Πρώταις ἐπιγραφομέναις ἱστορίαις. Illud Opus unde orius, quo deduxerit, quidque in eo comprehenderit, & quot libris, docet Anonymus in Descript. Olymp. anno II. Olymp. CIV. Ἀναξιμένης δὲ ὁ Λαμψακηνὸς τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν ἀπεγράψατο, ἀρξάμενος ἀπὸ θεογονίας, καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων. κατέστρεψε δὲ εἰς τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, καὶ τὴν Ἐπαμινώνδου τελευτήν. περιέλαβε δὲ πάσας σχεδὸν τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πράξεις ἐν βίβλοις δώδεκα. Quæ totidem verbis habes in ejusdem Olympiadis illo ipso anno apud Diodorum Siculum lib. XV. Anaximenis Rhetoris meminit etiam Suidas. Ἀναξιμένης, Ἀριστοκλέους, Λαμψακηνός, ῥήτωρ, μαθητὴς Διογένους τοῦ κυνός. Et Plutarchus in Publicolâ. Εἴ γε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν. Item Strabo lib. XIII. Ἐκ Λαμψάκου δὲ Χάρων ὁ συγγραφεύς, καὶ Ἀδείμαντος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ. Dionysius quoque Halicarnasseus in Epistolâ ad Ammæum. Οὔτε Ἰσοκράτης, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Ἀλκιδάμας, οὔτε οἱ τούτοις συμβιώσαντες τοῖς ἀνδράσι, παραγγελμάτων τεχνικῶν συγγραφεῖς, καὶ 39
ἀγωνιστῶν λόγων ῥητορικῶν. Et Quintilianus lib. III. cap. IV. *Anaximenes judicialem, & concionalem, generales partes esse voluit.* Ac censeo hunc ipsum esse, quem nominat Diogenes in Thalete, lib. I. Ἀναξιμένης δέ φησι πάντας ἐπιθέσθαι ποιητικῆς. Historicum puto esse, cujus meminit Strabo libro citato. Ἀναξιμένης δὲ ὁ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ φησὶ λέγεσθαι Κολωνάς, καὶ ἐν τῇ Φωκίδι, καὶ ἐν Θετταλίᾳ. Iterum lib. XIV. Ἀναξιμένης γοῦν ὁ Λαμψακηνὸς οὕτω φησίν, ὅτι καὶ Ἴκαρον τὴν νῆσον, καὶ Λέρον, Μιλήσιοι συνῴκισαν. Et Athenæus lib. V. Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης, ἔτη μα. Θεόπομπος δέ φησι λε. Ἀναξιμένης μ'. Opera ejus, Βασιλέων μεταλλαγαί. Stephanus in Πασαργάδαι. Παραθέμενος Ἀναξιμένην ἐν μεταλλαγαῖς βασιλέων οὕτω γράφοντα. Athenæus lib. XII. Ἀναξιμένης δὲ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Βασιλέων μεταλλαγαί, περὶ τοῦ Στράτωνος τὰ αὐτὰ ἱστορήσας διαμιλλᾶσθαι φησὶν αὐτὸν Νικοκλεῖ, τῷ τῆς ἐν Κύπρῳ Σαλαμῖνος βασιλεύσαντι.

Lin. 24. *Ut Xenophanes.*) Scripsit Ἔπη, Ἐλεγείας, Ἰάμβους. Diogenes in ejus vitâ, lib. IX. Γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι, καὶ ἐλεγείας, καὶ ἰάμβους, καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα. Et Elegias quidem laudat etiam in Pythagora, lib. VIII. Περὶ δὲ τοῦ ἄλλοτε ἄλλον γεγενῆσθαι, Ξενοφάνης δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις φησίν. Idem Παρῳδὰς ejus commemorat, lib.

* Vide Meursium ad Lycophronis vers. 705.

lib. II. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν παρῳδίαις. Ejuſdem opera fuerunt, Κολοφῶνος κτίσις, &, Ἰταλίας εἰς Ἐλέαν ἀποικισμός. Diogenes loco citato. Ἐποίησε δὲ καὶ Κολοφῶνος κτίσιν, καὶ τὸν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸν, ἔπη δισχίλια. Pollux citat etiam περὶ φύσεως,
40 lib. VI. cap. IX. Τάχα δ' ἄν τις καὶ κεράσια φαίη, κέρασον τὸ δένδρον ἐν τῷ περὶ φύσεως Ξενοφάνους εὑρών. Fuit & alius Xenophanes, Lesbius, poëta Iambicus. Diogenes loco citato, Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ξενοφάνης, Λέσβιος, ποιητὴς ἰάμβων.

Ibid. *Meliſſus.*) Intelligit Samium, Parmenidis auditorem. Alius fuit Meliſſus Euboicus, cujus meminit Fulgentius Mytholog. lib. II. *Ideò verò in Cycnum converſus dicitur, quod ferant Phyſiologi, quàm maximè Meliſſus Euboicus, qui omnium Phyſiologorum ſententias diſputavit, hujus generis avem ita convitiis plenam eſſe, ut ipſâ ave clamante reliquæ aves taceant, quæ præſio fuerint.* Hunc puto eſſe, quem nominat Servius Æneid. IV. *Hos Meliſſus ab Homero Achabas appellari ait.* Et *De apibus* ſcripſiſſe ait, lib. VII. *Meliſſus, qui* DE APIBVS *ſcripſit, ait, Duobus pedibus ſe tenent.* Laudat tanquam Hiſtoricum Palæphatus in proœmio libri περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν. Αἰεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τοὺς συγγραφέας, Μέλισσον, καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον. Neſcio an diverſus fuerit Meliſſeus, quem Δελφικὰ ſcripſiſſe diſcimus ex Joanne Tzetze Chil. VI. cap. XC.

Ἡ Πιερία ὕστερον Λύγκος μετωνομάσθη.
Ἧς τὴν ἀρχὴν, ὡς Μελισσεὺς ἐν Δελφικοῖς που γράφει.
πρῶτος παῖς Ἠμαθίωνος Ἀέροπος ἐσχήκει.

Et corrigendus eſt eâdem de re alter ejus locus in Commentario ad Heſiodi lib. I. Καὶ ἡ μὲν πιερία πρότερον ὑπὸ πιέρου τοῦ Μεθώνης ἀδελφοῦ, πατρὸς δὲ Λίνου, πιερία ἐκέκλητο. ἧς καὶ τὴν ἀρχὴν ἔσχεν Ἀέροπος, ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἠμαθίωνος παίδων, καθὰ Μελισσεύς φησιν, ὁ τὰ Δελφικὰ συνταξάμενος. Perperam editur: ὁ τὰ Ἀδελφικὰ συνταξάμενος.

Ibid. *Parmenides.*) Hic philoſophiam carmine tractavit. Diogenes in ejus vitâ, lib. 41
IX. Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδος. Plutarchus De Aud. Poet. Ἐμπεδοκλέους Ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ Θηριακὰ Νικάνδρου, καὶ Γνωμολογίαι Θεόγνιδος. Iterum De Auditione. Μέμψαιτο δ' ἄν τις Ἀρχιλόχου μὲν τὴν ὑπόθεσιν, Παρμενίδου δὲ τὴν στιχοποιΐαν. Ac citantur ex carminibus ejus ab Ariſtotele libris De Xenophane & De Zenone. Clemens Strom. IV. V. VI. Stobæus Serm. CXII. Theodoretus Therapeut. lib. I. II. IV. Corruptum eſt ejus nomen apud Proclum in primum Euclidis, lib. II. Καὶ γὰρ οἱ ἀποφατικοὶ λόγοι προσήκουσι ταῖς ἀρχαῖς, ὡς ὅπερ Μενίδης ἡμᾶς ἀναδιδάσκει. Omninò reſcribendum cenſeo. ὡς ὁ Παρμενίδης ἡμᾶς ἀ.

Pag. 393. lin. 6. *Numenius, ex Pythagoræ magiſterio.*) De Numenio, ejuſque ſcriptis, vide quæ notavi pridem in Notis ad Heſychium Mileſium.

Pag. 422. lin. 1. *Quod cryſtallus vocatur ab Alpinis gentibus montium Rheticorum.*) Cryſtallus in Alpibus commendatur. Plinius lib. XXXVII. cap. II. *Contraria huic cauſa cryſtallum facit, gelu vehementiore concreto. Non alibi certè reperitur, quàm ubi maximè hibernæ nives rigent, glaciemque eſſe certum eſt; unde & nomen Græci dedère. Laudata in Europa Alpium jugis.*


Pag. 440. lin. 11. *Quam Apollonius artifex auxit animo.*) Meminit hujus Apollonij Plinius lib. XXXVI. cap. V. *Zethus, & Amphion, ac Dirce & Taurus, vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta, opera Apollonij.*

Pag. 459. lin. 18. *Arma Cerealia.*) Reſpexit locum Virgilij Æneid. lib. I. 42

Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma, Expediunt.

Pag. 462. lin. 20. *Cebes.*) Intelligit Thebanum, de quo Diogenes lib. II. & ex eo Suidas. Alius eſt Cebes Cyzicenus, cujus meminit Athenæus lib. IV.

FINIS.





DE

DE CHALCIDIO
Auguſtini Juſtiniani, & Jacobi Antiquarij, JUDICIA.

AUG. JUSTINIANUS, ORDINIS Prædicatorij, Epiſcopus Nebienſium, Joanni Epiſcopo Metenſium, & Tullenſium, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinali Lotharingo, S.



Movit, & quodammodo compulit, diligentia me tua, ſacratiſſime præſul, qui nuſquam non veſtigas abſtruſa, & recondita, cùm philoſophorum, tum ſacrorum voluminum, ut lucubrationes illas in Timæum Platonis, antiqui ſcriptoris, Chalcidij ad te darem: quod certò ſcirem, Chalcidicâ lectione multum luminis acceſſurum tuis in primis ſtudiis, quæ à communibus, & vulgaribus, remotiora habentur. Is ſi quidem auctor cuncta pro dignitate, & rerum pondere, pertractat. Nec eſt in eo, ut uno omnia verbo dicam, quicquam aut amputandum, aut deſiderandum. Liquet verò priſcorum omnium ſapientum varia illum percalluiſſe dogmata. Sed ante omnia videre eſt, quàm ingenuè, quàm non affectatè, & omni remotâ paſſione, de ſingulis loquatur; non magis uni, quàm alij, addictus familiæ: adeò ut ſubinde in dubium mihi venerit, Hebræus ne fuerit, an Chriſtianus, Chalcidius; ita ſe gerere medium inter utroſque videtur. Itaque viſa eſt mihi hujus lectionis majeſtas tantum junioribus differre, quantum intereſt inter prophetarum, & oratorum, libros. Videbis enim illum egregiè reſerare principia, de caſu, de fortunâ, de fato, de providentiâ, de præſcientiâ, de libero arbitrio, de prænotionibus, de divinatione, de eloquentiâ, de honore, de regno, de legitimâ educatione, deque maximis rebus divino conſequendis auxilio. Sed & de elementis, de cœlo, de ſtellis, de cometis, de tempore, de ævo, de æternitate, de animâ, de entelechiâ, de primâ materiâ, quam ſylvam more Platonicorum vocat, de ſpeculis, de dæmonibus, de angelis, de Hebræis patribus, de eo quid Moſeus ſcripſit caput rerum, Deus condidit cœlum, & terram, *de his inquam omnibus, doctè & eloquenter diſſerit. Hæc autem ſcripſit Chalcidius abhinc mille centum & triginta annis, ad Oſium Cordubenſem Epiſcopum, qui concilio præfuit Sardicenſi; unde non me magna capit admiratio, quod nec genus, nec patriam, hominis reperire potuerim, præſertim cùm liber ejus rariſſimus eſſet inventu. Sed cave, precor, ſuſpiceris, ſapientiſſime Antiſtes, exiguo hoc munuſculo arbitrari me relatam tibi gratiam pro ſummis tuis erga me beneficiis, quùm ſuperiore anno Antonium illum fratrem tuum, Illuſtriſſimum Lotharingiæ Ducem, tui atque illius ſalutandi gratiâ, inviſerem apud Novam villam, ditionis veſtræ oppidum. Vos enim, quæ veſtra fuit humanitas, eâ me liberalitate excepiſtis, quæ illos principes vel maximè decet, qui à non minus ſplendidis, quam religioſis, regibus genus duxerunt. Fuerunt namque majores veſtri, ut cætera omittam, quibus viri clariſſimi aditum ſibi ad immortalitatem munierunt, munificentiâ, ſplendore, gloriâ, ac religione adeò illuſtres, ut nullis unquam ceſſiſſe videantur. Quod cum pleraque alia, tum præcipuè recepta de Barbarorum manibus Hieroſolyma, multiſque demum poſſeſſa annis (facinus certè omnium, quæ unquam attentaverunt Chriſtiani, præclariſſimum) abunde declarant. Quorum vos, ceu legitimi virtutum paternarum hæredes, veſtigia ſecuti, veſtrâ munificentiâ ita me vobis devinxiſtis, ita obligaſtis, ut facile cognoſcam, plus me vobis debere, quàm ullo unquam tempore repoſiturum ſperem. Non enim ita hebeti ſum ingenio, quin intuear ut magnificentiam veſtram, ſic exilitatem ab omni parte virium mearum. Quod ſolum igitur poſſum, ut ille inquit, hoc efficere conabor, memoriam ſcilicet veſtrorum erga me officiorum, quæ jam in animo meo penitus inſedit, nullâ unquam oblivione elabi ſinam. Vale. Parrhiſiis, Calendis Martiis. M. D. XX.*

JACOBUS ANTIQVARIUS AUG. JUSTINIANO S.

NUnquam mehercle tam occupatus ſum, ut non liceat: neque tam negligens, ut reſpondere nolim iis, qui ad me etiam de leviſſimis rebus quicquam ſcripſerint: & tamen tu, homo valde prudens, in optimo genere officii erga me tui, pene aliter ſuſpicari videris. Tam vidi priores literas tuas, quàm nihil. Tam verò cupio, quicquid id fuit, quod interceptum eſt (quoniam plurimi æſtimo erutam nuper in veſtris montibus pulcherrimam vetuſtatis ſpeciem) cernere, ut quieturus animo non ſim, donec repetitâ diligenter curâ deſcriptum ad me miſeris epigramma de veteribus inter Genuates ac Veiturios finibus: hæc enim vocabula à Matthæo Caſtronovènſi cognovi in eâ tabulâ contineri, quæ verſiculos inciſos habebat: utque tam bellam antiquitatem rurſus ad me deſcribas, quibus maximis poſſum precibus, contendo. De Chalcidio quod ſcire cupis, explicare nequeo. Auctor tamen tam exiſtimari debet opportunus, quam per ignota loca incedenti neceſſarius eſt, qui viam demonſtret. Vetus enim Platonica philoſophia, ut multitudinis contaminationem declinet, atque diſcentium exerceat ingenia, tota, quaſi in quodam involucro poſita, deliteſcit. Quare in Timæum, quod de Prometheo fabulæ canunt, tanquam acceptum de cœlo ignem, & lumen quoddam, Chalcidius inferre non dubitavit, adytum ſacrum reſerans; in quo rerum majeſtas incluſa tenebatur. Quâ ille ætate commentarios ſcripſerit, unde ſit ortus, aut quam vixerit vitam, quoniam hactenus non quæſivi, non etiam ſatis teneo. Perveſtigabo verò, quia ita cupis, diligenter, ſi quid de eo ſit traditum memoriæ; ne exoſculari minus hominis laudem, quàm præſtitum ab ipſo beneficium cenſeamur unquam, quando ingratitudine carere volumus. Vale. Mediolani XIV. Septemb. M. D. VII.

Rediit triduo pòſt Matthæus concœnobita tuus, & exemplar attulit optatum lætanti exultantiqve. Debeo inde illi & tibi ſupra æſtimatum hominum & opinionem.

RERUM

RERUM ET VERBORUM IN CHALCIDIO

INDEX.

Numeri significantur qui in marginibus notati sunt.

A.

B.

C.

Pytha-

F I N I S.

